
[illegible]

Bin[illegible]



REGVLARVM IVRIS CIVILIS AC PONTIFICII, EX CELEBERRIMIS I.V.D. COLLECTARVM.

TOMVS SECVNDVS.



LVGDVNI,
Apud Stephanum Michaëlem,
M. D. LXXXVII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Auiendo sido visto este libro por el padre frai Luis de mendoça Calificador del S.to offiçio dice que se puede Leer sin escrupulo ~~ninguno~~ sin escrupulo alguno —

3. t. e. 9



REGVLARVM IVRIS CIVILIS ET PONTIFICII,



Liber Decimus.

L



ABORATORES in prædio alieno alterius nomine, licet dominum in possessione turbauerint puniendi tamen non sunt. Arc. in c. decernimus. ext. de iudic. Bar. in l. in rem. §. tignũ. per gl. ibi. ff. de rei vendic. hanc gl. ad hoc citat Bal. in d. l. in rem. §. tignũ. pro quo citat l. quicũque. §. fi. de seruis fugit. Ias. in l. j. §. nuntiatio. ff. de ope. nou. nunt. Hæc regula vsque adeò vera est, vt laboratores non teneantur inquirere, cuius sit petia terræ: verba sunt Bald. in cons. cxxix. volum. iij.

Limita, quando dominus possessor inhibuisset laboratoribus, ne laborarẽt in suo prædio, vt tenet Bart. in l. de pupillo. §. nũtiationem. ff. de no. ope. nunt. Alex. Alberi. & Ias. idem Alex. cons. xxxvj. incip. visis his. Rip. in c. decernimus. ext. de iudic. Parisius in addi. ad Bart. ad §. nuntiationem. in ij. requisito.

Fallit, quando tales laboratores & opifices fecissent actum, qui esset de genere prohibitorum: ita limitat Bal. in l. non ideo minus. vers. & nota quòd lex. C. de accusat. quem refert Ripa, in dict. cap. decernimus. citat etiam Salic. ita tenentem in d. l. non ideo minus, Ias. in d. §. nuntiationem.

Fallit, quando eiusmodi laboratores scirent prius turbatum possidere, puta, quia sunt vicini: tunc propter scientiam non effingunt dolum, & temeritatem. Gandinus in tractatu malefic. titul. de pœnis. versi. pone quod ego. Alexand. in dict. §. nuntiationem. quem refert & sequitur Paul. Paris. in d. §. tignum. Ripa in dict. cap. decernimus. Ideóque si operarij essent vicini prædio vnico, perturbatum, isto casu tenerentur: quia vnicus præsumitur habere notitiam de possessione vicini, tex. in c. quosdam. de præsumpt. vbi docto. Cano. Bartol. in l. j. argument. illius text. versic. quæro quid in teste. ff. si cert. pet. tex. in l. filiũ. ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni iur. l. si vicinus. C. de nupt. & vtrobique notãt gl. & doc.

Fallit, quando isti laboratores, seu operarij excederent fines operis mandati. ita limitat Rip. d. c. decernimus. post Bal. in cons. 436. inci. statuto cõmunis Papiæ. & vide Alex. d. cons. xxxvj. vol. j. Prat. reg. 460.

¶ LABOR. Laborem cuiusque digna compensatione remunerari æquum est. C. de allu. l. fi. §. similiter. Cessante labore, cessare quoque debet remuneratio. De præben. c. cùm secundum. Riisvvich.

¶ LAICVS non admittitur ad accusandum, vel denũtiandum clericum ciuiliter de crimine, quia laicus non debet se i[...]mittere de clericis. c. Osius, extrà de elect. cap. fin. i[...] fi. xxix. distinct. nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur, de quo infrà.

Fallit primò, nisi laicus sit patronus, vel parochianus, quia ipsius interest, & potest crimen clerici denuntiare. Io. de Anna. in c. illa. de accus. xvj. q. j. c. constitutum, & c. filiis. xvij. q. iiij. & c. venerabilis. de offi. deleg. & ideò cõtra prælatum electum, possunt laici quorum interest excipere vel opponere de crimine vel defectu, secũdum gl. in c. vt circa. in vers. aliqui. de elect. in vj. & ibi Domini. in prin. nu. 4. Innocen. & Anton. in c. cum Bertoldus. de re iudic.

Fallit in crimine de quo si clericus à laico denuntiaretur redderet suam institutionem nullam ipso iure, secundum Ant. de But. & Fel. in c. ex parte. nu. 6. de testib. & Anch. in cle. abusionibus. de pœn. & remis.

Fallit, quando agitur de dilapidatione bonorũ ecclesiæ, quia in subsidium clericorum admittitur quilibet laicus ad denuntiandum. Felyn. in c. ex parte. num. 10. de temp.

Fallit etiam, quando agitur de crimine famoso, & scãdaloso, quia laicus potest clericum denuntiare, quia inferior potest arguere superiorem quando ex malo exẽplo timetur scandalum. ij. q. vij. c. Paulus. in fi. Ita Bald. in d. c. ex parte. de testib. & ibi Fely. qui mouetur tribus mediis, seu rationibus.

Fallit etiam, quando procedit monitio fraterna, & hoc ad excitandum iudicis officium ad inquirendum de obiectis contra clericum, secundum opin. Bald. in d. c. ex parte, de testib. & ibi Fel. num. 2. quod tu nota & obserua.

Fallit etiam in omnibus illis casibus, in quibus laicus potest accusare clericum de crimine criminaliter, vtputa si suam vel suorum iniuriam prosequatur, vt de crimine hæresis, vel simoniæ, quæ consistit tam in dando quàm in remittendo, secundum Abba. in capitu. veniens. il. j. ij. notab. de testib. & ibi Felyn. Sand. ac etiam potest consistere in sacramentorum necessariis. vt Felin. in cap. dilectus, il secundo. de simon. quando sacramenta spiritualia gratis non administraret, sed aliquid ex pacto acciperet, quia Presbyter debet omnia subministrare infirmo, nec aliquid ex pacto capere. Fely. in cap. suam. not. ij. de simon. Ia. Nouel. re. 54.

¶ LAICVS contrahens cum clerico, licet possit conueniri coram seculari iudice, non tamen clericus ibi conuenitur. auth. statuimus. C. de epis. & cler. si diligente. de fo. comp. l. fi. C. vbi in rem ac. Med. re. 9.

¶ LAICVS iudex non potest citare clericum: esset enim in præiudicium iudicis ecclesiastici, ideo fieri debet citatio sub conditione, videlicet, si sua intersit. Ang. l. 1. §. hæc stipulatio. ff. de si cui plus, quã per l. Falc. Cæpol. caut. 147. ampl. etiam si communiter pro laico habeatur. Bald. l. 2. in 2. lect. ff. si quis in ius voc. non ierit. Medic. reg. 8.

¶ LAICVS iudex non potest de causa clerici cognoscere, dixi suprà in ampl. 61. addo quod non admittitur laicus ad accusandum, vel denuncian-

dum clericum de crimine, quia laicus de clericis se intromittere nō debet, c.osius.de elect.c.si.29.dist. nisi laicus suam causam prosequeretur, facit arg. à contrariis,tot.tit.de cleric.vel monac. Med,reg.2.

¶LAICORVM statutum cum de modico præiudicio agitur,ligat clericos,Feder. de Sen.cons.85. Dom.c. fi.de Immu.Eccl.Card.c.perpendimus. quæstio.10. de sent.excom. Dec. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. columm.26.de const. dummodo habeat rationabilem causam. Medic.reg.5.

¶LAPSVS temporis præfixi à iure, non tollit naturalem obligationem, secundum Bald. in l. si plenè. ff. de condit.indeb.

Fallit, in criminalibus, vbi lex inducit totalem abolitionem. Bald.in d.l.si pœnæ.per text.in l.si vnus.§.si autem.de iniuriis. S.Ian.reg.158.

¶LATA culpa. De ver.sig.l.cedere.213.Vlp.1.lib.Reg. Dd.in l.quid.

Nerua Dep.Latissimum sup.Iudex.

Latenter.vide Vis. Riisvvich.

¶LAVDVM:Relatio,in qua sciri specificè non potest quid in instrumento conuentionis contineatur, ad quod laudum se refert irreleuatoria est, Decis. Pedem.34.num.4.Pau.cons.139.num.5.Cra.in trac. de antiq.temp.2.p.num. 4. & cum pendeat laudum à vi compromissi.l.non distinguemus. ff. de recept. arbitr.non potest esse, nisi quatenus refertur in eo. Decis.Pedem.d.loco,num.5. Medic.reg.10.

¶LAVDVM arbitri æquum, & iustum esse debet: & pro eo præsumitur, tex. in c. nisi essent. de præben. in vol.Gregor.Ioan.And.in addi.ad Spec.tit.de arb. §.sequitur.vers.item quid, si cōpromissum.in additio.incip.Dinus in regu.Alexan.Imo.in cons.cxxxv. incip.circa primam dubitationem. vol.xj.& consil. xliij.incip.quia dupliciter.eod. volumi. Alciatus in tracta.præsump.regu.iij.præsumpt.xij. in princ.per l.j.ff.de lega.ij. vbi lex præsumit pro arbitrio, & arbitrum bonum virum, talémque à testatore electū. facit tex.in l.sciendum. ff. de verb. oblig. Anto.Butrius & Abb.& alij veteres & recentiores interpretes in c.quoniam cōtra extr.de probat. Io. de Imol. in c.in præsentia. de renuntiatione. Ludo Roman. in l.secundum.ff.de verbo.oblig.Abbas in c.Quintauallis.extr.de iureiur. facit text.in c.bonæ.el. j. de elect.ad fi.versi.nos autem.facit tex.in simili c. cùm inter.& c.si cui.in fi.ext.de re iudi.valet enim argumentū de laudo,siue arbitrio ad sententiam,vt colligitur ex cons.xliij.d.Alexand. vbi parificare videtur sententias iudicum & arbitrorum, & quod laudum æquum præsumatur,tenuit Socin. consi.cclj. versic. tertiò quia.

Amplio in laudo & sententia arbitratorum.Hanc ampliationem videtur tradere Alex.d.consil.xliij. post Din. in consilio incip.Ptolomæus.per l. ab ea.ff.de prob.& hanc esse communem opin.tradit Alcia. in tracta.de præsump.reg.iij.præsump.xij.nume 1.post Dinum.cons.xix.incip.Ptolomæus.Calderin.consi. v.de arbit.Fel.in c.quoniam contra,suprà allegato.

Quæ regula & ampliatio vsque adeò veræ sunt, vt qui contrarium dixerit,incumbat ei onus probandi:nēpe laudum iniustū. per l.ab ea parte.in fi.ff.de prob. & ita concludit Alex.cons.cxxx.ad finem.

Fallit, quando clarè constaret, & apertè, arbitrium & laudum inquum,& iniustū esse, quod ex inspectione laudi apparebit, vt docet Alex. d.cons. cxxxv. in fin.& princ.illius cons.latissimè scribit.

Fallit,quando à laudo reclamatum esset: nam tunc pro laudo amplius non præsumeretur.ita Anto.Butr.& Abba. Siculus in c. quoniam contra.extr.de præsumpt. Alexan.d.cons.cxxxv. quem refert & sequitur Io.Nicolaus Arelatanus in adnotat.ad tract.Alci.de præsumpt.reg.3.præsump.Rom.d.l.sciendum. ff.de verb. oblig.In eadem quoque causa est sententia,à qua prouocatum est:quia pro ea non præsumitur.§.illud quoque determinare.in auth.de iis, qui ingr.ad appell.Specul.in titu.de instr.edit.§. restat. versic.in summa.

Fallit,si arbiter,vel arbitrator aliquid ageret extra cōpromissum : quia tunc non præsumeretur pro eis: nec partibus obesset pactum, vel compromissum. Ang.cons.ccxviij.incip.visa narratione.Alc.d.præsump.xij. Quia omnis arbitrorum potestas dependet à compromisso.l.non distinguemus.§. de offic. ff.de arbit.c.cùm delectus.ext.eo. Curtius cōs.xxxj. Vnde & meritò concludit Alciat.in d.præsump.xij. non præsumi pro laudo arbitrorum,vel arbitratorū nisi quatenus fecerint, quæ eis facere ex forma compromissi permissum erat:& ita intelligit Alciat.cōmunem opinionem procedere. Prat.reg.461.

¶LAVDVM corrigi non debet pro modica læsione. Bal.l.1.col.2.C.de his quæ pœnæ nom.l. si de meis. §.recepisse.de arb.Docto.com. c. Quintauallis. de iur.iur.Rom.l.arbitrio.ff.qui sat.cog.Saly.l.si societatem.§. arbitrorū.q.18.ff. pro socio, nā arbiter potest in modico lædere alteram partem. Bar.l. idem Pomponius.ff.de arbi.Bald.l.pe.C.de pact.l.si hæredis.ff.de man.test.pro bono enim pacis de modico non curatur. Bal.l.1. columm.2. C. de his quæ pœn. nom.c.cum adeo.colum.2.de rescriptis. Med.re.5.

¶LAVDEMIVM debet solui à nouo emphyteuta.glo. in l.fin.in fin.in verb.accipere.C. de iur.emphy.Cuius sententiam probant Bald.Paul.de Castr. & Ias. in d.l.fin.facit text.in d.l.debet autem. versic. quid ergo.ff.de ædilit.edicto.quem text.dicit ad hoc singularem Ludo. Rom.sing. cccclxxiiij. incip. per Italiam.Ratio,quia laudemium debetur pro inuestitura,vt docent scribentes in d.l.fi.quia inanis esset labor,quem nulla præmia sequuntur.l.si à substituto.ff.de legat.præstand.

Declaro regulam nostram procedere in emptore, iuribus suprà allegatis.

Limitant hanc regulam cum ampliatione sua Petr. de Anchar.in consi.lj.& Ias.in d.l.fi.vt non habeat locum,nec debeantur laudemia,si dominus approbet venditionem,& in eam consentiat.Sed ferenda non est hæc restrictio.Nam laudemium soluitur pro labore inuestituræ:qua nouum emphyteutam, & sic emptorem inuestit,& in possessionem, vt demonstraui d.l.fi.C.de iur.emphy. Concludendum igitur ex inuestitura & recognitione,quam facit dominus laudemia deberi.

Fallit in filiis,& nepotibus primi emphyteutæ, ita limitat Bald.Perusinus d.l.regulam. l.fin. in d. l. fina. versi.item quinquagesimū.per gloss.in auth. si quas ruinas.C.de sacr.sanct.eccles.& ratio est, quia primi emphyteutæ sunt comprehensi sub prima inuestitura,vt docet Bald.& hanc partem tenebat præceptor meus Bereng. Fernandus, dum d.l. finalem prælegeret Tolosæ 1540.magna auditorum frequētia, quam limitationem ab eo in Recolectis meis excepi.

Limitabat etiam idem præceptor meus in quocunque hærede vniuersali ex Bald.vt filij, nepotésve non teneantur recipere inuestituram. Quod ait Bald. hære-

hæredes non teneri inuestituram recipere, vt non procedat in feudo. Nam si feudatarius moriatur, relictis liberis illi tenentur petere & recipere inuestituram,& facere homagium. Bald.in d.l.fi.per capit.j.quo temp.miles inuest.petere deb.in vsib.feudo. quia iuramentum fidelitatis non transmittitur: cùm sit personale. Ita Fernandus in d.l.finali, Baldi doctrinam sequutus. Prat.reg.462.

¶ LEGATA vltra hæreditatem,id est, vires hæreditarias,non valent.text.in l.si vniuersæ. C.de legat.tex. in l.j. §.si is, qui quadringenta. ff. ad S. C. Trebell. And. Alciat. l.j. ff.de legat.j.text.in l.successores.C. ad leg.Falcid.Hinc dicit Barto.in d.l.si vniuersæ.C. de legat.Italicè, mal da chi non ha. & Bald.ibidem, nemo dat quod non habet.Nemo enim plus iuris in alium transferre potest,quàm habet.l.traditio.ff.de acquir.rer.domi.

Ampliat Bald. in d. l. si vniuersæ. in donatione caussa mortis: quia (inquit) semper intelligitur deducto ære alieno.Sed & non amplius ad quenquam legatorum nomine pertinere videtur, quàm, quòd deducto eo,quod explendæ conditionis caussa datum esset,superesset.l. non amplius, in prin. ff. de legat. primo.

Limitat hanc regulam Alciatus in d.l.j. vt non procedat, si hæres non fecerit inuentarium: allegat pro hoc textum in §.si verò non fecerit, in auth.de hæred.& falcid.& hanc limitationem ante Alciat.prodiderat Bart.in auth. sed cùm testator. C.ad leg.Falcid.versic.item nota,quòd inuentario. & hoc ideo, quia præsumitur res hæreditarias subtraxisse. vnde mirum videri non debet,si ad integram legatorum solutionem compellatur hæres,qui inuentariũ non confecit.

Fallit,si hæres testamento interfuisset, permisissetque testatori se legata soluturum. Bart.in l. cùm quis decedens in prin. ff. de legat.3. atque ita Ancharanus respondit consi. ccclxv. Nam sibi imputet,qui se in ea necessitate posuit soluendi. arg.l.ij. §.si quis cautio. quem text. nemo ante me ad hoc ponderauit. Nec tali promissori proderit exceptio inuẽtarij cõfecti.Alci.d.l.j.versi.rursus si hæres.

Fallit,si causa conditionis implendæ tantum à legatario sit ipsi hæredi datum, quantum creditoribus sufficiat,debebitur legatum, quamuis supra vires hæreditarias sit:ita restringit Paul.Cast.in l.seruum filij.§.si idem seruus.ff.de legat.j.& in addit.ad Bal.in l.si vniuersæ.supra allega.Alcia.in d.l.j.

Fallit, si specie legata ab ipso legatario aliquid relictũ sit,valet specie legatum propter affectionem quę iustum rei valorem censetur auxisse.Hanc limitationem dedit Alciat.d.l.j.per l.Imperator.in fin.princ. de lega.ij.

Limitat Bald. dict.l.vniuersæ quando legatum consistit in specie, quæ erat in dominio testatoris: nam transit ipso iure dominium in legatarium, licet reuocari possit per creditores, quia æs alienum non perimit fundum.vt l.fideicommissum. §.tractatum. ff.de iudic.Baldum refert, & sequi videtur And.Alciat.d.l.j.

Valent legata supra vires hæreditarias, si creditores non reclamauerint.Alex.in d.l.si vniuersæ. Alciatus dicta l.j. Prat.reg.463.

¶ LAVDVM latum inter certas personas non præiudicat tertio,sicuti de sententia dictum est, Abba. c. cum super.nume.6.c.quamuis.nume.8.vbi Fel.nu.3. & num.5.de sent.& re iud.sunt enim redacta ad inst. iudiciorum.l.1.ff.de arb.Euer.in loco de indi.ad arbi. & test. ideo pars citari debet. Bald.auth.ei qui com.C.de tempo.appellat. Medic.reg.8.

¶ LAEDERE. Papinian.Lib.III.Respons. Lex lxxxj. al.lxxxij.

Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur,ius commune non lædunt.

Coniunge cap.66.mandati. Viuiennus.

¶ LAEDERE alium.l.75.non debet alteri.l.76. nemo potest mutare.l.198.factum.206.iure naturæ.

Naturalis & ciuilis ratio suadet alienam conditionem meliorem etiam ignorantis nos facere posse, deteriorem non posse.l.38.De neg.gest.

Bono & æquo non conuenit,aut lucrari aliquem cum damnó alterius,aut damnum sentire per alterius lucrum.de ritu nup.l.6.§.fin.

Nullum Patris delictum Innocenti filio pœnæ est. lib. 50.tit.2.l.2.§.nullum.

Nemo alterius facto debet prægrauari. De hær.inst.l. 42. Riisvvichius.

In Aut.de hær.& falc.§.si verò nõ. Az.ru.104.

¶ LEGARE. Per substitutam personam aliquem posse idem aliunde legare, de iurisdictione quæ mandatur.

In Aut.de sanct.Episc.§.in ascriptitios.
In Aut.de collat.§.prohibemus.
C.de decurio.l.nullus.lib.10. Azo,ru.104.

¶ LEGARI ædibus affixa regulariter non possunt. l. cætera circa.ff.de leg.j.

Primò fallit,vbi aliqua esset illicitè ædibus affixa: quia tunc talia legari possunt, vt est text.in l. fideicõmissa.§.si quis illicitè.ff.de leg.iij.

Secundò fallit,in rebus affixis quas remouere possumus sine ædiũ destructione, seu deformatione.text. est sing.in l.inuiti.§.primo. de legatis tertio. quem text.ad hoc reputat sing.Ioan. de Imo.in d.l.circa. §.sed si ea.

Tertiò fallit,nisi leuarentur ea quæ essent affixa paruę domui.vt est text.in l.senatus.§.Marcellus.de legatis primo.

Quartò fallit,in casu l.Marcellus.cũ ibi not.de donat. inter vir.& vxorem.

Quintò fallit,vt in d.l.circa.§.si qs.de le.j.B.Soc.273.

¶ LEGANS extraneus mihi rem meam alteri tertio pignoratam,censetur grauare hæredem vt illud pignus liberet,soluendo debitum principale.text. est in l.si tibi homo.in princ.ff.de leg.j.

Amplia vno modo,& limita quatuor modis hanc regulam,vt per Ias.in d.l.si tibi homo. B.Dias re.404.

¶ LEGANS rem communẽ cum alio scribendo meã, partem suam legare intelligitnr,l.serui.§. cum fundus.ff.de legat.prim.& l.si colonus.§.fina.& l. quod in rerum §.secundo.ff.eodem titul.per gloss.in l.vicino.§.fundus.ff.de legatis secundo. & in l. Stichus. ff.de vsufru.legat.& l.vxor.C.de legatis.

Primò fallit,vbicunque testator non scriberet partem fundi esse suam, sed putasset fuisse alienam in totũ: nam tunc,quia legatur tanquam aliena,& intendit grauare hæredem onere redimendi in totum, ideo totus fundus debebitur:ita tenet Pau.de Cast.in d. §.cum fundus.quia lex nihil sequitur nisi voluntatẽ defuncti:quia sic voluit grauare redimendo in totum,à fortiori in parte redimendo.ita tenet manifestè Paul.de Castr.per rationem in l.j.C.qui testamenta facere possunt. qui dicit ita notabiliter limitari debere dictum §. cun fundus, & ita fuit etiam de mente Barto.in l.seruum filij.delegatis primo.

Secundò fallit, quando testator dixit, lego tibi talem fundum qui erat communis testatoris & ipsius hæredis: quia illo casu videtur legasse nedum partem suam, sed etiam partem hæredis. ita tenuit BARTOL. in dict. §. cum fundus. quem sequitur BALD. & Angel. ibi adde Petrum de Anch. & Imol. in l. filius. C. de test. & BAL. in l. cum alienam. C. de leg. per text. in l. cum filius. §. donationis. ff. de leg. j. qui text. non est alibi secundum Ang. in dict. §. cum fundus. hoc tamen intelligunt, nisi testator dixisset, lego fundum meum, quia talis dictio meum, restringit legatum ad portionem testatoris, per dic. §. cum fundus. sed certè illud quod ipsi dicunt allegando d. §. donationis: non videtur iure seruari: quia ibi loquitur de vsufructu, qui erat hæredis: quo casu idem fuisset, si fuisset alterius: vt est casus in l. vicino. §. fundũ legatum. de leg. ij. secundum Dyn. & Ray. & Imol. ibi, intelligendo quòd vsusfructus erat alienus. licet BARTO. ibi dicat illum tex. aliter intelligi.

Tertiò fallit, vbicunque testator dixisset, lego talem fundum, quia dato quòd sit communis, nihilominus totus debetur, per tex. singula. in l. Iulianus. in princip. de legatis ij. per quem tex. ita tenuit BARTO. in dict. l. cùm alienam. C. de legat. BART. & Angel. in d. l. Iulianus. in princip.

Quartò fallit, quando testator haberet proprietatem nudam rei, quam legaret, & vsusfructus esset alicuius, quia tunc legando fundum non videtur tantùm legasse ius quod habet, sed etiam vsumfructũ: quoniam tale ius vsusfructus deficiens auferret ipsum emolumentum fundi legati. vt est text. valde notab. in dict. l. Lucius. §. fundo legato. ff. de leg. ij. secundum intellectum Dyn. Ray. & Ioan. de Imol. ibi, & idem Ioan. de Imol. in dict. capit. pastoralis. post alios, extrà, de donationibus. licet Barto. in d. §. fundum. aliter intelligat.

Prædictas fallentias, & nonnullas alias habes per doct. omnes in l. hac consultissima. C. de testamen. & in l. qui se patris. C. vnde lib. & de lib. & posthu. per totum, & latissimè per Canon. in c. Raynutius. & cap. Raynaldus, extrà, de testam. B. Socin. re. 263.

¶ LEGANDI verbum generale est ad omnem testatoris dispositionẽ, puta hæredis institutiones, legata, fideicõmissa, libertatis, & tutelæ dationes pertinẽs. Hæc regula probatur in l. xij. tabularum: quam memorant Pomponius iurisconsultus, Pomponius in l. his verbis. ff. de verbor. signific. & Iustinianus Instit. de leg. Falcid. & idem Imperator in authen. de nupt. §. disponat. quam & explicui libr. iij. veteris Iurisprud.

Restrinxit hanc significationem interpretatio legum, vel iura constituentium. d. l. verbis. Primò igitur fallit in l. j. ff. si cui plus quàm per leg. Falcid. & tot. titu. C. de legat. & Instit. eod. & ff. de legat. j. ij. & iij. & alibi sæpe: vbi legatum accipitur pro particulari donatione à defuncto relicta, vt definit Imperator in §. legatum. Institu. de hæredib. instit. atque hanc significationẽ strictam in eum sensum retinuit quotidianus testantium vsus, in hunc modum in formulis Tabellionum. Item præfatus testator donat, & legat Titio. & in hanc significationem sumitur in l. filium. §. sed & si.

Dabiles quoque sunt casus, quibus verbo, legandi, sola hæredis institutio significatur, veluti si nemine instituto, ita testator dicat, Hæreditatem meam lego Titio: nam tunc de hæredis institutione id accipiendum putant Alciat. in dicta l. verbis. & Cornæus l. ij. C. cõmu. de legat. meritò, nam verba secundum actus naturam accipienda sunt. l. si stipulatus. ff. de vsuris. & ibi notant Doctores. Prat. re. 464.

¶ LEGATAE rei dominium à testatoris morte recta via in legatarium transit. l. à Titio. ff. de furt. & ibi per doct. in l. cum pater. §. surdo. ff. de leg. ij. & vide glo. & Bart. in l. si quis ita. ff. de cond. insti.

Primò fallit, quando testator dixerit, lego partem bonorum meorum: quoniam in tali legato non transit dominium recta via in legatarium, vt vult Bart. in l. si quis bonorum, ff. de leg. j. quem ibi sequitur Bald. Angel. & Paul. de Castr. tamen idem Bart. videtur tenere contrarium in l. non amplius. §. fi. eo. tit. quẽ sequitur ibi Ioan. de Imo. qui conatur repellere primam opinionem.

Secundò fallit in legato tacito: quia non transit dominium in legatarium, secus in expresso. l. seruum filij. §. fi. ff. de leg. j. secundum Bald. in l. si à socero. §. Lucius. ff. sol. matrim. Ad cuius limitationem vide ibi Ioan. de Imol. Paul. de Castr. & doctor. Modern.

Tertiò fallit in legato conditionali, vt l. si cui. in princ. ff. de leg. j. & l. si quis hæreditatem. ff. de cond. instit. & est glos. reputata sing. in l. si rem. in princip. ff. de rei vend. ponit Iacob. de Aret. in l. si Stichum. §. si decem. ff. de nouationibus, & in l. verum. C. cõmunia de legatis.

Quartò fallit dicta regula, & limitatur habere locum, quando res per testatorem relicta erat testatoris, secùs si esset hæredis: quia tunc dominium rei legatæ non transit in legatarium recta via. text. est melior, quàm sit in iure, in l. si quis inquilinos. §. cum seruũ. ff. de leg. j. quod not. ad dicta in l. si hæredis seruus. eodem titul. B. Socin. reg. 274.

¶ LEGATARIVS, cui facultas eligendi competit, debet rem mediocrem eligere. text. in l. fin. §. j. commun. de leg. text. in l. si quis argentum. §. ij. C. de donat text. in l. legato generaliter. & in l. si hæres generaliter. ff. de legat. j.

Limita dupliciter, vt per Ias. post omnes doct. ibi, in d. l. generaliter. B. Dias re. 406.

¶ LEGATARIVS habens electionem legati alternatiui, non potest eligere partem in vno, & partem in altero, quando in vna parte alternatiuæ legatum est vnum, & in altera plures quantitates subrogatæ loco vnius. text. est in l. si ex toto. §. si ita legatum. ff. de leg. j.

Limita tripliciter hanc regulam, vt per Ias. post Pet. de Bexu. in d. §. si ita legatum. B. Dias re. 405.

¶ LEGATARIVS, qui rem legatam propria auctoritate occupat cum vitio cadit omni iure suo. text. est in l. non est dubium. C. de legat, qui sing. est secundum Pau. ibi.

Amplia, siue sit legatũ generis, siue speciei, notat BART. & communiter doct. in l. extat. ff. quod met. caus. & notat Alex. in d. l. non est dubium.

Limita non habere locum in legatario, cui data est licentia propria auctoritate apprehendere rem legatam, l. Titia cum testamento. §. j. secundum vnũ intellectum gloss. ff. de leg. ij. & Alex. in d. l. nõ est dubium. vbi vide Ias. latius in hoc scriben.

Secundò limita non habere locum in legatario, qui esset exequutor testamenti: not. BALD. Ang. Salic. & Paul. in d. l. non est dubium. quos ibi refert Alex. alios etiam ad hoc referendo: & vide ibi Ias. qui idẽ sequitur.

Tertiò limita in instituto in re certa, quia licet talis censeatur legatarius dato coherede vniuersali, tamen

men poteſt illam rem propria auctoritate apprehẽdere, nec incidit in pœnam priuationis. Ita limitat Iaſ. in d.l. non eſt dubium.

Quartò fallit in eo, cui relicti ſunt annui fructus certi fundi, quia ſi hæres neglexit facere coli & ſeminare fundum, poteſt legatarius propria auctoritate apprehendere poſſeſſionem talis fundi. Notat Bald. in l. vnica. §. excepto, C. de cadu. toll. quem refert Iaſ. in d.l. fin. ſic reſtringens iſtam regulam: cõſuluit tamen Bald. vbi ſuprà, quòd tutius ſit in hoc proteſtari. B. Dias reg. 407.

¶LEGATARIVS, ſi ſtipuletur ab hærede ſeruum in ſpecie ſibi legatum non eſſe fugitiuum, nihil plus ſibi debetur, quàm eſſet in legato per ſtipulationis adiectionem. text. in l. ſi à ſubſtituto. §. fin. ff. de leg. j. & in l. ſi legati ſerui. eodem titu. vbi notatur: facit text. in l. v. §. conuentionales. ff. de verb. obli. & tex. in l. j. §. ſi quis ſub conditione. ff. vt leg. vel fideicõ. nom. cauea.

Limita dupliciter: vt per Iaſ. in d.l. ſi legati ſerui. nu. 3. vſque ad finem. B. Dias re. 408.

¶LEGATARII in cauſa teſtamenti teſtes eſſe poſſunt. Ita cõcludit Abb. in c. inſuper. de teſtib. cui aſſentitur ibi Felin. licet dicat quòd eſt paſſus difficilis, de quo ad varia Doct. loca ſe remittit: & ita videtur tenere Iaſ. in l. dictantibus. in princ. C. de teſta. probat tex. in §. legatariis. Inſt. de teſtam. & in l. qui teſtamenta, in princ. ff. eod. text. in l. ſi quis ita. ff. de reb. dubiis. Vide tu, Hiſpane, l. xj. titulo primo, particu. vj.

Limita dupliciter, vt per Felin. in dicto capit. inſuper. B. Dias re. 409.

¶LEGATARIIS præiudicat tranſactio facta in cauſa querelæ inter hæredem ſcriptum, & hæredem non ſcriptum, & hæredem legitimum. l. Papi. §. ſi ex cauſa. ff. de inoffi. teſtam. l. cum duobus. C. eod. tit. l. cũ filius. ff. de leg. 2. leg. controuerſia. ff. de tranſact. vbi Iaſ. Alexand. l. ſæpe numer. 130. ff. de re iud. Seuerinus in tract. de tranſact. quæſtio. 25. Fulgoſ. cõſilio 182. Medic. re. 8.

Legatariis regulariter præiudicium non fit per factũ hæredis, neque per ſententiam ſi dicatur teſtamentũ nullũ ex cauſa præteritionis. gl. l. Papinia. §. fi. ff. de inof. teſt. l. cum filius. ff. de le. 2. Bar. l. filio præ. ff. de iniu. rupto. doc. cõ. auth. ex Cauſa. C. de liber. prę ter. Alex. in term. huius reg. l. ſæpe. numero 24. dicit hanc eſſe communem, & numero 133. latè declarat. Medic. re. 8.

¶LEGATVS à latere ab omni excõmunicatione etiam Papæ reſeruata regulariter abſoluere poteſt, probatur in cap. ad euidentiam. cum ſimil. adductis ibi per doct. de ſentent. excomm.

Fallit, in excommunicato ex aliquo caſu arduo, qui nõ poteſt abſolui à legato à latere, vt eſt text. in clem. ſi Abbatem. de electio.

Fallit, quando in conſtitutione eſſet appoſita dictio duntaxat à Papa, vt eſt text. in clement. grauis. de ſentent. excommu.

Fallit, quãdo ipſe legatus fuiſſet percuſſus, quia ſuum percuſſorem non abſoluet. cap. fœlicis. de pœnit. in ſexto.

Fallit, in excommunicato viua voce à Papa. Specul. in titul. de lega. §. nunc dicamus. verſic. eccleſia, &c. S. Ianuarius re. 159.

¶LEGATVS de latere, nec cardinalis ei æquiparatus, non poteſt cauſam appellatione remota committere. gl. in Clemen. ſæpe. verbo, mãdamus. de verb. ſigni. & in Clemen. ne Romani. in princ. de elect. & in c. quod tranſlationem. de offic. deleg. & in cap. in demnitatibus. verbo, ſine ſtrepit. de elec. in vj. & in Clemen. 2. de reſcrip. Tex. ibi & glo. in ca. dilectus. de præbendis.

Limita dupliciter, vt per Iaſo. in l. nemo poteſt. nu. 8. ff. de leg. 1. B. Dias re. 418.

¶LEGATVS de latere Papę, poteſt abſoluere ab omni excommunicatione etiam ſeruata Papæ ſec. Felin. in c. ad eminentiam, de ſententia excom. iuncto c. ſi quis ſuadente. 17. quæſtio. 4. Dec. in capitul. cum tu. nu. 3. de off. ord. ex quo reputatur ordinarius iudex in loco ſuæ legationis.

Fallit primò, niſi alias fuiſſet excommunicatus propter caſum arduum, vt Lapp. in c. ſi abbatem. de ele. in vj. in verſi. tranſlationẽ. in gloſ. vbi dicit, quod legatus poteſt omnia, niſi ſint ſibi ſpecialiter prohibita, dico in loco ſuæ legationis, vt Dec. in cap. cum tu. ſuprà.

Fallit etiam quando in conſtitutione diceretur, dũmodo, vel duntaxat à Papa. Ita tex. in clem. Grauis, de ſent. excomm. & ibi Cardin. in vlt. quæſt. & vide gl. in clem. ij. in verſic. tantummodo, de cler. ægrot. in vj. cum multis aliis infinitis. quod not.

Fallit etiam quãdo legatus ipſe fuiſſet percuſſus, quia eo caſu non poterit ſuum percuſſorem abſoluere. Ita tex. in cap. Felicis, de pœn. in vj. Imo. & Ant. in c. excommunicatus. de offi. legat. gloſ. no. 94. diſtin. c. ſi quis autem.

Fallit etiam, niſi ille talis eſſet excommunicatus à Papa viua voce. Ita Specul. tenet in ti. de leg. §. nunc dicamus. verſi. eccleſia autem, &c.

Fallit itidẽ quãdo Papa intellexiſſet illum talem eſſe à iure excõmuicatum, & dixiſſet reſeruamus excommunicationẽ illius talis à nobis fore abſoluendum, ita Lap. & Dominic. in dict. ca. ſi Abb. de elect. in 6. quod tu no.

Fallit etiam niſi quis eſſet excommunicatus à ſtatuto alicuius inferioris iudicis, quod poſtea eſſet à Papa confirmatum. Ita gloſ. not. in cap. ex frequentibus, de inſti. ibi Abb. & Ioan. Andræ.

Fallit ſimiliter, quando eſſet excommunicatus à Legato Papæ, quia eo tunc ſolus Papa poteſt illũ abſoluere, mortuo delegato. Ita not. Specu. in ti. de legat. §. nunc oſtendendum. ver. xxvj. & d. Io. Andr. & Ant. de But. in c. prudentiam. §. vj. de off. deleg. 1. Nou. re. 71.

¶LEGATVS idem priuilegium conſequitur ſi mittatur per aliquam ciuitatem ad Principem, ſicuti ſi mittatur à Principe ad ciuitatem. gloſ. l. 2. §. legatis. ff. de iudic. Medic. reg. 9.

¶LEGATVS non cõmittit cauſam, ſublato iuris ordine. Abb. in c. j. de reſcr. alleg. gl. in c. fi. in gl. maior. quaſi in fi. de hære. li. 6. & vide quæ alle. Fel. in d. c. j.

Amplia dupliciter, & limita 5. modis, vt per eũ ibi, alibi ſecundũ eũ nõ reductis: & vide Iaſ. in lege, nemo põt. ff. de leg. 1. vbi hãc regulã ſcripſit per generaliora verba, videlicet quòd cardinalis vel legatus de latere, non committit cauſam, vt in ea procedat ſummariè, ſimpliciter, & de plano, iuris ordine nõ ſeruato: quam limitat dupliciter. Prateius re. 420.

¶LEGATVS non creditur quis, niſi oſtendat literas: probat tex. à contrario ſenſu in c. ad eminẽtiam. de ſenten. excom. & in c. quod tranſlationem. de offic. legat & in l. vnic. C. de mand. princ.

Limita hanc concluſionem tripliciter: & omnes tres limitationes ſublimita ſemel, vt per Felin. in d. cap.

ad eminentiam.in principio.

Legatus,vide suprà,in verbo,absoluere.B.Dias re.419.

¶LEGATVS Papæ in conferendis beneficiis non potest præiudicare patrono laico,sed ecclesiastico sic: glo.c.dilectus.de offi.delegati.gloss.c.2.de præb.6. Spec.in titu.de legato,vers.nunc tractamus.c.decernimus.16.q.4.cap.fi.de concess.præb.6.Abb.c.fi.de iure patronatus. Med.re.8.

¶LEGATVM.l.18.quæ legata.l.121.§.fin.

Possunt illi legare,qui testari non prohibētur. De leg. 1.l.2.

Legatum quod non valet,si testamenti facti tempore testator decessisset, quandocunque is discedat non valebit.De reg.Ca.l.1.

Legatum cum donatione causa mortis est exæquatū. De don.cau.mor.l.in mortis. De leg.præst.l.interuenit.

Regula iuris ciuilis est,quæ efficit,vt quibus ipsis legare possumus,eorū quoque seruis possumus. De leg. 1.l.si mihi &.

Quod legatur si quidem per personalē Actionem exigitur,ibi dari debet vbi est:nisi si dolo malo heredis subductum fuerit:tunc enim ibi dari debet, vbi petitur. Præterea,quod pondere,aut numero aut mensura continetur,ibi dari debet,vbi petitur:nisi adiectum sit centum modios ex illo horreo,aut vini amphoras ex illo dolio.Si autem per in rem actionem legatum petetur,etiam ibi peti debet,vbi res est.Et si mobilis sit res ad Exhibendum agi cum hærede poterit,vt exhibeat rem:sic enim vindicari allegatorio poterit.Lici.lib. 4.Reg. De iud.l.38.

Legato tempus prodest,ex quo legatus creatus est,nō ex quo Romam venit,sed si non constat,legatus sit, an nō:Romæ Prætor de hoc cognoscit. Scæu.libr.1. Reg. De legatis.l.5.Eodem lib.Scæuolæ.

Legatū nulli alij adimi pōt,quā cui datū est. Quapropter si filio vel seruo alieno legatum fuerit,domino aut patri legatum adimi non potest. De adi.le.l.5. vide Voluntas. Riisvvich.

¶LEGATVM accipiens non potest petere rescissionem testamenti.Ratio quia quod approbo, improbare nō debeo,ita tenet Rom.singu.482.accipiens, & Bald.in consi.140.num. 2.volumi.iij.

Amplia hoc idem in donatione causa mortis, text.est in l.si verò.versicu.sed si mortis. ff.de bon.lib.vbi si libertus causa mortis donationem fecerit patrono,& ille legatū agnouerit,vtique repellitur à bon. poss.contra tabu. Ratio est, quia patronus acceptando post mortē liberti donationem causa mortis vtique arbitrabit,quod erit etiam grauatus in testamento.

Fallit nisi legatarius legatū agnosceret præmissa protestatione qđ legatū accidit sine præiudicio iuriū suorū circa incisionē testamenti,ita de muliere,quæ absente marito protestatur,ꝗ nō vult assentiri alienationi fundi dotalis:si postea assentit, talis protestatio sibi iuuat,no.in c.cū matrimonij.de offi.deleg.docto.in l.de pupillo.§.si quis ipsi.ff.de oper. no.nunc.Pet Gerard.singul.81. Nouell.re.67.

¶LEGATVM annuum mortuo legatario transmittatur ad hæredes suos, vtputa relinquo staria decem frumenti omni anno Sempronio, an eo defuncto hæredes Sempronij possint petere d.annuum legatum ab hæredibus testatoris. Bart.in l.generali. §.hæredis.ff.de vsufruct.leg. Roman.in sing.lxxj. ad finem,tenet quod non in legato annuo, nisi pro annis præteritis & decursis ante mortem legatarij.text.est in l.singulos.ff.de annu.leg.secus in vsufructu.

Fallit primò secundum Rom.in annuo legato facto super prædio seu fundo testatoris de stariis decem frumenti relictis Titio, quia tunc porrigitur ad hęredes.per text.in l.generali. §.hæredis. ff. de vsufruct.legat.

Fallit etiam quādo relinquitur Sempronio staria xx. frumenti vsque ad tempus xxv.annorum, quòd intelligitur non de ætate annorum xxv.legatarij, sed de annis xxv.post mortem testatoris. Ita Ias. in l.si cui legetur.§.hoc autē.nu.3.ff.de l.j.Ia.Nouel.re.61.

¶LEGATVM annuum potest præstari pro annis futuris.per text.in l.j.C.de fideicommiss.& pro præteritis,peti etiam potest,in eadem specie in qua debetur,iuxta tex.in l.si certis annis. C.de pact.& ibi Angel. in sua repet.& Barto.in l.j. C.de sacrosanct. ecclesi. Ita Guido Papa quæst.dlxxvij.numero 56. ratio est,quia aliud pro alio inuito creditore solui non debet.

Fallit hæc regula in annona specierum in annis præteritis exigenda, quia præstatio rerum speciariæ pro annis præteritis potest peti in pecunia numerata.text.est in l.nulli.C.de erog.mil.anno.lib.xij. quod nota.

Fallit etiam quando res est legata, vt ex ea recipiatur annuus redditus,quia eo tūc videtur res ipsa legata & non redditus.l.si fundum per fideicom.num.23. ff.de leg.j.

Fallit itidem si non potest consequi ab hærede,& per eum non stetit.Ita notab. Ias.in l.fideicommissum num.3.ff.de reg.iur.& ibi Bald.in d.l.& l.si non remunerandi.§.final.ff.mandat.cum aliis ibi allegat. Nouel.re.56.

¶LEGATVM continens alterius vtilitatem,si est validum producit actionem ex testamēto,Bart.in l.1.ff. de legatis primo.

Amplia siue factum sit legatum in testamento,vel codicillis:vt per gloss.in l.3.de iure codicillorum.& in l.1.ff.de testamentis.

Amplia etiamsi testamentum rumperetur ex causa præteritionis vel exhęredationis : quo casu legata & fideicommissa sustinētur.authent.ex causa. C.de liberis præteritis.nam etiam tunc competit actio ex testamento,per text.in l.fina.ad fin.ff.de hæred. inst. & Bartol.in l.1.in ix.quæstion.ff.de iure codicillorum.

Primò fallit, quando legatum non concernit vtilitatem alicuius, sed solùm honorem testatoris : quia agitur officio iudicis,vt per Bartol.in l.1.de leg.j.& per text.in l.hæreditas. in fin. ff.de petitione hæreditatis.

Secundò fallit, quando legatum continet vtilitatem non æstimabilem per pecuniam:vt in grauato emācipare filium, vt probatur in l.si cui legatū.ff.de cōdition.& demonstra.& in l.filiusfamil.§. secundum vulgarem.ff.de leg.j.

Tertio fallit, quando conditio adiecta legato habetur pro impleta de iure speciali: vt in casu l.cum ita datur.ff. de conditio.& demonstra.quia tunc competit actio in factum,vel officiū iudicis: vt tenent Bartol. & Imo.in l. testamento.la 2. ff.de conditio.& demonstr.

Quartò fallit si testator voluisset, vel per statutum caueretur, quòd legata debeantur hæreditate etiā nō adita.ita tenet Bald.in l.j.in fi. C.si quis omissa causa testament. B.Soc.reg.276.

¶ LEGATVM non censetur ademptũ, nec fideicõmissum propter leuẽ offensam. facit l.scio. ff. de in int. rest.l.metum.ff.quod met.causa.l.si oleum in fine.ff. de dolo.l.res bona.ff. de contrah. empt.l.2.ff. quod cum eo.l.si ex causa.ff. de minor.gloss.l.si quis.§. sed & si.ff.de pig.act. l.j.ff.de coniun. cum eman.lib.in §.illud.l.licet. ff.de adim.leg.l.lex Cornelia.§. si tame.ff. de bon. eorum qui sibi mort. leg.fin.§.idem. ff.de man.test. Med.reg.5.

¶ LEGATVM à debitore creditori factum regulariter non valet.l. si creditori. §. Marcellus.cum leg.sequ. de leg.j.& Instit.de legat.§.ex contrario.

Primò fallit, quando legatum determinatum non fuisset purum, sed sub aliqua conditione, & ex tali legato sentiret commodum: quia tunc debetur purè, vt est casus in d. l. si creditori. §. Marcellus. cum l.sequenti, & dicto §.ex cõtrario.& in l.j.§.si quis rem. de legatis tertio.

Secundò fallit, in aliquo casu valde notabili, vt quando creditor cui fuit legatum determinatè, dum peteret illud deter.in iudicio habuisset sententiã contra, vel quia probare non potuit, vel alia legitima causa: quia tunc incipit valere legatum, ex quo apparet non fuisse debitum ex alia causa, & sic à vero debitore vt legatum peti potest, vt est casus in l.Aurelius.§.fin.ff.de liberat.lega.

Tertiò fallit, quando istud debitum non fuisset legatum cum intersit creditoris plures habere debitores, ad hoc, vt magis tutus sit. casus est in l.tertia.§. fin.in fin.de libe.legata.

Quartò fallit, quia licet non valeat tale legatum per viam directam, quò ad probationem determinati, quia prodest creditori talis confessio testatoris ad probandum suum debitum, & ideo tale suum commodum ad hoc facit valere legatum, vt not. dicit Bald.in l.prima. C. de fur.dicit tamen ibi quòd talis confessio testatoris non facit plenam, nec semiplenam probationem sed aliqualem præsumptionem, de quo articulo, quantam fidem faciat testatoris confessio, etiam vide Bartol. in l.cum quis, §. codicillis.de leg.iij.& in lege, generaliter.C.de non numerata pecunia. & BALDUM in l. prima. C.ad legem Falcid.& BARTOL. in l.si quis in graui. §. primo. ff.ad Syllam.

Quintò facit etiam quo ad interrumpendam præscriptionem, quæ currebat.vt dicit BAL. in l.j.C.de furt.

Sextò fallit generaliter, quando creditor quoquo modo ex tali legato sentiret commodũ, vt per doctores in d.l.si creditori.de legatis j.& est text.in d. l. j. §.ex diuerso.& §.si quis rem.& l.j.§.si quis creditori.ad l.Falc.& l.verbis.eodem titul.

Vltimò fallit *, quando legatum factum à debitore creditori in dubio videatur factum animo compensandi.vide BALD.in l.quoniam in prioribus. C.de inoffic.testament.& l.si adiecta.C.de hæred.actio.& l.si vxor.C.de bonis auctoritate iudic.possidend.l.cõtrouersiã.& ibi etiam Angelus ff. de trãsactionibus. BARTOLUS, & doctores in l.si cum dotem.§.si pater.ff. soluto matrimonio. & l. secunda.§.penultim.ff. de legatis iij.& doctores in l.huiusmodi. §.si pater. de legatis j. BALD.in l.vnica.§.illo. C.de rei vxor. actio. Pau.de Cast.in cons.64.65.& 66. B.Soc.reg.273.

ADDITIO.

* Vltimò fallit. Ad hanc fallentiam adde Corneum in consilio cxv.incipien. quanquam. per totum. in quanta parte, & in consilio cclviij. incipien. quo ad princip.in litera c. B.Vad.

¶ LEGATVM non durat amplius re legata destructa in totum.Gem.c.licet.colum.3.de cle.§.si grex.inst. de leg.nisi reficiatur.l.quid tamen.ff. quẽad.vsufru. amitt.l.si ita.§.fin.ff. de leg.1.l.si grege.ff.eo.con c.l. si seruum filij.§.si areæ.ff.de.leg.1.l.si ex toto.ff. eo.l. cum fundus.ff.de leg.2.BART.l.si ita.ff.de auro, & argen.leg.Alex.cõsi.178.colum.2.vol.2. Doc.l.fin.C. quæ res pignor.obli.poss.l.filiæ.ff.de. cond. & demon.l.quod in rerum.§.pen.ff.de leg.1.l.qui tutelã. ff.de testa.tutel.l. tutor.§.1.ff.de excusa.tutor. l. etiã si.ff.de leg.1. BAR.l.demõstratio.§.quod autem.ff. de cond.& dem.l.si ex legati.ff. de ver.ob.l. fideicommissa.§.si rẽ.ff.de leg.3.l.in tãtũ.ff.de rer.diuis. BAR. l.legatum.ff.de vsuf.leg. Med.re.6.

¶ LEGATVM factum alicui sub cõditione si remanet caducum, vtique remanet apud hæredem sine onere, text.est in l.quidam non referunt. ff.de iur. codicil.& l. vnica.§.cum triplici.& §. in princip.itaque. C.de cad.tollend.

Fallit in relictis ad pias causas, vt voluit BART.& Flor.ac Soc.in l. pater Seuerinam. ff. de cond. & demonst. Anch.in Clem.2. de reli.domi. Tiraquel. de priuil. piæ causæ.quæst.38.num.1.in princ.

Fallit etiam, quando hæres est grauatus cum onere, quia res semper transit cum onere suo. Affli.decisi. 17.num.5. Dec.cons.596. nu.5. & minus dicitur res illa valere ratione oneris iniuncti & annexi.ita Dec. cons.167.nu.2.Abb.in cap.in aliquibus, de deci.in 2. nota.quod not.

Fallit etiã, quando testator dixisset, quòd ad quencunque transiret dicta res legata, quòd transiret cum tali onere, quia voluntas testatoris pro lege est seruãda, vt §.disponat.auth.de nup.Ang.cõsilio 243. incip.Corn.cons.264.nu.2. volu.4. Nouel.re.74.

¶ LEGATVM factum alicui de fundo instructo, si in fundo adsit instrumentum domini, & etiam coloni, intelligitur solum de instrumento domini, cum ad aliud legatum se referri non possit, & quando non est nisi vnum, ad quod possint verba referri, ad illud necessariò referuntur, quamuis sit tale, quod alias non veniret, doct.l.si fundus.ff.de fundo instr.conc. quæ dixi super amp.58.Iaso.l.qui Romæ.§.duo fratres.nu.63.ff.de verb.obli.item legatum factum per testatorem grauantem hæredem ad soluendum cõtenta in schedula manu ipsius scripta, & dimissa penes manum Guardiani S.Francisci, an tale legatum valeat?resp.quòd sic. BARTOL.l.si ita.ff.de condict. & dem.& est.com.opi.de qua per Alex.l. ait prætor. §.si iudex.nu.2.vbi Ripa.nu.3.ff.de re iud.sed quid si Schedula prædicta non reperiatur?resp.quòd stabitur assertioni illius guardiani dicentis cõtenta in ea, sed pone quod testamentum sit nullum, an debeantur legata in eo relicta?resp.quòd sic, si verisimiliter alias ea reliquisset.Doct.Aut.ex causa.C.de liber.præter. Med.re.10.

¶ LEGATVM domus factũ simpliciter, est derisoriũ & sic inutile, quando testator nullas domos in patrimonio habebat. neque hæres tenetur aliam domũ extra patrimonium testatoris redimere. text. est tibi, Alex.rationem assignat, Iason verò ibi reprobat, & addit alteram in l.si domus.ff.de legat.j.in princ. versi.quòd si nullas.aliam ponit Zasius lib. intellectuum singularium.c.v.de obli. gener. & videndus Gul.BENED.in repetit.ca.Raynutius.de testam. verbo, domum.

Amplia

Amplia vno modo, & limita tribus, vt per Iaso. in d. l. si domus. B. Dias regul. 412.

¶LEGATVM factum ecclesiæ, aliter non specificando nomen, intelligitur de parochiali. secundũ Bart. in l. quæ conditio. §. cum ita. ff. de conditio. & demonst. Cyn. in l. vlt. & ibi Saly. C. de sac. sanct. eccle. Ias. in l. qui insulam. ff. de verb. obl. Tiraq. priui. 56. in tract. piæ causæ.

Fallit hæc regula vbi in ciuitate sunt plures ecclesiæ, quia tunc de principali ecclesia diœcesis, vel ciuitatis intelligitur. Ita voluit & sentit Io. Fab. & Aret. in §. sed ius quidẽ. inst. de iu. na. ge. Host. & Ioa. Andr. in c. indicãte. de testa. Anch. & Imo. in c. indicãte. l. quæ conditio. §. cum ita. ff. de cond. & demonstra. nu. 5. & Ancha. consi. ccxiiij. Franciscus. versi. octaua ratio. vbi relictum factũ pauperibus intelligitur de pauperibus domicilij. Nouel. re. 72.

¶LEGATVM factum fratri per testatorem an intelligatur de carnali. Abb. Bal. & Card. in cap. licet. de offi. delegat. referũt Bal. intelligere de carnali, quia ita se habet communis vsus loquendi qui attendendus est, ratio quia verba debent intelligi in potiori significatu, vt §. quotiens. inst. de iur. na. gent. Item vbi cõcurrit veritas & fictio, veritas præualet fictioni. l. filio, ff. de lib. & posth. & ratio naturalis vincit accidẽtalem. l. qui habebat. ff. de tutel. & cap. requirẽte. de testa. & fratres octo modis dicuntur. vt Deci. in c. causam quæ. nu. 4. de iudic. Corne. cons. 57. volumine 2.

Amplia, etiam vt omnes religiosi & monachi fratres propriè dicuntur de iure, sed aliter de communi vsu loquendi, secundum Abb. & Dec. in c. causam quæ. num. 6. de iudic.

Amplia etiam, vt omnes Christiani fratres dicantur, quia propter lauacrũ regenerationis habent vnum patrem. Ideo fratres dicuntur. xj. quæst. 3. c. ad mensam. & ideo Ioan. And. tenet in c. Ioan. de reg. quod fraternitas dicitur octo modis.

Fallit in materia odiosa, appellatione enim fratrum non veniunt monachi. capitul. ex literis. de sponsal. cap. quanquam. xj. quæst. vij. Abb. in c. sanè. de foro compet. cum aliis. & minus soror. Decius consilio 230. nu. 4. Bald. con. 460. vol. 1. Anch. in c. j. de cõst. Nouell. re. 73.

¶LEGATVM factum per maritum vxori de omnibus vestibus quas habet domi, an veniant vestes existẽtes penes sutorem. Tu tene, quòd sic. Ratio, quia destinatio mariti non erat, vt perfectæ domum reducerentur ad beneficium vxoris. Ita respondit Bart. in l. ex facto. §. rerum. nu. 2. ff. de hæred. instit. Crem. sing. lxiiij.

Fallit primò, quando vestes essent prohibitæ portari ex forma statuti, vel ex decreto principis. Ita Bart. in l. quamuis. nume. 3. ff. de aur. & arg. leg. licet Bald. teneat quòd extimatio debeatur, in l. cum te. nume. 6. C. de dona. ante nup. & in rubr. C. de cond. furt.

Fallit etiam, quando vestimentis legatis, ornamenta super eis essent prohibita, quia cum separari non possint, vtique vestes in legato venirent. Ita Bald. in d. l. cum te. nu. 6. ad fi. C. de donat. ante nupt. & vide Can. in c. indicantem. de testib. Nouel. re. 57.

¶LEGATVM factum seruo sine libertate non valet, nec reconualescit, licet post mortem testatoris efficiatur liber. tex. est in l. seruus. C. de lega. facit text. in l. ex fideicommisso. C. de fideicom. & in l. si legatarius. §. j. ff. de lega. iij. & in l. quidam. §. illo. C. de necess. ser.

Limita quadrupliciter, vt per Iasonem in dict. l. seruus. B. Dias re. 415.

¶LEGATVM ita factũ, vt si legatarius perderet, quòd ei in testamento relictum est, hæres rursus id præstet, non intelligitur, vt quoties perdiderit toties id restituere teneatur, sed tantum si post præstationẽ legati, semel legatarius perdiderit, nõ etiam si post iterum amiserit, & per consequens de prima tantũ amissione intelligitur. l. fideicommissa. §. si quis. ff. de leg. 3. l. 1. §. si cui. ff. vt leg. nom. cau. simile Ias. l. diuortio. §. quod si. ff. sol. ma. Med. reg. 3.

¶LEGATVM factum Titio q. Sempronij cũ duo sint Titij in ciuitate, quæro cui eorum debeatur? Dic, quòd referendum est ad eum Titium, ad quem testator maiorem censetur habuisse affectionem, & amicitiam. Ita Roman. consilio 408. nume. 8. & Bal. in l. voluntatis. C. de fideicom. numer. 11. facit in argumento. text. in l. si quis ita. §. si quis cum ignoraret. ff. de testa. tuto. vbi decisum est dationem tutoris testamẽto à patre filij, generaliter factam ad eos solos extendi, quos pater se habere sciebat: non autem ad eos quos ignorabat, quia de illis sensisse nõ censetur, quia sibi incognitus nulla prosequebatur dilectione.

Et in iis terminis lata fuit sententia, secundum text. in l. qui habeat. ff. de reb. dub. & Bald. in l. voluntatis. in lectura antiqua. C. de fideicommis. numero 11. Ia. Nouellus re. 62.

¶LEGATVM factum vxori per testatorem, donec ipsa steterit in domo cum filiis, an legatũ per mortem filiorum sic intelligatur esse extinctum. Tu conclude quòd sic, & quòd vxor legatũ petere nullo modo possit. per text. in l. legatum. C. de condic. insert. Dec. cons. dcxx. casus. numer. 1. ratio, quia cõditio morandi cum aliquo intelligitur eo viuo, sed post eius mortem testator non censetur voluisse cõditionem apponere. Ideo dispositio remanet pura, simplex, & sine conditione. Ratio rationis est, quia quatenus conditio nuptiarum pendet ex insidiis fortunæ, fortuna potest obesse: sed si pendet ex facto alterius, Alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet. Ita Bald. in d. leg. legatum. & l. j. C. de legatis.

Fallit hæc regula in causa alimentorum, quia conditio mixta deficiens per casum, non facit deficere legatum alimentorum. Ita Bald. in l. j. C. de legatis, quia causa alimentorũ est causa pia. text. in l. Mella. ff. de alim. & cib. leg. ibi pietatis intuitu, quod not. Nouel. re. 4.

¶LEGATVM, seu fideicommissum simpliciter relictum fratribus, intelligetur de primis tantum fratribus, non etiam de vlterioribus. Bart. l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. 3. Bal. l. iubemus. §. fi. C. ad sen. Cons. Treb. l. vxor. C. qui accus. non pos. Bal. c. 1. de feud. March. c. quæ in Ecclesiarum. col. pe. de con. Ange. l. 1. ff. de inoffi. test. Medic. re. 4.

Legatum filiabus debentibus maritari intelligi debet de filiab', quæ primum nubere debẽt, nõ de viduis. Card. Flor. consi. 49. dixi suprà Ampl. 41. simile cõ. Fel. c. licet. de test. Dec. cõs. 112. Cur. Iun. cõs. 178. nu. 24. Soc. cons. 25. vol. 2. Alex. cons. 6. vol. 4. nu. 8. cum mil. Medic. re. 4.

¶LEGATVM in genere si minimũ vtile sit: tunc illud minimũ debetur, in l. legato generaliter. de legat. 1.

Primò fallit in §. quod autem. auth. de fideiussorib. vbi creditor potest eligere rẽ meliorẽ debitoris, & hoc est, quia cogitur accipere rem pro pecunia.

Secundò

Secundò fallit in l.Stichus.de leg.iij.vbi quando legatur seruus cum hoc,quòd exercitet artem, tunc debet inspici ingenium serui ad quam artem est magis idoneum.

Tertiò fallit in l.si cui.ff.de ali.& cib.leg.quando legata sunt alimenta:quia debet etiam inspici conditio personæ cui.alimenta sunt legata.

Quartò fallit, quando datur electio legatario, qui debet eligere medium:vt est gloss.in l.cùm post.§.gener.ff.de iure dotium. B.Socin.reg.277.

¶ LEGATVM quantūcūque minimum,si ab hærede non præstatur incidit in pœnam l.quamuis.ff. vt in poss.leg.& prætor legatarium,siue fideicommissarium in possessionem omnium bonorum mittit causa seruādorum legatorum.Tiraquel.in tract. de iudic.in reb.exig.non fer.fall.5. Medic.re. 5.

Legatum mulieri factum cum vidua erit, intelligi debet de prima viduitate immediata.Bald.cōs.42.volu.5.& l.matrimonij.ff. qui & à quib.l.filiæ. ff. sol. mat.l.fi. C.de ind.vid. toll.simil. Doct.comm.l.1. C.de success.edict.l.quintus.ff.de annuis lega.Medic.reg.4.

Legatum nullum est ante formam testamenti, hoc est ante hæredis institutionem.§.ante hæredis. inst. de legatis. sed facta hæredis institutione si contigerit testamētum dici nullum ex causa preteritionis, vel exhæredationis,nihilominus legata quę testator veri similiter voluisset facere cum validitate testamenti debētur,auth.ex causa.vbi Ias.nu.8.& com.Doc. C.de liber.præt. Medic.reg.7.

Legatū perpetuū creditur indefinitè relictū, habita tamen ratione testatoris.doct.l. cū quidam. ff. de annuis legatis.l.annua.§.2. ff.eod. itē quando dicitur quòd legatū potest adimi,indefinitè intelligi debet vt totum possit adimi.Iaso in terminis huius reg. in rep.l.re coniuncti.numero 26.ff.de legat.3.gl.cap. vt circa.de elect.6.§.trāsferri.inst.de adept.leg.Docto.commun.in Rubric.de reg.iur.6.Medic.reg.2.

¶ LEGATVM rei alienæ factū à testatore scienter, valet.text.in l.cum alienam.C.de lega.& §. non solùm.Institu.eo. Habes tu Hispane l. x.titu.ix. part. vj.quæ idem disponit.

Amplia quatuor modis, & limita tribus, vt per Ias. in d.l.cum alienā, & in materia huius regulæ,vide aliā regulam,quam habes suprà,in litera A.in verbo, alienæ. B.Dias reg.416.

Legatum alienæ rei factum à testatore ignorante, & sic errante non valet. text. est in l. cum alienam.C. de legat.& in §.non solùm.Instit.de legat.

Concordat tibi Hispane l.x.tit.ix.partic.vj.

Limita octo modis,vt per Iaso.in d.l.cum alienam.B. Dias reg.30.

¶ LEGATVM rei alienæ regulariter non valet. l. proprias.C.de legatis.

Primò fallit,vbicūque talis res potest afferre aliquam commoditatem legatario rquia tunc legatum valeret.casus est secūdum vnam lecturam,Cyn.& doct. in l.si tibi homo.§.primo.ff.de leg.j.

Secundò fallit in re mea, quæ alij debebatur, non solùm per actionem sibi competentem, vt in l. apud Iulianum.in §.si Titius.de legatis j.sed etiā per officiū iudicis, vt est casus in lege, de vno quoque. §.si ex bonis.eo.tit.no.glo.in d.l.si tibi homo.in §.j.de legatis primo. B.Socin.reg.279.

¶LEGATVM p rei legatę alienationē.extinguitur tex.est in l.fideicō.§.si rē.ff.de leg.iij.§. sed & si rē. inst.de leg.& ibi Ang.Alex.cōs.clvij.nu.1. vol. vij. Amplia d. reg. etiāsi testator rem legatam pignorauerit facto & ad instantiam legatarij. Ratio, quia eo tūc res transit cum cōmodo & incommodo, id est, cum onere & honore,vt l.cum pater.§.mense.ff. de legat.iij.quod secus est si pignorasset pro facto alieno,quia hæres teneretur rem obligatam luere,& legatario præstare, vt d. §. si rem. & ibi Bart.& doct. omnes.& Ang.in d.§.sed si rem.instit.de leg. nu. 2. & no.Bart.in l.si tibi homo.in prin.ff.de leg.j.

Fallit hęc reg.in ij.fall.quas ponit Soc.in cons.clxxvij.

Fallit etiam vltra prædictas fallen. quando appareret de firma & manifesta voluntate testatoris, declarantis suam intentionem, postea transcursi essent anni xx.quia tunc ex cursu decēnij,cum declaratione testatoris arguitur animus & voluntas testatoris : ita Bald.cons.xxxix.& xl.vol.ij. Nouell.reg.66.

¶ LEGATVM per rei legatæ alienationem extinguitur.l.fideicommissa.§.si rem.ff.de leg.iij.

Primò fallit, quando testimonium redderetur nullum vel subiaceret querelæ, vt quia esset legatū factum filio:nam hoc casu alienatio voluntaria non extinguit legatum,sed saltem debetur æstimatio.ita not. doct.in d.l.sancimus.in prin.C.de inoffi.testam.

Secundò fallit, quando alienatio fuisset nulla, & legatum erat expressum:secùs si erat inclusum sub generalitate verborum:vt probatur in l.iij.§.fi.ff.de fun. instr.& ita intelligitur gloss.in l.seruum filij.§.idem seruus.& glo.quę incipit quod filius.& ibi Paul. de Cast.& vide in simili l.cū dominus.§.filius.ff.de penu.leg.Bal.in rub.C.de verbo.sign.ad finem.& vide tex.omnino in l.pen.§.fi.ff.de auro & arg.leg.

Tertiò fallit,si alienantur res vnde testator solui designauerat:vt est in l.testamento.de leg.primo.

Quartò fallit si soluit contractum, vel conuentionem factam alienando,non autem tradendo sibi rem,vel pretium recipiendo:quia solus contractus non extinguit leg.l.pędia.de fun.instr.ff.& Bal.in l.iij.C. de negot.gestis.

Quintò fallit si leg.fuit conditionale si res mea erit. casus est in lege Pōponius.in fine.ff.de auro,& argento legat. & not. per Ludouicum de Roma. in l.Stichus qui meus erit.ff.ne legatis j.& est text.in l.falsa demonstratio.ff.de cond.& demonstr.

Sextò fallit si legetur res,vel æstimatio. vt in l. Lucius, de legatis ij.& ibi glo.& Bald.in d.l.iiij.C.de legat.

Septimò fallit in libertate,vt si seruus cui relicta est libertas alienatur, & a priori patrono redimatur : ita not.Bal.in d.l.iij.C.de leg.licet secùs fit in aliis, per text.in l.cum seruus,de adim.leg.ff.

Octauò fallit,quando testator alienauit titulo oneroso:quia in dubio videtur alienasse ex necessitate,secùs si titulo lucratiuo.ita dicit Butrig.in d.l.tertia. C.de legatis.

Nonò fallit si testatòr permittit hæredi, quòd alienet rem legatam:nam non videtur reuocari leg. tex. est in l.x.in fi.ff.vt leg.nomine caue.& Bald.in d.l.iij.

Decimò fallit vt not.Bart.in l.iulianus. §.ij.de leg.j.

Vndecimò fallit vt per eundem Barto. in d.l. apud Iulianum.§.ij.de leg. j. vbi vide per Bald.duas limitationes. B.Socin.reg.276.

¶ LEGATVM quantitatis similis in eodem testamento,pluries relictum,in dubio semel tantum debetur.tex.est in l.planè.§.si eadem.ff.de leg.primo. quem ibi notant doctores.

Limita tripliciter hanc regulam,vt per Ias.ibi.B.Dias re.413.

¶LEGATVM reuocatur propter inimicitiā emergentem

gentem inter testat.& legatarium.text.est in l.iij.§. fin.ff.de adim.leg.

Fallit primò, quando legatarius ignoranter incidisset in inimicitiam cum testatore,quia tunc legato non priuaretur.Item Bald.in ca.j. vers.pone quod vasallus.quib. mod. feu. amit.vbi si vasallus insultat dominum quē ignorat esse dominum suum feudo nō priuatur, quia error & ignorantia excusat. l. res.C. de crim. expillat.hæredit. & vide quæ dixi in tract. meo ad def.in causis capit.numer.50.in vers. error, vbi multa accumulaui.

Fallit etiam secundò, quando inimicitiæ processissent ex culpa & defectu testatoris, ita tenet Bartol. in l. cum tabulis.§.j.ff.quib.vt indig.Ias.in l.si filiā tuā. in princip.num. 2. C. de inoffi. test,Pet.Gerard.in sing.num.5.quod not.

Fallit etiam si legatarius occideret testatorem repertum in actu venereo cum vxore legatarij, quia tunc non priuatur legato, vt Pet.Gerard.in sing.num.5. quod not. Iac.Nouel.reg.59.

Legatum soluitur morte legatarij, nisi habuerit coniunctum,vel substitutum, Ampl.etiam in morte ciuili.vt,si damnatus esset in metallum,secus si deportaretur in insulam,quia ipse potest in ciuitate restitui.l.interdicit. ff. de con.& demon. si verò legatarius mortuus fuerit post mortem testatoris, legatū tunc transmittitur ad eius hæredes, si legatum erat purum,seu relictum in diem certum,l.1.§. cum igitur.C. de ca.tollen.& onus impositū legato comitatur legatum,Barto.l.filio.§.matri.ff.de adim.leg. Bal.l.1.C.de cōd.insert.l.1.§.pro secūdo.C.de ca. tollend. Item mortuo legari non potest, Dec. & Cag. l.Meratius.ff.de regulis iur.sicuti ei hæreditas dari nō potest.Marf.l.fin.numer.31.ff.de quest.l.2. l.Diuus.§.fin.ff.de iure cod.l.quo loco.ff.de hære. insti.Doct.l.Celsus.l.pater.ff.de le.2.Medic.tract. 2.part.

¶LEGATVM non vitiant angustię tēporis,& difficultas præstationis,seu possibilitatis,quę concernit eius executionem,seu præstationem. text. est in l.si mihi,& tibi.in §.si quis seruos.ff.de leg.j.per quem ibi notant Doctor,communiter.facit text.in l.non tantùm.C.de legatis.

Limita tribus modis,vt per Iasonem in dicto §.si quis seruos. B.Dias reg.414.

Legatæ rei dominium transit in legatarium ipso iure, §.1.C.commu.de leg.l.si tibi homo,§. cum seruus, ff.de leg.1.

Ampliatur in 4.casibus,& limitatur in 14.per Iaco.de Nigri.in l.1.ff.de lega.1.numero 65.& sequē. fallit in 5.casibus,vt per Zasium in l.planè,§.si ita Titio, numero 6.ff.de leg.1.Ampliatur in 2.casibus, & limitatur in 12.à Rip.in d.l.vbi Ias.numer.124.ff.de leg.1.& vltra istas, Ampliatur in 13.casib. & limitatur in 9.à Pet.Duen.reg.210.fallit in 7.casib. quos no.Hieron.Butrig.in l.omnia, ff.si certum petatur, numero 7.

Ampliatur & limitatur in 4.casibus, per Maria.Socin. in d.l.1.nume.357.& 384.fallit in 4.casibus,vt per Socin.reg.221.

Pro legatis pro quibus competit actio personalis datur hypothecaria,no.dd.in l.1.ff.de leg.1.

Fallit in 8.casib.quos no.Iacob.de Nig.in d.l.1.numero 76.& quando legatur res testatoris specificè demonstrata,& simpliciter pro ea datur actio in rem. Ampliatur & limitatur in 4.casib.vt per Marian.Soci.iun.in l.1.nu.357.

Pro legato continente vtilitatem alterius, & quod de iure communi validum est,competit actio personalis,l.1.C.commu.de lega.

Ampliatur in 3.casibus & limitatur in 5.à Crot.in l.1. ff.de lega.1.numero 29.ver.prima fit cōclusio.Ampliatur in 4.& limitatur in 3.à Maria.Soci.iun.in d. l.1.ff.de leg.1.numero 263. Fallit in 5.casibus, vt per Iacob.de Nig.in d.l.1.numer. 29.ver prima cōclusio. Ampliatur in 3.casibus,& limitatur in 5.à Ias.in d.l.1.num.100.Ampliatur in 2.casibus,limitatur in 7.à Ias.in l.1.C.commu.de legat.

Hypothecaria datur pro legato etiā de iure antiquo. l.creditoribus,ff.de separat.

Fallit in 4.casibus,quos refert Crot.in l.1.ff.de leg.1. numero 41.datur etiam rei vendicatio, vt per Ripā in dict.l.1.vbi limitat in 12.casibus, numero 48. & sic pro legato competunt tres actiones.

Fallit in multis casibus,vt per Baptist.à Villa. conclu. 46.in litera L. Ampliatur in 2.casibus, & limitatur 7.à Rip. in d.l.1.nume.38.

Legatum continens alterius vtilitatem,si est validum producit actionem.Bar.in l.1.ff.de leg.1.

Ampliatur in 2.casibus,& limitatur in 4.per Soci.reg. 55.in add.

In casu, in quo testator prohibuit Falcidiā de legatis posse detrahi,debentur legata hæreditate non adita per hæredē scriptū,no.in l.nemo potest,ff.de leg.1.

Fallit in 2.casib⁹,vt p Crot.in d.l.nemo , numero 16.

Testator legando rem cōmunem cum alio, intelligitur solum legare partem,quam in ea re habet, l.serui.§.cum fundū,ff.de leg.1.l.si colonus,§.fi.l.quod rerum,§.2.eod.tit.

Fallit in 4.casibus,quos not.Soc.reg.224.Ampliatur in 4.casibus,& limitatur in 4.à Iaso.in d.§.cum fundus,numer.1.& 28.fallit in 4.casibus,vt per Ripam in l.cum fundus.ff.de leg.1.nume.4.

Testator legans rem simpliciter, censetur tantummodo legare ius quod habet in re, l. si domus,§. si fundus,ff.de leg.1.

Ampliatur in 7. casibus, & limitatur in 7.à Soci. reg. 95.in add.

Fallit in 4.casibus, secūdum Alex.in l.serui electione, §.cum fundus,ff.de leg.1.nu.2.

Legatarius habens electionem legati,nō potest eligere partem in vno,& partem in altero, l. si ex toto,§. si ita legatum,ff.de leg.1.

Fallit in 3.casib.quos no.Ias.in d.§.si ita legatū, n. 51.

Illud quod possum legare domino,possum legare eius seruo,l.non ideo minus.ff.de hære.insti.& econtrario illud,quod possum legare seruo,non possum legare eius domino,l.neque,ff.de hære.insti.

Fallit in 3.casib. quos not.Ias.in l.si mihi,& tibi,§.regula,ff.de leg.1.nu.2.& seq.

Quod minimum est censetur esse in legato,l.legato generaliter,ff.de leg.1.

Fallit ī 4.casib.quos no.Soc.reg.319.Fallit in 3.casib. vt per Ias.in l.si ita sit scriptum,ff.de leg.2.nu.17.

Fallit in multis casibus, vt per Alexand.in d.l. si ita sit scriptum,nume.4.

Angustiæ temporis,quæ cōcernunt executionem, seu præstationem legati, non vitiant ipsum legatum, l. si mihi,& tibi,§.si quis seruos,ff.de leg.1.

Fallit in 3.casib.vt per Iaso.in d.§.si quis seruos.nu.9.

Legatum factum filiabus non comprehendit post humam,de qua non est facta mentio in testamento, l. qui filiabus,vbi no.ff.de leg.1.

Fallit in 2.casib.vt per Ias.in d.l.nu.8.

In legato partis bonorum non veniunt fructus nisi à tẽpore, quo hæres fuit in mora, l. si quis bonorum, ff. de leg. 1.

Fallit in 2. casib. vt per Iason. in d. l. si quis bonorum.

Fallit in 18. casibus, vt per Rip. in l. fideicommissariam. ad Trebellia. colum. 2. videas in tractat. de fructibus.

Legatum factum hæredi à semetipso non valet, l. legatum, §. 1. ff. de leg. 1.

Fallit in 2. casib. vt per Iaso. in l plané, §. si duob. ff. de leg. 1. nu. 5. & seq.

Legatarius si stipuletur ab hærede seruum in specie si bi legatum non esse fugitiuum, per talem stipulatio nem nihil plus debetur, quàm si esset in legato, quare hæres debet præstare talem, qualis est. l. si legati serui, ff. de leg. 1.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. l. nu. 1.

Quando testator legat domum simpliciter, & nullum habet in patrimonio, tale legatum est desitorium, & sic inutile, & hæres non tenetur aliam domum extra patrimonium testatoris redimere, doct. in l. si domus, ff. de leg. 1.

Ampliatur, & limitatur in 3. casib. vt per Ias. in d. l. si do mus, nu. 10.

Quando testator legat domum simpliciter, & habet in patrimonio plures domos, electio est hæredis, quam velit dare, d. l. si domus, ff. de legat. 1.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 2. à Iaso. in d. l. si domus, nu. 5.

Testator legando domum, videtur legare vnam ex illis, quas habet in patrimonio. l. 3. & ibi Bart. ff. de vi no, trit. & oleo leg.

Fallit in 2. casib. vt per Socin. reg. 94. in addi.

Legari potest ab omni debitore, leg. si pecunia, ff. de leg. 1.

Fallit in 2. vt per Ias. in d. l. nu. 8.

Quando extraneis legat mihi rem meam alteri obliga tam, pignoris censetur grauare hæredem, vt illud pi gnus liberetur soluendo debitum principale, l. si tibi homo, ff. de leg. 1.

Ampliatur & limitatur in 4. casib. per Ias. in d. l. si tibi, nu. 4.

Legatum ad pias causas hæreditate non adita non debetur: hãc esse communem opinionem testatur Ias. in l. habeat, C. de sacrosf. eccl.

Fallit in 3. casibus, vt per eundem in d. l. numero 29. Fallit vt per Franc. Turzan. regu. 40. in suis conclusionibus.

Pactum tamen factum in legato ad pias causas non valet.

Fallit in 3. casib. vt per Alexan. in l. si certis annis, C. de pact. nu. 3.

Legatum vsusfructus omnium bonorum à testatore factum vxori, & post eius mortẽ instituit fratrem, nõ valet, hæc est communis opinio.

Fallit in 4. casib. quos not. Ias. in l. extraneum, C. de hæred. inst. nu. 6. ver. tenendo tamen.

Legata non conseruantur per Authen. ex causa, C. de lib. præt.

Si testamentum sit nullum, præteritione filij ignoranter facta.

Fallit in 5. casib. vt per Ias. in d. authen. ex causa, nu. 4. & seq.

Legata, & alia disposita in testamento hodie sustinentur per Auth. ex causa, non obstante, quòd filius sit præteritus, vel exhæredatus.

Fallit in 5. casib. vt per Ias. in d. Auth. num. 16. vbi vide Bald. de Nobi. qui limitat multis modis, nu. 15. Ampliatur in 3. casib. & limitatur in 4. à Io. Bolog. in d. Auth. nu. 70.

Testator pignorando, vel hypothecando rem legatã, non intelligitur legatum reuocare, l. qui post. C. de legat.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. l. nu. 2.

Testator vendendo, vel alienãdo rem legatam, si alienauit voluntariè, intelligitur reuocare legatum, secus si sine necessitate, quare saltem debetur æstimatio. d. l. qui post.

Fallit in 4. casib. vt per Ias. in d. l. qui post, nu. 2. fallit prima pars regulæ in 11. casib. quos not. Soc. re. 218.

Hæres tenetur luere rem legatam, quã testator pignorauit, d. l. qui post.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. l. nu. 4. fallit in 4. casib. vt per eundem in d. l. prædia, C. de fideicomm. numero 2. fallit in 3. casib. quos not. Bened. Cap. in suo tract. numero 11. reg. 107. fallit in 3. casib. vt per Soc. reg. 171.

Legatum factum seruo sine libertate non valet, nec re conualescit, licet post mortem testatoris efficiatur liber. l. seruus, C. de legat.

Fallit in 4. casib. vt per Iaso. in d. l. nu. 1.

Legatarius propria authoritate accipiens rem legatam perdit illam, & eius actionem, l. non est dubium, C. de legat.

Fallit in 4. casib. vt per Ias. in d. l. numero 2. Ampliatur in vno casu, & limitatur in 4. per Dias regul. 407. videas Plot. in rep. l. si vnquam, C. vnde vi. numero 58. fallit in 2. casib. vt per Alexan. in l. non dubium, C. de leg. numero 3. & contra eum qui propria authoritate occupauit competit interdictum quorum legatorum.

Ampliatur in 3. casib. & limitatur in 5. à Ripa in l. hoc interdicto, ff. quorum legato.

Legatum rei alienæ factum à testatore sciente valet, l. cum alienam, C. de legat. Fallit vt per Baptist. à Villa. concl. 3. litera L.

Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 7. à Ias. in d. l. nu. 2. Fallit in 4. casib. quos not. Bened. Cap. in suo tract. reg. 105. sed si res est tradita, hæres non tenetur de euictione. Fallit vt per eundem. re. 106.

Legatum rei alienæ factum à testatore ignorante, & sic errante, non valet, d. l. cum alienam.

Fallit in 8. casib. vt per Ias. in d. l. nu. 4. fallit in 7. casib. quos not. Bened. Capra in suo tract. re. 106.

Si pater filium impuberẽ exhæredauit aliis institutis. & filio exhẽredato dederit pupillarem substitutum, à substituto non potest alteri legare, l. cum quidam. C. de legat.

Fallit in 3. casib. vt per Ias. in d. l. nu. 3.

Si fiat legatum mulieri, sub conditione si non nupserit, conditio hodie reiicitur, & legatum remanet purum, & sic mulier debet habere legatum, siue nubat, siue non, l. cum relictum, C. de ind. viduitate tollenda.

Fallit in 5. casib. quos not. Ias. in d. l. nu. 3.

Legatarius cui facultas eligendi competit, debet rem mediocrem eligere, l. 1. §. 1. C. commun. de legat. l. si quis argentum, §. 2. C. de dona. l. legato generaliter, & l. si hæres generaliter, ff. de leg. 1.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. l. generaliter.

Legata reuocantur per solas inimicitias superuenientes post factum testamentum, licet hæredis institutio non. l. ex parte, ff. de adi. legat.

Fallit vt no. Gerar. de Petra Sancta, sing. 5. incip. regu-

la est.

Legata peti non possunt hæreditate non adita, l.si nemo.ff.de testa.tut.l.si quis omissa.ff.si quis omis.

Fallit in 26. casib.quos not.Bened. Capr. in suo tract. reg. 111.fallit in 12.casib.quos no.Ias.in l.eum quem, C.de fideicomm. numer.20.fallit in 12. casib. vt per Soci.reg.in 12.in add.vide Dec.in l.si nemo, ff.de regul.iur.fallit vt per Viuium in suis concl.in ver.hæreditate non adita.

Legatum quantitatis in eodem testamento pluries relictum in dubio, semel tantum debetur, l.planè, §.si eam, ff.de leg.1.

Fallit in 3. casib.vt per Ias.in d.l.colum.3.fallit in 3.casib.vt per Alex.in l.si plurib.§.si eadem, ff.de leg.1. nu.2.

Modus mixtus pendens ex facto honorati, & alterius tertij, si deficiat per factum illius tertij, vel per casum fortuitum mortis, non facit deficere legatum. fallit in 2.casib.vt per Ias.in l.si Titio, ff.de leg.1.numero 2.

Quantitas quando legatur vt certum corpus existens in aliquo loco, tunc non iudicatur, vt quantitas, sed vt species, l. talis scriptura, ff.de leg.1.

Fallit in 2.casib.vt per Iaso.in l.sed & si certos, quam legit cum §.si numerus, & leg.si seruus, pluries. ff.de leg.1.

Legatum ad certum vsum in alium conuerti non potest, Cle.quare contingit, de relig.dom.l.1.ff.de admi.rerum ad ciuita.perti.

Fallit in 8.casib.quos not.Bened.Capr.reg.112.

Incertitudo vitiat legatum, gl. & Pari.in l.legato generaliter, ff.de leg.1.Bar.in l.quidam, ff.de reb.dub.

Fallit vt colligitur ex distinctione, quam facit Bened. Capra in suo tract.reg.113.

Legatum à debitore creditori factum, regulariter non valet, l.si creditori, §.Marcellus, cum l.seq. ff.de leg. leg.1.§.econtrariò.Inst.de leg.

Fallit in 7.casib.quos not.Soc.reg.220.

Legari ædibus affixa regulariter non possunt, l. circa, ff.de leg.1.

Si testator legauit alicui omnem quantitatem pecuniæ, quam sibi mutuo dederat, de cuius quantitate voluit stare eius simplici dicto, huiusmodi legatum valet, not.Doctores in l.nemo potest, ff.de leg.1.

Fallit in 3.casib.vt per Crot.in d.l.nu.38.

Res mea mihi legari non potest, l.proprias, C.de leg.

Fallit in 2.casib.vt per Soc. reg. 223.Fallit in 5.casib.vt per Alex.in l.si domus, §.si fundus, ff.de leg.1.nu.1.

Pater promittens decem pro filia, si postea ei leget animo compensandi dotem promissam legare videtur, l.si quis mandati, §.cum pater, ff.de leg.1.

Fallit in 5.casib.quos no.Socin.reg.282.fallit in 3. casib.vt Alex.in l.huiusmodi, §.cum pater, ff. de legat. 1.nu.1.

Pater filiis naturalibus vnam vnciam legare potest legitimis existentibus. glos.in leg.cogi. §.hi qui. ff.ad Trebel.

Fallit vt not. Soc.reg.285.

Legatum factum prælato, contemplatione ecclesiæ factum non censetur: hanc communem opinionem attestatur Franc.Turza.concl.14.vbi limitat, sed legatum factum extraneo censetur factum contemplatione ecclesiæ.

Fallit in 3.casib. vt per Socin.in l.ciuib. ff. de reb. dub. nu.15.

Legatum factum vxori, in qua relinquitur vsufructuaria omnium bonorum, institutis filiis, intelliguntur solum legata alimenta. hanc esse communem opinionē attestatur Baptist.à Villa.conc.15. in litera I.

Legatum si factum est in testamento minus solenni, non tenetur hæres soluere: hanc esse communem opinionem attestatur Baptist.à Vil.conc.20.in litera L. vbi limitat in 4.casib.

Legata facta in testamento paterno non confirmantur per existentiam sui hæredis, leg.si filius patri, ff. de vulg.

Fallit in 2.casib.vt per Soc.in d.l.nu.10.Fallit in 4.casib.vt per Alex.in d.l.nu.8.

Expressè conditionis quæ tacitè inest in legato, non facit illud conditionale, not.Doctor.in l.hæc verba, ff.de leg.1.

Fallit in 7.casib.vt per Socin.in dicta leg. numero 1. & sequent.

Commodum rei legatæ cedit legato, l.quod in rerum, §.si quis post.ff.de leg.1.

Fallit in 4.casib.quos no. Rip.in l.si ex toto, ff.de leg.1. nu.8.

Testator legando secundo quod prius alteri legauerat sub commemoratione primi, censetur totum adimere à primo, §.transferri, Inst.de ademp.leg.

Fallit in 3.casib.vt per Rip.in l.re coniuncti, ff. de leg 3. nu.23.

Vocati censentur in vnam portionem, qui per collectiuam vocantur, l. si quis Titio, ff. de vsufr.accres.

Fallit in 5.casib.quos not. Rip.in l.re coniuncti. ff. de leg.3.nu.103.

Hæres apud quem remanet aliqua quota hęreditatis tenetur legatariis pro rata quotæ, l.1.& 2. C.ad Treb.

Fallit in 3.casib. vt per Rip.in l.explicito, §.sed si quadraginta, ff.ad Treb.nu.2.

Legata relicta ab instituto, videntur in dubio repetita à substituto. Fallit in multis casib. vt per Alex. in l. licet Imperator, ff.de leg.1.nu.9.

Legatum non valet si æs alienum absorbet totam hæreditatem.l.si vniuersæ, C.de legat.

Fallit in 3.casib.vt per Alexan. in d.l.vniuersæ. Donat. Fina, lib.2.

¶ LEGATA. Pompo.lib.vj.ad Sabin.
Lex xviij.

Quæ legata mortuis nobis [a] hæredes nostros transeũt, eorum commodum per nos iis, quorum in potestate sumus, eodem casu acquirimus, aliter atque [b] cùm stipulati sumus: nam & sub conditione stipulantes, omnimodò eis adquirimus, etiam si [c] libertate nobis præstita à dominis, conditio existat.

ADDITIO. a ad hæredem nostrum in P.Flo. al.hæreditatem nostram. b quod in P. Flor. c libertate præstita dominis: sed libertatis nobis potestate domini in P.Flor.

Coniunge c.78.de verb.oblig. Viuien.

¶ LEGATA bis diuersis personis relicta, eadem censenda non sunt, sed vtraque præstari debent, & quilibet suum habere debet. Bart.in l.re coniuncti. q.j. vers.j.de coniunct.re tantùm.ff.de leg.3.Iaso. d.l. re coniuncti.vers.quid ergo.& si scriptum.nu.mihi 10. Franc.Ripa in d.l.re coniuncti.ver.accedo ad quæstiones Barto. Citant omnes suprà allegati.l.quingenta.aliàs quinquaginta.ff.de prob.& l.si pluribus. §.j.ff.de leg.ij.qui tex.(si bene inducantur) hoc probant.Raph.Cuma.in l.si plurib.ff.de leg.j. quem refert & sequitur Ioan.Crotus in d.l.re coniuncti.

Vnde infert Alciatus in d. l.re coniuncti. quoties in legatis bis eadem summa expressa est, diuersas præstationes esse: vt si dictum sit, Titio decem, Seio decem

cem lego, non intelligentur eadē decem: ídque (ait) receptius est. Quod maximè procedit, si dictum sit dena dari: intelligetur enim decem singulis. l. si quis testamento. vbi Petrus, Cinus, Rain. Imo. & Raph. ff. de leg. j.

Fallit, quoties id expressum est, vt quia addita sit dictio, eadem, Inst. de duob. reis. §. duob. ibi, eósdem decem. Alciat. d. l. re coniuncti. ver. j. quoties.

Fallit quando quantitas iterata non est, puta, Titio, & Seio decem. ídque etiam si sub nomine collectiuo conceptum esset legatum, puta filiabus meis nascituris relinquo mille aureos. l. qui quartam. in fin. ff. de leg. j. vnà mille omnibus relicta censebuntur. Alciat. vbi s. apud quem vide alias limitationes. Prat. reg. 468.

¶ Legata, & fideicommissa adæquata sunt, textus formalis in l. j. ff. de legat. j. l. ij. C. commu. de legat. Hanc regulam tradit Iason in d. l. j. notab. j. Ripa ibidem notab. vltimo. G. Benedict. in repetit. capitu. Rainutius. in verb. si absque liberis. part. ij. nu. 144. ext. de testam. Azo. in Summa. C. commu. de legat. Ludo. Roma. consi. cccclxxx. incip. in casu proposi. tæ. nu. 2. Ang. in §. legatum. Institut. de legat. Ex ista regula Bartolus tres colligit in dict. l. quæ huius generalis sunt declaratoriæ. Prima est hæc, legata particularia sunt exæquata legatis particularibus. Secunda fideicommissa vniuersalia, & legata vniuersalia, sunt exæquata in omnibus, & per omnia. Tertia fideicommissa vniuersalia non sunt exæquata legatis singularibus. Probari ait primam regulam ex d. l. prima, ff. de legatis primo. & l. secūda. C. commu. de legat.

Regula nostra sic ex Bartolo declarata ampliatur primò per Azonem in Summa, vt procedat in nomine, vt omne legatum possit fideicommissum appellari, & econuerso. quod an verum sit, cogita. Ias. in d. l. j. per l. iij. ff. de lega. j.

Extenditur etiam ad cessionem, & transmissionem. l. vnica. §. sin autem aliquid. C. de caduc. tol.

Amplia quo ad personas actiuè, & sic respectu personarum relinquentium, quia qui potest legatum relinquere, potest & fideicommittere. Iason in d. l. j. ff. de leg. j.

Amplia vt etiam passiuè procedat: quia cui fideicommitti, eidem & legari potest. Ias. vbi s.

Amplia quia quæ legari, ea fideicommitti posse ait.

Amplia ad relinquendi modum, & sic ad verba: quia per quæ verba relinquuntur legata, & possunt & relinqui fideicommissa. l. ij. C. commu. de lega. Barto. in d. l. j. ver. quæro, video. ex quo Ias. has quatuor suprà proximas limitationes desumpsit.

Amplia ad actiones: quia illæ tres actiones, quæ competunt pro legatis, competunt & pro fideicommissis. gl. in d. l. j. & ij. C. comm. de leg. Sunt autem hæ, actio personalis ex testamento, rei vendicatio, & hypothecaria, d. l. j. C. comm. de leg.

Amplia ad leges, vt quæ de legatis loquuntur, habeant locum in fideicommissis, & econuerso. Ratio, quia quando duo æquiparantur à lege, quidquid statuitur in vno, intelligitur & statutum in altero. gloss. in l. si quis seruo alieno. C. de fur. gl. in l. quod verò cōtra. ff. de legi. Bar. in l. Marcellus. in prin. ff. ad S. C. Treb.

Amplia ad executionem: nam sicut legata non habent executionem paratam, ita nec fideicommissa. Hanc ampliationem colligo ex dictis G. Bened. in c. Rainutius. ver. si absque liberis moreretur. nu. 191. part. ij. extra de testa.

Limita in legatis singularibus, & fideicommissis vniuersalibus: nam non æquiparantur. glo. in d. l. j. ff. de leg. j. vbi Ias. nu. 30.

Limita in libertate relicta, vbi est differentia an legetur, fideive committatur. Ias. vbi s. nu. 31. quod ita declarat Alciat. in d. l. j. nu. 6. quoad rei effectum. Nam etiam hodie subest differentia inter libertatem directò relictam, quę per fideicommissum relicta fuit. l. fi. C. qui manumit. non pos.

Sed & in nomine adhuc differentiam esse inter legata, & fideicommissa. Nam propriè loquendo, aliud est legatum, quod præceptiuis verbis fit, aliud fideicommissum, quod precariis concipitur. Alciat. in dicta l. j. numero 5. Nam si lex municipalis, puta statutum, vel consuetudo odiosa, vel correctoria loqueretur de legato, ad fideicommissa non traheretur Angel. consilio sexto. Amplia hanc limitationē ad dispositionem testatoris: cùm constaret de altero tantùm eum intellexisse: non enim à verborum proprietate temerè recedendum est. l. non aliter. ff. de legat. iij.

Fallit in legatis, & fideicōmissis seruitutum. Alciatus vbi s.

Fallit in legatis exæquatis retractandis: quia difficilius reuocantur fideicommissa, quàm legata. Ratio diuersitatis est hæc: quia fideicommissa præstita duorum voluntate nituntur, testatoris scilicet & hæredis. Legata verò sola voluntate testatoris. Ripa d. l. prima, ff. de leg. j. versic. vltimò nota. Prat. reg. 468.

¶ Legata omnia de manu hæredis capienda sunt, & licet legatarius non possit authoritate propria legatum accipere, & aliter teneretur hæredi restituere, prout voluit tex. in l. vnic. C. quorum leg. Id tamen in quibusdam casibus locum nō habet. prout Capra consi. iij. circa hoc plura in fine.

Limita quod legatum libertatis dicitur pium, quando fit pro anima vel amore Dei, alias secus. Ita Bart. in l. j. C. de sacr. sanct. eccl. & ibi Ias. in vtraque lectur. vers. not. istam lim. Tiraq. in tract. piæ causæ in præfatione. vers. limita, quod d. legatum.

Fallit hæc regula in legatis ad pias causas, quæ authoritate proprij legatarij capere possunt, & rem vendicant, vt tenet Corn. Perus. cons. cxl. circa hanc consult. l. 50. vol. j. & Capra consi. cccij. punctus, in iiij. dub. quod not.

Fallit etiā in legato libertatis, quia disposita in libertate locum habent ad alias pias causas. Spe. in tit. de instr. edi. §. nunc aliqua. vers. & scias. Bald. in l. ij. & l. pen. C. de fideic. lib. Tiraq. in tract. piæ causę. n. 2. vers. item legatum liber. in præfat. I. Nouel. reg. 63.

¶ Legata peti non possunt, hæreditate non adita. text. est in l. si nemo. ff. de testa. tutel. & in l. si quis omissa. ff. si quis omiss. caus. testam.

Limita viginti modis, vt per Barb. in rub. de testamen. vbi priùs assignat tres rationes huic regulæ.

Vigesimosecundò limita: quia hodie ex l. nostri regni Castellæ, etiam non adita hæreditate debentur: vt in l. j. titu. de los testamentos. libro v. in ordi. regal. B. Dias reg. 411.

¶ Legata, repudiata hæreditate, nullo iure peti possunt. l. si quis omissa. ff. si quis omissa causa, & l. eam quam. C. de fideicommis. & l. j. C. si quis omis. causa testa. cum aliis.

Fallit hæc regula in relictis ad pias causas. priu. xxxiij. tract. priuileg. pię causæ d. Andr. Tiraq. Bal. consilio cclxviij. An cæcus, versic. sed secus est in legatis. vo-

lum. & consilio ccccl vij. viso testamento. volum.ij. numero 2. & consilio clxvij. Thema numer. 5. versi. Item voluntas. volum.ij. & consi. clxviij. numero 2. allegatis, volum.iiij. & consi. cclxxxvij. numer. 5. ad fin. d. cta mulier domum. nu. 5. eo. iiij. volum. vbi in terminis tenet hanc communem opi.

Fallit etiam in ij. casibus positis per Ias. in d.l. eam quã. C. de fideicom. & Bald. in l.j. C. si quis omissa causa testam. quos vide, & obserua. Salic. in l. j. quæst. xiij. C. de sacrosanct. eccle. cum multis aliis ibi adductis & allegatis. Nouel. re. 69.

¶ LEGATA, rupto agnatione posthumi ignoranter præteriti testamento, non conseruantur. Hanc regulam, & conclusionem tradit Bar. in authen. ex causa. ver. aut præteritio est facta. C. de lib. præter. idẽ Bar. in l. filio præterito. versic. secundò est videndum an, authen. ff. de iniusto rupt. Bar. in consi. lxv. inci. quidam nomine Lapus. volum.ij. Hanc opinionem Bartoli tenet Franc. Aretin. consil. xciij. incip. viso legato. G. Benedict. in repetit. c. Rainutius. in verbo, in eodem testamento relinquens. j. nu. 232. de testam. in antiq.

Amplia hanc conclusionem Bartoli, vt procedat etiam in testamento ad pias causas Barto. in l. j. ver. secundò quæro, an relicta ad pias causas. C. de sac. san. eccl. Pau. & Alexand. in d. authen. ex causa. Alexand. consilio xlj. viso tenore. volum. j. & consilio xlviij. libro ij. incipient. abundè. & illam conclusionem Bartoli tenet Iason in d. authent. ex causa. Bald. in repet. l. j. C. de sacrosanctis ecclesiis, versiculo, super quarto quæsito.

Ampliat Iason in d. auth. ex causa, dictam conclusionem Bartoli habere verum, si posteà nato posthumo, testator post eius natiuitatem aliquot annis superuixerit, quia semper testator præsumitur filium prædilexisse legatariis: & allegat Aretin. sic consuluisse consil. xciij. s. allegato. quem & refert, & sequi videtur G. Bened. vbi s.

Conclusio Bartoli sic ampliata, & extensa fallit, si frater, fratre præterito, turpem personam instituerit: quia rupto fratris testamento per inofficiosi querelam [l. fratres. C. de inoffi. testam. §. soror autem. Instit. eo. vbi Ang. Faber. & Virgilius,] legata non conseruari censuit Decius, in l. j. versi. & illum tex. induxi. C. de bon. poss. contra tabu. Equidem hoc examinaui in libello ad Constantinum Impera. auctorem d. l. fratres. quo loco materiam d. l. fratres, tractaui. & nota bene hanc limitationem: quia eam vide in praxi.

Fallit in legatis necessariis factis pro male ablatis, puta pro restitutione vsurarum, vel aliter pro anima, quæ testator verisimiliter fecisset, etiam si de filio cogitasset. Nam talia legata conseruantur, non obstante preteritione de filio ignorauter facta: quia pater pręsumitur plus dilexisse animam suam, quam filium, ita eleganter decidit Baldus in d. l. filio præterito: quem ibi sequuntur Ange. & Imo. & Bald. in l. Titius. ff. de liberis & posthumis. iuxta illud Euangelicũ, nónne anima plus est, quàm corpus, & pro hac limitatione vide G. Bened. in verb. in eodem testamento relinquens.

Limita conclusionem Bartoli procedere, quando testator, qui ignorabat, præterit filium, & legata fecit, non cogitauit de filio, non in genere, nec in specie, vt quia testator graui infirmitate detentus, carens vxore, & in periculo mortis constitutus, & sic desperauit, & testamentum fecit, & demum post reconualescentiam, vxorem duxit, ex qua posthumũ habuit, certè tunc non conseruantur, secundum Baldum consilio ccccxl. libro primo, incipiente, quia vltimus passus. & in repetit. l. j. C. de sac. san. eccles. secus si saltem cogitauit in genere, & fiat alterius propositi, si etiam filium se habere sciret, legata tamen deberi volebat, iuxta l. qui iure militari. ff. de milit. testam. Ang. Pau. Castrens. & Alexand. in d. authen. ex causa.

Restringe conclusionem Bartoli, quando testator nullum alium filium hæredem instituit, & legata reliquit. Sed si aliquem filium hæredem instituit, & legata reliquerit, quamuis alium filium ignorãter præterierit, tamen legata debebuntur, d. auth. ex causa. Quia sicut vnum filium, quem instituit, grauauit legatis, verisimile est, quòd ita fecisset, si de alio, quem præterierit filio cogitasset, arg. l. Titius. §. j. ff. de liber. & posthu. ita vt decidunt Bald. & Alex. in d. auth. ex causa.

Limitat Aretinus consil. xciij. suprà citato: conclusionem Bartoli procedere in legatis, quæ de per se, aut iuncta cum aliis totum exhauriunt patrimonium testatoris, vel maiorem partem: nam in iis, quæ sunt intra dimidiam, non procedit sententia Bartoli: imò talia legata substinentur, non obstante filij nati, vel nasciturі præteritione ignoranter facta, & ita ponderat Bartolum voluisse in d. l. filio præterito. vers. præterea hoc tenere esset. vbi dicit, quòd quando testator fecit plura magna legata, non est verisimile, quòd fecisset, si de filio cogitasset. Sentit ergo, quòd si legata nõ essent magna, sed infra dimidiam patrimonij: de quibus verisimile est, quòd testator illa reliquisset, & cauisset, si filios se habiturum cogitasset: nam talia legata debentur. Idem voluit Ange. in l. vxorem. ff. de manu. testamen. Sed hoc committendum putat arbitrio boni iudicis, inspecta quantitate patrimonij, & personarum qualitate, & sequitur Paulus, & Ias. Nota hanc limitationem, quia cùm euenisset casus, obtinui, anno 1565. Prat. reg. 466.

¶ LEGATA, rupto per bonorum possessionem contra tabulas testamento, liberis & parentibus conseruantur. text. est in l. liberi. vbi Bartol. Bald. Dec. & alij. C. de bon. possess. text. in l. j. in princip. ff. de leg. præstan.

Fallit quando legata nulla essent. l. sed & si mortis. §. fi. ff. de lega. præstand. vbi dicit Iuriscon. ea sola legata præstant qui contra tabulas bonorum possessionem accipiunt, quæ vtiliter data sunt: ergo inutiliter data non præstant. d. §. fi. arg. à contrario sensu.

Fallit in seruis liberorum, & parentũ. d. l. sed & si mortis. §. hoc autem. Cæterùm.

Limitatur, quando liberi, & parentes essent grauati alij restituere: quia tunc non conseruantur, ex quo illis emolumentum non debetur. d. l. sed etsi mortis. §. item si quis. & ibi glo. quod declara, vt latè per Dec. in d. l. liberi. C. de bo. pos. contra tab. à quo has & sequentes limitationes acceptas refero.

Fallit vt non procedat in contra tabulante, cui relicta legata non conseruantur: tex. est notab. in l. filium. §. omnibus. ff. de legat. præstan.

Extende hanc limitationem, vt procedat in filio præterito, cui quid legatum fuit, si patiatur alium ex eius persona contra tabulare: vt tradit Alexan. in l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad S.C. Treb. quem refert & sequitur

quitur Dec.in d.l.liberi.ver. quartò nõ conseruatur.

Fallit vt non conseruentur legata coniunctis personis, quando relictum excedit, quod emancipatus habebit, qui contratabulauit.l. Sabinus Aristo. ff.de leg. præstand.

Fallit vt fratribus, & sororibus legata non conseruentur.tex.in l.iij.§.liberis.ff. de lega.præstand. vbi text. hoc apertè dicit. B.Dias reg.465.

¶ LEGATA reuocantur per solas inimicitias superuenientes post factum testamentum, licet hæredis institutio non.l. ex parte.ff.de adimen.leg. ponit Ias. in l.hæreditas.C.de his quib.vt indig.vbi vide rationem diuersitatis. Et nota quòd tales inimicitiæ debent probari per quinque vel septem testes:ita dicit Bartol. post Dynum in l.hæredes palam.§.& si quid post. ff.de testam.quod dicit mirabile Ias. & sequitur idem Ias.in l.filio quem pater.ff.de lib.& posth. Contrarium tenet idem Ias.referendo Pau.ibi, in l. fideicommissum.C. de fideicommiss.imò quòd duo testes sufficiunt.

Limita primò, nisi inimicitiæ processissent culpa testatoris:tenet Barto.in l.cum tabulas.§.quoniam.ff. de his quib.vt indign.qui sic summat illum. §. quod dicit singu.Ias.& non legisse alibi, quod tamen ibi dicit falsum esse, & adducit fundamenta in contrarium.Et idem contra dictam doctrinam Barto.dicit ipse Ias.in l.si filiam. C.de inoffi.testamen.vbi eadẽ posuit,quæ in d.l. hæreditas. in hoc passu:& opinioni Iaso. contra Barto. assentitur Gerardus de Petra sancta in singu.v.incipien.regula est.& Ioan.Lup.in repeti. rubr. de don.inter vir.& vxor. cumulat, quæ contra Barto.vrgent.Et dictæ opinioni Iason. contra Barto. assentitur etiam nouissimè Ripa in cap. j. de iudic.versic.j.conclusio. & respondet ad dictam l.in qua se fundat Bart.tu vide Barb.in cap.j. de probat.vbi dicit illum text. valde celebrem, & non refert doctrinam Bar.refert Philipp.in capi.cum speciali.de appella. Istam etiam regulam aliter limita, vt per Gerard.in dicto singul.quinto. B. Dias reg.410.

¶ LEGATA non reuocantur, si necessitate ductus testator rem legatam alienauerit. text. est in l. fideicommissa.§.si rem.ff. de legat.iij. & in l. rem legatam. ff. de adimen. leg. per gloss. & doctor. in l. qui post testamentum. C.de legat. confirma. quia actus necessitate celebrati non eos effectus operari solent, quos si voluntariè fierent, sortirentur: vt per plura cumulata comprobata Hippo. in l.j.præterea. ff.de quæstio.

Limita procedere, quando illa necessitas sit circa res familiares,secùs si à lege inducta vel imposita.Ita tenet Albericus in l. filia legatorum.C. de lega,quod dicit mirabile ibi Ias.circa princ.

Legatum,vide suprà, in verbo, actiones, & in verbo, alienæ.& in verbo,alimentorum. B.Dias re.417.

¶ LEGATA serui optione,semel duntaxat optari posse.l.serui electione.ff.de leg.1.l.apud.ff.de opt.leg. simil. conc.Fel.c. 2.de treug.& pac.col.3. Euer.in loco à vi numeri.nu.2. Med.reg.3.

¶ LEGATA tota,& integra si testator solui iubeat, videtur per geminationem istam prohibere Falcidiã. Bald.authen.sed cum testator. C.ad l.Falcid. gloss. l.decem.ver.tota. ff.de fidei.libe.Roman. l.Marcel. §.1.ff.ad Treb.l.si post.§.1.ff.ad legem Falc.Barbat. consi.66.col.6.vol.1.per c.examinata. de iudi. Med. reg.3.

¶ LEGATORVM, fideique commissorum nomine competunt tres actiones, personalis ex testamento, rei vendicatio,& hypothecaria. C.communia de legat.Bar.in l.prima, versiculo circa istud. ff. de legatis primo,& ibidem Baldus versiculo quæro,cum & Iason versiculo, quærit Barto,& vide Bartolum, Bald.& Cin.& alios doctores in dicta l.j.C.comm. de lega.& vide Alexan.in consilio iij. volumine secundo. Rationem assignat Imperator Iustinianus in dicta l. prima,his verbis, Si enim testator ideo legata,vel fideicommissa dereliquit,vt omni modo personæ ab eo honoratæ ea percipiant, apparet ex voluntate etiam præfatas actiones contra res esse instituendas.

Amplia vt non solùm detur contra hæredem, sed & contra legatarios, & alias personas grauatas. dicta leg.j.vbi vel alterius personæ,quæ grauata est. & C. commu.de legat.quod tamen intellige, vt per Bar. in d.l.j. num.2.& nu.3.

Extende, vt procedat in legatis relictis ab intestato. Barto.& alij in d.l.j.

Porrige ad legata relicta ex testamento rupta ex causa præteritionis, vel exhæredationis,secundum Bar. in authen.ex causa. C. de libe.præte.versicu.quæro, qua actione.

Produci potest regula ad legata, quæ conseruantur coniunctis personis,per l. j.in princ. ff.de legat.præstan.secundum Bald.in l.j. C.de bono.posses.contra tab.in finalibus verbis.gloss.in d.l.j. ff. de lega.præstan. in verb. præstarent. & ibi Barto. Sed hoc non constanter adseuerat Barto. Nam cùm gloss.in dict. verb.præstarent,dixisse tagi pro legatis, testamento rescisso,legata peti officio iudicis,vel actione vtili ex testamento.Addidit Bartolus,vel actione in factum. tandem subiecit, tene quam vis.quod mouit Iasonem ad tenendum contrarium.

Amplia vt procedat in legato facto in codicillis. Ias.l. j.ff. de leg.j.nu.100.

Regula nostra sic ampliata fallit, primò, secundum Bar. & alios communiter, vt procedat in legatis & fideicommissis alterius vtilitatem concernentibus: secus,si ad honorem,& auctoritatem testatoris duntaxat referuntur: tunc enim non competit actio ex testamento, sed officium iudicis. l. Quintus. ff. de ann.lega.l. hæreditas.in fin. ff. de peti. hæred. l.Mæuia.in fi.de manumis. testa.per quæ iura putat Paul. Castren.quòd si testator mandat Capellaniam construi, Pro isto legata non competit actio ex testamento,sed officium iudicis nobile. Aduersus hanc limitationem faciunt sequentia fundamenta,quia legata pro sepultura, & capellania constituenda, dicuntur legata pia,vt ex Panorm.refert Ripa.in d.l.j. num. 42. Atqui pro legatis ad pias causas competit actio personalis ex testamento. in d.l.j.& ver.& prę cipuè cùm talia sint. C.commu.de lega. Ripa in d.l. j.num.42.in fin. ff.de legat. j. credit non solùm tres actiones, sed & officium iudicis competere: atque ita à Lud.Roma. in auth. similiter. in secundo speciali piæ causæ,in vltimis voluntatibus.C.ad l. Falc, determinatum ait. Equidem ita soluen. d. l. Quintus.& d.l. hæreditas.in fi.procedunt, quia sola testatoris voluntas, & auctoritas interuenerat: ideóque nulla actio competebat. Tu pro solutione exactiùs rem expende.

Restringe regulam, vt procedat in legatis, quæ sustinentur iure communi: secus, quæ de iure speciali tantum, vt in legatis conditionalibus, quorum conditio habetur pro impleta de iure speciali: pro qui-

bus competit actio in factum, vel officium iudicis, secundum Bar. & Raph. Cuma. in l. in testamento. ff. de statulib. & l. cùm ita datur, ff. de condi. & demon stra. vbi gl. exponit constitutum ius, id est, singulare. Sed aduersus hæc obest text. l. j. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falc. vbi etiam in iis, in quibus legata sustinentur de iure speciali, habēt locum leges testamentariæ, vt dicit ille tex. ergo pro legato, quod iure cōmuni sustinetur, competit actio ex testamento, stringit. tex. in l. stichum. §. penult. ff. de statuliber. vbi conditio habetur pro impleta speciali iure fauore libertatis: & tamen ibidem dicitur, quòd libertas ex testamento debetur. Ripa in d. l. j. nu. 43. ff. de leg. j. conciliat. vt ibi per eum, & cogita.

Non procedit in legatis, quæ conseruantur per edictū, si quis omissa causa testa. pro quibus datur actio in factum, non actio ex testamento, secundum Bart. in l. si quis pecuniam. ff. si quis omis. caus. testamen. Sed hoc ibi apertè non dicit Barto. Hanc limitationem non esse veram multis fundamentis ostendit Ripa.

Limita, vt non procedat, quando testator, vel statutum disponerent legata deberi, etiam hæreditate non adita: nam tunc datur condictio ex statuto, vel officio iudicis, & non actio ex testamento. Iason in d. l. j. nu. 109. ff. de leg. j. post Bal. in l. j. ver. & idem dico in locis. C. si quis omis. caus. testa.

Fallit si pater grauetur emancipare filium: quia iure actionis compelli non potest, sed officio iudicis tantùm. l. si cui legatum. ff. de cond. & demon. & l. filiusfamiliàs. §. secundum. & ibi gl. hoc no. ff. de leg. j.

Fallit in legatis relictis personis incapacibus, nisi in causam alimentorum: quia pro talibus legatis, quæ in causam alimentorum duntaxat sustinentur, competit officium iudicis, secundum Barto. in l. seruus ad custodiam. ff. de alimentis & cibar. lega. Has limitationes accepi ex Iasone, & Ripa in dicta l. j. Ripa autem à Iasone acceperat. Tu vtrunque consule. Prat. reg. 469.

Superius diximus pro legato tres actiones competere, primam ex testamento, de qua proximè tractatum fuit, secundam, rei vendicationem, vnde faciamus regulam.

Legati nomine competit rei vendicatio, d. l. j. C. commu. de legat. vbi Barto. Bald. & alij. Ias. Ripa, Alciat. in l. j. ff. de legat. j. Ratio, quia dominium in legatarios & fideicommissarios transit. l. à Titio. ff. de furtis.

Amplia in institutione rei certæ. Ripa l. prima, nu. 48. ff. de leg. j. nam in re certa institutus habetur loco legatarij. l. quoties. C. de hære. inst. Quia illa res certa vendicari potest, secundum Bal. in l. ex facto. magna. ff. de hæred. inst.

Amplia etiam si res propria testatoris possideretur per tertium, & testator legat mihi rei vendicationem: quia videtur legare ipsam rem, dominium ipso iure transit in legatarium, secundum Bal. in l. si creditoris. C. de fideicommis. vers. ex hoc sequitur, vbi hoc etiam limitat, & pro hac ampliatione vide eundem Bal. in l. j. C. commu. de lega.

Extende, vt procedat etiam quando legatur res, quæ non est verè, nec realiter testatoris, sed caussatum caussa immediata, vt seruitus personalis vsusfructus vel realis, transfertur ipso iure dominium vsus fructus in legatarium, & ei competit rei vendicatio. Iason in d. l. prima, nu. 124. ff. de legat. j. post Bar. quem refert.

Limita in legatis & fideicommis. vniuersalibus, in quibus dominium non transit in fideicommissariū, nisi facta restitutione per hæredem. l. facta in prin. ff. ad S. C. Treb.

Amplia hanc fallentiam respectu translationis dominij procedere etiam in casibus, in quibus nulla requiritur restitutio: nam adhuc non transit dominiū in fideicommissarium ipso iure, nisi sequuta scientia, & acceptatione fideicommissi. l. j. §. sed & quoties. & ibi docto. ff. ad senatusconsul. Trebellia. Casus autem in quibus nulla exigitur restitutio, recenset glossa in l. penultima. C. de senatusconsul. Treb. in verb. ipso iure. quos vide, vt per eam. In fideicommissis quoque vniuersalibus nouem casus enumerari scribit Alciatus l. j. ff. de lega. primo, numero vigesimotertio, ad finem. quibus speciali ratione ipso iure transeunt actiones, & pro hoc citat l. penul. C. ad senatuscons. Treb. vbi text. in fi. enumerat tres casus. glossa verò ibidem in verb. ipso iure, enumerat reliquos.

Amplia etiam in legato vniuersali alicuius quotæ hæreditatis, secundum Bar. in d. l. j. ff. de legat. j. per l. si quis seruum. §. fi. ff. de legat. ij. iuncta ibi gl.

Amplia in legato generali omnium bonorum: quia habet vim vniuersalis fideicommissi, l. cogi. in princ. ff. ad S. C. Treb. prout Alex. in rub. ff. de leg. j.

Sublimita hanc limitationem, vt non procedat in legatis & fideicommissis vniuersalibus relictis ecclesiæ, vel ad pias causas, secundum Mathesillanum notab. xlij.

Sublimita etiam procedere in legato vniuersali iuriū, secus in legato vniuersali corporum, vt in legato gregis. l. grege. ff. de leg. j.

Limita regulam nostram, vt non procedat in legato partis bonorum pro quo non datur rei vendicatio. l. si quis bonorum. ff. de legat. j. quia incertū est, quid sit in solutione: cùm sit in facultate hæredis soluere æstimationem, vel dare partem bonorum. l. non amplius. §. fi. ff. de leg. j.

Limita in legato quantitatis propter incertitudinem. l. j. §. si decem. argumen. à contrario sensu. vt leg. seu fideicommissorum no. caue.

Fallit in legato generis, in quo non transfertur dominium in legatarium nisi facta electione. l. legato generaliter. ff. de legat. primo, & l. apud Aufidium. ff. de optio. leg.

Non procedit in legato alternatiuo per incertitudinē. l. huiusmodi. §. Stichum. ff. de leg. j.

Fallit in legato rei alienæ, l. cum alienam. C. de legat. Ripa, & Alciat. in d. l. prima, ff. de leg. primo. Rationem adfert idem Ripa ibidem. quia lex vtpote æqua noluit transferri dominium in præiudicium rei alienæ. argum. l. ij. §. meritò. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico.

Restringe in re hæredis legata, ad quam non datur rei vendicatio, secundum Bar. & communiter docto. in l. si hæredis seruus. ff. de leg. j.

Non habet locum regula in legatis tacitis, vt tenet Ripa in d. l. j.

Limita in legato vsusfructus, qui non constituitur recta via, secundum Aretinum per tex. in l. si ab hærede. ff. si vsusfruct. pet. Sed hęc limitatio non est vera per l. si Titio fundus. ibi vendicare. ff. de vsufruct. lega. & ideo meritò hanc limitationem improbat Ripa post Soci. in d. l. j.

Fallit in vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur, qui non constituitur ipso iure, nisi præstita cautione de restituendo tantundem in genere. l. si

tibi

tibi vini.ff.de vſufruct.earum rerum quæ vſu conſu. Ancharan.conſilio 368.incipien. Principale dubiũ. Bartolus in l.prima. §.ſi tibi decem. ff. vt lega. no. caue.

Fallit in legato in diem.Imo.Aret. & Alexand. in d.l. j.ff.de leg.j.per l.Sempronius Attalus. ff.de vſufruct. legat.

Fallit ſi teſtator prohibuiſſet dominium transferri in legatarium ante adprehenſam poſſeſſionem. Bald. in l.ſecunda, in principio, Cod.vt in poſſeſſ.leg. & quando ſatiſdare debeat. Sed tu vide ibi addit.quæ incip.vide Baldum.Hanc tamen limitationem probat Alciatus,dicta l.prima, numero 28.limitatione quinta, quia (inquit) plus nunc voluntati teſtatoris tribuetur.

Fallit in legato conditionali, in quo ante conditionis euentum non transfertur dominium: adeò vt ſi ex mora hæredis legatum fuit purum,adhuc non tranſeat.Alciat.d.l.1.Bar.l.ſi tamen.ff.de leg.2.

Legitima viuo patre peti non poteſt. Hæc regula probatur in l.1.§.ſi impuberi.in fi.ff.de colla.bono. Bar. in l.fin., verſic.quæro an filius.ff.de libe.agno. Bar. in l.j.§.ſi impuberi. ff.de collat.bono.Bal.in l.ſi quã do.§.illud.per illum tex.C.de inoffic.teſta. Dec.438. lib.3.incip.accuratè,& diligenter.Guid.Pap.deciſione 486.

Amplia hanc regulam, vt procedat etiam ſi filius ſit condemnatus.c.2. de delict. puero. in antiq. & ibi hoc no. Parnorm.Ananias, & alij. Idem Ananias in c.Iudæi.2.de Iudæis.Specu.in titu.de ſenten. excom mu. §. ſequitur.verſicu.quid ſi filius. Baldus in l.lex Cornelia.ff.de vulga. & pup. quod tamen per quàm durum puto.

Fallit niſi ſtatuto aliter cautum eſſet ſcilicet, vt pater teneatur præſtare legitimam filio. Bal.in d.l.lex Cornelia,allegat gl.rubr.de decurio.lib.x.C.puto,ꝙ voluerit citare dictam gl.in l.j. C. de decurio.in verb. excuſſis.

Fallit in dote:Nam cùm dos ſit loco legitimæ.l. vnica. §.quod à nobis.C.de rei vxo.actio.& pater viuus teneatur dotare filiam.l.qui liberos.ff.de rit.nuptia.& l.fi.C.de dotis promiſſ.

Fallit niſi pater volens petenti filio traderet legitimam, cuius rei exemplum eſt in Euangelio ſecundum Lucam,capitu.xv. de filio prodigo: cuius hæc verba ſunt, Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ ad me redit:& diuiſit illis ſubſtantiam, qui locus valde repugnat regulæ noſtræ. Poſſet dici verba Euangeliographi renunciatiua eſſe: atque ideo ius non conſtituere. Bartol. in oppoſ. ad l. ex hac ſcriptura.ff.de dona. quod tamen intellige: vbi per eundem & alios. Si igitur adſit patris, & filij conſenſus,viuo etiam patre peti poteſt.l.2.ſi quando. §. fi.C.de inof.teſta.

Fallit ſi pater prodigus ſit, bonáque ſua omnia diſſipet: idque propter ſpem, quam filius habet in bonis patris. Hanc limitationem dedi ad regulam noſtram lib.1.Rerum quotidianarum, capit.4.idque argumento à ſimili peto de dote ad legitimam. Nam tametſi dos peti non poſſit à viro niſi ſoluto matrimonio, ſi tamen maritus, matrimonio conſtante,ad inopiam vergat, exactionem dotis competere ſcribit Iuriſconſultus in l. ſi conſtante. in princip. vbi doctores. ff. ſoluto matrimonio. & Imperator in l. vbi adhuc. Cod. de iure dotium quod benigna interpretatione,ac æqua ad filij legitimam, viuo patre prodigo,produci poteſt propter rationis ſimilitudinem.Nam valet argumentum à ſimili, & cum eueniſſet caſus obtinui anno Domini 1545.

Fallit in filio Iudæi,Chriſtiano effecto:quia pater tenetur ei adſignare legitimam etiam ſe viuo.c.Iudæi. 2. extra de Iudæis.quod nota etiam pro filiis hæreticorum, qui ſi ab hæreſi reſipuerint petere poſſunt legitimam patre viuo. Dias reg.471.

¶ Legatis bonis alicui mulieri, quæ ſui vſus ea præparata ſunt, non cenſentur legata ea quæ ſunt parata cauſa communis cum altero. Ita tex.in l.legatis.ff.de legat.2.& in lege cenſoria. ff.de verb. ſign. Rom.ſing.dcxxxviij.Legans vxori,& vide Bald.in l. Pomponius.§.ſed & is.ff. de procura.& Pet.Gerard. ſing.44.

Fallit in vxore quia bonis ſibi legatis etiam ea veniunt quæ parata ſunt gratia communis: vt ſing. in l.cum quæreretur. §.lana. ff. de legat.iij.vt puta in lana & lino quæ ſpectant mulieri, ſecus in iis rebus quæ ſunt in promiſcuo vſu,vt gloſſ.dict.§.lana.quæ nota & obſerua.& ita tenent Barto. & Bald. & doctor.in d.l.legatis.de leg.2.vt bonis legatis, ea venire dicuntur quæ ſunt propria teſtatoris tantum, & non quæ ſunt communia cum aliis,& eſt communis, & hoc ideo Bal.in d.§.ſed & is.ff.de procurat. ponit caſum de ſententia,& tu conſidera text.in l. ſi quis ſeruos. ff. de legat.ſecundo. vbi ſerui legati etiam communes continentur. I.Nouel.reg.60.

¶ Legere ſcholaris poteſt pro doctore per modicum tempus, licet conſuetudo in contrarium eſſet, Bald.l.parabolani.C. de epiſcop. & cler. Baptiſt.de ſancto Seuer.in tract.de debit.fugit. quæſt.3.Thom. Gram.§.tutor autem.nu.8.inſt.de auct.tutor. conc. l.qui habebat.ff.de his,qui ſunt ſui.l.2. §.fi.C.ſi contra ius vel vtil.public. auth. quod cum eo. C.de collat.§.pen.inſt.de iniur.cap.ex parte.de fid. inſtrum. Med.reg.5.

¶ Legitima. Emphyteoſis accepta pro ſe, & filiis, imputatur in legitimam.fallit in 2. caſib. quos not. Maran.in l.is poteſt,ff.de acq.hær.nu.32.Ampliatur idem procedere in feudo,ſed fallit,vt no.Rip.in l.in quartam,ad l.Falc.nu.178.

Quod filius capit extra ſubſtantiam, ſeu patrimonium defuncti,non imputat ſibi in legitimam, arg. l.ſcimus,§.repletionem,C.de inof. teſta. & eſt communis concluſio.

Fallit vt no.Pau.de Monte Pico in l.in quartam, ff.ad l.Falcid.nu.59.ver. ſecunda concluſ. vbi etiam Rip. nu.134.limitat.

Filius debet habere legitimam iure inſtitutionis, aliàs teſtamentum non valet,nec poteſt tractari de imputatione legitimæ,§.aliud quoque capitulum, in auth.& cum de appel.cog.

Fallit vt no.Pau.de Monte Pico in d.l.in quartam,nume.60.verſ quarta eſt concluſio.fallit in 4.caſib. vt per Alex.in l.cætera.ff.de lib.& poſthu.num.3.fallit in 8.caſib.quos not. Iaſ.in auth.nouiſſima. C. de inof.teſta.nu.23.fallit vt per Baptiſt.à Vill.concluſio. 57.in litera I.

Dos imputatur in legitimam filiæ.Barto.in l.in quartam,ff.ad l.Falc.

Ampliatur & limitatur in multis caſibus, quos ponit Pau.de Monte Pico in d.l.in quartam,num. 60.ver. quinta eſt concluſio. Ampliatur etiam in nepotibus ex filia,quæ tenentur imputare dotem matris in legitimã.fallit iſta Ampliatio in 5.caſib.vt per Pau.

de Monte Pico. in d.l.numer.82. ver. decimò dubitatur.

Donatio valida facta filio non imputatur in legitimã. Bar.in d.l.in quartam,C.de inof.test. l.si quando talis,§.generaliter.

Fallit in multis casib.vt per Pau.de Monte Pico. in d. l.in quartam,nu.62.ver.septima conclu.fallit in 3.casib.vt per Ias.in d.§.& generaliter,nu.2. fallit vt no. Soc.reg.287. fallit in 2. casib. vt per Dec. in l.illud, C.de collat.nu.8.

Peculium filio concessum imputatur in legitimam,l.filium quem habentem, C.fami.erscis.

Fallit in 2.casib.& ampliatur in vno,vt per Pau. de Mõte Pico in d. l.in quartam. nu.66.ver. vltima concl.

Acquisitum in vita non imputatur in legitimam, Bar. in d.l.in quartam.

Fallit in 2. casib. quos not.Ruin.in d.l.in quartam,nu. 21.ver. secundò dicit. fallit in 7. casib. quos ponit Rip.in d.l.nu.143.

Legitima quanta esse debeat inspicitur tempus mortis patris, nec curatur in aliis temporibus an habuerit ampliores facultates,l.cùm quæritur, C.de inoffic. testam.

Fallit in 3.casibus,quos not.Ias.in d.l.in quartam,& in Authen.nouissima,C.eo.numero 9.& 12.fallit in 2. casib.vt per Rip.in c.cùm M.Ferrariens. de constit. numer.38.

Omne grauamen,omnis dilatio,& conditio à legitima reiicitur,l. quoniam in prioribus, C.de inoffic. testamen.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 7.à Iaso.in dict. l. quoniam in prioribus. Ampliatur in 11.casib. & limitatur in 27.ab Anton.Gabr.in lib. 6.de legi.conclu.1. vide Roder.à Xuarez.in repe. d.l.quomodo in prioribus,vbi Ampliat in 16.casib. & limitat in 17. Ampliatur & limitatur vt per Port.lib.1. regul.42. fallit vt no.Viuius in suis conclusionibus,in ver.legitima nullum.

Pater filium legitima priuare non potest, l.si quando, C.de inof.test.l.quoniam in prioribus,C.eo.

Fallit in 3.casib. quos not.Soc.reg.283.

Si pater in testamento aliquid pro legitima reliquit filio in quantitate, potest filius dicere nolo pecuniam,sed volo legitimam in corporib. hæreditariis, no.Doctores in d.l.scimus,C.de inof.test.

Fallit in 2.casib. quos not.Ias.in d.l.num.7.

Fallit in 3.casib.quos not.Rip.in l.in quartam, ff.ad l. Falcid.nu.126.

Legitima renuntiatio non venit in generali renuntiatione. Ampliatur in 4. casibus, & limitatur in 7.ab Anton.Gabr.lib.6.de legibus,concl.8.

Fructus non computantur in legitimam,l.in fideicommissariam,ff.ad Treb.

Fallit in 7.casib.vt per Ripam in d.l.nu.38.

Legitima per statutum tolli non potest, licet vtraque opinio sit communis,vt dicit Iero.Concalon.in addit.ad Dec. in l.iura sanguinis.ff. de reg.iur.fallit vt no. Dias reg.143. contrariam opinionem tenet Benedict.de Bened.in suo tract.reg 8.

Donatio ob causam in filium à patre facta, habet in legitimam computari.Bar.quem sequuntur doct.in d. l.in quartam.ff.ad l.Falc.glo.in auth.ex testamento. C.de collat.

Fallit in 5.casib.vt per Pet. Duen.reg.222.

Legitima non debetur filio in vita patris, l.1.§.si impuberi,ff.de collat.bono.l.2.§.interdum,ff.de vulg.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 6.à Pet.Duen.regu. 356.videas latissimè apud Viuium in ver. legitima.fallit vt per Soc. reg.288.

Prohibitum alienari per testatorem si fuerit alienatum à filio,non reuocatur alienatio,sed imputatur in legitimam.fallit in 3. quos no.Soc.in l.filiusfam. §.Diui,ff. de leg.1.num.375.

Data à patre filiis ob causam dotis, vel donationis propter nuptias,vel etiam ob causam militiæ, imputantur in legitimam, licet data fuerint à patre viuente, l.quoniam nouella,C.de inoff.testa.

Fallit vt no.Soc.in d.l. in quartam. nu.223.

Filius non capit legitimam de bonis legatis. fallit vt not.Marian.Soc.in d.l.in quartam,nu.145.

Filius si hæreditatẽ adire nolit,legitima priuatur, Bar. in l.Marcellus,§.quare poterat,ff.ad Treb.

Fallit in 3.casib.quos not. Soc.reg 155. fallit in 3.casib. vt per Alex.in l.quare poterat,ff.ad Treb.nu.2.

Pater filio legitimam assignans, ea dilapidata tenetur ei nihilominus alimenta subministrare, sed aliam legitimam dare non tenetur.Bar.& Bald.in l. cum dotem,§.si post solutum,ff.sol.mat.

Fallit vt not. Fran.Turz.concl.181.

Filius ad supplementum legitimæ agit conditione ex lege,& potest peti in perpetuum:hanc esse communem opinionem attestatur Ant.Rub.cons.115.

Fallit vt per Bapt.à Villa.concl.103.in litera F.

Mater si renuntiauit legitimę non pręiudicat filiis:hãc esse communem opinionẽ attestatur Viuius in suis concl.in ver.legitimæ renuntians,vbi limitat.

Pater potest assignare legitimam in vno, vel pluribus corporib.l.scimus.§.repletionem,C.de inof.test.

Fallit in 5.casib quos not.Ripa in d.l.in quartam, numero 128.

In legitimam imputatur,quòd filius capit ex testamẽto,l.quoniam nouella,C.de inof. test.l.etiam,§.pen. ff. de bo.liberto.

Fallit in 3.casibus,quos not.Rip.in d. l.in quartam,nume.140.

Lucrum acquisitum ex pecunia patris imputatur in legitimam,gl.in l.cum oportet, C.de bonis quæ lib.

Fallit in 5.casib. quos not.Rip.in dict.l.in quartam, nume.157.

Dos data nepoti,& donatio non venit filio in suam legitimam imputanda,l.dedit dotem,ff. de col.bono.

Fallit in 4.casib.quos not. Rip.in d.l.in quartã. nu.202. Don.Fina,lib.2.

¶ LEGITIMA non debetur,nisi de bonis paternis tẽpore mortis.Doc.com.l.in quartam. ff.ad l.Fal.Ias. l.cum quæritur. C.de inof.test. l.in quantitate. ff. ad l.Falc.Bald. l.si qua pœna. ff.de his,qui sunt sui.Bernard.Dias in tract.fal.regu.321. Ias.d.l. cum quæritur.lim.3. Med.reg.6.

¶ LEGITIMA non minuitur filio ex eo, quod eius pater confitetur debitum absorbens totum patrimonium,Cyn.l.1.C.de confess.Spec.in titu.de confess.ver.nunc videndum, quia filius in legitima est, quasi creditor.l. quoniam.C.de inofficio.testamen. & ex magna quãtitate debiti præsumitur fraus.l. Lucius.§.omnes.ff.quæ in fraud. cred. idem est in alienatione,quam facit pater,gl.& Doc.cap.Raynutius. versicu.irregulariter.de test.Barto.l.2. ff.si quis à patre fuer.manum. Abb.c.quamuis. nu.33.de sent.&re iud. Med.reg. 8.

¶ LEGITIMA quanta esse debeat,inspicimus tempus mortis, nec curatur, an aliis temporibus habuerit defunctus ampliores facultates. text. est ex quo ibi istam regulam colligit Ias. in l.cum quæritur. C. de inoffi.

inoffi.testam.facit textus in l.in quantitate.in principio.ff.ad l.Falcid. & notat Didacus de Segura notando dictam l.cũ quæritur.in l.Imperator.ad Trebellianum.qui refert Bal.idem tenere in l.si qua pœna,ff. de is,qui sunt sui vel alieni iuris.

Limita tribus modis,vt per Iason in d.l. cum quæritur. & vide eum latius in auth. nouissima. C.de inoff.testam.vbi duas ex dictis limitationibus latius ponit. B.Dias reg.421.

Legitima est quota bonorum, & debetur fratri ac sorori in bonis testatoris turpi persona instituta, tex. est cum gl.in l.fratres.& l.fratres. C.de inoffic.testa. & ibi glos.Affli.decis.125.nu.2. & debetur sine aliquo onere.l.quoniam nouella. & quoniam in prioribus.C.de inoffi. testa. deducto semper ære alieno & funeris impensa,secundum Deci.consil. 89. viso puncto.nu.5.in fi.vol. 1.

Fallit nisi turpis persona instituta hæreditatem repudiat,nec in illa se immisceat, quia eo casu querela non nascitur,secundum Bald.in d.l.fratres. num.7. ex quo repudiando non intendit habere beneficiũ dictæ hæreditatis, quia in bonis sibi præiudicat iuri vulga.

Fallit etiam quando statutum aut loci cõsuetudo prohibet filiam, vel sororem dotatam posse petere vltra, id quod est eidem relictum à patre, vel fratre, quia eo casu nullo modo agere poterit ad supplemẽtum legitimæ,secundum Roma. in consil.16. nume. 5.& 6.Boer.q.188.num.7.& Castr.cons.196.in antiquis.vers.secundò,verò inspecto.cum aliis infinitis. I.Nouel.reg.58.

¶ LEGITIMA si non relinquatur,vel aliquid eius loco,testamentum est nullum, ex quo non est seruata forma legis. §.aliud quoque, auth. vt cum de appel. cognoscit.Alex. auth.non licet.num.11. C. de liber. præt.Iaso.l.vt certi.C.de testam.milit.nisi causa exhæredationis exprimatur,glo.§.exhæredatos, Auth. de hæred.& Falc.Imol.cap. Raynutius.de testamen. Doct.com.auth.nouissima.C.de inofficioso testam. Euer.in loco à defectu formæ.num.4.& nume.sequ. Med.reg.7.

¶ LEGITIMAE non præiudicat generalis renunciatio.Beroius cap.Raynutius. numer. 210. de testam. idem in cap.1.num.187.de iudiciis, Ias.l.si quando. §.& generaliter. numero 5. de inoffic. testamento, Cæphal cons.117.num.9.Dec.cons.505.num.3. Rui. cons. 117.numer.10.lib.secundo,& cons.54.numer.7. lib.3.& cons.27.libro primo.Parisius cons.7. lib. 2. quod procedit etiam si filius, cum iuramento renunciasset hæreditati paternæ,Bero.dicto loco, Gulielm.de Cuneo.l. de his.ff. de his transactio. Are.§. actiones.numer.4.inst.de act. Alex. l.lex Cornelia. col.1.ff.de vulg. Ias.in terminis.d.§.generaliter. nu. 5.& nu. 5. Med.reg.1.

¶ LEGITIMAE ius & Trebellianicæ, an ad hæredes extraneos transmittitur.Anchar. in consil. ccccxiij. nu.3.Ang.in consil.ccxlij.punctus. & l. quanquam. & ibi glo.& Cy.C.ad leg.Falcid.tenent quòd transmittatur.ita Ange. cons. 118. & alleg. l.Papinianus. quarta. ff. de inoff. testamen. & hoc idem firmat in cons. not.ccxxiij.solus d.Dalmatij.versic.ad secundum. & sic duas quartas deducendi ex hæreditate ad hæredes tenet Corn.cons.116.volum.2.numer.5. ibi & maximè.& Castr.consi. 172. vol. antiquo, & cons.ccccxviij.& idem Barth.Socin.cons.j.versi.postea posito.vol.2.

Fallit quando filia renuntiasset, & sic exclusa fuisset: quia tunc ad tales liberos post mortem patris de cuius successione agitur conceptos nullo modo trãsmitteret,vt voluit Castr.in d.consi.ccccxviij.& Bal. in l. si quando.§.illud. C. de inoffic.testamen. quia ex persona matris venire non possunt ob renuntiationem factam per eam,& ideò omnino exclusi intelliguntur. & ita sentit Corne.cons.cxvj. volum.ij. quod nota.

Fallit etiam quando in institutione fit mentio de masculo, appellatione hæredis non porrigitur ad extraneos.Barto.in l.Gallus.§.etiam.ff.de libe.& posthu.c.si clerici.§.2.de feud.alie.Guid.Pap.q.485.numero 3.

Fallit etiam quando dispositio prouidet in masculis, & est limitata ad masculos,quia censetur esse prohibita in fœminis,quia quod vni applicatur, cæteris videtur esse denegatum.l. quod in rerũ. §.si quis post. ibi,quod alij destinatum est cæteris ademptum esse videtur. ff.de leg.j.& l.fideic.§. cum esset.ff.de leg.3. I.Nouel. reg.53.

¶ LEGITIMAE filij ius agendi ad supplementũ,quanto tempore præscribatur.Bald.& Sal. in l. si quis filium. C.de inoff.testam.dixerunt, quòd durat annis 30. sicut & aliæ actiones personales.hoc idem Ang. in l. Papinianus. la iij.§. si conditione.ff.de inoff.testa. Barto.verò tenet,quòd præscribatur quinquennio. Itaque lapso qu inquennio obstructus est os agendi ad supplementum legitimæ,& vide Bar.cons. xvij.& cons.clxxxj.vbi se fundat in l.si quis filium.in fi. C.de inof.test.Franc. Crem.sing.cxxix. antiqua,& ista opinio de quinquennio non seruatur in Gallia. Ita Guid.Pap.cons.lxxxij.in v.decis.



Fallit quando ex forma legis municipalis esset limitatum tempus annorum x.vel xx.ad petendum supplementum legitimæ,secundum Inno.in c. 1. de consti. Bal.in l.& si seuerior.C.ex quib.caus.infir. de iis qui not.inf.Anchara.cons.ccccxxxix.in vers.venio ad tertium.Bal.in l.illud.nume.2.ff.quod cuiusque vniuer. vbi dixit quòd lex municipalis est obseruanda & omnino exequenda, quia lex cum sit benigna mater calumniari non debet.l.benignius. nu.2.ff.de legib. & senat.

Fallit lapso quinquennio per tex.in l.si quis filium. in fine.C.de inoffic.testamen.nam ius petendi supplementum legitimæ subrogatur loco querelæ. vt l. nuper. & l. omnimodo. & l. quoniam in prioribus. C.de inoffic.testamen.si ergo querela tollitur lapso quinquennio.l.contra maiores,& l.si quis filium. in fin.C.de inoffi.testamen.si ergo ius petendi supplementum legitimæ sit subrogatum in locum querelæ,ergo assumit naturam querelæ inoffic. testa. ergo necessariò per lapsum quinquennij tollitur,cũ subrogatum sapit naturam illius in cuius loco subrogatur, vt l. j.§.hæc actio. ff.si quis test.liber esse iussus fuerit,cum aliis concordan.

Fallit quando filius,vel filia renuntiasset omni iuri sibi debito iure naturæ, vel quacunque alia ratione, vel causa quę imaginari posset,promittens non contrauenire,etiam cum iuramento excluditur filius,vel filia à legitima & supplemento stantibus instrumentis,vt per Alex.in cons.clxxx.nu.1.2.3.volu.5.& vide Bal.in l.quamuis.C.de fideicommis.& vide Alexan. in cõs.subsequi.nu.181.nu.3.vol.v.eo,quod nota perpetuò. I.Nouel.reg.50.

¶ LEGITIMAM in pecunia assignari non posse regulare est, pro hac regula est text. in §. prohibemus. ver.nõ licebit.in auth. de triente & semis.Bar.l.suus quoque,

quoque.ver.quæro,si filio,ff.de hæred.inst.tex.l.maximum vitium.C.de lib.præter.l.scimus.§.repletionem.C. de inoffi.testa.facit tex.in l. non amplius.§.fi.ff.de leg.1.Bald.in d.§.repletionem.vers sextò,no. & in l.filium quem habentem. versicu.sed tu dic,ꝙ gl. C.fami.ercisc.l.2.& ibi not. Docto.C.quando & quib.4.pars.lib.x.Paul.Castrens.cons. 256. incip.super primo dubio. secundum vet.impressionem. Ludo.Roma.cons.185.incip. pro decisione quæsitorũ. & de hac Reg. vidi disputari.

Fallit nisi bona consisterent in pecunia, & quantitate tantùm:nam tunc in pecunia adsignari posset,&pro hac limitatione est glo. in §.1.in verb. quantitate.in auth.de triente & semis.

Fallit,vbi consuetudo, vel statutum esset in contrariũ. Bertrand.cons. 314.libr.1.& cons.242.inci. ponitur in facto.lib.3. quod passim etiam in patria iuris scripti obseruatur.Ripa in l.in quartam.nu.127. ff.ad l. Falcid.

Fallit in legitima ascendentium.Bal.in cap. si pater.de testa.lib.6.& ibi vide Phil.Francũ, qui sequitur Bal. P.Prat.re.472.

¶ LEGITIMVM. Legitima adminicula non sunt deneganda.Auth.de nup.22.§.& hoc quidem.Authen. de con.quæ dig.§.pen.C. de adul.l.adulter. Broc.rubric.18.

Quod legitimè factum est,nullam pœnam meretur.C. de adul.l.Gracchus.Vide de reg.iur.l.28. Actus vide sup.Factum. Riisvvich.

¶ LEGITIMATIO,quæ fit per subsequens matrimonium intelligitur non tantum de primis nuptiis,sed etiam de secundis,Doct.com. c.tanti qui sint legit. Host.in titu.de fil.pres.§.1.& hoc fauore matrimonij. Med.reg.2.

¶ LEGITIMATIONIS impetratio in qua dicitur, quem natum, de adulter. non prodest si impetrans natus sit ex adulterio geminato, id est ex duobus coniugatis.Oldr.cons.247.Ioan And.ad Spe.in tit. qui sint filij leg.Bald. l.eam quam. C. de fideicom. Euer.in loco à vi Gem. nume.11. Corset.in tract.de verb.Gem.num.22. c. venerabilem. qui filij sint legit.Rom.l.si verò.§.de viro. ff.solu. matr. Barbatia. cons.30.volum.2.Bald.l.si non lex. ff.de hæred.insti. Anchar.cons.428.Felin.cap. postulasti. de rescript. Med.reg.2.

Si legitimatus fuerit filius viuente patre,ista legitimatio præiudicat venientibus ab intestato.Bar.in l.Gallus,§.& quid si tantum,ff. de lib.& posth.

Fallit in 5.casib.secundum Crot. in d.§. & quid si tantum.128.

Fallit in 7.casib.vt per Ias.in d.§.nu.91.in j.& in 2. lect. nu.36.

Legitimatus post mortem patris, non potest auferre bona,nec hæreditatẽ illis: qui ab intestato successecesserunt,gl.& Bar.in d.§.& quid si tantum.

Declaratur ista conclusio per Ias.in d.§. nu. 119. & per Crot.nu.113.

Si pater dum viuit filium suum faciat legitimare, vel mandet in testamento,quòd legitimetur, non est citatio necessaria aliquorum. Bar.in dict.§. & quid si tantum.

Fallit vt per Crot.in d.§.num.139.vbi Ias.nu. 130.limitat in 2.casib.

In legitimationis priuilegio pater de agnatis mentionem facere non tenetur,hanc esse communem opinionem attestatur Port.in lib.3. suarum concl.reg.3. vbi limitat.

Filius naturalis efficitur legitimus ex appellatione patentis,si interuenit instrumentum publicum,vel scriptura manu propria scripta, habẽs subscriptionem trium testium fide dignorum, Auth. si quis liberos habens,C.de natu.lib. gl.in c.per tuas, qui filij sint legit.

Fallit in 4.casib.quos not.Pet.Duen.reg.348.

Filius naturalis legitimatur per subsequens matrimonium,c.tanta,qui filij sint legitimi,§.fi.Inst. de nup.

Ampliatur in 20.casib.& limitatur in 4. per P. Duen. regu.350.Ampliatur in 10.casib. & limitatur in 5.à Porr. lib.4.reg.35.Ampliatur in 5.casib.& limitatur in 3.à Bapt.à Villa.concl.69. in litera F.

Ampliatur procedere etiam si matrimonium fuerit contractum per existentem in articulo mortis. fallit ista ampliatio in 4.casib.vt per Socin.in l.sed est quæsitum.ff.delib.& post.nu.4.

Filius legitimatus non succedit in feudo, gl.in l.etiam filij,ff.sol.matr.

Fallit in 5.casib.vt per Rom.in d.l.etiam filij,nu.1.Ampliatur in 4.casib.& limitatur in 3.à Pet.Duen.reg. 360.videas Port.lib.4.reg.36.37.& 38.

Bona fides vnius ex parentibus prodest ad legitimationem,c.2.vbi Abb.qui filij sint legit.

Ampliatur in 3.casib.& limitatur in 4.per Port. lib. 4. suarum concl.reg.39.

Legitimatio si facta sit post obitum patris non retractatur ad successionẽ aliis tempore mortis patris ab intestato delatã, in casu quando bona non sunt vacantia tẽpore legitimationis: hanc esse communem opinionem attestatur F.Turz.cõcl.166. vbi limitat.

Legitimatus excludit substitutum:hanc esse communẽ opinionem attestatur Baptist.à Villa.concl.67. in litera L.vbi limitat. fallit in 2. casib. vt per Matth.in suis concl.in ver. legitimatus.fallit vt notaui j.in ti. de pupil.concl. 2.

Legitimatus idem importat,quòd legitimus: hanc esse communẽ opinionem attestatur Cur.Iunior cõs. 145.nu.10.

Ampliatur & limitatur in 5.casib.per Baptist. à Vil.in suis concl.in litera L.concl.69.

Legitimatio si impetratur pro filio adulterino ex vtroque parente,debet fieri expressio ex vtroque adulterij:hanc esse communem opinionẽ attestatur Bapt. à Vil.concl.90.in litera L.vbi limitat.

In legitimatione facta ad requisitionem peremptam aliorum citatio:communis est opinio secundũ Dec. in cons.367.Soci. Iun.cons.14. vol.1.

Fallit vt per Dec.in d.cons.367.& in cons.307.

Statutum quòd stantibus masculis filiæ fœminæ non succedant,non habet locum in legitimatis: est magis communis opinio secundum Deci. in cons. 52. col. 2. licet Curt. Iun. dicat contrariam esse magis communem,& veriorem,in cons.153.vol.2.

Fallit prima opinio,vt per Matth.Gri.in suis concl.in ver.legitimatio,in pen.conc.

Legitimatio non valet facta de eo qui narrauit se spurium,& non dixit,quòd erat spurius ex adulterio geminato,puta ex coniugata,& coniugato, no.in c. postulasti. de res.

Fallit in 5.casib.vt per Fel.in d.c. postulasti,nu.2.

Potestas legitimandi concessa per Principem Comiti, est fauorabilis.

Fallit in 5.casib.vt per Alc.in l. 2.ff.de verb.obli. nu.51. Don.Fina,lib.2.

¶ LEGITIMVS, stante concessione feudi indefinitè vt in ipsum non succedat nisi legitimus intelligitur etiam

etiam legitimatus per subsequens matrimonium. comm. cap. tanta. qui filij sint legitimi: Cæphal. consil. 23. num. 113. in terminis: secus autem si simpliciter per rescriptum legitimetur. c. naturales, si de feudo fuer. contr. Oldr. consilio 247. Bald. cons. 229. libro 3. Calde. consilio 5. Signor. cons. 220. Dec. cons. 276. num. 9. Paris. cons. 14. num. 29. lib. 2. Socin. Iun. cons. 72. num. 49. lib. 1. si tamen in specie per rescriptum fiet habilis admittetur. Socin. consil. 3 libro 3. Curt. cons. 156. num. 15. Dec. cons. 624. num. 5. Ripa l. ex facto. §. si quis ita. num. 18. ff. ad Treb. Boer. q. 123. nu. 4. Med. reg. 2.

¶ Legitimum vnum ex pluribus filiis ex eadem muliere si pater in testamento nominat prodest aliis, Docto. com. auth. item si quis. C. de nat. liber. Ang. §. ad hæc. auth. Matr. & auiæ, Alexand. l. sæpe. numero 51. ff. de re iud. item not. quod citandi non sunt filij legitimi in legitimatione naturalium filiorum viuente patre. Cyn. & Bald. l. nam ita. ff. de adopt. Doct. com. capit. per venerabilem. qui filij sint leg. Feder. cons. 57. Calder. consil. 30. qui filij sint legit. Med. reg. 8.

¶ Legitimatus excluditur per subsequens matrimonium, si testator vtitur verbis geminatis, vocando aliquem legitimum, & naturalem, atque ex legitimo matrimonio natum, Ruin. cons. 92. nu. 14. volum. 3. Dec. cons. 155. Bald. cons. 167. volum 3. Cæph. latè in terminis. cons. 111. nu. 14. multo minus dicetur per rescrip. legitimatus, licet dixerit princeps, sit & habeatur pro legitimo. Cæpha. d. loco. nume. 15. Med. reg. 3.

¶ Legitimatus non præiudicat tertio cum declaratur per sententiam, atque agitur de præiudicio tertij, secus, quo ad ius publicum. Bald. l. res inter alios acta. C. res inter alios acta. Ant. c. quamuis. vbi Abb. num. 18. de sent. & re iud. Doct. com. l. sæpe. ff. eod. item non potest fieri in præiudicium legitimorum, ideo citari debent. l. fin. ff. de natal. rest. Ant. de Rosellis. in tract. de legitim. p. 2. nu. 20. Fel. d. c. quamuis. nu. 9. Med. reg 8.

¶ Legitimus verè, & propriè is erit quando dispositio dixerit talis habeatur, & sit, quia propter huiusmodi geminationem verbum, quod importat fictionem, pro veritate habebitur: dixi suprà, ver. ciuis, Bald. in cons. fi. colum. 5. per l. 1. §. fi. ff. quod quisque iur. Barbat. consi. 16. volum. 1. & in Rubr. C. qui admitti. l. 2. §. furiosus. ff. de iur. Codicil. Medi. reg. 3.

¶ Legitimati faciunt deficere cõditionem fideicommissi, atque excludunt substitutum: quoniam non distant à verè legitimis. Imo. & Ripa. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad S. C. Trebel.

Fallit nisi testator esset nobilis, aut in dignitate constitutus. Bald. in cons. 466. lib. 3.

Fallit quantum ad feuda, text. in c. vnico. §. naturales. si de feud. fuer. contr. inter do. & agna. in vsib. feud.

Fallit nisi in loco esset communis vsus loquendi, ꝙ legitimi appellatione filiorum non cõtinerentur. Pau. Castr. in l. cum acutissimi. C. de fideic. Alex. cons. 25. lib. 1. inci. circa primum.

Fallit in legitimatis post mortem testatoris, & sic post ius acquisitum substituto: quo casu legitimatus non excludit substitutum. Ripa in dicto §. si quis rogatus.

Fallit quando substituta esset ecclesia, vel alius existẽs in dignitate. Curt. cons. 73. & cons. 85.

Fallit nisi grauatus sit hæres sub conditione, si decesserit sine liberis legitimè natis. Bal. in l. si quis posthumos. ff. de libe. & posth. vbi dicit quòd spurius legitimatus potest contineri sub institutione posthumi, si testator alium posthumum habere non poterat: vt quia erat clericus constitutus in sacris. B. Dias reg. 473.

¶ Levia crimina & minima negotia debent discuti de plano sine strepitu, & figura iudicij, Barto. leg. leuia. ff. de accus. Angel. in tract. malefi. in principio, quæ dicuntur leuia secundum qualitatẽ pœnæ. Barto. l. non solum. §. si mandato. ff. de iur. iu. gl. c. cum illorum. de sent. exc. vbi dicit hoc relinqui iudicis arbitrio. conc. c. iudices. 1. q. 1. c. bonæ. 12. q. 2. gl. c. pen. de reb. eccl. non alien. gl. c. requisiti. de testa. Med. re. 5.

¶ Levis quælibet solemnitas omissa, si pro forma tradita sit, vitiat actum, Anch. cap. ea quæ. columna 72. de reg. iur. Felin. capitu. fin. §. is autem. de offi. deleg. Dec. cap. prudentiam. nu. 4. eod. titu. Tiraqu. in trac. de retr. Lignagier. §. 36. glo. 2 num. 26. Guid. Papæ. cons. 24. col. 2. Ang. cons. 186. nume. 2. Alexand. cons. 137. num. 15. vol. 2. Soci. Sen. cons. 24 nu. 2. vol. 2. Plot. l. si quãdo. nu. 372. C. vnde vi. dixi super reg. v. fall. 35. Med. re. 7.

¶ Lex. Bonifa. 8. in sexto decre. Reg. 57.

Contra eum, qui legem dicere potuit, apertiùs est interpretatio facienda.

L. cùm in lege. & l. Labeo. de contrahend. emp. & vendition. Viuiennus.

¶ Lex. Bonifac. Reg. 85.

Contractus ex conuentione legem accipere dignoscuntur.

Vid. §. prætereà. quib. mod. re cont. in inst. Viuien.

¶ Lex, necessitas. Beda in homiliis. Reg. seu cap. 4.

Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. Nam & sabbatum custodiri necesse est ex præcepto: Machabæi tamen sine culpa sua in sabbato pugnãt: sic & hodie si quis ieiunium fregerit ægrotus, reus voti non habetur. Viuiennus.

¶ Lex abrogata regulariter allegari, nec ex ea argui potest, tex. est not. & ibi Bar. & Docto. in l. fin. ff. de fur. & per Arch. in c. frequẽs. de rest. spol. in 6. & per Cano. in c. nouit. extrà, de iudic. in antiquis.

Primò fallit, quando allegatur ad hoc vt habeatur notitia de ea: vt nihil antiquitatis ignoretur, vt voluit gl. in d. c. nouit.

Secundò fallit, quando allegaretur ad finem ostendendi effectum concedentis eam: vt glo. in d. c. nouit, & not. 11. q. 1. qui tenet.

Tertiò fallit, quando eius ratio durat: quia tunc allegari potest: vt glo. in d. c. nouit. & not. in d. c. qui tenet. & d. Anto. & Inn. in c. 1. extrà, de constit.

Quartò fallit vltra gloss. si allegaretur per principem, cùm per eum allegari possit. & extat arg. C. de constit. pecu. l. 2. §. pen.

Quintò fallit, quando ipsa lex transiuisset in priuilegium concessum ecclesiæ, vt not. per text. in d. cap. nouit. extrà, de iudic. & ibi per Innoc. pro quo facit d. cap. cùm suis concord. secundum Ioan. And. qui hoc tenet: imò videtur velle ex eorum not. singulariter, secundum do. Flo. & do. Anton. quòd vbi lex, vel statutum transit in priuilegium non subditi, reuocari non potest, nisi per condemnationem. & hoc etiam voluit Archidiac. in d. capit. qui tenet. 11. quæst. 1. idem si transit in contractum cùm non subdito. l. qui semel. cum ibi not. per Bart. ff. de decret. ab

ab ord.fac.l.omnes populi. ff.de iust.& iur. Et hoc etiam voluit Ang.in quadam sua disputatione, secundum quod eam recitat Nic. in d. c.nouit. extrà, de iudi. aliàs verò si non transiisset in priuilegium subditi, vel contractum cum subdito,& tunc reuocari potest, per id quod not. Innoc. in c. in nostra. extrà,de iniuriis.secundum Ant.& Flo.qui ita transeunt. d.c.nouit. quod vltimum dictum procederet quando iusta causa subsisteret, aliàs si causa non subesset tolli non posset per id de quo habetur in c. quæ in ecclesiarum. extrà, de constitu.per Innoc.secundum Ioan.de Imo.circa fi.

Sextò fallit, quando ipsa lex abrogata fuisset Canonizata,& tunc reuocari non possit per id, quod voluit gloss.not.in verbo,vbi lex.6. q.1.in primis.quod verum est,quando esset canonizata per habentem potestatē in hoc:aliàs aliud esset.per not.extrà, de rescript.vbi vide in c. 1.

Septimò fallit,quando lex abrogata consonat cum iure nouo: nam tunc allegari potest cum concordantia iuris noui:vt in prima cōstitutio.C.ad hoc quod not.in c.fin.de offic.deleg.in 6.imò etiam vt det aliquod robur.extrà,de restitut.spol.super eo.quod tamen fallit si allegaretur ad decisionem casus de præterito,vel tempore quo non erat allegenda,in auth. vt cum de appel.cog.in princ.& quod not. per Bar. in d.l.fi.& per Anto.in d.c.1.circa quod ibi vide,vbi plenè not. B.Soc.re.285.

¶ Lex Barbarius de offic.Prætor.an & quando locum non habet.

Primò fallit,& locum non habet si Barbarius sit factus prætor electione non præcedente,secundum Inn.in c.nihil est.in fi.de elect.& per Bar.in l.actuarios.C. de num.& adiu.lib.12.

Secundò debet limitari,quando officium Barbarij fuit publicum auctoritate,& vtilitate:secus si auctoritate sit publicum,vtilitate priuatum:vt de tutore dicit Bal.in concl. Spec.in tit.de actore.

Tertiò,quando valerent gesta per Barbarium, tamen quia ipse non fuit Prætor,non deberet habere salarium:vt ibi dixit Bar.in repetitione.& Bar.in l.2.C. de seruit.& aqua.

Quartò debet limitari,quando inhabilis,licet sit facta, tamen non est imponenda:vt not.dicit Bald.in l. 2. de ma.vin.& in l. si arbiter.C. de sent.Barba.licet esset seruus,tamen poterat fieri liber. sed quando foret infamis, quo casu esset inhabilis habitu & actu, non procederet d.l.Barbarius.& de intellectu d.l.vi de quæ no. Bal.in l.testium.ff.de testa.

Quintò limitari potest, si iudex excommunicatus,qui communiter habeatur pro habili,excommunicauerit, vel absoluerit aliquem ab excommunicatione: quia non valet talis sententia:vt est glos.xxiiij. quæstio.j.in secunda.Innoc.in cap.si verò.de senten.excommu.

Sextò fallit,quando illa communis opin. vel tolerātia non est probabilis, vt quia quis non fuerit publicè excommunicatus: quia gesta per eum valent, per not.in capit.1.de post. præl. nisi iam diu fuisset excommunicatus,& in loco lōginquo: vt per d.Anto. in c.ad probandum. de re iud.

Septimò fallit,quando talis sciebat vitium: vt per Io. Andr.in c.dilectus.el 2. de præb.has tres vltimas fal lentias ponit Barbatius,in d.c.dilectus. de præben. B. Soc.reg.282.

¶ Lex, Barbarius. ff.de offi.præt.habet locum etiam in delegato.facit gloss. & ibi communiter doc.in c. sciscitatus. de rescr.in antiq.

Limita tripliciter vt per Fel.ibi. B.Dias re,422.

¶ Lex canonica,ciuilis,aut alia, maximè præceptiua, seruanda est in foro conscientiæ.

Limita istam regulam vndecim modis, vt per Syluest. in sua Summa,in verbo,lex.§.nonò quæritur. Et vide Fel.in c.1.de consti.nu.11. vbi ponit decem limitationes. B.Dias re.427.

¶ Lex vbi cœptum. ff.de iudiciis. dictat regulam, q̄ ibi est iudicium finiendum,vbi est inchoatum regulariter.

Fallit quando reus fuit contumax in primo iudicio quia alibi conueniri potest, & non potest allegare litis pendentiam,secundum Abba.in capitu. ex tenore.de iudici. & Bartol.in l. sepulchri. ff. de sepul. viol.

Fallit quando primus iudex esset negligens etiā si modò se offerat ad negligentiam,Bar.Romanus & Imola.in l.quamuis.ff. de dam.inf.

Fallit quando quis non potest consequi effectum iustitiæ coram primo iudice propter impotentiam de facto ortam.Abb.& Anch.in c.postulasti.per illū tex. de homicidio.

Fallit respectu iudicis:quia talis regula non obstat iudici sed bene parti. Ioan. monach. & Ioannes And. in c.accusatus.de hære.in sexto.Gemin. in d.c. accusatus.in §.de quæst.

Fallit in casu necessitatis, puta potestas nunc cognoscit,post est officium sublatum, tunc cognoscit Capitaneus,Bar.& Ang. in d.l.vbi cœptum.per text. in l. sed & si dies.ff. de iud.

Fallit quando citatus potest declinare iudicium per priuilegium suum. Ang.d.l.vbi cœptum.

Fallit quando,sunt delegati cum clausula, quòd si non omnes. Ang.d.l.vbi cœptum.

Fallit in crimine hæresis. Ang.ibid.

Fallit quando non excipitur,vel opponitur, quòd alibi fuit inchoatum. Innoc.in c.cùm.M. de constitutio. S.Ian.reg.161.

¶ Lex non conditur prò re minima, sed in arduis tantum,& difficillimis rebus,dixi latè de hac re in trac. de leg.& stat.in 3.p.quæst.10. per totum.conc. Alexand. in rubr.ff.sol.matrimonio. nu.3. Ripa in trac. de peste.p.3. num.301.Decis.Neapolit.129.numero 15.Iacob.l.si post. ff.Commod.Præposit.capi. Moyses.7. distin.Ias.l. cætera.nu.7.ff.de leg.1. Socin.Iun. l.stipulatio hoc modo.nu.23.ff.de verb.oblig. Med. reg.5.

¶ Lex,cum de in rem verso, ff.de vsur. limitatur suprà in verbo,allegans.& lex 2.C.de resc.vēd.in verb. defectus.& l.vbi acceptum.ff. de iudic. §.in ver.iudicium. B.Dias reg.435.

¶ Lex est donum Dei, & primis nostris parentibus data est. Genes.in capitu. 2.Ibi, in quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris. postea data fuit Moysi in monte Sinai, quæ consistit in decem præceptis.cap.Moyses.7.dist.& capit. ac deinceps.Exodi cap.34.& 35. ad beneficium populi Hebræi, & Dauid seruo suo, cui dedit Deus prudentiam & sensum, vt regere possit Israel, & custodire legem Dei viuentis,vt capitu.22.Paral.& homo sensatus credit legi Dei,& lex illi fidelis.vt capitu. 33. in principio. Eccle. cúmque filij Dei in terra multiplicassent, & omnis caro ad malum prona esset, malitiáque creuisset super terram, superuenit lex ciuilis, quæ cunctis nationibus data fuit, & vnaquæque ciuitas sibi regem eligebat, cui populus omn

omnimodam sibi præstabat obedientiam, ad hoc vt quietè quilibet viuere posset: nam si sine legibus viuerent, nihil à feris atrocissimis discreparēt, quo fit vt Licurgus Lacedæmonis legem dedit. Zoroaster Persis, Trimegistus Ægyptiis, Minos Cretensibus, Carundas Carthaginensibus, Solon Atheniensibus, Mahometus Arabibus, Zamolexus Scythiis, Socrates, Pythagoras, & Plato, Magnesiis & Siculis, Carundas Italis, Rex Foroneus Græcis, vnde locus iudicij dictus est forus à Rege Foroneo prædicto, & Numa Pompilius Rex populo Romano, leges dedit, procedente deinde tempore, eorum loco Imperatores posteris eas leges attulerunt, quas hominibus constitutum iri volebant, & tempore Iesu Christi primus Imperator fuit Octauianus, & postea Cōstātinus: licet aliqui teneant quòd Iulius Cæsar fuit primus Imperator. secūdum Gloss. in l.j. ff. de adult. Corn. consili.j. volumi.iij. numer.6. A quibus leges ciuiles processerūt, & postea superueniente tempore gratiæ quo tempore D.N. Iesus Christus venit in mundum, tres leges prodierunt in seculo, pro indigentiis hominum, videlicet euangelica, apostolica & canonica. Nouissimis verò tēporibus cū diuinæ placuit bonitati sapientes viros religionem & æquitatem sectātes secula edidere, qui sacras, ciuiles & canonicas populis leges attulerūt. A quibus postea vnaquæque ciuitas pro eorum indigentiis proprias & peculiares leges instituit quas aliqui vocant statuta, constitutiones, patriæ prouisiones. Aliqui verò ius Longobardorum, & Francorum: constitutio regni Neapol. decis. Rotæ vrbis Romæ. Etiam præter alias fœlicissima hæc nostra ciuitas propria sibi leges constituit, quæ statuta vocantur, quibus aliæ ciuitates huic imperio subiectæ obsequuntur, & inseruiunt, & illis deficientibus loci consuetudo spectanda: quia in iudiciis quod consuetum est fieri obseruatur propter actuum frequentiam. Ita Deci. in c. canonum statuta. nu.83. de constitu. Afflict. decis. cccxxj. nume.17. Guido Pap. q.xxiij. num.3. Guliel. de Ludo. singu.xxxvij. act. de iudic. §. illo Custod. Doct. in c.2. de consu. l. de quibus. & leg. minimè. ff. de legib. Bal. consi.ccxxxv. casus. numer. 4. vol.ij. & in consi.ccccxlj. nume. 8. vol.5. vbi statuta & consuetudo etiā minores ligant. & est in vol.j. cons.cxlviij. numero 8. & in consi.lviij. numer.8. vol.ij. incipi. in restit. & consi.xlviij. nume.3. vol.iij. incip. super vnitate. in fin. vbi dixit quòd consuetudo est interpretatiua statutorum, allegādo l. sacularij. §. sunt quidam. ff. de extraord. crim. I. Nouel. re.79.

¶Lex in dubio debet intelligi in casu habente maiorem rationem dubitandi. De testa. l. Dominus. Ad mun. l.1. vide Probitio, Doctor, Testamentum, Esse, Intellectus.

Inciuile est, nisi nota lege perspecta, vna aliqua parte eius proposita iudicare vel respondere. Cel. De leg. l.24.

Auxilium legis frustrà implorat qui in eam cōmittit. De min. l. auxilium.

Fieri debet lex de bono, vtili, honesto & dubitabili. De Car. ed. l. quod Labeo. C. de furtis. l. ancillæ.

Corrigens lex intelligitur secundum terminos legis correctæ. Auth. de fil. ante do. in. na.

Interpretans lex intelligi debet secundum naturam legis interpretatæ. De coniungen. cum eman. lib. l. nihil. vbi Bart.

Non fit excusatio aduersus præcepta legū ei, qui dum leges inuocat, contra eas committit. De min. l.37. §. fi.

Præcedens lex determinatur per sequentem. De legib. l. non est. Ad leg. Aqu. l.1.

Erubescimus cùm sine lege loquimur. Auth. de trien. §. consideramus. C. de colla. l. illam in fi. Ad Treb. l. quæsitum. §. Sabi. Cc. De pœnis. l. fin. de dol. l. eum qui.

Dubia lex intelligitur secundum naturam tituli, sub quo est situata. De in diem ad. l. Imperatores. in fin.

Lex quæ varios patitur intellectus, ad decisionem casuum induci non potest. De reb. du. l. in ambiguo. & ibi Bart.

Vbi non distinguit lex, nec nos distinguere debemus. de of. Præs. l. Præses prouinciæ. 3. de pub. l. de precio. Qui & à qui. ma. l. prospexit. de postu. l. quo prohibet de iud. l.1. §. cōuenire. in fi. de ali. l.1. §. qui verò. Nisi per aliam legem distinguatur. de testib. l.13. de in ius voc. l. quamuis.



Indistinctè loquens lex omnem casum complectitur, dato quòd maior sit ratio in vno, quàm in alio. De leg. præst. l.1. §. in infinitum.

Simpliciter & indefinitè lex loquens, distingui debet secundum alias leges, specialiter & distinctè loquētes. De ac. & ob. l. filiusfami. iūcta l. prima. Ad Mac. l. septima. §. si paciscar. De pact. l. transigere. & ibi glos. magna. in fi. C. de transact. Simplicitas.

Simplicitas legibus amica est. Inst. libro 3. titu.2. §. Cæterùm.

Patere legem quam tuleris. De cōst. c. cùm omnes. circa. fi. Quod quisque iu. l.1. De admi. tu. l. antepe.

Lex est, quicquid in ratione consistit. distin.1. cap. consuetudo.

Legum conditores æquitatis conuenit esse fautores. C. de pac. con. l. hac. leg. De eo, quod certo. l. quod. §. fin.

Nouare leges nemini licet. De iur. & fact. ig. l. regula. in prin.

Leges generales debent ab omnibus obseruari. C. de legib. l. leges.

Non debent leges esse ludibrio, nec per quenquam irrideri. De iud. l. si Præt. authent. de æqual. do. §. primo. & ibi gloss.

Semper lex loquitur. C. de hæred. l. Arrian.

Non verbis sed rebus leges imponuntur. C. com. de leg. l.1.

In paupertate neminem viuere, nec in anxietate mori, leges permittunt. Auth. de hære. & fal. circa finem.

Non dedignātur leges sacros Canones imitari. Auth. vt cle. apud. pro. ep. circa fin.

Hominis ministerium non requiritur, vbi lex ipso iure operatur. C. fa. her. l. ea.

Inferior lex superiori nō præiudicat. De min. l. minor. Ro. cons.2.

Concordare leges legibus omnibus modis debent. Vide latiùs de Regulis Vlnerum.

Interpretari leges eius est, cuius est condere. C. de legi. l. leges sacratissimæ. l. 11. §. 1.

Correctio legum est euitanda. de legib. l. minimè. De const. prin. l. in rebus. de elect. c. cùm expediat.

Certum est quod, is committit in legem qui verba legis complectens, contra legis nititur voluntatem. Reg. fin. in vj.

Quæ contra leges fiunt pro infectis habēda sunt. Loc. C. de sacros. Ec. l. iubemus. §. prædia.

Verba legis captari non debent. Ad exhi. l. pe.

Non corrigitur lex ad causas finitas. C. de sacrosanct. Eccl. l. pe.

Non præterita, sed futura lex determinat. De constit. c. fi. de l. leges. 2.

Auctoritas legum & diuinas & humanas res bene disponit, & omnem iniquitatem expellit. C. de vet. iu. enuc. l. 1. §. cùm itaque.

Quòd de vno statuitur vel dicitur, in reliquis denegatur. 25. dist. capitu. qualis. De præsum. capitulo nónne. de testa. l. qui testamento. l. ex ea. de iud. l. cùm Prætor. 12. Clau. Cantiuncula in Top. de locq à contrario sensu. vide capitul. contractus. & quæ notantur in fin. Rubr. de Reg. Item vide Esse, Superfluum.

Nemo potest facere, q uin leges locum habeát. De leg. 1. l. nemo. Huc refert. ex tit. De Reg. l. 123. quæ propter necessitatem. l. 184. quæ contra rationem. l. 43. nemo. ex his. l. 149. §. quę rerum natura. l. 73. §. neque paciscendo.

Mendacium lex punit. De nox. l. quoties. §. prætor. scripsi ad reg. 44. vide hæreditas, Mitis. Risvvic.

¶Lex secunda. C. de rescind. vend. an, & quando locum non habeat.

Primò locum non habet vbicunque in instrumento dicatur, quòd quis vendit rem pro tanto, & illud plus quod valebat dedit, & donauit emptori. ita tenet Bart. in l. si quis cum aliter. ff. de verbo. oblig. quòd habet locum etiam in habente errorem rei: vt not. Bar. in dicta l. 2. & sequitur ibi eum Bald. in l. cum filius. §. pater. de leg. 2. & idem tenet Ioann. de Imo. in capitu. cum contingat. in xxxv. chart. de iureiur. Pet. de Anch. & Inn. in d. cap. cum contingat, dicunt hoc esse verum quando in instrumento diceretur, & illud plus quantumcunque sit: quia tunc propter verbum quantumcunque, non habebit locum remedium dict. l. 2. vt ibi per eos, & istud fuit de mente Guliel. in l. si tibi. x. in princ. ff. de pac. vbi text. not. in l. fin. §. idem quæsiuit. & ibi Bartol. ff. de cond. indeb. & ibi Bald. & in rub. C. de contrahend. empt.

Secundò locum non habet, vbicunque venditio facta esset cum decreto iudicis. l. 1. C. de prædi. cur. libr. x. quam ad hoc ibi ponderat Barto. in verbis, immoderatus venditor & emptor iniustus inuenitur. Sed contrarium tenuit Io. de Imo. & Lud. de Ro. in dic. l. si quis cum aliter, per tex. in l. 2. C. de fide instru. & iur. hast. fisc. libro 10. vbi propter iniustum pretium venditio rescinditur, & tamen in illo contractu interuenit decretum iudicis requisitum vt ibi: iuncta l. 2. C. si propter pub. pen. quia aliàs sequitur quòd rei venditæ per minorem cum decreto non posset peti restitutio in integ. l. si quidem. C. de pręd. mino. &c. Adde tamen quod cum opi. Barto. concordat Ang. in consilio cxlviij. incip. tutor vxoris. in fin. & idem tenuit ipse in l. pretia rerum. ff. ad l. Falc. per text. quem dicit esse singu. in dicta l. & idem tenuit Bald. in l. eadem. & in dicto capitu. cùm dilectus. de empt. & vend. sed eandem opinionem tenuit Bartò. in l. prima. C. de præscriptio. triginta annorum. Sed vt idem dicit Bartól. fuit defectus circa iniustitiam pretij. & sic rescinditur. & idem etiam tenuit Imol. in dicta l. pretia rerum. & Bald. in repeti. dict. l. secundæ. in verbo, super quanta. C. de rescind. vend. Abb. in dicto capitulo, cum causam. vbi pro hoc allegat l. magis. §. pen. ff. de verbo. oblig. & in cap. j. de reb. ecclesi. non alien. libro vj. & ista pars de iure videtur verior.

Tertiò locum non habet, quando venditio esset facta ad publicum incantum. Ant. in repet. l. sciendum. ff. de verb. oblig. per text. not. in l. j. C. de præd. curia. lib. x. & idē tenuit in d. leg. pretia. & in l. j. C. de pręscrip. xxx. annor. per tex. singu. in d. leg. j C. de præcuria. Bart. tenuit contrarium in l. j. C. de præscrip. xxx. anno. per text. in leg. si quos. C. de rescin. vend. Ludo. Rom. idem tenuit in d. l. si quis cum aliter. sed Ang. in prælleg. leg. pretia. respondet, quòd ibi clarè probatum fuit quòd fraus, & ambitio interuenerit in subhastatione, quæ tamen responsio violat dictam leg. si quis cum aliter. & ideò teneo opinionem Bart.

Quartò locum non habet in adiudicatione insolidum facta creditori per iudicem, quæ habet vim quasi transactionis: vt leg. à diuo Pio. §. pignora. ff. de re iud. Bal. in l. ordo. C. de excep. rei iudic.

Quintò locum non habet in venditione facta per alium, quàm per dominū, puta per procuratorē: quia tunc non requireretur quòd esset deceptus in dimidia, sed sufficit quòd sit deceptus in sexta parte totius: vt singulariter voluit Bartol. in leg. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. iuncta leg. vnde si Neruæ. eodem titulo. quod tamen non firmat: sed contrarium tenuit Ludouic. de Rom. in d. leg. si quis cum aliter. per leg. si voluntate. C. de rescind. vend. per quam leg. ita tenuit Io. de Imo. in dicto c. Quintauallis. in vj. quæst. & idem tenet Abb. in ij. artic. & Imol. in d. l. si quis cùm aliter. in fi. ff. de ver. oblig. Abb. in d. c. cum causam, quia imputari debet domino, qui talem procuratorem elegit, arg. l. cum mandato. §. fi. ff. de mino. circa quod vide etiam per Bal. in repet. d. l. 2.

Sextò locum non habet, vbicunque facta esset venditio minùs, quàm sit dimidia iusti pretij, cum hoc, si pretium conuentum non sufficeret, paciscatur, vt suppleatur iustum pretium. ita tenet Bald. in capit. j. versic. qualiter. de appel. in princ. per rationem de qua ibi per eum.

Septimò locū non habet, quando quis esset grauatus à testatore de vendendo fundum Sempronio, & vendidit minùs quàm esset dimidia iusti pretij, nam tūc non habebit locum d. regula: quod intellige tamen vt ibi per Imol. & Bald. in l. si fideiussori. §. meminisse. per illum text. ff. de legat. j.

Octauò locum non habet in contractu transactionis: vt tenet gloss. in dict. cap. cum causam. & ibi hoc tenet Imola, Inn. & Io. And. & Pet. de Ancha. & Spec. in tit. de empt. & vend. §. nunc videndum. versiculo, restat. Guli. de Cug. in l. ex causa. C. de vsucap. pro emp. Bald. in l. ordo. C. de execu. rei iudic. & in l. iij. §. j. ff. de transact. & ibi gloss. in verb. debere. Bald. in l. j. in princip. C. communia de leg. & idem in l. ij. C. de pact. & est tex. optimus in l. in summa. in princi. in verbo, nulla res. & ibi not. ff. de cond. indeb. ad idem tex. in l. à diuo Pio. in §. pignora. ibi veluti, &c. ff. de re iudic. & in l. si super, iuncta l. ij. C. de do. sed Bart. in dicta l. si quis cum aliter. tenet contrarium: dicit tamen quòd haberi debet respectus ad æstimationem dubij euentus, super quo transactio est facta, & non ad veram æstimationem rei. & ita intelligit gl. in dicta l. Lucius. ff. ad Trebel. & idem tenuit Rayn. Bartol. & Ang. & Imol. & Ludouic. de Ro. in d. l. si quis cùm aliter. & Ioan. de Imol. in d. c. Quintauallis. in vj. char. de iureiur. & Abb. in d. cap. cum causam. de emp. & vendit.

Nonò locum non habet in contractu feudi: quia feudum sapit naturam gratiæ, vt not. in Spec. in titu. de feudis. §. nunc videndum, versic. sed nunquid refert Bald-

fert Bald.in d.l.2.verſ.an habeat locum.

Decimò locum nõ habet in contractu emphyteutico: vt dixit Spec. in d.verſi.§.nunc videndum,ſed Bald. tenuit cõtrarium:& bene in dicta l.2. verſi.ſed nunquid.& eſt ratio,quia ille contractus emp.ſimilis eſt locationi:vt in §.adeò.Inſt.loc.in qua conſtat remedium d.l.2. habere locum etiam in omnibus cõtractibus bonæ fidei:vt ibi per gloſ.& doct.

Vndecimò locum non habet vbi ſuper contractu interueniſſet iuramentum ex certa ſcientia: vt not. Bald.in l.quę ſub conditione.§.j.ff.de cond.inſtitu. niſi aduerſarius eum induceret ad iurandum ſuis perſuaſionibus: quia tunc non obſtante iuramento & tali ſcientia, retractari poteſt venditio quantumcunque iurata,ſicut etiam poſſet retractari ſi interpoſitum eſt per errorem facti: vt colligitur ex no.in tex.d.l.2. verſi.nonò quæro.

Duodecimò locum non habet vbicunque quis renuntiat beneficio illius l. quia renuntians eſt ſimilis ſcienti.l.quæritur.§.venditor.ff.de ædil.edic.niſi renuntiatio proceſſerit ex renuntiantis ſimplicitate, vel facilitate:nam tunc non præſumitur ſcientia,ſed error:niſi talis renuntians appareat certificatus de beneficio d.l.ita not.dicit Bald.in dicta l.2.verſ.4. quæro.ſi autem renuntiaret omnibus beneficiis,talis renuntiatio non porrigitur ad renuntiationem illius l.& de materia vltra prædicta, vide Bartol.in dicta l.ſi quis cum aliter. vbi etiam ponit an remedium dict.l.2.habeat locum in ſtipulatione, in qua quis fuit deceptus vltra dimidiam iuſti pretij: & communis concluſio eſt quòd ſic: & vide etiam plenè per Bald.in rep.dict.l.ij.& circa iſtam tranſactionem vide & adde dato,quòd ceſſaret remedium d.l. ij. tamen ſi apparet contra me motam eſſe litem, ſuper quã tranſigendo deceptus ſum, tũc tranſactio eſt ipſo iure nulla.tex.eſt not.in l.in ſumma.de con. indeb.& prædictis addo quod remedium d.l.2.non tantum competit venditori,ſed etiam emptori: vt not.gloſ.in prælle.l.2. & ibi not.tenet Bart.& Bal. & etiam creditori cui res eſt obligata,& vendita eſt infra dimidiam iuſti pretij:vt eſt gloſ.not.in l.vẽd. §.j.ff.de bon.auto.iud.poſ.ſecùs autem ſi ipſe creditor illam rem inſolutum accepiſſet, ſed iudicis autoritate:vt Bald.in l.j.C.de execu.rei iud.& de materia vide plenè per Cano. in capit.cum cauſam.de empt.& vend. B.Soc. re.281.

¶Lex 2.C.de reſci. vend.diſpoſitionem facit ceſſare geminatio verborum,vt ſi inſtrumẽto dicatur, & ſi plus valet donat,vel ſi dicatur omne totum,vel quicquid plus valet donat, non reſcinditur venditio ob deceptionem vltra dimidiam iuſti pretij.Bal.d.l.2. q.7.C.de reſci.vend. Euer.in loco à vi.Gemin.n.6. Paul.conſ.385.vol.2.col.2.Abb.conſ.71.volu.1.Bellamera conſ.24.col. 5.Deci.conſ.192. col.2.conſ.216. col.fi. Alex.conſ.133.col.3.conſ.139.conſi.167.vol.5. Socin.conſ.86.col.4.volu.1.Corn.conſ.11.conſ.140. volum.3.Crau.in term.conſ.151.num.31.conſili.160. nume.3.& num.6.Socin.conſi.85.numer.6.volum.1. Cepha.conſ.142.numer.5.Rubeus conſ.133.numero 9.conſi.147.nume.18.ratio eſt:quia geminatio conſenſus tollit præſumptionem erroris, quod eſt fundamentum beneficij.d.l.2.Cepha.conſ.261.num.11. Deci.conſ.599.nume.5.Felin.capitul.fin.nume.1.de offi.delega.Marſil.l.1.§.quæſtioni.nu.3.ff.de quæſt. Arius tamen Pinellus in l.2.par.3.cap.1. numero 36. C.de reſcind. vend. contrarium tenet per rationes, de quibus ibi & adducit auctoritatem Corne.conſil.40.lib.3.Crau.conſil.114.& conſil.151.numero 31. Gramma.conſi.71.numer.3.lib.1.ſed tu vide omnino Dec.cõſ.216.Chaſſan.in conſu. Burg.Rub.§.12. nume.37.Couarru.cap.quamuis.part.3.§.fi.num.6. Rubeus conſi.133.numer.9.vbi concludunt per generalitatem huius reg. contrarium procedere, ſecũdum Rom.l.ſi verò.§.de viro.fallen.31.ff.ſolut.mat. Felin.cap.ſi cautio.numero 39.ff.de fide inſtrumen. Hippol. l.1.§.quæſtioni.ff.de quæſt.Cur.Sen.conſi. 49.numer.83.Ripa l.ſi inſulam. num.77.ff. de verb. obliga. declaratur tamen cum ſecundus conſenſus geminatus, haberet cauſam executionis, nam ſi in eo concurreret idem error, non procederet: ita in terminis declarat Arius d.l.2.§.1.c. 4.nu.52. C.de reſci.ven.per doctrinam Bar.l.pe. num.7. ff. de cond. ob turpem cauſam. Med.reg.2.

¶Lex pen.C.de prædi.minor.& l. pupillorum. ff.de re eorum qualiter limitetur.

Primò fallunt, vbicunque minor faceret ſuam conditionem meliorem:& dicitur facere ſuam conditionem meliorem, ſi habeat rixoſum vel damnoſum, vt eſt tex.notab.in leg.ſi conuenerit. ff.pro ſocio. & not.Bal.in l.j.ſi aduer.tranſact.

Secundò fallunt quando maior dilapidaret bona, vt habetur per Gul.de Cu.in d.leg.pen.& per Di.& Doct.in leg.inter pupil. ff.de aucto.tut.adde tamen quod vna eccleſia poteſt aliam ad diuiſionem prouocare,vt not.in c.ex literis de prob.gl.in d.leg.iubemus. & quod ſuprà dictum eſt,quod minor poteſt maiorem ad diuiſionem prouocare, *limita hoc eſſe verum,niſi minori eſſet bonis interdictum: quia tunc non poterit ad diuiſionem prouocare, vt in leg.ex caſtrenſi.in princ.de Caſtrenſi peculio. qui tex.reputatur à Doctoribus ſingul. B.Soc. re.283.

Additio.

* Prouoca. Vide Bald.in d.ſi conuenerit.ff.pro ſoc.& Franc.Aret.in d.l.j. ſi aduer.tranſ. B.Vad.

¶Lex generaliter loquens an debeat per aliam legẽ reſtringi,vide quę ſcripſi in tractat.de legibus,& ſtatut.par.3. quæſtio.decimaoctaua, & Socin.in regu. 184.Iaſo.authen.ex cauſa. colum.ſecunda. C.de liber.præter.gloſ.magna authen.ex teſtamento.C.de collatio.cap.cõtra.de hæret.6.docto.authentic.offeratur. C.de lit.cont.gl.& doct.l.ſciendum.ff.de his, qui ſatiſd.cog.doct.l.non eſt nouum. ff.de legibus. Euer.in loco ratione legis.num.10. Medic.re.1.

¶Lex generaliter loquens generaliter intelligi debet l.de pretio. ff.de publica.& Lud.de Ro.in l.ſi verò.§.de viro.ſoluto matrimo.ff.

Primò fallit quando eſt facta in ſuitate,quia intelligitur ſi hæres non erit, quia non poteſt: vt eſt glo. valde not.in l.Gallus.§.quidam rectè.de lib.& poſthu. ratione dignæ perſonæ.l.ſi condit.§.ſi arbit.ff.de arbit.l.ij.C. de ſẽtent.ex peric.reci.& l.ſed & reprobari.§. amplius.ff.de excuſat. tutor.facit ad hoc l. & not.ſingularitatis ſecundum aliquos.& l.ad beſtias.ff.de pœnis.pro quo vide do.Lau.de Palazo in quorum.ff.de pig.in repe.ſua:& omnino vide & ibi ſigna per me.

Secundò fallit propter vilitatem perſonæ: nam licet mulier non poſſit carcerari.l.j. & in authen.ibi poſita.C.de offic.ciui.iudi. tamen mulier vilis poterit,ſecundum Bald.in l.conſentaneum.C.quomodo, & quando iudex.quod limita vbi eſſet maritata: quia tunc etiam vilis habet priuilegium, ſecundum Ioan.And.in addit. Spec.in tit.de iniur.&

de dam.dato.in prin.fallit tamen regula in dicta l.j. in authent.ibi posita in tribus casibus,qui habentur per Bartol.saltem duo in l.si quis ita. de testa.tutel. videlicet,quando esset meretrix, item quando mulier conuinceretur ex administratione tutelæ,vt ibi dem.

Tertiò fallit propter modicitatẽ rei:nam licet ex forma statuti puniatur ille,qui extraxit sanguinem alicui,non puniretur ille qui extraxit guttam tantùm. Bald.in l.j.§.item sciendum.ff.de ædil. edic.pro hoc facit vna glo.sing.xv.quæst.2.cap.non licet.quę docet,quòd licet regulariter licitum sit aduocato seu doctori consulenti petere salarium,tamen hoc non habebit locum in eo qui paucissimo labore & sine chartarum reuolutione laborauit consulendo vel aduocando. illam tamen gloss. reprobat Ioannes Andr.in additionib. Spec.in titu.de salario aduoc. §. sequitur circa princip.eo, quia debet remunerari labor præteritus, propter quẽ de præsenti sine chartarum reuolutione potest, aliàs essent deterioris conditionis periti quam ignorãtes, & intel. dictum Ioannis Andrææ, quando propter laborem præteritum in puncto consuluit: si autem consuluisset sine reuolutione chartarum, quia casus erat clarus, quem omnes sciunt,vt putà si aliquis esset interrogatus de casu, §. gallinarum. Instit.de re.diui.tunc locum habeat glos.suprà alleg. & ita soluunt Doct. illam gloss.

Quartò fallit, nam ratione dignitatis quis non potest citari nisi in scriptis: licet aliquis alius posset sine scrip.tex.est in l.quoties.C.de dign.lib.12.

Quintò fallit, nam licet regulariter tãtùm illi qui sunt sufficientes debeant promoueri ad doctoratum, l. meminerint.C.de aduoc.di.iu.fallit nisi quis fuerit præstantis ingenij, qui licet non studuerit legitimo tempore,tamen est spes futuræ scientiæ, secundum Inn.cap. cum iussionis.de elect.facit tex.iuncta glo. l.j.C.quibus & aduer.quos.vbi si minor xxv. annorum,est præstantis ingenij & diligens paterfami.ita quòd non fuerit verisimile per ætatem esse læsum, non restituitur.

Sextò fallit ratione pacis: nam ratione futuræ pacis matrimonium contrahi potest inter eos,inter quos regulariter propter ætatem esse nõ potest:vt not.in cap.j.de despõ.impu.li.6.ego addo ad hoc dictum. Ioann.Andr.in regu. actus legitimi.de regul.iur.in vj.vbi dicit,quòd ratione futuræ pacis Papa potest dispensare cum monacho & moniali,vt virum vel vxorem accipiat.

Septimò fallit ratione futuri periculi.l.si quis officium.§.fina.ff.de ritu nup. nam ratione futuri periculi licitum est officiali maritare filiam suam in loco cui præest, licet aliquis ciuis non posset vxorem deducere.

Octauò fallit ratione promotiõis,& dignitatis, vt per Sali.in l.j.vt dig.or.seruet.& ideò solet dubitari, an doctorati per Imperatorem debeant præferri doctoribus creatis per collegia.& est dicendum, quòd aut Imperator creauit ipsum doctorẽ cum examine rigoroso,& tunc præfertur:aliàs nõ.ita dicit Pau.de Cast.in l.quoties.C.vbi de cri.agi opor.

Nonò fallit ratione publicę vtilitatis:vt l.portio.C.de offic.reg.prouin.

Fallit x. ratione loci,vt in ca.licet.de pœn.& remis.vt in Mediolanensibus,qui faciunt regulam hebdomadarum.

Fallit xj.ratione sterilitatis: vt in l.ij.C.de arg.& censit.lib.xj.& ibi per Bar.nam licet quis conducat aliquam possessionem, & promittat eam colere per quadriennium, eam non deserere, si superuenit magna sterilitas,eã tenetur colere: vt ibi probatur.

Fallit xij. ratione nimiæ austeritatis & crudelitatis, nam licet dominus possit seruum suum impunè verberare, vt Instit.de iure personarum. tamen si nimium ipsum crudeliter verberat,tenebitur,vt Institu.de iis qui sunt sui vel alie.iur.§.fin.& leg.j.eodem titu.ff.

Fallit xiij.ratione ciuitatis: nam si sunt in rotulo duo Doctores,vnus aduena, & alius ciuis cęteris parib. nõ erit locus gratificationi, licet aliquis alius esset, sed ciuis præfertur: vt leg. ecclesias. de episcop. & cleric.

Fallit xiiij.ratione hostilitatis:vt leg.minimè.de religiosis.ff.nam licet filio patrem offendere impunè si est hostis patriæ,licet aliàs secùs.

Decimoquintò fallit ratione coniunctionis sanguinis, leg.j.& ij.ff.de recept.nam coniunctus sanguine celans maleficium non punitur ita, sicut puniretur alius, qui non esset coniunctus.leg.ij.ff.de recens.

Decimosextò fallit ratione coniunctionis hinc inde: vt l.non solùm.§.de vno.ff.de rit. nupt.nã licet frater non posset cogi deponere contra fratrem, vt l. Iulia.ff.de testi.hoc verum, nisi deponeret pro alio fratre contra fratrem,per illum text.

Fallit xvij.ratione æquitatis, nam licet quis per formam statuti non possit legere per substitutum,hoc verum nisi substitutus esset æqualis scientiæ:vt not. Bal.in l.abolendæ.de episc.& cler.

Fallit xviij.ratione subrogationis:nam licet rector nõ possit facere aliquid in vniuersitate,nisi adsit maior pars consiliariorum, hoc tamen verum, nisi essent alij subrogati sufficiẽtes.ita voluit Bal.in l.vnic. C. quando non peten.

Fallit xix.ratione magnę meliorationis: vt in toto tit.ff.& C.locati.& per Bar.in l.qui tenet.C.de omni agro deser.lib.xj.

Fallit xx.ratione metus:vt in in clemen.j.de foro competen.nam ratione metus quis potest exercere iurisdictionem extra territorium:licet regulariter secùs. l.fin.ff.de iurisd.om.iud.

Fallit xxj.ratione concessionis, nam princeps reuocãdo priuilegia concessa ciuibus alicuius ciuitatis, nõ videtur in dubio reuocare priuilegia clausa in corpore statutorum,per glo.in auth. qua in prouincia. C.vbi de cri.agi oportet.& l.hęres absens.ff.de iudi. & l.ij.§.j.eodem tit.

Fallit xxij.si priuilegium concessum per principẽ trãsit in contractum, nam tũc nõ poterit illud reuocare, licet aliàs posset. Bal.in d.l. ambitiosa.de decret.ab or. fac.& in l.qui se patris. C.vnde liberi.

Fallit xxiij.ratione paupertatis:nam iudex, qui habet multas causas, primò debet expedire causam pauperis.glos.est j.q.j.c.primis.& in l.non obstante.de iure fisci.

Fallit xxiiij.ratione futuri scandali: vt in c.quam cito. de consue.nam licet subditi debeant obedire superiori, hoc verum nisi sequeretur scandalum.& ideò tũc debet rescribere superiori si timet de scandalo: vt in c.si quando.de rescript.

Fallit xxv.ratione personæ.§.iste frater.ff.de pen.lega. vbi est iste casus.

Fallit xxvj.ratione amicitiæ: vt est glos.in leg. semper in stipulationibus. ff.de reg.iur.nam si aliquis legat centum, ratione amicitiæ, cognoscetur nunquid

quid de maiori vel minori summa legauerit. facit leg. sed & hæc. ff. de procu. & in leg. exigendi. co. tit. vbi vnus amicus potest admitti sine mandato pro amico. l. inter amicos. de verb. sig.

Fallit xxvij. ratione absentiæ paternæ: vt leg. si longius. §. filiusfamil. ff. de iudic. nam ratione absentiæ paternæ filius admittitur ad agendum, qui aliàs non admitteretur.

Fallit xxviij. ratione affectionis paternæ, leg. qui officij. de contrahen. empt. nam ille qui præest venditioni, potest emere, etiam filius in potestate, licet aliàs non posset. l. si in emptione. ff. de minor.

Fallit xxix. ratione si finiatur causa, nam licet ex forma statuti vxores bânitorum debeant expelli de ciuitate, non debent expelli si vxores remanserunt viduæ. secundum Bar. in l. Titia. §. vsuras. de leg. ij.

Fallit xxx. ratione famæ, nam licet regulariter ille, qui doctoratur, debeat examinari. fallit si est aliquis bonæ famæ, qui publicè visus est legere, & conferre, vel facere alia, ita q̃ ex fama sit doctus. nam iste poterit sine alia examinatione licitè doctorari * secundum Io. And. in c. cõstit. el ij. extrà, de appel.

ADDITIO.

*Doctorari. Adde idem tenentem Felin. in c. cleri. circa finem, de iudic.

Fallit xxxj. ratione geminationis, nam licet concessio facta per principem bonorum alicuius banniti non valeat: vt l. j. C. de pet. bono. sub. li. x. fallit nisi geminauerit suam cõcessionem. vt est tex. in leg. nec dãnosa. C. de precib. imper. offeren. sicut & aliàs dicimus in simili in l. si quãdo. de resc. in ant. item licet confessio facta absente parte non probet. leg. certũ. §. si quis absente. de cõfes. Fallit nisi emanauit geminata confessio: nam talis probabit, secundum Bar. in l. cum scimus. de agric. & censit. lib. xj. fallit, vt in l. j. in fi. de cõst. pecu. & in l. antiquis. C. ad Velleia.

Fallit xxxij. ratione magnę iniquitatis, nam licet ex forma statuti contra sententiam non possit opponi exceptio: fallit nisi opponatur exceptio euidentis iniquitatis, secundum Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de sentent. §. vt autem. & facit quod not. Oldr. in consi. xviij. & Bal. in l. j. C. ne liceat tertiò prouoc. nam quando latæ sunt tres sententiæ conformes, licet non possit regulariter opponi exceptio, poterit opponi exceptio nullitatis, vel iniquitatis euidentis, vel etiam exceptio non rectę formatæ inquisitionis, secundum Franc. de Capil. in l. licet. C. de procuratorib.

Fallit xxxiij. ratione præiudicij: nam si princeps promisit seruare statuta, non promisisse intelligitur de illis per quę generatur sibi præiudicium: vt in c. si gratiosè. de rescrip. & Cyn. in leg. cum oportet. C. de bonis quæ libe.

Fallit xxxiiij. ratione perseuerantiæ. leg. fi. ff. de except. nam priuilegium, quad datur aliquibus, qui sunt in aliqua arte, non intelligitur datum illis, qui desciuerunt de illa arte. pro hoc facit, quod not. Bald. in authen. habita. C. ne fil. pro pat. vbi voluit, quòd scholaris, qui non intrat, sed vadit vagabundus, non possit dare vocem. pro hoc facit glos. in leg. antea. §. si quis. ff. de acquir. posses. nam aliud est esse in studio & aliud studere. pro hoc etiam vide glos. in leg. vnicuique. C. de sacrosanct. eccles. & 3. quęst. ij. ca. gloria episcopi. quæ voluit quod ad probandum quem peritum, non sufficit allegare quòd diu studuit, sed bene studuit. facit glos. not. in c. literis. de in integ. restitu.

Fallit xxxv. ratione affectionis paternæ, nam si auus diligat nepotes & eos tractat vt filios, continebuntur filij appellatione: vt l. alimenta. de alim. & cib. legatis.

Fallit xxxvj. ratione affectionis, nam licet tres tutelæ procurare possint executionem, l. tria onera. de excu. tuto. hoc verum, nisi fuerint affectata l. spadonem. in prin. ff. de excu. tut.

Fallit xxxvij. ratione necessitatis officij, nam licet ex forma statuti debeatur premium capienti bannitũ, non tamen debetur capienti officiali potestatis. secundum Bartol. in l. si quis maior. in §. vtrum. ff. ad Syllan.

Fallit xxxviij. ratione reprobationis, nam nunquã quis poterit petere officium, à quo fuit expulsus tãquam indignus. vt c. nullus. de pact. lib. 6.

Fallit xxxix. ratione necessitatis propriæ personæ: nam licet ex forma statuti omnes lapides, qui extrahuntur ex lapidicinis Padi debeant vendi conmunitati: tamen quis non tenetur vendere illos quos extrahit pro sua necessitate. l. venditor. §. si constat. ff. cõmunia prædiorum.

Fallit xl. quando esset periculum in mora, nam potest capi debitor nullo iuris ordine seruato, secundum Bal. in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iudex. & per Barto. in l. si creditores. ff. de priuil. cre. & est gl. not. & Bal. in l. fin. C. de feriis. iuncta alia glo. Instit. de act. in princ. in verbo, iudicio.

Quadragesimoprimò fallit ratione absentiæ iudicis: nam si aliquis non habeat copiam iudicis, poterit in eius absentia appellare, quamuis aliàs non possit: vt not. in l. 2. §. biduum. ff. quando appe. sit. facit quod not. in cap. ex suscepto. extrà, de foro comp. & quod not. Bal. in c. j. de vasal.

Fallit xlij. ratione simulationis, nam statutum puniens mulieres portantes monilia, siue perlas, non obligauit eam, quæ portat monile cõtrafactum, vel perlas simulatas, secundum Bart. in l. j. ff. de fonte.

Fallit xliij. ratione viduitatis: nam vnum verbum, vel vna oratio recipit interpretationem ratione clausulæ vel orationis præcedentis, vel sequentis, secundum Bart. in l. qui filiabus. de leg. & glos. ordinar. in l. si seruus plurium. §. fin. eod. tit.

Fallit xliiij. ratione infirmitatis, nam legatus, qui finita legatione rediens domum, moratur infirmus in aliquo loco, habet priuilegium, quamuis si moreretur, non haberet, vt l. si cui. §. tamen dominus. ff. ex quibus caus. maiores.

Fallit xlv. ratione impedimenti: nam licet caupo, postquam apposuerit signum in caupona, teneatur omnes hospitari: tamen non tenebitur, si habet multos in domo, adeò quòd non possit omnibus sufficere, vel locus esset incapax. & hoc probatur in l. facti aduersi. ff. nautæ caupo. stabu. & idem notatur in iudice, vt per Bartol. in l. munerum. ff. de muner. & hono.

Fallit xlvj. ratione inmunitatis criminis: nam eius ratione potest pœna alterari, secundum Inno. in capi. j. extrà, de constit. quem refert & sequitur Bald. in authent. sed nouo iure. C. de ser fugi. intellige quod poterit alterari per principem, non autem per minorem à principe: vt l. diuus. de fals. ff.

Fallit xlvij. ratione magnæ contumaciæ: nam poterit prætor ratione magnæ contumaciæ mittere aliquẽ in possessionem ex primo decreto: & quod non admittat dominum in possessione: sed regulariter secùs. l. 4. §. duas. in verbo, deceditur. ff. de. dam. infec.

eodem modo poterit iudex denegare audientiam. leg. sed & si per prætorem. §. sed & si dũ decreto. ff. ex quibus cauſ. maior.

Fallit xlviij. ratione beneficij pręteriti circa rem publicam, de quo non fuit quis remoratus nam ea ratione quisquam minimè punitur ex delicto. l. non omnes. §. fin. ff. de re milit.

Fallit xlix. ratione perſonæ cõcedentis dignitatem: nã ille qui primus deſcriptus eſt in matricula præfertur aliis, niſi poſtea eſſet primò deſcriptus, & receptus ex permiſſu dignitatis. ita vult Bar. in leg. j. de albo ſcriben. & Bal. in c. his qui de præb. in vj.

Fallit 50. ratione inuentionis de nouo: nam licitum eſt alicui aliquando vti inſtrumentis de nouo repertis, aliàs non poſſet vti. leg. admonendi. ff. de iureiuran. & leg. ſub pretextu. C. de tranſact. & facit dictum Bal. leg. inuitus. C. de procur. vbi vult oppoſitum, quando quis appellat ab interlocutoria.

Fallit quinquageſimoprimò ratione ignorantiæ: nam quis excuſatur ab inceſtu. leg. qui contra. C. de inceſt. nupt & not. in cap. ij. qui filij ſint legitimi. & dicitur quis facere ignoranter, qui contraxit palam. leg. j. C. de interd. matrimo. vbi eſt gloſ. ſingula. in dicta. leg. qui contra.

Fallit quinquageſimoſecundò ratione ætatis: nam teſtibus antiquioribus creditur. vt leg. ob carmen. de teſti. ff. §. fin. & ibi gloſſ. item ſenior Canonicus poteſt conuocare capitulum, quando deeſſet prelatus. ſecundum Inn. in c. j. de maiori. & obe.

Fallit quinquageſimotertiò ratione cõcluſionis in cauſa: nam licet emptor poſſit denuntiare vẽditori quolibet tempore, hoc verum niſi eſſet in cauſa concluſum. leg. ſi rem. §. quolibet. de euic.

Fallit quinquageſimoquartò ratione neceſſitatis. in l. ij. ad leg. Rhodiam, de iactu. & probatur in leg. j. C. de ope. li. & leg. ſi vſufruct. ff. de iure dotium. vbi eſt caſus, quòd valet ſtipulatio facta ex neceſſitate de vno nummo, licet regulariter ſecùs. l. ſi quis vno nummo. ff. de locato.

Fallit lv. ratione aliqualis probationis, not. per Inn. in c. cùm dilectus. extrà de accuſ. & per Bart. in leg. qui libertatem. ff. de peti. hære. quòd licet res inter alios acta aliis non præiudicet, hoc verum quòad plenam probationem, ſecùs quò ad aliqualem præſumptionem. Hoc tamen limita, ſecundũ Bart. in leg. admonendi. ff. de iureiurand. ſi teſtes ſunt mortui, ſecus ſi eſſent viui, & pars vellet quòd examinarentur de nouo: nam tunc nullam faciunt preſumptionem, ſecundum Bar. ibidem. B. Soc. reg. 284.

¶ Lex ligare incipit poſt duos menſes à tempore publicationis, auth. vt fact. non conſti. Abb. in c. cognoſcentes. de conſtit.

Fallit in ſtatutis particularibus. Hoſt. in procemi. Summæ. §. conſtitutio.

Fallit quando quis ſciret conſtitutionem ante lapſum duorum menſium. gloſ. eſt in cap. 2. in verbo, hactenus, de reb. eccleſi. non alie. Docto. in dicta l. omnes populi.

Fallit quando conſtitutio eſſet priuilegiata, quia non operatur effectum ante quàm innoteſcat priuilegiato. Bar. in d. l. omnes.

Fallit quando conſtitutio haberet clauſulam decreti ſi ſecùs actum fuerit, quia ſtatim ligat ſecũdum Anto. de Butr. & Imo. in d. cap. cognoſcentes, quia prædicta clauſula ligat ignorantes. cap. 1. j. de conceſſio. præben.

Fallit, quãdo conſtitutio poneret tempus, quo elapſo vult quod ligat. Feli. in d. c. cognoſcẽtes.

Fallit, quando ſumus in conſtitutione extendẽte ſe ad præterita: quia tunc ſtatim ligat. Feli. in d. c. cognoſcentes. S. Ian. reg. 162.

¶ Lex vel ſtatutum excludens omnem exceptionem, nunquam intelligitur excludere exceptionem innocentiæ. Bald. in leg. edita. C. de edend. Alexand. in conſilio cxij. volumi. v. Anan. in conſilio lix. viſa in quæſtione, & pro innocentia rei tuenda, iudex ex officio etiam inquiſito non petente probationes, ſemper debet etiam à teſtibus domeſticis, & minus idoneis recipere, ne innocens opprimatur. leg. abſentem. de pœn. Spec. in titu. de inquiſition. §. j. verſu, ſed nunquid ens. Anan. in d. conſ. lix. Alex. in cõſi. xxiij. animaduerſis. vol. ij. Hippo. in ſingu. lix. innocentibus. M. Chærianus.

¶ Lex incipit ligare poſt duos menſes, à tempore publicationis. Tex. eſt in auth. vt factæ nouæ conſt. in princ. text. in cap. nouerit. de ſent. excom.

Limita ſex modis, vt per Felin. cap. cognoſcentes. de conſtitu. B. Dias re. 428.

¶ Lex vbi introducit actionem pro pœna pecuniaria ſimpliciter impoſita, propter delictum, tunc pœna applicatur parti. leg. iij. vbi gloſ. & Bart. ff. de ſepulchro violato.

Amplia tripliciter, & limita duobus modis, vt per Io. Rip. in rubric. de iudic. per quem vide aliam bonam concluſionem in materia, cum duplici li. mitatione, ſcilicet quòd vbi lex non introducit nec actionem nec accuſationem, tunc pœna applicatur fiſco. B. Dias reg. 424.

¶ Lex non fingit ſuper eo, quod eſt impoſſibile. glo. in leg. Gallus. §. ſi eius. ff. de lib. & poſth. probat tex. in l. qui ad certum. ff. loc. & in l. certè in princ. ff. de preca. vide gloſſ. ſingularem in leg. talis ſcriptura. in verbo, hanc autem. ff. de legat. j. de qua facit mentionem Iaſo. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap. vbi refert Bald. cõmendantem eam in variis locis.

Limita ſeptem modis, vt per Ioan. Crottum, in repet. d. l. ſi is, qui pro emptore. B. Dias. reg. 423.

¶ Lex noua corrigens in vno de correlatiuis, putà in vxore, intelligitur corrigere etiam in alio, & ſic in marito. Docto. com. leg. fin. vbi Iaſ. numero trigeſimo C. de ind. vid. toll. Authent. quas actiones. C. de ſacr. ſanct. Eccle. Ancha. capitulo primo, quæſtio. 6. de conſt. item corrigens in actore, & in reo corrigi, dicetur. gloſſ. l. per interuallum. ff. de iudic. gl. auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex. ampl. hoc procedere etiam in l. pœnali. l. fin. ff. de accep. Paul. l. cum lex. ff. de fideiuſſor. Sali. l. 3. C. quæ res iud. non poſſ. Euer. in loco à correlat. numer. nono. item lex interpretans intelligi debet ſecundum terminos legis interpretata, dixi ego in meo trac. de leg. & ſtat. parte tertia, quæſtio 18. numero decimo, & ſequent. Med. reg. 9.

¶ Lex noua diſponens in vno caſu, procedit in alio, qui erat ei æquiparatus per legem antiquam. Probant regulam iſtam gloſ. in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. & in l. 2. C. de curat. fur. & l. quod verò contra. ff. de leg. notat. Bar. in l. & tantùm. per illum tex. ff. de ſer. cor. Iaſ. in l. tranſigere. C. de tranſact. & §. ex maleficiis. Inſtit. de act. Calcaneus conſil. 15. & conſi. 57. & Barbat. capitu. at ſi clerici. de iudic. Vnde dicit ipſe, quòd ita infamat confeſſio, ſicut ſententia, cùm iſta ſint æquiparata: & tenet contra Bar. in l. infamem. ff. de public. iudic. qui alium voluit.

Amplia iſtam regulam procedere etiam in exorbitantibus

tibus à iure communi.vt not.Alexan.in l.Centurio. ff.de vulg.& pupil.pro quo allegat glos.in d.l.ij. C. de cura.fur.quæ, voluit secundum eum quod omnia priuilegia concessa minoribus extenduntur ad furiosos minoribus æquiparatos.de qua gloss.Bald. meminit in locis ibi descriptis ab Alexand.

Limita sex modis,vt per Crottum, repet.l. si constante.ij.lectur.ff. solu.matr.

Primò videlicet quando lex noua, quæ aliquid disponit,illud non disponit in materia in qua à lege antiqua fuit facta illa adæquatio, seu æquiparatio, pro quo allegat glos.in c.j.in verb. declaramus.ne cler. vel mon.lib.6.& Rom.cons.cxxix.

Secundò fallit quando dispositio est correctoria, secundum Aret.ibi,quem ad hoc refert dictus Crottus,cuius tamen contrarium tenet,& respondet ad fundamenta Aretin.Tu adde quòd si idē tenet Bar. in l.Marcellus.in princ.ff.ad Trebel.& in authent. sed cum testator. C. ad leg.Falcid. vt refert Iaso. in dicta l.transigere. & sic quòd regula ista procedat etiā in correctoriis.Vnde ista fallētia non est vera, imò poteris ampliare regulam, vt etiam militet in correctoriis,& tenet hoc etiam idem Iason in lege, qui condemnare.ff.de re iudic.

Tertiò fallit secundum eundem,quando dispositio est pœnalis, pro quo etiam refert Aret. ibi,& tandem contrarium tenet per gloss.in ca.si postquam. de elect.in vj.& respondet ad fundamenta Are.Et vltra eum adde quod eandem sententiam, & sic quod ista regula procedat etiam in pœnalibus, tenet Panorm.per glos.ibi,in ca.de multa, de præben. quod sequitur Ias.in d.l.transigere.& pro hac etiam conclusione allegat d.glos.in cap.si postquam. & in ca. de multa.Ias.in d.§.ex maleficiis. reprobata gl.ibi, quæ cōtrarium voluit.& vide Decium in regula, in pœnalibus. versicu. quintò fallit.ff.de regu.iur. & vide Syluestrum in sua summa, in verbo, pœnam. versicu.quartò quæritur,vbi dicit quod tunc habet locum ista conclusio quando aliqua duo sunt parificata communiter,& eadem est ratio expressa, vel indubitatè præsumpta.qui nihil allegat,fundatur ista sua sententia ex v.& vj.limitationibus infrà positis:vide tamē Crottum,vbi suprà,qui saluat istam fallentiam Aret. in vno casu,ex quo dat quartam limitationem quæ sequitur.Quartò fallit quādo per legem nouam imponitur pœna ipso iure. Allegat gloss.in cap.licet.canon.in verbo,parochialis. de elect.lib.6.

Quintò fallit quando non esset eadem ratio in casu, ad quem fit extensio,quia in illo non videtur facta æquiparatio ex mente legis.Allegat Bar.in l. hæres absens.§.j.ff.de iudic.

Sextò fallit quando adæquatio fit de iure antiquo, sed non per modum regulæ.Allegat text. quem sic intelligit in l.fi.iuncta authent. quas actiones. C. de sacrosanctis eccle. B.Dias re.429.

¶Lex nulla est eius forma omissa.dixi ego in meo tract.de leg. & stat. p.3.q.1. numero 4. item not. quòd quādo forma data est à lege in dubio cēsetur substantialis.Alex.cons.50.nu.4.volum. 5. Afflict. dec.355.n.4. Ias.l.sed si.§.quæsitum.numero 27.ff. si quis caut.l.Gallus.§.quidam rectè. num.1.ff. de liber.& posth.Felin.cap.2. columna secunda.de testibus.Decis.Pede.162.n.16.Dec.consi.532.numero 5. Med.re.7.

¶Lex nulla est sublata ratione illius. cap.erit.4. dist. & cum ratio. ff. de bon. damn. quia ratio legis est anima legis. l.adigere. §.quamuis.ff. de iur. patr.l. quod dictum.ff.de pact. dixi ego latè in meo tract. de leg.& stat. p.3.q.9.nume.1.& seq.Euer. in loco à ratione legis.num.2. gl.& Barto.l.1.ff.de leg.tutor. gl.l.1. §.filiusfamilias.ff.de don. causa mort.Iac. l. 2. C.de cond.ob caus. Bal.cōs.178.num.8.vol.1. Saly. auth.ingressi.col.3.C.de sacrosanct.eccl.Imo.l.si verò.§.de viro.num.9.ff.sol.mat. Med.re.6.

¶Lex vel statutum prohibens fieri actum vel contractū licet non procedat vltra annullando, tamen actus est nullus.text. est melior de iure. & ibi not. Bart.& doct. in l.non dubium.C.de legib.

Limita quinque modis,vt per Iaso.ibi. B.Dias re.425.

¶Lex suum non tuum tollit auxilium.l. fin.C.de pactis conuen.

Primò fallit nisi auxilium legis habeatur pro expresso per viam legis,quia tali casu prouisio hominis tollitur per prouisionem legis,vt per Rom.in cons.cxxj. incip.circa primum.

Secundò fallit & limitatur ista regula habere locum in casibus expressis in iure,sed extra illos casus prouisio hominis bene potest tolli per legem,vt tradit Vitalis de Camb. in tract. clausularum, in clausula ciij. B.Soc. re.286.

¶Lex à Zenone.C. de quadrien. præscrip. limitatur viij.modis,vt per Mart.Laudens.in tract.de principibus.§.xj. incipient. notandus est. Vide latius per Balbum in tractat. de præscript. vbi limitat xj.modis in ij.parte quintæ partis principalis,& vide Felin.in capitu. quæ in ecclesiarum.numero 34.in constit.vbi ponit quinque limitationes. Et his limitationibus potes tu Hispane restringere legem 53.tit. v.partita quinta,quæ lex est conformis d. l.bene à Zenone. B.Dias reg.426.

¶Legis indefinita etiam in odiosis æquipollet vniuersali,secus est si fuerit prolata ab homine, nam plus dicitur,quod si lex vni dicitur, omnibus loquitur.Barto.l.1.§.sed & si.nume. 3.ff.de ventr. in poss. mit.doctor.com.l.2.ff. de liber.& posth. & in 1.consti.C.in fine.Iaso.l. & ex duobus. ff. de vulg. l.qui filiabus.§.1.ff.de leg.1. add.adad Barto.d.§.sed & si. Medic.re.2.

¶Legis natura est semper futuris prouidere,l. leges. C.de legi.c.fi.de const. aliquando etiam ad præterita.Maria.Soc. Iunior.in rub.ff.sol.ma.numer.14.sed hoc fallit in 3. casib. secundum Bened. de Bened.in suo trac.reg.6.Ampliatur in 3.casib.& limitatur in 10.à Feli.in d.c.fi.de const. fallit in 2.casib. secundū Io.Bolog. in l.omnes populi.ff. de iust.& iu.nu.156. vbi latissimè videas de ista reg. per numeros sequentes,nam num.162.ponit vnam limitationem,& postea sublimitat in 4.casib.

Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi. l. de pretio.ff.de publi.

Fallit in 55.casibus,quos no. Ro. in l.si verò.§.de viro. ff.sol.matr.num.22.Ampliatur in 4. casibus,vt per Pet.Duen.reg.133.fallit in 56.casibus quos no. Soci. reg.229.

Lex noua quantumcūque generaliter & indistinctè loquens debet intelligi & distingui secundum leges antiquas.l.filiusfamil.ff.de act.& obligation. iuncta l.1.ff.ad Macedoni.l.iurisgentium. §. si paciscar. ff.de pact.iuncta l.transigere.vbi glos.magna. C. de transactio.

Fallit in 3.casib. quos no.Iaso.in l.sciendum.ff. qui satis.cog.num.4.

Lex declaratoria trahitur ad omnes leges non solùm futuras, sed præteritas.

Fallit in 3. casib. quos not. Iaso. in l. non dubium. C. de legib. num. 10.

Lex prohibitiua simpliciter loquens, semper intelligitur habere clausulam derogatoriam & annullatiuam actus: vnde non est necesse quod vltra annullet, quia prohibendo satis dicitur annullare. §. si aduersus. Institut. de nupti. l. non dubium. C. de legibus.

Fallit in 5. casib. vt per Iaso. in d. l. non dubium. C. de legi. numer. 17.

Erubescimus cùm sine lege loquimur. §. cõsideramus. in Authen. de trien. & semis. l. illam, in fine. C. de colla.

Fallit in tribus casibus, vt per Iaso. in d. l. illam. numero 9.

Lex canonica, ciuilis, aut alia, maximè præceptiua seruanda est in foro conscientiæ, vt per Beatum Thomam in 2. parte, q. 1. & per Innoc. in c. quia plerunque. de immunit. Eccle.

Fallit in 11. casib. quos no. Syluest. in sua summa, in verbo, lex, §. nonò quæritur. fallit in 10. casibus, vt per Feli. in c. 1. de const. num. 11. fallit. in 5. casibus, vt per Bened. Capra. in suo tractat. conclu. 1.

Lex incipit ligare post duos menses à tempore publicationis. c. norit. de sen. excom.

Fallit in 6. casib. vt per Felin. in c. cognoscẽtes. de cõst. colum. 2.

Fallit in 3. casibus, vt per Bened. Capram in suo tracta. regu. 5. Videas pulchram Io. Bolog. distinctionem in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. nu. 150. & postea limitat regulam in 4. casib. num. 152.

Mitius agitur cum lege, quàm cum homine. l. Celsus. de arb. Barb. in l. amplius. ff. rem ratam haberi.

Fallit in 3. casib. secundum Rip. in d. l. si insulam. ff. de verbor. oblig. num. 56.

Lex noua disponens in vno casu procedit in alio, qui erat æquiparatus per l. antiquam. l. sciendum. & ibi gloss. in princ. ff. qui satisd. cog. Auth. offeratur. de lit. contest.

Fallit in 6. casibus, vt per Diaz. reg. 429.

Legem diuinam potest princeps interpretari ex causa. c. quæ in ecclesiarum, de const.

Fallit in 3. casibus, vt per Felin. in d. ca. quæ in ecclesia.

Legis verba an sint consilij vel præcepti attenditur, & secũdum illorum naturam denominatur, & lex quæ non constat, an materia eius sit præcepti vel cõsilij, potest se habere ad vtrunque.

Fallit in 6. casib. secundum Feli. in c. nam concupiscentiam. de consti. num. 4.

Leges transgredi ex causa licitum est. l. 1. C. de precib. impe. offer. Inno. in c. 1. de const.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. l. 1. num. 3.

Leges Imperatorum regulariter comprehendunt Clericos, & omnes. cap. 1. de oper. noui nunciat.

Fallit in 4. casib. quos no. Feli. in c. ecclesiæ sanctæ Mariæ, de const. colu. 13. fallit in 3. casib. secundum Bened. Capram in suo tract. reg. 4. & reg. 15. vbi limitat in 6. casib. fallit vt per Felin. in c. accessissent. nu. 37. de const.

Faciens contra legem peccat mortaliter. no. Doct. in ca. nam concupiscentiam. de const. fallit in 2. casib. vt per Bened. de Bened. in suo tractat. reg. 3.

Contra legem facit qui sequitur mentem, verba contra mentem. c. certum est, de reg. iur.

Fallit vt per Din. in d. c. certum est.

Lex ciuilis seruari debet in foro canonico, vt per Beat. Tho. in 2. part. q. 1. articulo 6. & per Inno. in c. quare plerunque. de immuni. eccl.

Fallit in 5. casib. secundum Bened. Capram in suo tractat. reg. 4. & 16.

Lex tollitur per non vsum. c. in istis. §. leges. 4. distin. glos. in c. cùm multi. 15. q. vlt.

Fallit vt colligitur ex distinctione, quam ponit Bene. Cap. in suo tract. reg. 14.

Lex abrogata allegata, nec ex ea argui potest. l. fi. ff. de furt. Archi. in c. frequens. de restitu. spol. in 6.

Fallit in 7. casibus. vt per Soc. reg. 230. fallit in 4. casib. vt per Felin. in c. fraternitatis. de hæret. num. 1.

Lex suum non tuum tibi denegat beneficium. gloss. & Doct. in l. 1. C. si aduersus vendit. facit tex. in l. ex asse. ad Trebel.

Fallit in 2. casibus, secundum Socin. Regu. 56. in addi.

Lex debet ferri secundum idioma vsitatum inter eos, quibus dirigitur. fallit in 5. secundum Felin. in Rub. de const. num. 15.

Legis vel canonis decisionibus Papa non subiacet. ca. canonum statuta. de const.

Fallit in 6. casibus secundum Felin. in d. c. canonum, numer. 33.

Legibus præualent canones in terris ecclesiæ. ca. cùm accessissent. de consti.

Fallit in 6. casibus secundum Felin. in d. c. cùm accessissent. numero 37.

Leges ignorare nemini licet. l. regula. in princ. ff. de iuris & fact. igno. l. leges sacratissimæ. C. de legib.

Fallit vt per Sebast. Sap. in l. precibus. C. de impub. numero 54. declara, vt per Aret. in §. susp. Insti. de susp. tut. Alexand. in l. 1. §. si quis ita. numer. 9. ff. de verb. obligat. Ias. in l. quod te. ff. si certum petat. num. 35. Abb. in c. 1. num. 9. extra locat. fallit, vt per Viui. in ver. leges sacratissimæ.

Lex debet esse de casu dubio. l. quòd Labeo. ff. de carbo. edicto. l. ancillæ. C. de furt.

Fallit in 3. casib. vt per Aldro. in §. affinitatis. Instit. de nupt. vide Dec. in l. illam. C. de collat. nume. 1. & in l. liberi. C. de bon. pos. contra tab. Roman. sing. 748. fallit in l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Don. Fina, lib. 5.

¶ LEGIS potestas.

Vt ff. de fund. dot. l. eam. Azo rub. 104.

¶ LEGIS verba an sint consilij, vel præcepti attẽditur, & secundũ illorũ naturam denominatur lex quãdo non cõstat an materia eius sit præcepti vel consilij, & potest se habere ad vtrunque. Hanc regulam colligit Fel. in c. nam concupiscentiam. de constitut. vbi addit exempla & alia pro ornamento materiæ.

Limita sex modis, vt per Fel. ibi. B. Dias reg. 432.

¶ LEGEM diuinã potest princeps secularis limitare, seu interpretari ex causa. Inn. in cap. quæ in ecclesiarum. de coustitu. Anton. Imol. & Abb. ibi, sequẽtes Inn. Bart. etiam in l. constit. Digest. glo. etiam in l. j. in glos. fin. ff. de constitutio. princip. Bald. in authenti. ad hæc. C. de vsur. & in l. ij. ad fin. C. de prec. imper. offer. Fel. in d. c. quæ in ecclesiarum.

Limita hanc conclusionem tripliciter, vt per Felinum ibi. B. Dias reg. 430.

¶ LEGEM si à principio aliqui suscipiunt in eodem loco, & aliqui non, & Papa simpliciter sustinet, nec aliquid super illo disponit, tunc tolerãtia Papæ non excusat à peccato, nec dispensationem inducit. Abba. in capitul. cùm olim. de cleric. coniugat. & in ca. treugas. de treu. & pace. per capit. cum iamdudum. de præ-

de præben.& nutrig.in ca.quia circa. ad finem. de consangu.& affinitate.

Limita tripliciter, vt per Felin. in d.c. treugas. qui in versic.quinta declaratio.ponit supradictam regulam. B.Dias re.431.

¶LEGEM transgrediens in vno, factus est omnium reus.Iacob.Apostol.epist.c.2.côc.c. defleat.de reg. iur.cap.1.e.fi.de pœnit.distinc.5.& Euang.Lucæ c. 16.qui fidelis est in minimo. idem cap.19. ibi quia in modico fuisti fidelis. & Ioann.cap. 12.ibi adhuc modicum lumē est in vobis.& Apost. c.5.ad Galat. ibi modicum fermentum vniuersam massam corrumpit.& Iac.c.3. ibi nauis à modico gubernaculo circunfertur.& iterum modicus ignis magnam accendit materiam.c.in synodo.de consec.dist.4.côc. simil.l.si vnus.C.de testam.l.cum hi.§.si prætor. ff. de transa.l.non tantum. C. de leg.c. maioribus. de præb. Med.reg.5.

¶LEGES Imperatorum regulariter comprehendunt clericos.tex.in c.j. de noui oper. nunt.text. in cap. si in adiutorium.x.distinc.& in c.quoniam.& in ca. de capitulis. & in c.quis autem.cum multis ibi positis,eadem distinc.& confirmat Felinus in cap. ecclesia sanctæ Mariæ de constit.

Limita quatuor modis,vt per eum ibi,vbi ex secunda limitatione infert ad aliqua bona in materia, & ad tertiam limitationem ponit octo declarationes, & etiam ad quartam subnectit totidem.Bernard.Dias reg. 452.

Faciens aliquid contra prohibitionem legis certam pœnam non statuentis, extra ordinem arbitrio iudicis punitur.gl. est sing. & communiter approb. in l.nemo martyres.C.de sacrosanct.eccles.

Lex vel statutum loquens de homicidio,semper intelligitur de dolo, secundum Bart.in l. data opera. C. qui accus. non pos.Bald.& Alexan.in l. si seruus. de noxal.Felin.in cap.lator.de homici.M. Cherianus.

¶LEGES transgredi ex causa licitum est.Inn.in cap.j. de constit.refert Bald.in l. etsi seuerior. C. ex quib. cau.irrog.inf.& ibi Sali.idem Bald.in authentic.sed nouo iure. C.de seru. fugit. de qua doctrina vide Fel.in d.c.1.de constit.& Iaso.in l.1.C.de prec.imperat.offer.de quo dicto Inn.meminit Dec.in regula,quoties æquitatem. in princ. ff.de reg.iur. quod dictum etiam celebrāt doctor. relati ab Hippol.in l.vnius.§.cogniturum. ff.de quæstio.vide etiam eūdem in l. 1.ff.de quæstio.dicit etiam singulare illud Barb.in cap.at si clerici. in princ. de iudic.l. diuus. iuncta glos.ff. de falsis. per quem tex.dicunt destrui illud dictum sing.Innoc.

Limita hanc conclusionem dupliciter,vt per Iasonem in d.l.j. B.Dias reg. 433.

¶LEGVM Figmenta.

In Instit.quib.mod.patr.pot.sol.§.si ab.
In Instit. de act.§. alienat.
ff.quod cuiusque vniuersitatis.§. & quidem.
ff.de relig.& sumpt.fun.l. 1.
ff. de dolo. l.nam is.
C. de capt.& postlim.l.1.
ff.de pet. hæred.item l.veniunt.§. id ex eo.
ff.de pecul. licet.§.sed & si.
ff.quib.ex caus. in pos.ea.l.3.in fin.

Figmenta legum,&c.) Contingit sæpe legem fingere, contra id quod in veritate fuit alicuius publicæ vtilitatis.Causa similiter interpretatur contra veritatem quandoque, vt in hac & sequenti Rub. continetur, & vt dixi suprà eod. in illa Rub. Quod factū non est,pro facto habetur.

I.de iud.Rubr.1.interpretatur gestum.
Infrà,esse & non esse.Rub.
Suprà,de æqual.facto.Rub. quod non est satis.

Ius interpretatur contra veritatem.

In Auth.de iureiu.à mo.præ.
C. de inoffi.testa.l.si mater.
C.de instit.& substit. l.1.& l.generaliter.
C.de capt.& postli.reuer.l.in omnibus.
ff.de iud.l.proponebatur.
ff.de dam.infect.l. hoc amplius.§.alterius.
ff.si pars hær.pet.l.antiqui.
ff.de solut.l.qui res.§.aream.
ff.de stat.lib.l.hoc amplius.§.suc.habere.
ff.de adimen.leg.l.seruus.

Ius Interpretatur, &c.) Hæc Rub. exposita est suprà in illa Rub.Figmenta legum.

Ius interpretatur absentem qui præsens est.

ff.quib.ex caus.in pos.ea.l.si pupillus.
C.de iud.l.properandum. Azo,rub.19.

Non videtur esse factum quod non legitimè factum.

ff.de his qui ve.etiam omnes.Rub.3.
ff.qui satisd.cog.l.quot. de re.§.1.
I.de temporibus rubr.videtur.
ff.de pact.l.Imperator. §.1.
ff.ad Vell.l.quamuis.§.1.
ff.quor.leg.l.1.§.pen.
ff.de fideius.l.3.

Non videtur,&c.)Hæc Rub. exposita est suprà in illa Rubr. Quod fieri non debet,rescinditur. & in alia Rubr. Quod fieri debet omissum esse nocet.suprà de contract.Rubr.in contractibus. suprà de æqualitate factorum. Rubrica, suprà de infam. Rub.depor tatus. Azo rub. 19.

Factum esse non sufficit ciuiliter.

C.de his qui ven.æta.l.vlt.
ff.de don.inter vir.& vxo.l.si minor.
ff. de verb.obli.l.ex parte.§.penult.
ff.de leg. 2.l.si ita quis.§.is cui.
ff.de don.inter vir.& vxo.l.res.
ff.de donat.quæ sub mo.l.vlt. Azo ru.19.

Imò sufficit ciuiliter factum esse,& si taliter factum non fuerit.

C.de epis.& cler.l.vlt.
In auth.de nup.§. distrahitur.
C. de inst.& substit.l.si mater.
C.de don.quæ sub mo.l.vlti.
ff. de leg.3.l. 11.§.si cui.
ff.quando dies leg. ced.l.si ita.
ff.ad Treb.l.mulier.§.Brasidas.

Non sufficit,&c.)Regulare est cum aliquid est faciendum,vel dandum naturaliter, id ipsum fieri oportet,vt in hac Rubr.continetur: si autem fiat ciuiliter,id est,pro eo quod naturaliter erat faciendum, aliud factum est. Siquidem quod factum est,repræsentat eundem,omnino effectu,id est.vt C. de inst. & sub.l.si mater.& C. de epis.& cler.l.vlt. & ita intelligitur cōtraria Rub. potest etiam intelligi quasi in eo casu,quando lex fingit factum esse,quod factū nō est.vt C. de inof.test.l. si mater. Vbi autem non repræsentat eūdē effectū,aliud est, puta promisisti cum morieris, ecce deportatus es,deportatus omnino pro mortuo non reputatur,cum sit libera persona & obligari,& obligare sibi alium possit. vt ff. de verb.oblig.l. ex parte. §. penul.& ita intelligitur hæc Rubrica. Azo rub.19.

Pœnam promissam præstat, & si de facto contra promissa venit.
ff.de verb.oblig.l.qui Romæ.§.vlt.
C.si man.ita fuer.aliena.l.ea.

Id videtur posse fieri quod de iure fit.
ff.commodati filius qui.
ff.de testa.tu.datos.l.datos.
suprà Rubr.tertia.
C.non de sta.defun.l.vlt.§.pen.
suprà de contract.cum etiam contractus.
ff.de lib.& posth.l.filius ap.in fin.
In Instit.de hær.quæ ab intest.in prin.
ff.de cond.& demonstr.l.hæc conditio.
C.si man. ita in aliena.l.ea quidem.
ff.quomodo dies leg.l.qui pup.& l.pen.
ff.de solut.l.si seruus decem.
ff.de leg.3.l.3.§.condem.

CONTRA.

ff.de stat.lib.l.Stichus.
ff. de contract.Rub.in contractibus.
ff.de cond.instit.l.mulier.§.si quis.
C.de adul.l.eum qui.

Id videtur posse fieri, quod de iure fit.) Cum id demũ videatur esse factum quod est legitimè factum, vt suprà eod.in illa rubr. non videtur esse factum, & eadem ratione id videtur posse fieri, quod de iure fieri potest, vt hîc continetur hoc in his, quæ de iure legitimum sortiantur effectum, vt in contractibus de testamentis & decretis, & ita intelligitur hæc Rubric.nisi in casu, vt ff.de cōd.inst.l.mulier.§. si quis. & de sta.lib.l.Stichus.§.si hæres.& l.si hæredi. in aliis autem non sortiuntur de iure effectum, imò puniuntur vt maleficia, & si iure fieri non possunt, tamen videntur esse facta. vt C.ad l.Iul.de adul.l.eum qui. Ita intelligitur contraria Rubrica. Azo, rubr. 19.

Ius quod nondum competit, repudiari non potest.
quor.leg.l.1.§.qui ait.
ff.de leg.2.§.si ita quis.
ff.de stat. lib.l.statu libero.§.vlt.
ff. de acquir.hær.l.is qui.§.si quis.
ff.de lib.leg.l.autem.§.testa.
ff.de fund.instr.leg.l.quæ.§.vlt.
ff.quib.ad lib.proclam.non lic.l.si vnus.
ff.quemad.seru.amit.l.si per.
ff.de leg.3.l.qui potest.§.1.
ff.de solut.l.& per ius.§. qui ita.
C. de ann.except.l.1.in fin.

Ius quod nondum competit, &c.) Hæc rubrica exposita est suprà, in illa Rubrica, Obest mihi pactum de iure, &c. Azo rub.19.

Qualiter iuris possessio haberi potest.
ff.de furt.l.vlt. Azo rub.19.

Possidetur ius.
ff.quib.ex caus.maior.l.ait prætor.§.1.
ff.de precario.l.2.
ff.commun.prædior.l.2.

Possidetur ius.) Verè iura non possidentur, vt ff. de acquirend. rer.domin.l.seruus. §. incorporales. & de acquirend.possess.l.possideri in princip. Si ergo alicui dicātur possideri ea, subaudi, quasi. vt ff. de seru. vrb.præd.l.si ædes.§.libertas.& de seruit.l.quoties. Et hæc impropria possessio est, & quædam impropriissima, quæ nullum ius tribuit. vt cùm dicat lex à debitore.l.hæreditario, quasi à possessore peti hæreditatem. vt ff.de petit.hæredit.l.generaliter. & l.etiam.§.vltimo. possessio autem seruitutis in propria possessione, de qua dictum ius tribuit, scilicet, confessoriam in rem actionem. vt de seru.rust.prædiorum.l.1.§.vltimo. & titu. si seru.ven. l.2.in principio. Azo rub.19.

Ius statuit non ex eo quod est, sed quod esse potest.
ff.de seru.rust.præd.l.qui sella.§.1.
In Instit.ad l.Aquil.
In Instit.de act.§.sed furti quidem.
C.de dona.l.sancimus.§.pen.
C.de vsufr.l.ambiguitatem.
In Instit.quib.mod.t.infir.§.postu.
ff.ad S.C.Maced.l.filiusfam.
ff.ne quis eum qui in ius.l.4.
ff.de furt.l.eum qui.§.Pap.& l.qui tabulas.

Ius statuit non ex eo quod est, sed quod esse potest.) In iure inspiciuntur non tantum ea quæ sunt, sed quæ contingere possunt. Distingue autem an contra ea quæ plerunque contingunt, & facilè contingere possunt, an vix & raro. In primo casu intelligitur ista Rubrica. In secundo fallit. vt ff.de re iudic.l. si quis ab alio decem.& t.qui & à quib.l.vlt. Azo, rub.19.

Quod ipso iure non tenet, cautione prætoria non tenet.
In Instit.quib.alie.non lic.§.ac ex.
In Decret.2.q.1.in primis.
ff.quod fal.tut.l.2.
ff.de cond.ob turp.caus.l. ideò.
ff.quod met.caus.l.nec timorem.
ff.qui admit.ad bon.pos.l. bonorum quidem.
C.de iur.delib.l.si in fur.
ff.de minor.l.ait prætor.§. permittitur.
ff.de tut.l.in fin.
ff.quæ in fraud.cred.l. qui act.§. ad Labeonē.
ff.de appel.l.1.§.si quis.

CONTRA.

Quod maioris authoritas non prodest, vbi ius deficit, quod adesse debet.
ff.de manu.vind.l.pupilli.
ff.pro emptore.l.2.§.si apud.
ff.de ap.l.cùm in vna.§.tutor.
ff.ad Trebel.l.restituta.

Quod ipso iure, &c.) Verum quidem est, authoritatē prætoris vicem tutoris gerere, in his tamen quæ prætoris desiderant præsentiam & officium, puta in bon.pos.dandis, & in integr.rest. petendis. vt ff.de minorib.l.ait prætor.§.permittitur. C.de iur.delib. l.si infanti.in fin. Et intelligitur ita hęc Rubrica. In aliis autem, in quibus prętor non desideratur, veluti in contractibus, & in adit.hære.tutor necessarius est, nec prætor aliquid operatur. vt ff.de opp.l.eum in §.tutor.& in Instit.de aut.tut.§.neque autem. Et ita intelligitur contraria Rubr. Azo, rub.19.

Legum & Iuris statuta. Qui facit contra leges, per eas non adiuuetur, vel aliter: Qui legem offendit, eius non vtatur præsidio.
Infrà de pœnis.Rub.non debet quis.
ff.de mino.l.auxilium.in fin.
ff.de ritu nupt.l.filio.§.1.
In Decret.17.q.4.frater.& cui.
In decret.30.q.1.dicunt.
ff.quod met.caus.l.sed &.§.1.
ff.de bon.pos.cont.tab.l.non pu.§.si quis fur.
C.de episc.aud.l.nemo.
C.de iur.delib.l.sancimus.§.si verò.

C.de in-

C.de incest.nupt.l.quæ contr.
In Aut.vt liceat mat.vel aui.§.qui.

Qui facit contra leges, &c.) Qui contra leges aliquid facit, delinquit, & in eo non meretur legis auxiliũ, imò pœnam, nisi prætendatur priuilegium ætatis, & tunc non semper succurritur, id est, in atrocioribus.vt ff.de minor.l.auxilium. & l.si ex causa.§.nũc. In aliis autem non damnatur, in quibus non deliquit, imò habet legis auxilium, licet in vno vel alio deliquit, alioquin contrà, vt ff.de pœnis.l.sancimus. & ff.de his quibus vt indig.l.rescrip. Azo,ru.18.

Contrarius legis sensus pro lege accipitur.

ff.de pact.l.iurisgentium.§.prætor. §.dolo.
ff.locati.& de similibus contrà.
ff.de eden.l.si quis. §. prætor.
C.de long.temp.præscrip.aut malæ fidei.
ff.quod cum eo qui mal.l.si filius.in fin.
In Decret.d.32.l.hospitium.
C.de iur.om.iud.l.in ciui.
ff.de neg.gest.l. ex facto.§.cum pœ.
ff.de iur.dot.l.mater.
ff.de pecul. l. 1.§.si cum.
ff.de test.l. ex eo.
ff.de iud.l.cùm prætor.
ff.de pœn.l. 1.
ff. de pig.act.l.tutor.
ff.de itin.actúque priu.l. 1.§.sibi.
ff. de pact.dot.l. inter.§.cum.
ff. solut.mat.l.si cùm dotem.
ff.quibus ex caus. in pos. ea.l.2.in prin.§. 2.

Contra.

C.de Epis.& cler.l.conuenticulam.
C.comm.le.pen.
ff. de rei vend.l.qui si ar.
ff.de mand.l. Titia.
C. de instit.& substit.l. generaliter.
C.de cond.indeb.l.1.
C.de cond.ob turp.caus.l. dictum.
C.de mulieribus quæ seruis suis.
In Decret. dist.5.at eius.

Contrarius sensus,&c.) Ex contrario sensu legis probabilis sumitur argumen.quod lex vocat fortissimum. vt ff. de offic.eius cui mand. est iurisdict.l.1. vel dic fortissimum esse, vbicunque disiunctiua coniũctio Si, ponitur pro Quia, vt in prædicta l. ponitur, si proficiscatur, id est, quia proficiscitur: tunc enim causa cessante tollitur effectus. Si verò Si ponatur cõditionaliter, probabile est argumentum. fallit enim vbicunque lege vel argumento probari potest, non esse recipiendum. vt C.de cond.caus.dat.l. dictam. ibi enim non recipitur argument.à contrario sensu, ne sit contraria alij legi, in eodem capitul.1. Similiter & in hunc modum loquitur Rubrica, s. & vbicunque subaudimus maximè. Si verò probari non possit, contrarium est, vt in hac Rubr. continetur. Azo, rub.18.

Lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.

Argum.quod non debemus fingere interpretationes.

ff.de quib.act.l. in rem.§. de precio.
ff.solut. mat.l.si vsus.§.si fi.
ff.si à paren.ma. l. pater.
ff.de re iud. l.à diuo.§.sic.
ff.ad Treb.l.Marcellus.§.quidem.
ff.de reb.aut.iud. pos.l.inuen.§.de tempore.
ff.qui & à quibus ma.l. prospexit.
ff.de verb.oblig.l.quicquid.
In Decret.dist.50.ver.si euangelica.
ff.de leg.præst. contra tab.bon.pos.l.1.
ff.de mil.test. l.in fraudem.§.vlt.
ff.de alien. iud.mut. caus.l.1.§.2.
ff.pro empt. l.2.& 3.

Imò determinare debemus.

ff.de test.l.quæsitum.
In decret. 31.quæst.1.quod dominus.
ff.de rei vend.l. in fundo.
ff.de vsur.l.mora.fi.
ff.de offi. assess.l.liberti.
ff.de in lit.iur. l.videamus. §.3.

Si lex non distinguit, &c.) Quod lex indistinctè statuit vt in hac Rubr. continetur, nisi alia lege, vel at.iur. simil.distinctio sit facienda, vt ff.de leg.& sanat contra naturam, vt & l. non est nomen, & l.ideò. & ita intelligitur contraria Rub.& ita etiam soluitur contrarium, quod est Inst.de pup.substit.§. sed si institutio.& de hæred. instit.l. si pater. Sic & soluitur aliud contrarium quod est in ff.de postulando.l. Imperator.& ff.ad municip.l. ordine. Azo, rub.18.

Legis præsumptio non admittit cõtrarij probationẽ.

ff.ad Maced.l.vlt.in fin.
ff.ad Vel.in rebus.
C.de quadrien.præsc.l.2.
ff. quod met.caus.l.2.
C.rem in præsenti.§.accedit.
ff.de neces.hær.l.quidam.

Contra.

C.de mun.per l.generaliter.
C.de pign.l.vlt.
ff. pro socio.l.merito.
C.de contra.stip.l.optimam.
ff.ad l. Aquil.l.si seruus.§.vltimo.
ff.quod met.caus.l.nec.in fin. & l.vlt.
ff.de probat.l.si citò.
ff.mand.l.si tutor.
ff.de pact. l.iurisgentium. §.quod ferè.
C.de vsufr.l. cum antiquitas.
C.qui & aduers.quos.l.1.

Legis præsumptio,&c.) Cùm lex aliquid præsumit, aut super eo facto quod certum est & indubitatum, aut præsumit ideò quòd facti qualitas est ei ignota. In primo casu nõ admittitur probatio in contrarium. vtputa, certum est, legi reuersum ab hostibus captum fuisse, præsumi tamen captum nõ fuisse. item certum legi mulierem stipulatam dotem non fuisse, præsumi tamen stipulationem tacitam interuenisse, & ita in consimilibus. vt in Institut.quibus mod. sol.pat.potest.§. si ab hostibus. & C.de rei vx.act.l. in rẽ præsent.§.accedit. Et ita intelligitur hæc Rub. In secundo casu autem admittitur probatio in contrarium: si producatur in lucẽ quod legi fuerat dubium, vtputa incertum est legi, vtrum acquirat mulier ex rebus mariti, an aliunde præsumit lex, ex bonis mariti quæsitum esse, causa vitandæ turpis suspicionis, cui præsumptioni derogatur cum iudici clarificatum fuerit aliunde quæsitum. vt C.de don. inter vir.& vxor.l.etiam. Et ita intelligitur contraria Rubrica. quisque enim potest per se ponere infinita exempla.

Qui contra legis fecit interdictum, ipso iure actione cadit.

C.de procurat.l.quicunque.
C.ne liceat potentioribus.
C.de his qui poten.l.nomine.

Si qua

Si qua lex in principio generaliter proponitur, quanquam postea singulariter in aliquo casu loquatur, nihilominus generaliter intelligitur. ff. de iur. & facti ign. l. vlt. in fin. C. ad l. Vell. l. iubemus. Azo rub. 18.

Consilium lex tribuit, necessitatem tamen non apponit.

C. de transf. l. pacta.
In Decret. dist. 4. §. & hæc.
ff. de pign. act. l. si conuenit. §. si quis.
ff. de neg. gest. l. at qui. §. cum me.
ff. de leg. 2. l. cum Titio.

CONTRA.

ff. de leg. 3. l. fideicomm. §. hæc versatur.
ff. de arb. l. qui cum. §. planè. in fin.
ff. de inof. test. l. vlt.

Sæpe verba consilij ad vim necessitatis trahuntur, & sic vt verba præcepti ad vim consilij, vt in Decret. dist. 50. domino sancto. & distin. 26. quis mihi. sed & verba permissionis necessitatem habēt. vt C. quemad. test. ad l. 1.

Consilium, lex, &c.) Virtus legis in quatuor præcipuè consistit, scilicet in vetando, imperando, in permittendo, in puniendo, sed plerunque admittit quintū, ex sua benignitate volēs consulere, vt ff. de rei vēd. l. is quidem. & de vsur. l. si bene colo. & in hoc quinto casu intelligitur hæc Rubr. Azo rub. 18.

Malignari à lege docetur.

ff. de inoffic. test. l. Pomp. §. sed an.
ff. de neg. gest. l. atqui. §. cum.
ff. de cont. empt. l. fistula. §. 1.

Malignari, &c.) Hæc Rub. cum sequenti, in vnā & eandem concurrunt sententiam, & vtraque de plano negari potest, nec enim malignatur, neque dolum committit, qui legis autoritate in suo facto munitur. vt ff. de reg. iur. nullus videtur dolo facere, & de leg. 1. l. cùm pater. §. Titio. Azo. rub. 18.

Fraus à legibus permittitur.

In Auth. de nupt. §. si verò.
ff. de neg. gest. l. atque. §. cum me.
ff. de stat. lib. l. statu liberos.
ff. de minor. l. in causa.
ff. de dolo. l. 1. §. 1.
ff. de alien. iud. l. 1. §. 1.
C. de alien. iud. l. 1.
C. de necess. hær. l. 1. Azo, rub. 18.

Cum à lege specialiter non prohibetur, tacitè permittitur.

ff. de procurat. l. mutus. §. conqueritur.
ff. ex quib. caus. maior. l. necnon. §. quod eis.
C. de relig. & super. tu. l. statuas.
ff. ad municip. l. magistratus.
In Decret. 28. iam nunc.
C. de donat. inter vir. l. si quis.

Idem in delegante, vt ff. de iud. l. 2. §. si iudex.
Idem in priuilegium dante, vt C. de diu. rescr. l. 2.

CONTRA.

C. de coll. l. 3.
ff. si quis à patre man. fue. l. pater.

Cùm à lege, &c.) Regulare est cum quis dicit id quod factum est, non esse legitimè factum, probare debet vt ff. de probat. ab ea parte quasi videatur esse permissum, nisi prohibetur prohibitum. vt ff. de testib. l. 1. Excipitur in his, quæ nominatim sunt à lege prohibita, vt in collegiis quæ generaliter sunt prohibita, nisi specialiter probentur permissa. vt C. de coll. leg. l. 3. Azo, rub. 18.

Cùm lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat.

In Auth. de non alien. aut permut. §. vlt.
In auth. de æqual. do. §. 1.
ff. de leg. & constit. l. cùm lex.

Cum lex in præteritum, &c.) In hac Rubr. ponuntur quædā leges, in exempla quæ sint. vt ff. de ll. cū lex. Et hæc Rub. potius exposita ex præterito, seu generali, debuit assignari. Azo, rub. 18.

Generalitate legis esse standum.

ff. ne quis eum qui in ius. l. quòd si quis. in fin.
ff. de offic. præt. l. 3.
C. de accus. & inscrip. l. vlt.
ff. de pact. l. iurisgentium. §. pen.
ff. de transf. l. cum hi. §. 1.
ff. de aleato. l. 1. §. quod.

CONTRA.

ff. si quis caut. l. sed & si. §. quæsitum.

Generalitate, &c.) Hæc Rub. cum sua contraria, exposita est suprà eod. in illa rub. Verba generaliter item dicta. Azo rub. 18.

A lege aliquid prohibetur, factum toleratur.

ff. de feriis. l. 1.

Suprà, multa fiunt quæ fieri non debent.

ff. de reb. eor. qui sub. tut. vel cu. sunt. l. filius.
ff. quando appel. sit. l. 1. §. biduum.
ff. de interdict. & rel. §. ad tempus.
ff. de sepul. violat. l. 1.
ff. de vsufr. l. in fundo.
ff. quod met. caus. l. vlt. §. vlt.
ff. de rit. nup. l. qua in prouincia.
In Decret. 30. quæst. 2. nec illud.
In Decret. 9. quæst. Lugdunensis.

A lege aliquid prohibetur, &c.) Hæc Rubrica suprà exposita est in illa Rub. Multa fieri non debent facta, tamen tolerantur. Azo, rub. 18.

Adminicula legitima non sunt deneganda.

Nec litis auxilium afferri, nec diminui posse.

C. ad l. Iul. de adulter.
C. de sententiis præ. l. 2.
ff. de re iud. l. 3. §. si quis condem.
ff. de aq. quot. & æst. l. 1. §. penult.
C. de transf. l. cum. §. si prætor.
ff. de feriis. l. 1.

Legitima adminicula, &c.) Licet beneficia quæ priuatis conceduntur, aliquando tractantur, vt in Institu. de act. §. alie. tamen legis beneficium semper est mansurum, & nulli denegandum. vt in Aut. de nupt. §. hoc quidem. & in auth. constitutione quod dignida. §. penult. Azo, rub. 18.

Alia via non esse legi occurrendum.

C. si man. ita ne. l. vlt.
ff. de tut. l. ab his scient.
ff. de vulg. l. verbis.
ff. de dolo. l. arbit. §. dolo.
ff. de transf. l. cum hi. §. sicut lis.
ff. de inoffi. test. l. pap.
ff. de execut. rei iud. l. vlt.
ff. de cond. instit. l. si quis.
ff. ad Maced. l. item. §. mutuum.

Alia via, &c.) Cùm lex aliquid prohibet, in eius fraudem nihil est faciēdū. vt ff. de legib. & senatuscons. l. cōtra leges. & C. si man. ita ven. l. vlti. Fallit tamē quandoque fauore libertatis. vt ff. de inof. testam. l. Pomp. §. cum ergo. Azo, rub. 18.

Minus

Minus patitur lex iniuriam sibi fieri,
quàm ministro suo.

Sed melius dixisset: Mitius agi cum lege, quàm cum homine.

ff. de arb. l. si fœmina. l. si cum. §. pen.
ff. de compen. l. si cum. §. cum tu.
ff. de diuers. temp. præscrip. l. 2.

CONTRA.

ff. de arb. l. Celsus.
ff. de iur. patr. l. si libertus.

Minus patitur, &c.] Hoc quidem regulare est, quod Rub. continetur, nec fallit: si tamen bene intelligatur: si enim quis offendat legem, tunc minus punitur: si offendat ministrum legis, grauius: & est ratio: quia tunc videtur offendere duo, scilicet hominem & legem, quæ fauet ministri sui facto. Vbi autem aliquis non offendit legis ministrum, puta iudicem, vel consimilem, sed alium hominem qui legi non ministrat: non punitur adeò grauiter, vt ille qui offendit legem, vt ff. de iur. patr. l. si libertus. l. minorem. §. diuersitatis.

Minus legis quàm hominis potest
prohibitio.

ff. de fund. dot. l. 1.
ff. de verb. obl. l. si ita. §. ea.
ff. de leg. 3. l. peto. §. fratre.
ff. de acq. rer. dom. l. quædam.

Hominis vtilitas legis exasperationem
*non meretur.

ADDIT. * alij negatiuam non habent.

ff. de adul. l. adulterium.
C. si de mom. posse. l. app. fu.

Hominis vtilitas, &c.] Cum propter sui vtilitatem vilis homo non sit dignus legis obseruatione, vt C. ad l. Iul. de adult. l. adult.

Leges occasionem non quærere.

C. de episc. & cler. Auth. sed neque curam, &c.
Azo, rub. 18.

Legum aliquot fallentiæ. Ex ff. veteri.

¶ LEX, auxilium §. in delictis ff. de minorib. quæ habet quòd minor in delictis in integrum restitutionem non meretur.

Restringitur in delictis leuioribus, per textum ibidem à contrario sensu, dicentem vtique atrocioribus: ergo secus in leuioribus.

Aliam limitationem videtur dare ibidem Iurisconsultus, his verbis, nisi (ait) quatenus interdum miseratio ætatis ad pœnam mediocrem, iudicem produxerit.

Limita, vt non procedat, quando res in speciem non est illicita: quia sicut succurritur ignoranti, ita ætati. l. si adulterium. §. fratres. & §. iidem Pollioni. ff. de adult. vbi gloss. in verbo, propter ætatem. & ita tradit Alcia. responso 458. incipien. opera mea. Dias reg. 474.

¶ L. & si sine. §. quæsitum, ff. de mino. quæ vult minores aduersus emptores restitui.

Fallit in rebus quæ fortuitis casibus subiectæ sunt: nam tunc restitutioni locum non esse districtè probat Iurisconsul. in d. §. quæsitum. versicu. & districtè. Sublimitat tamen ipsemet his verbis, nisi aut sordes, aut euidens gratia tutorum siue curatorum doceatur.

Limitatur, vt non procedat, si minor venditionem iureiurando corporaliter præstito confirmauerit. l. 1. C. si aduer. venditionem.

Restringitur in specie l. 2. C. si aduers. venditi. pign. Cuius hæc verba sunt, Rem, quam à patre vestro creditor eius obligatam sibi distraxit per ætatem vestram postulantium reuocare desiderium non habet rationem. Prat. reg. 475.

¶ L. vbi numerus ff. de testib. volens pluralē locutionem duobus contineri, & in duobus verificari debere: (quod & regulare esse dicit ibi glossa.)

Limitatur quando ratio pluralis est eadem in singulari. Franc. Ripa in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad S.C. Trebel. vbi exēplificat in multis casibus. Prat. reg. 476.

¶ L. 1. ff. solu. matri. cautum est dotis caussam semper & vbique præcipuam esse.

Limitatur in caussa debiti primipilaris, quæ doti præfertur. l. satis notum. C. in quibus caus. pign. taci. contrah. l. vtilitas. Ratio huius limitationis redditur. C. de primipil. libr. xij. Panormit. cap. ex parte. ad finem. de consuetud. in antiquis. qui adsignat aliam rationem ibidem: quam vide, vt ibidem per eundem.

Non procedit in caussa funeraria, l. impēsa. ff. de relig. & sumpt. fune. & ibi gloss. Prat. re. 477.

¶ L. verbis. ff. de vulg. & pupil. qua dicitur verbis ciuilibus factam substitutionem post quartum decimum annum ętatis frustra fieri, ideóque non tenere, neque habere locum.

Restringitur, vt non procedat, quando testator non verbis ciuilibus, sed simpliciter directis vsus esset: flecti enim hæc faciliùs possunt, quàm ciuilia. Alciatus in d. l. verbis: numero 17. argu. à contrario sensu. c. si pater, de testam. lib. 6. &c. Raynutius. de testam. in antiq.

Non habet locum in substitutione, quæ à morte testatoris effectum habet. Barto. in l. Lucius. ff. de vulg. & pupil.

Limitatur in substitutione obliqua, Barto. in l. centurio. ff. de vulg. quem refert Alciat. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posthumis. Ibidem.

¶ L. Titia. in fin. ff. ad leg. Falcid. quæ iubet trientem prædiorum prælegatorum legi Falcidiæ imputandum.

Fallit, quando prælegata in restitutione fideicommiss. veniunt. Ange. Imo. Pau. Castrens. & Alexand. in d. l. Titia. Alciat. in l. in quartam. numero 17. ff. eodem.

Fallit, cùm cohæredes grauati sunt fundum hæreditarium ei dare. Censetur enim pro portionibus hæreditariis grauari. l. si fundum sub conditione. §. si libertus. ff. de leg. 1. vt meritò portio ipsius, qui detracta quarta, hæreditatem restituere debet, non possit videri legato comprehensa. Alciat. d. l. in quartam.

Limitatur, cùm non de prælegatis tractatur, sed de iis, quæ cōditionis implendæ caussa præstantur. Alciat. vbi supra. Prat. reg. 479.

¶ L. hæc verba. 3. ff. de leg. 1. quæ vult expressionē conditionis, quæ necessariò inerat, nihil operari.

Cessat, quoties conditio aliter exprimitur, quàm tacitè inerat. ita Alciatus d. l. hæc verba, qui hanc limitationem variè exemplificat.

Habes etiam formam conditionis, quo ad verba: Ias. in d. l. hæc verba. per l. Cornelius. ad fin. ff. de hæred. institu. Prat. reg. 480.

¶ L. nemo potest. ff. de leg. 1. qua cauetur neminem facere, quin leges locum habeant in testamento.

Fallit in iure accrescendi, quod testator prohibere potest. l. quoties. §. si duo. ff. de hæred. institu. vbi

Bartol. in versicu. præterea sicut institutio. in fina. Angel. §. hæreditas. in fin. Institut. de hæredibus institu.

Fallit & in licentia danda tutori, vt non expectato iudicis decreto rem administrare incipiat. Bartol. in l. legitimos. ff. de legiti. tuto.

Fallit & in remissione inuentarij, quam testator tutori remittere potest. l. fi. C. de arbit. tu. in §. fi. Planè non potest filiis confectionem inuentarij prohibere in eorum præiudicium. ita Albericus de Rosat. in d. l. nemo potest. argumentum l. j. ff. de vsufructu.

Fallit, vt etiam prohibere possit, ne interdicto, quorũ bonorum, locus sit. l. Titia. j. §. j. ff. de leg. ij.

Potest & grauare hæredem, vt dicto Titij stet, quatenus sibi debeatur. Alexand. in cons. 53. lib. 2. l. Theopompus. ff. de dot. præleg.

Fallit & in Mutiana cautione, quam testator remittere potest. l. fina. ff. de manumiss. testa. §. præfatæ. in auth. de nuptiis.

Limitatur & in conditionis implemento: potest enim testator statuere, vt conditio non habeatur pro impleta, quamuis per debitorem stet, quo minus impleatur. l. vter ex fratribus. ff. de condit. instit. & ibi Bartolus hoc adnotauit.

Limitatur & in his legibus, quæ priuatum hæredis fauorem respiciunt. Bartol. in d. l. nemo potest. in 3. opposit.

Limitatur & in eis, quæ fauorem fideicommissarij respiciunt. l. cùm tale. §. Titius hæredem. ff. de condit. & demonstr. auth. contra cùm rogatus. C. ad S. C. Trebel.

Fallit & in regula Catoniana, quam testator potest suo testamento remouere. gloss. & Bartol. in l. potest. ff. de hæred. instit.

Cæteras fallentias vide apud doctores in dict. l. nemo potest. Prat. reg. 481.

¶ L. si legatum. §. fin. ff. de ann. leg. ita scriptum est, si cui certa quantitas legetur: & quoad præstetur in singulos annos certum aliquid, veluti vsuras, iusserit testator præstari, legatum valet.

Limitatur per Alciatum lib. Respons. num. 5. Respon. 8. non procedere, quando legatum est de pecunia ex bonis soluenda: quia est vsuarium. & ad hoc citat Bartolum in d. l. fi.

Fallit, quando testator dixisset se relinquere singulis annis pro introitu, seu pro fructu legati præfati: apparet enim vsuram non esse, sed potius legatum annuum, secundum Socinum l. 2. ff. de iis, quæ pœn. nomi. Prat. reg. 482.

¶ L. legem. C. de pactis. quæ constituit ex pacto nudo actionem non nasci.

Restringitur in specie l. & eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo malo.

Limitatur, vt non procedat in vasallo propter fidelitatem, argum. l. inter socerum. §. conuenit. ff. de pact. dotalib.

Limitatur in viro, atque vxore propter fidelitatem. d. §. conuenit.

Fallit inter mercatores: quia inter eos non curamus de apicibus iuris. l. Quintus Mutius. ff. mand. Idem re. 483. ex Codice.

¶ L. in bonę fidei. C. de pactis limitatur per l. si pacto, quo pœnam. C. eo. subsequentem: quia non procedit, si pactum est principale continens conuentionem principalem: & idem quod contractus. Ita d. l. in bonæ fidei, limitabat d. Marsubracius præceptor meus, dum titulum C. de pactis legeret. Prat. reg. 484.

¶ L. pactum, quod de dotali. C. de pactis. qua pactum futuræ successionis non tenet.

Fallit in casu l. licet. C. de pact. idque fauore militis.

Fallit in piis causis per illum tex. quia bonum est argumentum de militia ad pias causas.

Limita per Salicetum, quando pater haberet alios liberos: quia tunc filia dote contenta posset per pactum renuntiare successioni. Ita limitat Salicetus in d. l. pactum. quem vide.

Limita, vt non procedat, quando illud pactum esset adpositum propter necessitatem præcedentis contractus. Bart. in l. si quis seruum. per illum text. ff. de actio. empti. quia appositũ fuit iuxta emptionis contractum. vnde dicunt Scribentes per illum textum, quòd pactum de futura successione propter necessitatem matrimonij est seruandum. l. cùm maritus. ff. de pact. dotalib. cap. vnic. de filiis naturalibus, ex matrimo. ad Morga. contract. in vsibus feudo. & nota textum d. cap. vnic. pro limitatione d. l. pactum quo valet pactum, vt primogeniti succedant, non secundogeniti: sed hæc à quarta proximè præcedenti pendet. Iacobus tamen de Beluisio dicit in dicto cap. vnico, quòd illud capitulum vnicum, & illa eiusmodi pacta continent magnam iniquitatem: vt in authen. de nuptiis. §. illud quoque super hoc. & C. de pactis. l. pacta. & l. fi. Quibus addo rationem l. maximum vitium. C. de lib. præteritis: quæ vult filios & filias æqua lance ad successionem parentum venire. Prat. reg. 485.

¶ L. si creditores. C. de pactis. quæ habet, quòd per receptionem partis debiti ab vno ex reis debendi, inducitur diuisio.

Limitatur, vt procedat, si vnus ex reis soluat simpliciter: non tanquam partem sibi contingentem.

Fallit, quando fieret solutio de vsuris, non autem quoad sortem principalem. Ratio est, quia principale non regulatur secundum naturam accessorij. l. quod per manus. ff. de iure codicil.

Fallit, quando creditor reciperet cum protestatione l. si debitor. §. j. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solui. vbi bonus textus. Prat. reg. 486.

¶ L. Traditionibus. C. de pactis. quæ vult vt traditionibus, non pactis dominia transferri: ergo sine traditione non transferri.

Limitatur in fundo dotali in casu l. in rebus. C. de iure dot. vbi soluto matrimonio redit ad mulierem absque retraditione.

Fallit, quoties vniuersalis titulus personæ accedit: vt in casu l. si adoptauero. ff. de precario. vbi si aliquem, qui rem aliquam precario habebat, ego quoque precario possideo, idque alia traditione.

Fallit in sententia lata in iudiciis communibus, putà finium regundorum, familiæ erciscundæ, & communi diuidundo, per §. fin. Instit. de officio iudicis, quẽ locum satis declaraui in commentariis ad eum titulum.

Fallit in casu l. commissoriæ. C. de pactis inter empt. & vendit. vbi venditori competit rei vendicatio: ergo non est translatum dominium, & sine traditione res ad eum redit, vt dicit ibi gloss.

Fallit in pacto adiectionis in diem, si die præstituta nõ fuit allata conditio melior. l. si quis hac. à contrario sensu. ff. de rei vendicatione.

Fallit

Fallit, si creditor pignus vendat, paciscatúrve cum emptore, vt si debitor pecuniam soluerit, ad eum res reuertatur, sequuta oblatione, res statim ad eum transferatur, & debitor rem suam vendicare poterit. l.si cum venderet.ff.de pign.act.

Limitatur in concessionibus principum. capit.fin. de concess.præbend.in c.& c.proposuit. eodem titu.in antiq.

Fallit in spiritualibus, in quibus ius quæritur, & tamen traditio necessaria non est. Bertran.in c.cùm.M.Ferrar.de constit.in antiq.

Fallit in ecclesia, in quam transfertur dominium absque traditione.l.fin.C. de sacros.eccle.

Limitatur in fisco, in quem transit dominium sine vlla traditione.l.vnic.§.ne autem.C.de cad.tol.

Limitatur in donatione causa mortis. Alciat.d.l.traditionibus.post alios.

Fallit in re duobus donata hoc modo, vt altero mortuo ad alterum pertineret: nam fiet superstitis absque alia traditione: sicut in ea re testis est Speculator in titulo, de loca. §.nunc aliqua. versiculo lxx. argu.§.Titius ex semisse.l.liber homo. ff. de hæred. instit.in fin.

Fallit in casu, §.interdum.Inst. de rer.diuisio.

Fallit in l.clauibus. ff. de contrahend. emptio. vbi per traditionem clauium rei emptæ, absque alia traditione dominium rei transfertur. Prat.reg.487.

¶ L.vnica.C.de prohib.sequestr.pecuniæ, quæ prohibet sequestrationem.

Limitatur, vt non procedat in suspecto de fuga. l.si fideiussor.§.fi.ff.qui satisd.cog. vbi verbum, deponere, pro sequestrare ponitur.

Fallit in casu l.litibus.C.de agric.& censit.lib.11. vbi si controuersia sit inter dominum, & colonum de dominio, terræ fructus deponi debent in æde sacra. vbi vide Bart.de Platea, & Odofred.

Fallit in re immobili. l.si fideiussor.ff.qui satisd.cog.

Fallit in casu l.j.§.frater. ff.de collat. bono. vbi frater, qui debet conferre, cauere debet, si conferre nequeat, alioquin portio eius sequestranda est.

Fallit, quando timetur ne partes collitigantes veniant ad arma.l.æquissimum.ff.de vsufruct.

Fallit, quando res contentiosa habet aliquod onus, vt in beneficio, quod debet seruitium personale, vt quia curam habet animarum: vt est textus, in clem. vnica.de sequestr.possess.& fruct.vbi dicit tex. quòd sequester debet esse persona idonea.per leg.2.ff.qui satisd.cog.

Alios casus fallentiales recenset glossa in verb.sequestrum.in c.2. de sequestr. posses. & fruct. & ibi vide Panor.& alios Canonistas. Prat.reg.488.

¶ L.sicut.C.de act.& oblig.quæ vult contractus à principio voluntarios esse.

Limitatur in casu l. si quis sepulchrum. ff. de religios. vbi si quis sepulchrum habeat, viam autem ad id nõ habeat, & à vicino ire prohibeatur, poterit cogi vicinus iter præstare iusto pretio, & ibi dicit gloss. in verb.compellere.

Fallit in casu l.1.in princip.C.de commu.seruo manumiss. vbi si vnus seruo libertatem relinquat testamento, hæredibus vendere partem compelletur socius: & hoc definiuisse Ælium antiqui iuris conditorem refert ibidem Iustinianus.

Fallit in casu l.si locus.§. fin. ff. quemadmod. seruit.amitt.vbi si via publica vel fluminis impetu, vel ruina amissa sit, vicinus proximus viam præstare debet.

Fallit in casu §.fin.Instit.de iis, qui sunt sui, vel alie.iu. vbi dominus cogitur vendere seruos, quos duriùs quàm oportet, tractat.

Fallit, si consuetudine data caueatur per l.venditor. §. si constat.ff.commu.prædio. Dicit ibi textus si constat, & probatum sit in tuo agro lapidicinas esse, in quibus consuetudo sit, vt quis velit ibi eas cædere, hoc faciat te inuito.

Fallit si causa superueniat, puta annonæ penuria. l. annonam.ff.de extraordinariis crimi. Nam si locupletes coemptos fructus, frumentum, vel vinum supprimunt, vt cariùs vendant, possunt cogi vendere iusto pretio. Eiusmodi Dardanarios numerosissimos tota ferè Gallia triplex nouit. P.Prat.regu.489.

¶ L.j.& totus titulus iuncto nig.C.plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur.

Restringitur in casu.l.si ex pretio. C. si certum petat, quem tex.vide per te.

Fallit, si id quod actum est, non constaret: quia tunc pro scriptura præsumitur: quia nemo præsumitur dixisse, quod mente non cogitauerit.per l.Labeo.ff. de supel.legat.

Limitatur, quando aliud esset scriptum errore nominis appellatiui.l.2.respons.2.de leg.j.

Limita Bald.in d.rub. in literarum obligatione propter consensum præsumptum. Sed limitationem non esse putabat præceptor meus, quia etiam post biennium admittitur probatio.l.in contractibus.C. de non num.pecu.

Limita, vt per glo.& Bald.in l.& eleganter.ff.de dolo malo. P.Prat.reg.490.

¶ Legibvs non exemplis *iudicandum est.l.nemo, C.de sent.& interl.om.iud.cum simi. B.Soc.re.280.

Additio.

* Exemplis. Et an quando exemplis sit iudicandum, vide Feli.remissiue in c.2.in prin.de præsumpt.

Primò fallit, nisi sint exempla publicæ personæ, vt est Imperator aut Papa: & ita no.in c.verum.extrà, de iureiur.ad hoc facit tex.in c.causis.de re iud.& in c. fi.xx.distin.& ibi hoc not.tenet glos.

Secundò fallit, quando apparerent exempla publica personarum plurium: quia plurium personarum exemplis iudicandum est, non paucorum: vt no.in c. quoniam.de iure.

Tertiò fallit, quando ius non reperitur expressum, nã tunc iure deficiente, iudicandum est secundum exẽpla aliorum. ita limitat gl.in præallegato.c.fin.xx. dist.quam tene menti. B.Soc.re.280.

¶ Legislatori referenti tenorem alterius legis creditur, licet de lege non constet, nec reperiatur, amplia procedere etiam in statutis referentibus aliud statutum. Pau.l.admonendi.numer.14. vbi Ias. num.35.ff.de iur.iur.item no.quòd hoc procedit in eo, qui habet potestatem condendi legem, secus in simplici doctori, cui non creditur, nisi secundum l. quam allegat. Bar.l.non solum.§.liberatio.ff.de lib. legata, dixi ego in tractat. de leg. & stat.p.2.q.12.& sequen. Med.reg.10.

¶ Libellvs. Vlp.libro secundo, de offic.Proconsf. Lex 71. al.Iauolen.lex 73.

Omnia quæcunque causæ cognitionem desiderãt, per libellum expediri non possunt.

Coniunge l.ne quicquam.§.vbi decretum.de offic.pro cons. Viuiennus.

¶ Libellvs ad hoc, vt lis contestati possit, petitionem seu conclusionem continere debet, aliàs re-

cipiendus non est: cùm sententia sine petitione dici non possit. l. vt fundus. ff.commu. di. & extrà, de simo.cap.licet.el.1.pro quo vide etiam quod voluit Innoc.in cap.1.extrà, de litis contest. vbi etiam per gloss.& doct.

Primò fallit & non tenet hæc regula quando factum proponeretur coram Papa: cùm tunc sufficiat ipsa facti narratio: & responsio rei ad ipsam litem inducendam. extrà, de institu. capit. cùm venissent. supplet enim princeps eius omnem solennitatem. extrà, de transact. capit.1.secundum Innocen.in dicto cap.1. & hoc tenet Gul. de Cu. secundum Ioan. Andr.ibidem.

Secundò fallit, quando agitur de electione seu postulatione ecclesiarum, secundum Host. in d.c.j.§.certum.in his,enim hodie procedi potest sine litis contest.vt in cle.sæpe,de ver.sig.

Tertiò fallit, quando agitur de spiritualibus inter religiosos.extrà,de iud.ca.dilecti. secundum Host. in d.c.j.de lit.contest. & de his, plenè dicendum est,vt in c.j.extrà,de transact.

Quartò fallit * secundum quosdam, quando agitur possessorio: cum tunc admittatur talis libellus,conqueror de tali, qui me spoliauit, absque alia petitione: prout not. gloss. tertia quæstione quarta, præsulatus. per illum textum,& secunda quæstione prima, non tamen. extrà, de causa posses. & propr. sed hoc non est verum: cùm in possessorio requiratur litis contestatio: ca. primo & secundo, de lit. contest. not. extrà, de offic. deleg.cap. consultationibus: vt aliis non procedat talis libellus: vt not. Innoc.in cap. nostra. extrà, de sep. & etiam tenent Domi.de Rota.decis. cccxj. secundum dom. Anto. in d.c.1.extrà,de lit.contest.Nec obstant in contrarium inducta: cum constet quòd exceptio ibi facta fuit.Et hoc voluit Hostiens.in dicto cap. primo, & Nicol. in dicto capi. secundum quem credi poterit quòd dicta iura loquantur,quando factum fuit propositum coram Papa. B.Soc.reg.288.

ADDITIO.

* Quartò fallit. Pro qua fallent. vide Corn.in consil. ccccxxix. incipien. ostenso. per totum, in j. parte. Bened.Vad.

Quintò fallit in summariis, in quibus potest procedi sine strepitu & figura iudicij,prout voluit Bartol.in extrauag. ad repri. in verb. sine figura. sed certè in his requiritur quod saltem apud acta appareat talis petitio,vt apparet ex not.in d. cle,sæpe. de verborũ significat.

Sextò fallit in casibus, in quibus iudex procedere potest ex officio:cum in eis sufficiat sola narratio sine conclusione siue petitione: vt not.Io.de Lig.extrà, de resti.spol.c.j.dicens, sic intellige ca.qui præsulatus.secundum Ant.in d.c.j.de quo plenius extrà, de iud. c. examinata. & per Nic.in d.c.j.qui dicit idem esse eadem ratione, in quibus exuberat officium iudicis,vt in eis sufficiat sola narratio absque conclusione. ad hoc quod not. Inn. extrà, de iureiur. c.ad nostram.el.2.& quod not.in l.4. §.hoc autem iudicium.ff.de damno infecto.Et pleniùs in d.capit.per eundem Host.qui ponit de generali conclusione libelli. Et quando conclusio est latior, quàm narratio, vel contrà. vide extrà, de lib.ob. c.1. & extrà,de ord.cog.c.cùm dilectus. B.Soc.reg.ead.

¶ LIBELLVS ante litem contesta.emendari & corrigi potest,vt est gloss.in cap.fin. extrà, de libel.obla. * & in l. edita. *C. de eden. B.Soc.reg.291.

ADDITIO.

L.edita.Vbi vide Franc. Aret.in ver.secundum, & in ver.2.fallit.& se. B.Vad.

Primò fallit, quando lapsus temporis impediret agi, cùm tunc pariformiter impediat edi: vt habetur in l. bonorum. ff. rem ra. ha.& l.cauere.de adul.prout est si statutum sit,quod Potestas non possit punire delictum retro commissum per duos menses ante principium officij:cùm tunc si hoc tempus sit elapsum emendatio fieri non possit secundum domi. Anto.in d.c.fin.de libel.obla.

Secundò fallit,quod emendatio adderet aliam rem nõ inclusam in libello actione deducta: vt voluit Bar. in l.edi.& Cy.in d.l.fin.

Tertiò fallit,quando semel emendasset:Nam non posset iterum emendari,vt C.de rebus credi.l.2.secundum Bald.in c.fin. B.Soc.ibid.

¶ LIBELLVS post lit.contesta.emendari *non potest.l.edita. C.de edẽd.& c.fi.& ibi per doc.extrà,de libelli obla. B.Soc.reg.292.

ADDITIO.

Emendari.Vide Felinum in capitulo, significantibus,versiculo,ad illam materiam.& versiculo, circa mutationem.& versiculo,vnum vltra omnes,de lib. obla. B.Vad.

Primò fallit,quando vellem emendare detrahendo aliquid à re petita,& quò ad id liti renuntiando,cum possit etiam vsque ad sententiam: nam sicut potest in totum detrahere & liti renuntiare. l. postquam. C.de pactis.ita etiam potest in parte. ad hoc quod not.extrà,de pact.cap.cum pridem. ff. si cert.pet.l. quidam.Ant.& Imo.videntur etiam velle in d.c.

Secundò fallit,quando talis emendatio esset circa accessoria occurrentia,pendente lite,cùm in his possit etiam fieri litis contestatio.de ædi.edicto.§.ædiles.& §.item sciendum. C.de iudi.l.2.& secundum Ant.& Nic.in d.cap.fin.

Tertiò fallit,quando emendatio fieret circa qualitatem, quæ non habet immutare substantiam facti, nec formam suam,sed solùm habet diuersificare exceptionem suam,cùm tunc fieri possit vsque ad sententiam.l.delictis.§.si detracta.ff.de noxa. secundũ Innoc.qui circa hoc voluit in d.cap.fi.& communiter per docto.

Quartò fallit in iudiciis vniuersalibus,cùm in eis possit fieri emendatio & additio post litem contestat. vsque ad sententiam.& hoc voluit Inno.in d.c.fi.& gloss.in l.edita.ad hoc Institu.de act. §. si minus.de petit.hæred.l.4.quia procedit non solum si conclusio fuisset generalis,vt quia petat declarari se hæredem,quia non fuit sibi satisfactum: sed etiam si actor ponat in libello exceptionem legitimam competentem,putà si dicat peto decem,quæ mutuaui & es mihi obligatus:nam non obst.pacto de non petendo,ipse actor est audiendus si non probat aliquid allegando eam,pro hoc apparet libellum esse iniustum,debet enim libellus contra libellantem seruari.C.de libe.causa.l.cum per.& extrà,de iudi.c. examinata.per Cano.in c.fi.extrà,de verb.sig.

Quintò fallit,vbicunque libellus relatiuè non narratiuè loqueretur,vt quia dicit,quòd tale quid sic fuit, vt continetur in instrumento.ita not.Paul.de Cast. in l.Gallus.§.idem credendum.in fi.ff.de liberis & posthumis.

Sextò fallit quia dicta regula procedit quando lis est cõtestata super re, ante verò litem contestatam potest emendari, iuxta materiam l.edita. C. de eden.

Septimò

Septimò fallit, quando pars aduersa acceptat id, quod in libello est narratum, secus autem si illud negat. ita tenet Bald. in d. l. eum. & idem dicendum est in narratis in exactionibus, quia ille fuit libellus rei, l. 1. C. de his, quæ pœnæ nomine. & ideo dicitur, quod in exactionibus reus est actor. & ideo non potest quid narratiuè dici in libello vel in exactionibus per pœnitentiam reuocari: vt est gloss. notab. in d. l. eum. nisi ante litem contestat. vt not. gloss. in l. qui familiæ. ff. fam. ercisc. & Bald. in l. ex hac scriptura. fin. ff. de donat. & vide Paul. de Castr. in l. exempla. ff. de pact. B. Soc. 292.

¶LIBELLVS. Generalis libelli oblatio omnium litium interruptionem facit.

C. de ann. except. l. vlt.
ff. de iudic. l. solemus.

Imò, vt quidam dicunt, & vnius contestatione, omnes quotquot sint, perpetuantur.

Simplici conuentione non fieri rem litigiosam.

C. de rei vend. l. certum.
ff. quod quisque iur. l. 1.
ff. de vsufr. l. videamus. §. in frau.
ff. de furt. l. si quis vxori. §. neque.

CONTRA.

In Auth. de litig. in prin.
C. vbi in rem act. l. 1.
ff. de pet. hær. l. item veni. §. speci.
ff. de dam. infec. l. si fund. §. eleganter.
ff. ne vis fiat ei. l. à constitutionibus.

Simplici conuentione, &c. & contrà.] Hanc Rubr. intelligo fatuè positam: siquidem dicit apertè, quæ res dicatur litigiosa esse: quæ est in C. de litig. Aut. litigiosa res. Leges autem in hac vel contraria Rub. signatæ, aliud dicentes quantum ad hunc casum, pro nullis reputantur. Azo. rub. 74.

¶LIBELLVS generalis non procedit, quia generalitas parit obscuritatem, & obscurus libellus non admittitur. maior probatur. l. ita fidei. ff. de iure fisci, Abb. capitulo secundo. numero 8. de appellatio. idem c. ex parte. numer. 6. de offic. delega. Angel. in tract. de testibus. numer. 34. conc. l. 3. ff. de iure fisci, glo. l. veteribus. ff. de pactis. l. duo. ff. de testam. tute. Cæpha. cons. 33. num. 109. Crau. cons. 70. num. 20. minor probatur. gloss. l. siue. §. quia. ff. de liber. agnosc. Bald. l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. & posth. Alexand. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbo. oblig. Alex. cõs. 181. lib. 2. num. 8. & Ias. §. curare. num. 27. & seq. inst. de act. Med. reg. 1.

¶LIBELLVS generalis, & incertus admitti non debet text. in cap. significantibus. de libel. obla. & facit text. in cap. 1. eod. titu. & l. si in rem. in princ. ff. de rei vendicat. Panorm. in d. c. significantibus. Faber, Ange. & Iason. in §. curare. Instit. de action. Specu. in tit. de libel. concep. §. iuxta. versicu. item non valet. atque ita respondit Paul. Castr. consil. cccxcix. incipien. viso quodam libello. secundum impressionem vetustissimam. vbi consuluit libellum incertum non admittendum. Quæ regula procedit siue in personam, siue in rem agitur. d. l. si in rem. & ibi notat. Cuius rationem assignat gloss. in d. c. significantibus. in verb. significantibus. j. quia generalitas parit obscuritatem. l. ita fidei. ff. de iure fisci. vbi tex. hoc clarissimè probat, facítque rem ambiguam, vt dicit glo. in d. l. ita fidei. in verb. reum. vsque adeò vt reus deliberare non possit, super quo conueniatur: cùm tamen ita edenda sit actio, vt reus proinde sciat an velit contendere. l. 1. ff. de eden. & dicit Panorm. in d. cap. significantibus. nota, quòd in libello res debet ita specificari, vt euitetur obscuritas & æquiuocatio.

Fallit in iudiciis, siue actionibus vniuersalibus: in quibus sufficit in libello vniuersaliter proponere. Originalis limitatio Accursij in d. §. curare. in glossa, in verbo, possibile. & in l. 1. in verb. proinde. ff. de edendo. quam ibi expressiùs probare videtur Bartolus. idem in l. 2. C. de sentent. quæ sine cert. quant. profer. vniuersalis autem actio qualiter accipienda sit, docet idem in d. l. 1. explicans glossam illam magnam.

Fallit in iudiciis generalibus secundum gloss. in d. §. curare. & in d. l. 1. Barto. in dict. l. 2. Iason in d. §. curare. in 1. fallentia. Hæ duæ limitationes an vere sint, & qualiter admittendæ sint, docet Ripa in rubr. ff. sol. mat. cuius verba huc non refero.

Limitatur, quando incertitudo proueniret ex facto aduersarij, vt in obligatione alternatiua, cuius electio spectat ad debitorem. Ias. in d. §. curare. limit. 2. vbi hanc limitationem multipliciter exemplificat: & pro hac limitatione est textus in l. j. §. nonnunquam. ff. quor. legat. & ibi hoc not. glos. in verb. incertum. Barto. in l. stipulationes non diuidun. in fine, versic. quando declaratio incerti. ff. de verborũ obligatio.

Non procedit in legitima, in qua admittit libellum generalem & incertum, ait Baldus in cap. conquerẽte, de officio ordinarij, quem refert Franciscus Ripa in dicta rubric. ff. soluto matrimonio, numero quinto.

Fallit ratione incertitudinis in re petita consistentis, vt cum ageretur ad factum, quia facta sunt incerta. l. vbi autem. §. qui illud. ff. de verborum oblig. vbi Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. in octaua q. ff. de verb. oblig.

Fallit, vbicunque aliquid accessorij petitur: vt quando petuntur fructus, vel expensæ: nam in eis procedit libellus incertus, non specificatis fructibus, vel eorum quantitate, eodem modo pro expensis factis vel fiendis. Pro quo dicit Iason in dicto §. curare. esse textum in §. primo, Institut. de officio iudi. & l. cùm propria. C. si quis alteri, vel sibi.

Fallit, quando peteretur Castrum cum iuribus & pertinẽtiis: nam procedit talis libellus incertus, tametsi illa, & pertinentiæ nõ exprimantur. Ita tenet Ioan. Faber in dicto §. curare. & Innocentius in cap. cùm ad sedem. de restitut. spoliato. in antiq. vbi bonus textus pro hac limitatione, & vide ibi Panorm. qui hoc expressissimè ibidem tenet, versi. secundò, gloss. & versi. sequen. & vide ibi Modernos Repet. Sed aduersus hanc limitationem adfert Ange. cum Barto. textum in l. tertia. §. armamenta. ff. de rei vendicatio. vbi dicit Iurisconsultus, armamenta nauis singula sunt vindicanda. Scapha quoque separatim vindicabatur, ex quo infert Bartolus, quòd non procedit libellus, peto domum cum massaritiis. sed debet specialiter exprimi. Super quo Angelus cogitandũ reliquit: & sic ille textus pugnat cum dicto capitulo, cùm ad sedem.

Limita, quando esset incertitudo, quæ tamen non reseruaret, vt quia de ea posset constare iudici. Hanc limitationem tradit Iason in dicto §. curare. nu. 13.

Non procedit dicta regula quantum ad interrumpendam præscriptionem, quæ potest sub generalitate cõprehendi. tex. est in l. fi. C. de annali exceptione.

Fallit, quando probationes sunt certæ & specificæ. Bald.in repet.Paduana.in l. edita. C.de eden. quem ibi videas.

Fallit, si non opponatur à parte per gloss.magnam in l.finali. C.de annal.exceptio. Hinc illud Prouerbiū Gallicum, Tout passe qui ne contredit. c.Abbate.§. seruus.de re iudic.lib.6.

Non habet locum prædicta regula in causis summariis: doctrina est Bartol. in extrauagan. ad reprimendum.in verbo, & figura. versic. ex quo infero. Iason & Rip. in l. edita. C.de edend.numero decimoquinto.

Fallit in reuocatione attentatorum, secundum Imo. & Abbatem Panorm. in capitulo consuluit, secundo, de appellationib. Quas omnes fallentias mente tene. Dias reg.491.

¶LIBELLVS licet debeat esse clarus, si tamen non sit, & non opponatur, procedit. Ita notat Bald. in l. edita. C.de eden.probat text.in ca. Abbate sanè. de re iudic.in 6.in vers. secus notat Ias.in l. 1. in 2.not. C.de succes.edict.

Limita quinque modis, vt per Purpura.in d.l.edit.C. de edend.

Primò, dummodo non sit tanta incertitudo libelli, vt reo auferat defensionem.

Secundò fallit in criminalibus, in quibus libellus generalis non recipitur, etiam parte, non opponente: & pōderat etiam Barto. velle idem in ciuilibus descendentibus ex crimine.

Tertiò, quando aliquo casu speciali iurisdictio competit, quia coram tali iudice libellus generalis non admittitur.

Quartò, quando iudex vellet cogere ad declarandum etiam parte non petente.

Quintò, quia licet talis libellus à principio procedat, tamen ex postfacto debet declarari, etiam parte nō opponente. Allegat gloss. singul.in l. j. §. si quis argentum.ff.depositi. B.Dias reg.437.

¶LIBELLVS incertus admittitur cùm de modico præiudicio agitur, etiam si incertitudo non procedat ex facto aduersarij. Cæpol.l.1.§.sciendum. ff.de ædil.edic.l.fin.§.fin.C.de bon.quæ liber. conc.Bal. c.cum causa.de sent.& re iud.vbi momētaneum dominium non infringit regulas mendicantium, no.l. si quis ita.de cond. & demon. item not.quod libellus non datur pro minima re, neque pro modico vitiatur.dixi suprà in Amp.112. Med.reg.5.

¶LIBELLVS ineptus debet lacerari, gloss.in l.1.ff.de off.asses.arg.l.2.C.vt nemo priuatus, glos.in c.sacerdotibus,2.q.1.

Fallit in 4.casib. quos no. Nig.in d.l.1.nu.6. vbi etiam Iaso.limitat in 4.casib.numer.4. fallit in 4. casib. vt per Io.Bolog.in d.l.1.num.18.

Ad esse libelli requiritur scriptura, l.edita, C.de edendo, vbi no.Doct.

Fallit in 2.casib.quos not.Iacob. de vico Merca.in d.l. edita, num.20.

In omni casu requiritur libellus, ca.1.& ibi per Doct. extrà, de libelli oblat.c.2.§.5.q.1.

Fallit in 30.casibus, quos not.Ioan.de Vico Merc.in l. edita, C.de edendo, num.20.fallit in 21.casib.vt per Soc.reg.233.

Libelli emendatio potest fieri vsque ad litis contestationem, gl.Bar.& Doct.in l.edita, C.de edendo.

Fallit in 5.casib.vt per Ioan.de Vico Merc. in d. l. edita, nu.34. Ampliatur in 3. casib. & limitatur in multis, à Franc.Purp.in d.l.edita, num.7. vbi Ias.& Soc. limitant in 3.casib. Fallit in 11.casib.vt per Fel.in c. significantib.de libel.obla.nume.27. Ampliatur in 7.casib.& limitatur in 11.à Io.Bolog.in d.l.edita, numer.84.& num.94.ponit vnam ampliationem, & eam limitat in 7.casib.videas duas regulas limitatas per Alex.in d.l.edita, num.6.fallit in 3. casib. vt per Soc.reg.235.

Libellus post litem contestatam non potest emendari, l.edita, C.de edendo, cap.fin.& ibi per doc. extrà de libel.obla.fallit in 10.casib.vt per Io.Bolog.in d. l.edita, num.85.

Fallit in 7.casib.vt per Soc.reg.236.emendatio declaratoria potest fieri vsque ad sententiam. fallit in 3. casib.vt per Io.Bolog.in d.l.edita, num.80.

Libellus generalis nōn procedit parte opponente, sed parte non opponente procedit, doct.in l.1.C.de edendo.

Fallit in multis casib. vt per Franc. Purp.in d. l. edita, num.7.vbi vide Lud.Goz.num.1.fallit in 6.casib.vt per Ias.in l.1.ff.de edend.num.1. fallit in criminalibus, vt per Battand. in praxi crimi.reg.6.fallit in 5. casibus, secundum Feli.in c. ignarus, §.significantib. de libel.obla.nu.5.fallit prima pars regulæ in 4.casib.vt per Rip.in d.l.edita, nu.26.vbi Io Bolog.ponit 4.limit.nu.14.& 18.

Libellus non procedit sine conclusione, no.in l. edita, C.edendo, & in cap.examinata, de iud.

Fallit in 7.casib.vt per Soc.regu. 231. fallit in 7. casib. vt per Ias.in d.l.1.nu.14.fallit in 10.casib.vt Fel.in c. olim, de litis contestatio.nu.7.

Quando in libello fit mentio de aliquo instrumento, de quo reus non debet esse instructus, tunc instrumenti copia danda est ante litem contestatam, no. Doc.in d.l.edita..

Fallit in 3.casib.vt per Francisc. Purp.in d.l.edita.numero 72.

In libello non est necessarium locum, & tempus exprimere. Barto.in l.an eandem. §. actione, ff.de excep. rei iud.

Fallit in 5.casib.vt per Maria.Soc.in c.significantib.de libel.obl.colum.21.fallit in libello iniuriarum: nam non valet sine adiectione loci, & temporis. fallit in 3.casib.quos no. Beninc.Perus.in §.superest. Inst.de de act.num.294.

Libellus non potest esse alternatiuus, l.prætor edixit, §.quod autem: ff.de iniu.

Fallit in 9.casib. vt per Soci.in d.cap.significantib. de lib.obla.colum.2.

Libellus non potest esse conditionalis, l.nam quemadmodum, ff.de iud.l.fin.ff.quando dies legati cedat, Doct.in.c.1.de lib.oblat.

Fallit in 4.casib.vt per Maria.Soc.in d.c.significantib. colum.53.

Si in libello quis se dominum proposuit, & probauit postea se vsumfructuarium, non debet succumbere. Fallit in 3.casib.quos no. Soc.in l. naturaliter, §. nihil commune, ff.de acq.poss.num.50.

Libellus ad hoc vt lis contestari possit, petitionem, seu conclusionem continere debet, aliàs recipiendus non est, cùm sententia sine petitione dici non possit, l.fundus, ff.commu.diui.c. licet heli.extrà, de simo.

Fallit in 6.casib.vt per Socyn.reg.232.& sufficit quòd concludat præsumptiuè.fallit hoc in 5.casib. secundum Fel.in c.dilecti filij.de libel.obla.nu.3.

Libellus siue actione reali agatur, siue personali, siue id iudiciis singularibus, siue particularib[us] res specificè

ficè continere debet, c.fin.& ibi glos.& doct. de lib. oblat.

Fallit in 3.casib.vt per Soc.rég.234.

Libelli verba ambigua in libellantis fauorem interpretari debet, l.si quis.ff.de iud.

Fallit in 3.casib.vt per Soc. reg.237.

In libello nomen actionis exprimi debet, l.edita, C.de edendo.

Fallit in 2.casib.vt per Dec.in d.l.nu.2.

Libellus continens contraria, est ipso iure nullus, doc. in d.l.edita.

Fallit in 5.casibus, vt per Ripam, in l.naturaliter, §.nihil commune, ff.de acq.poss.nu.178.

Libellus potest offerri die feriata. fallit in 6.casib. secundum Fel.in c.significauerunt, de iud.nu.17.

Qui stipulatur pecuniam mutuo sibi reddi quàm postea in libello petit, tanquam mutuo datam, isto casu reus debebit absolui. Fallit in 4.casibus, vt per Crot. in l.1.§.si quis ita, ff.de verb.oblig.num.12. ver. tertius casus est. Donat.Fina, lib.3.

¶LIBELLVS in qualibet causa offerẽdus est, nec etiã si à parte non petatur, admitti potest: cum de iudicij substantia, tam de iure ciuili, quàm de iure Canonico requiratur, vt in c.j.& ibi per doct. extrà, de lib. ob.& facit v.quæst.j.cap.1.

Primò fallit, quando proceditur per viam inquisitionis: cùm in ipsa inquisitione, quæ procedit ex mero officio iudicis dari non possit: cùm non sit qui offerat, sed loco eius danda sunt capitula, super quibus inquirendi sunt. extrà, de accus. c.qualiter, §.debet. secundum Host.& Ioan.Andr.& Anto.in d.c.j. de lib.obl. secundum Imo.in tit.de inquisit. erit offerendus si petatur, & tempus ad deliberandum debebit eidem dari. l.ij.ff.de requirend.reis.& in authentic.offeratur. C.de litis contestatione, & secundum Bald. in dicto capitulo primo, & hoc quando proceditur ad inquisitionem ex mero officio & neutro præsente: aliàs si procedatur ad eam aliquo præsente, eo scilicet qui eam impetrauit, tunc erit dandus, cum requiratur lit.contest. prout est text. in d.ca.j. & c.cùm dilectus. extrà, de priui. vbi de hoc, & extrà de re iud.c.cum L.& extrà, vt lit.non contest.capit. quoniam. §.sunt & alij. secundum dom. Nicol.in d.c.j.de lib.obla.

Secundò fallit in causa, quæ celeritatem desiderat: vt in causa dam.infe. secundum Do.in d.c.j.quod procedit, quando iudex hoc arbitraretur arbitratu suo: sed an in hoc requiratur libellus vel non, not. in l. iiij.§.quoties.ff.eod.tit.& l.j.§.fi.ff.de fer. secundum Host.& Io.And.in d.c.5.& ita resideas ibi cum Ant. & dom. Nic. circa quod vide quod not. Bald.& alij in d.l.iiij.§.hoc autem iudicium.

Tertiò fallit, quando contra neminem specialiter ageretur, nec aliquis appareret contradictor: cùm tunc non sit cui offeratur: vt in d.auth. offeratur. ad hoc autem si casus tales erunt, secundũ Host.& Io.And. & Ant.in d.c.j.de lib.ob. sed certè, & tunc licet non requiratur, quod libellus alicui specialiter offeratur, vt contra aliquem recipiatur, nec tunc litis conte. sit facienda, vt not.in d.auth. si omnes. libellus tamen generaliter erit iudici offerendus, secundum Bald.in d.capit.j. circa quod vide quod not. extrà, de offic.iud.cap.fin.

Quartò fallit in casibus vilibus, seu modicis, vt voluit gloss.in c.fi. extrà, de li.ob.& per doct. Cano.in d.c. si quis cum clerico. ad hoc authent. nisi breuiores. C.de sent. ex peri. rec. & tunc non requiritur scriptura, prout ibi habetur, quæ autem dicatur modica causa vel vilis, qualitas personarum attenditur. l. plenum. §.æquitij.ff.de vsu, & hab. vt voluit Ioann. Andr.in addit.ad Spec.§.nunc videndum.& secundum Anton. in d.c.j. qui hoc videtur tenere, quod placet Nic.ibidem, secundum quod Bart. voluit in d.auth. nisi breuiores.

Quintò fallit cum litigantes rudes sint, vt agricolæ, vel similes, ad hoc facit text.in auth. de man.princ.§. fit tibi.& in auth.de quæst.& extrà, de rescrip.c.j. secũdum Innoc.& Ioan.And.in d.c.j.de lib.obl. facit ad quod not.in d.vers.per Gul.

Sextò fallit, quando est talis causa, in qua non exigitur lit.conte. quia tunc non requiritur libellus secundũ Inno.& Anto.ind.c.j. qui ita transeunt in præal. c. j.quod non est verum: quia ista duo, scilicet, libellus, & lit.cont. sunt duo substantialia iudicij separata, vnde, vna sublata, non intelligitur alia. Instit.de nup.§.affinitatis. adde quod not.per glo.in d.c.j. secundum Innoc.ibi.

Septimò fallit, quando vertitur negotium inter episcopum, & suos clericos: vt d.cap.si quis cum clerico, quod, vt dicunt quidam, locum habet etiam si agerent coram delegato: cùm non sit diuersitatis ratio. extrà, de consti.c.translata. quod etiam placet Imo. & Cu.in d.§.nunc videndum. ver.sed nunquid. sed hoc non videtur verum, cum sit contra text.in d. capit.j.de libel.obla. secundum Host. secundũ quẽ non obstat.d.c.si qui. cum loquatur in causis breuibus siue modicis, &c.

Octauò fallit, quando agitur de reddenda ratione per administratores, seu officiales, vel ex syndicatu: vt in auth.vt iudices sine quoquo suffr.§.necessitatem. & C.vt omnes tam ciuil. quàm crim.l.fi. secundum Host.& Ioan.And.in d.c.j.

Nonò fallit, quando factum proponeretur coram Papa.de quo extrà, de lit.cont.cap. vnico, ad hoc quod not.in l.enim.C.de testam.

Decimò fallit quãdo agitur inter religiosos, de iis, quæ pertinent ad religionem. extrà, de ap.c.reprehensibilis.& de reli.cap.fi.

Vndecimò fallit etiã in notoriis. xj.quæst.j.de manifesta.& extrà, de accu.c.euidentia.& de iureiur.c.ad nostram. secundum Inn.& Io.And.ad hoc, quod habetur extrà, de fi.instru.c.conueniatur.

Duodecimò fallit, quando agitur de beneficiis auctoritate rescripti Apostolici committendis, secundũ aliquos: vt no.ex.de æta.& qua.c.accepimus. secundum Inn.& Io. And.in d.c. j. cum rescriptum loco habeatur libelli: vt in d.§.nunc videndũ. ver.tũc. sed Bal.in l.j.& Imo.dicunt non solũ de beneficiis obtinendis vigore rescripti, sed etiã cum agitur de causa beneficiali, non requireretur libellus: vt expressũ est in clement.dispendiosam.de iudic.

Decimotertiò fallit in causa matrimoniali, si in ea iudex ex officio procedat. vt extrà, de cland.desponsa. cap.fin.

Decimoquartò fallit in causis, in quibus sufficit summariæ causæ cognitio.ff.ad exhi.l.ij.& iij.§. ibidem. secundum Host.& Ioan.Andr.in dict.c.j.& ibidem Ant.ita transit, quod verum est, si tales causæ sunt ita summariæ, quòd in eis procedi potest ita simpliciter de plano, & sine figura iudicij, vt sunt duæ causæ prædictæ legis, quando agitur de vsuris. aliud si sint tunc solùm summariæ, & tunc vnius cognitio non inest sub alia causa, & sic nec libellus nec lit. conte. sed solùm inducuntur, vt breuiter, & breuio

ribus dilationibus procedatur: vt not.per Barto.in extrauag.ad reprimendum.in verbo, summariè. ad fi.quod not.per gloss.in ver.figura,in d.cle.sæpe.secundum Inn.circa quæ vide eundem ibi de quolibet instrumento verboso.fallit tamen in causis merè spiritualibus.extrà.de dolo, & contu.c.j.secundũ Io.Andr.& Ant.in c.j.extrà, de lib.ob.sed hoc non probatur ibi,nec est verum per d.clem. dispendiosam.quæ enumerat certas causas speciales.vnde secùs est in aliis.extrà, de præscript.not.in l.maritus. secundum Imo.in d.c.j.

Decimoquintò fallit, quando consuetudo disponeret circa libellos, & esset seruanda: cum talis consuetudo valeat, vt Cod.de priuileg.fisc.libro duodecimo,& extrà,de eo, qui mit.in poss.cap.tertio, secundum Imol.& Ioan. Andr.in præalleg.capitu. primo,quod procedat non solum in conuentione, sed in statuto alicuius municipij, vt voluit Bald.in dict.capit.primo,& in l.nec quicquam.§.præfinito. ff.de offic.procon.& in d.cle.sæpe.& quod habetur in cap.fin.de appellat.in vj.nec potest consuetudo vel statutum inducere,quòd saltem petitio non fiat apud acta,cum esset rationabilis, quod no.in dicta clementina,sæpe.

Decimosextò fallit,quando imploratur officium iudicis à parte incidenter,& deseruiens actioni,vt si petatur mitti ex secundo decreto, secundum Innoc. in capit.primo, de lib.obla.ad hoc quod not.ff.de inoffic.test.l.Papinianus.§.sed si filius.& ff.de ædil. edi.l.ædiles.§.item sciendum.extrà, de sepul.c.certificari.& d.l.nec quicquam.§.vbi decretum.vbi de hoc vel quando extraordinariè imploratur. ff.de cond.& demon.l.quibus diebus.in prin.aliàs regulariter requiritur libellus,vt not.in d.c.fin.sed illud voluit gl.in rub.ff.de interrogat.actio.

Decimoseptimò fallit in casibus,in quibus non est necesse,quòd sententia referatur in scriptis: vt not.in gloss.in authen.offeratur, secundum Antonium in d.capit.j.

Decimooctauò fallit,quando agitur de re per sententiam,transactionem,vel compositionem finita, ne lites ex litibus oriantur.l.fi. C.de fide instru.secundum Imo.in d.c.j.quod verum est,si excutitur liquidè & imploratur offic.iu.cùm tunc non requiratur libellus.ad hoc quod not.per gloss.de inoffic.testament.& quod habetur in l.minor xv.annis.ff.de mino.aliàs intentatur per executionẽ sententiæ actio iudicati, vel alia actio descendens ex ipsa sentẽtia, transactione,vel compositione: quia tunc libellus, &c.vt voluit Bar.de in lit.iu.& suprà,de re iud.Bal. in d.c.j.de li.obla.do.Ant.quòd procedit,vt not.Inno.de except.in c.cùm venerabilis.

Decimononò fallit in appellatione, cum appellatur ab interlocutoria: cùm tunc non requiratur libellus,vt not.per Guliel.in d.§.nunc videndum.versic. sed nunquid in causa appel.vbi dicit ita in curia seruari,secundum Bal.in d.c.j.qui tamen dicit hoc verum,si vtraque pars sit præsens: cùm tunc offerendus sit libellus, secus quando contestatio litis est necessaria.C.de tempo.appel.l.illud.§.fi.extrà, de testam.cap.Raynald.

Fallit xx.quando libellus fuisset productus contra illum à quo quis haberet causam,& processum: cùm teneat lit.conte.facta cum habente causam: nã procesus cũ eo agitatur absque alia productione libelli,pro quo facit quod habetur.ff.de re iud.l.sæpe.extrà,de re iud.c.quamuis.vbi de hoc per Anton.

Fallit xxj. quando partes in hoc conueniunt, quòd iudex non in figura iudicij,sed de plano ex officio veritatẽ audiat,qui reperta veritate dicat, & ordinet quod vult.& ita procedit casus in l.quoties.in fi.C. de priuil.& hoc secundum ipsum Host.in d.c.j.qui etiam ad hoc not.extrà, de arbi.cum tempore. & in aut.de off.iud.§.si non contingit.non tamen posset fieri ex consensu partium pactum, quod iudex omisso libello sententiã ferat.ad hoc not.in c.fin. de iud.in vj.secundum Io. And.in d.c.j.qui ita residet.sed Inn.nec pacisci voluit posse partes, vt procedat iudex de plano & non in figura iudicij: cùm non possint renunciare partes ipsis solennitatibus substãtialibus iudicij: vt not.de off.deleg.c.de causa.per gl.& ij.q.j.in primis.nec illis de ipsis loquentibus.ff.de leg.j.l.nemo potest.extrà, de foro competen.c.si diligenti.Sed vide de iis latiùs per Cano. in d.c.extrà, de libel. oblatio.& sic sufficit. B.Soc. reg.289.

¶Libellus non exhibetur in iudiciis datiariorum. Ita Bald.in consilio ducentesimotrigesimooctauo. in principio.volumine primo.ratio est,quia si conductores datiorum inquietarentur iuris mediis, nullus vtique reperiretur, qui datia conduceret, sed ipsi procedunt & offerunt capturam, carceres, & rerum retentionem, prout Bald.in loco præallegat.quod not.quia coram iudicibus datiariorum non proceditur via ordinaria, sed summariè via prædicta.

Fallit hæc regula nisi aliter ex forma statuti,seu prouisionis localis prouisum esset, quia statuta sunt ob seruanda,& fiscus semper est deterioris conditionis quam priuatus: vt not.Odof.in l.penul.C.de fund. patrim.nu.2.quod tu nota.

Fallit etiam lapso quinquennio, quia facta denuntiatione per creditores hæreditarios fiscus non potest molestare,vel inquietare debitores,secundùm Bar. in l.omnibus.ff.de diuer.& temp.præscript.& vide Egid.Boss.in tit.de fisco & priuileg.eius.num.51.vbi latè. I.Nouel.re.83.

¶Libellus nõ potest esse alternatiuus. Tex.est in l. prætor edixit.§.quod autem.ff.de iniuriis.

Limita nouem modis.vt per Marian.in c.significantibus.de lib.oblat. B.Dias reg.438.

¶Libellus non potest esse conditionalis: probatur in l.non quemadmodum.ff.de iudi.& in l.fi.ff. quan.dies legat.cedat.notant Doctor.in capit.j.de libel.oblat.

Limita quadrupliciter,vt per Maria.in c.significantibus.de lib.oblat. B.Dias re.439.

¶Libellus non potest emendari, vel mutari post litem contestat.etiam si in eo sit clausula,saluo iure addendi,vel minuendi: vt est gl.sing.in c.inter dilectos.de fid.instrum.in verbo,addendi.quam ibi sequitur Abb.& sic asserit teneri communiter. Eam dicit singul. Ias.in l.non solùm.§.morte.ff.de noui oper. nuntiat. & sequuntur eam plures doctores relati ibi à.Felin.vide Thomam Ferrat.in cautela xxxiiij.

Limita tripliciter,vt per Ias.in l.edita. C.de eden.pro quarum finali limitatione,vide melius per Felin.B. Dias re.440.

¶Libellus nullus dicitur:cum peccat in materia. So.sen.c.2.art.23.de libell.obl. Paris de put.in tra. de sind.§.an dictũ.col.2.Vãt.in tract.de nullit.in ti. de nullit.ex defectu processus.num.23. Medi.re.6.

¶Libellus obscurus non potest interpretari in præiudicium

præiudicium partis, ideo citatio partis requiritur. ad hoc Doc.c.cum olim,de sent.& re iud. Doctor. lege,si quis intẽtione.ff.de iud.dixi super.ampl.139. Med.reg.8.

¶LIBELLVS semel declaratus non potest secundo declarari.Bald.l.fin. C.de codicil.c.1.col.6.de cõst. gl.c.fi.de translat.Episc.Bal.c.dilecti.de iudic. Mat. sing.172.doc.Com.l.edita.C.de edendo.Med.re.4.

¶LIBELLVS simpliciter formatus contra plures valet, vt si petatur filios alicuius condemnari in decem si indefinitè dicatur,omnes pro virili condemnari dicuntur.l.1.C.si plures vna sententia.l.Paulus. ff.de re iud.not.Bart.in terminis l.si pluribus.nu.1. & 2.ff.de leg.2. Med.re.2.

¶LIBELLVS siue actione reali agatur,seu personali, siue in iudiciis singularibus,siue particularibus, res specificè continere habet:vt in c.fi.& ibi per glo.& doct.de libelli obla.

Primò fallit,quando contra ipsum libellum nõ opponeretur nec peteretur ipsum declarari, vt dicit tex. in d.c.fi.& vt habetur in l.fin.C.de annali exceptio.

Secundò fallit,quando res ipsæ petitæ per ipsum actorem,probabiliter certificari non possunt, tunc admittitur libellus non facta aliqua specificatione.& ita procedere poterit dictum Innocent. in d.capit. final.dicentis, quòd sufficit petere fructus ex tali fundo absque expressione, & si non extant, poterit peti æstimatio in sententia, & non erit exprimenda quantitas,vt C.de senten.quæ sine certa quantitate.l.ij.& iij.

Tertiò fallit,quando res accessoriè veniunt,cum in ipsis accessoriis admittitur libellus incertus, sed non procederet libellus iste, peto mihi restitui talem fundum cum fructibus perceptis, vt voluit Innoc. in cap.certificari, de sepult.& cap.tanta.qui fil.sint legit.& not.extrà,de ordin.cognit.cum dilectus.& per Cyn.in l.certum.C.de rei vendicat.l.cum propria. C.si quis alteri, vel sibi secundum Antonium in dicto cap.fin.ad hoc quod not.per gloss.in l.fundi.ff.de except.rei iudic.& per Bar.in l.j.ff.de eden. circa princip.vbi hoc tenet, quæ opin.omnino seruatur,& consuetudine interpretatur, vnde est seruanda.c.cùm dilecti.extrà, de consuetudine.Soci. reg.240.

¶LIBELLVS sine conclusione regulariter non procedit,neque valet:vt not.in l.edita. C.de eden.& in cap.examinata.de iudic.in antiq.

Primò fallit in iuribus realibus, quia etiam libellus inhabilis toleratur sine conclusione.ita dicit Inno.in c.j.de lit.contest.& in c.in eum.de sepult. Bald.in l.vsusfructus.in prin.de vsufru.in apòsti.& adde.j. q.iiij.præsulatus.

Secundò fallit,quia sine conclusione libellus procedit coram Papa,& fortè etiam coram alio, si conclusio sit vniformis & responsio colligi posit: arg.ff.de auto.tut.l.j.& nota.j.q.iiij. præsulatus, & vide ad hoc Inno.in c.j.de lit.contest.

Tertiò fallit in libello criminali,casus est in capitul.licet.de simo.& vide Bar.in l.libellorum.in fi.princ. de accus.ff.

Quartò fallit,si libellus formetur hoc modo,conqueror quòd Titius alienauit bona sua in fraudẽ meã, quia ista verba satis concludunt,vt not.in l.omnes. §.Lucius.ff.quæ in fraud.cre.& Idem, si quis dicat conqueror de Mar.cui mutuaui x.quæ reddere recusat.allegatur ad hoc l.Paulus respõdit.§. Lucius. ff.quæ in frau.credi.

Quintò fallit in possessorio.j.quæst.iiij.quia præsumitur.Innocen.in cap.j.de lit.contest.& in capit.dilectus.de ord.cog.& vide Ant.in d.c.ex literis,vbi dicit tutius tamen esse quòd ponatur spoliatio.& per eundem in c.causam.de cau.poss.& pro.Bald. in l. edita.C.de edendo.vbi ponit despolia. agentis possessorio recuperandæ.

Sextò fallit in iis, in quibus iudex potest supplere ex officio suo:quia tunc non requiritur conclusio.ita Bart.in l.si quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his, qui no.infa.

Septimò fallit si sic generaliter concludatur, peto mihi iustitiam ministrari. & omnes prædictas limitationes ponit Ant.de But.in c.examinata, extrà, de iud.vbi ponit plures conclusiones circa materiam conclusionis libelli. B.Socin.re.287.

¶LIBELLVS si refertur ad instrumentum, quod non reperitur,si contẽta in eo aliter probantur, valebit, alias non.gl.l.admonendi.vbi Ias.numer.33.ff.de iur. iur.qui refert Rom. consi.21. & not. quod libellus est relatum sententiæ, ipsa enim secundum illum intelligi,& ferri debet, quemadmodum dicam infer.ver.sententia. Med.re.10.

¶LIBELLI declaratio soluitur morte libellantis, vnde per successorem fieri non potest,Ias.l.si quis à filio.§.si quis.nu.4.ff.de le.1.gl.l.Pomponius.§.fi.ff. de rei vend.l. inter stipulantẽ.§.1.ff.de verb.obl.Paulus.l.si quis intentione.nu.4.ff.de iud.no.l.intermi natio.C.de fruct.& lit.exp. Curt.l.edita.nu.140.C. de edendo. Amp.in aliis in dubio prolatis. Bald.l. idem.nu.1.ff.de rei ven. Abb.c.cum ad sedẽ.nu.16. de resti.spol.not.idem consi.187.li.2. Ant.c.cùm dilectus de caus.poss. & propriet. Bart.l.naturaliter. §.nihil commune.numer.13.vbi Bereng. nume.105. ff.de acq.poss.Curt.l.edita. nume.61.C.de edendo. Med.tr.2.p.

¶LIBELLI verba ambigua in libellantis fauorem interpretari debent.l.si quis.ff.de iud.

Primò fallit,quia dicta regula procedit in libello ciuili,secus autem in criminali: vt not.Lud.de Roma in l.diuortio.ff.solut. matr. pro quo alleg.decisionem Bald.in l.quoties.§.si quis.ff.de hæred.institu. quod esset valde sing.si verum esset:sed hoc non puto verum,nec de iure probatur.

Secundò fallit, quãdo in criminalibus proceditur ad instar ciuilium causarum.l.absentem.ff.de pœnis.

Tertiò fallit,quia in his terminis Bar.contrarium voluit in l.libellorum,in prin.ff.de accusa.ver.quæro, aliquis percussit aliquem per aliquot dies, &c. quem sequitur Ioan.Fab.Instit.de act.in princ.nec obstat decisio Bald.in l.diuortio.& in dictis locis alleg.quia illa procedit ex eo, quia in d.l.quoties. §.si quis.ff.de hæred.instit.præsumitur ibi, quòd etiam probatio accusationis non aliter concludebat quàm concludebant verba accusationis: & ideo cum probatio ambigua debeat interpretari contra ipsum probantem,vt in cap.in præsentia.de pro. non interpretantur dicta verba incontinenti contra accusatorem & ita apertè declarat Balb.in dicto §.si quis.el ij.de hæredibus instituendis. Bar. Socin.reg.293.

¶LIBELLO non est necessarium locũ & tempus exprimere:tenent Inn.Ioan.Andr.& Domi.in c.abbate sanè.de re iudic.in vj.Bar.in l.an eandem,§.actiones.ff.de excep.rei iud.

Limita quinque modis,vt per Maria.in c.significantibus.de libel.oblat. B.Dias reg.436.

¶LIBER

¶ Liber mercatoris plenè non probat contra tertium. Barto.l.quædam. §. nummularios.ff.de edendo. Alexan.l. argentarius.ff.eod. Bar.l.admonendi. colum.6.ff.de iur.iur.idem l.nuda.ff.de dona.Bald. in addit.ad Spec.in tit.de instr.edit.§.nũc dicendũ. Med.re.8.

¶ Liber rationum in modicis probat pro scribente.Bal.l.vnica.colum.3. C.de confes. Abb.cons.56. vol.2.Curt.cõsi.122.col.3.Anch.cons.44.col.3.Asi. in praxi iudic.§.7.fal.59.nam in minimis admittuntur probationes,quæ regulariter in arduis reiiciuntur. Doct.comm.l.thesaurus.ff.ad exhi.dixi super. Amp.306. Med.re.5.

¶ Liber rationum non probat pro scribente: notat Bart.in l.admonendi.ff.de iureiur.probat text.in l. exemplo.C.de probat.

Limita septem modis,vt per Iason.in dicta lege,admonendi.& duabus primis limitationibus se remittit ad Bartol.& ipse addit alias quinque:& vide in materia huius regulæ quod habetur suprà,in regula,cõsuetudo.la j. B.Dias re.441.

¶ Liber rationum probat contra scribentem, Bar.in l.nuda ratio, de donat.col.2.& in l.admonendi.ff. de iureiu.vbi Ias.latissimè,col.46.

Fallit in 8.casib.vt per Franc.Curt.in l.1.C.de edendo numero 2.vbi Io.de Vico Mercat.etiam limitat,numero 8.

Fallit in 8.casib.vt per Lanf. de Oria.in d.l.admonendi.nu.13.vbi videas Rip.qui ampliat in 4.casib.nu. 117.Fallit in 6.casib.vt per Fel.in ca.scripto,nu.29. de fide instru.Fallit in 6.casib.vt per Ioan. Bolog. in dict.l.1.nu.17.

Liber rationum non probat pro scribẽte, l.exemplo, C.de probat.

Ampliatur in vno casu,& limitatur in 6.à Rip.in l.admonendi.ff.de iureiurand.numero 121.vbi Iaso.limitat etiam in 6.casib.numero 81. Fallit in 6.casib. vt per Fel.in c.scripta,de fide instrum.num.25.Fallit in 4.casib.vt per Ioan.de Vico Mercat.in l.1.C. de edendo,nu.15.

Liber,seu scriptura quantumcũque antiquissima plenam fidem non facit, sed inducit præsumptionem, quæ relinquitur arbitrio iudicis,l.in cõiunctorum, C.de relig.& sumpt.fune.

Fallit in 2.casib.vt per Soc.reg.238.

Statutum iubens libris campsorum, seu mercatorum adhiberi plenam fidem, valet: hanc esse communem opinionem attestatur Viuius in suis conclusionibus,in ver.statutum iubens, vbi limitat in 5.casib.

Liber rationum pro tertio,& contra tertium non valet,doct. in c.scripta, de fide instru.vbi Fel.limitat in 2.casib.nu.31. Don.Fina,lib.3.

¶ Libri rationum pro tertio & contra tertium non probant,doctor.in d.c.ex scriptura.

Fallit in libr.communi confecto ab habente officium de publico,dict.§.nummularios.

Fallit quo ad semiplenam probationem, Bart.dict.§. nummularios. S.Ian.reg.165.

¶ Libri rationum regulariter probant contra scribentem.Bartol.in dicto §.nummularios.& Docto. in d.cap.scriptura.

Fallit in memoriali:quia non plus probat, quàm confessio facta ad obligandum coram tẽstibus, parte absente.Bald.in rubr.C.de constit.pec.

Fallit in libro alterius priuatæ personæ non campsoris,nec mercatoris, sed confitentis penes se libros rationum: quia tunc habet locum l.certum. §.si quis absente.ff.de confess.& censetur confessio nuda.Imol.in cap.si cautio.de fide instru.& in l.nuda. ff.de donationib. quod intellige, vt ibi latius per Romanum.

Fallit,quando liber ille cõtineret vnũ actum tantùm, & non esset facta scriptura in forma rationis, quia non prodest ad probandum rationem si confecta esset parte absente, Baldus in rubr. C.de fid.instru. vers.item dubitatur an ista scriptura,&c.

Fallit quando scriptura habet insertam nullam causam,secundum Ioan. Andr.in Specu.in titul.de instrumento.edit.§.nunc videndum.& in Specul.in titul.deposit. Anton.in dicto capitu.ex scriptura. S.Ian.re.164.

¶ Libri rationum regulariter non probant pro scribente.l.exemplo.cum concor.C. de probatio.

Amplia etiam in habente conficere librum iure publico.Bartol.in leg.quædam. §. nummularios.ff. de edend.

Fallit, quando liber contineret aliquod dependens merè à voluntate scribentis.lege Nessennius.ff.de nego.gest.quem ad hoc allegat Barto.in d.§.nummularios.

Fallit,quando ex qualitate, & quantitate rei de qua in scriptura fit mẽtio verisimiliter præsumi possit pro ipsa scriptura,vt si tutor scripsit tantum expendidisse pro alimentis, & doctrina pueri, quem constat profecisse. Imol.in capi.scriptura.de fide instrumẽ.

Fallit in scriptura defuncti, qui honorabiliter vixit. Abb.d.cap.scriptura.

Fallit quando consuetudo, vel statutum dictat vt libris credatur. Doct.in d.cap.scriptura.

Fallit in libris executorum testamẽtorum, quia probant pro eis minutas tantùm distributiones cum iuramento. Bal.in l.id quod pauperibus.in penult. quæst.C.de episcop.& cleric.per Specul.in titu.de instrum.§.nunc aliqua.in versic.sed nunquid, &c. S.Ianuar.reg.163.

¶ Liber,qui refertur ad alium librum, non probat, nisi constet de relato, vel nisi in eo dicatur omne, quod in relato haberi potest,tradit Ripa l.admonẽdi.nume.36.ff.de iur.iur.Cagno.authe.si quis in aliquo.numer.75.C.de edend.Socin.cons.129.num.4. vol.4.dixi super amp.64. Medic.reg.10.

¶ Libri docto.& scholarium ac eorum vestimenta non veniunt in generali obligatione bonorum suorum.vt doctor.in l.obligatione generali.cum l.seq. ff.de pignoribus.

Fallit hæc regula nisi in cõuentione dicatur,quòd omnia bona sua obligat,& ea præsertim quę specialem mentionem exigit,ac requirit.Mathes.in sing.136. not.vnum.num.2.& 3.Negusa.in tracta.de pignor. in 3.membro 2.partis.num.37.

Fallit etiam quando quis habet specialem obligationem, quia specialis non derogat generali, secundum Bald.in l.si generali. C.quæ res obliga.poss. quando maximè per eam est sibi ius quæsitum.vt not.ibi Baldus.

Fallit etiam in fisco,quia omnibus creditoribus anteponitur,secundum Bald.in dict.l.si generali.circa medium.quod not.quia pacta inter contrahentes non nocent fisco. secundum Odofr.& doct.in l.j. C.de fund.pat.num.1.

¶ Liberi, seu scriptura quantũcũque antiquissima plenam fidem non facit, præsumptionem verò inducit,quæ arbitrio iudicis relinquitur.l.in coniunctorum.

ctorum. C.de reli.& sum.fu.& vt voluit Ioan.And. in c.cum causam.extrà,de prob.& in rub.de consecra.eccle.vel alta.

Primò fallit in libris, seu scripturis receptis sub custodia publica,& fideli,seu in loco vbi reponuntur solùm scripturæ authenticæ, vt in archiuo publico, cum tales faciant fidem: vt voluit Ioan.Andr.in dicto capitu.cum causam.cum ibi reponuntur.ad hoc not. per gloss. in l.ij. §. exactis.in verb. per resti. de orig.iur.

Secundò fallit,in scripturis, quibus ab antiquis nostris communiter est creditum, vt in libris historialibus seu chronicis:vt voluit Bart.in l.j.ff. si cert.peta. vbi ex hoc dicit quòd credendum est libris Aristot. & Hypocra.cum magistris maioribus communiter sit fides adhibita, ad hæc quod not. per gloss. in verbo. magis.in cap.inter dilectos.extrà,de fide instrum.& per gloss.in verb. transtulit. in c. per venerabilem. extrà,de loca. quod similiter locum habet in scripturis quæ olim fiebant in albo, hoc est in loco dealbato ante domum prætoris, de quibus gloss.in verbo albo. extrà, de iudic. cum & istæ faciant fidem, ex quo ab antiquis nostris fides fuerit adhibita. B. Socin.reg.294.

¶ Libri, seu scriptura priuata cuiusuis personæ quãtuncunque antiquissima plenã fidem non facit,præsumptionem tamen inducit, quæ arbitrio iudicis relinquitur. Ioan. Andr. in c.causámque. de proba. doctor.omnes in l.instrumenta domestica.de probationibus.

Fallit ex forma statuti, vel constitutionum,aut Duc. prouisionum aliter prouisum foret.

Fallit etiam in duobus casibus annotatis per Socin. in reg.ccxciiij.quos vide & obserua.

Fallit etiam in libris rationum confectis à sociis,vel ab vno alio commisso ab eis secundum Bald. in rubric.de fide instrumento. & Bartol.in l.eandem. ff. de duobus reis.& Alexand.in cons.clxxxvj.visis,numero 1.

Fallit etiam in libris massarij vilarum,quibus credendum est, quando sunt subscripti manu publici not. ita Bald.in l.Imperator.ad finem. ff. de stat.homin.

Fallit in scriptura mercatoris, quæ continet data & accepta tam pro se quàm contra se, quia semiplenè probat Bar.in l. admonendi, versi.circa secundum, de iureiu. Felin.in cap.ij.vers. quartò limita.de fide instrumen.

Fallit etiam quando in priuata scriptura partes solemni conuentione promiserunt stare dict. scripturæ, quia tunc probat,secundum Fel.in dict.cap.ij.num. 13.versi.fallit sextò.de fide instru.

Fallit etiam in multis aliis casibus annotatis per Felin. dict.c.j.quas tu more solito considerabis,& studendo videbis in dies. I.Nouel.reg.79.

¶ Lis regulariter dicitur postquam est facta contentio.glos. in cap.super quæstionum. in verbo, exordium.deleg.Barto.& Angel.in l.causas vel lites. C. de transactionibus.

Fallit, quando agitur de fauore liberationis, putà de peremptione ipsius litis:quia potest accipi lis etiam antequam sit contestata. Salic.in l.postquam liti.C. de pactis.

Fallit,etiam quo ad inducendum vitium litigiosi: quia res dicitur litigiosa ante litis contestationem,gloss. in dict.super quæstionum,& probat text.authen.litigiosa.C.de litig.

Fallit quoad effectum inducendi pendentiam litis,gl. & tex.habes in clem.ij.de verbo.signific.

Fallit,quo ad perpetuandam iurisdictionem,d.c.super quæstionum,facit tex.in c.gratum.& in c. relatum, de offi.deleg. S.Ian.reg.166.

¶ Liberi patrem sequuntur, cùm legitimè nuptiæ factæ sunt.Celsus l.cùm legitimè. De statu ho. Huc pertinet.De reg.iu.l.148.si quis prægnantē.Riisvv.

¶ Liberum si quis esse dixerit per sententiam, talis sententia non nocebit tertio agenti illum esse suum seruum.gl.l. cognitio.§. 1. versicu. variè. de liberali causa.Inn. c.nostra de procur. Doc. com. leg.ingenium.ff.de stat. hom.Doc.capitul.quamuis.de sent. & re iud.Alex.per hãc reg.l.sæpe.nu.66.ff.de re iud. Med.re.8.

¶ Libera præsumitur omnis res. Si ser.ven. l.sicut. §.sed si quæ. Riisvvich.

¶ Libera, & allodialis quælibet res præsumitur. Hæc regula probatur in lege, altiùs. Cod. de seruit. & hoc ibi notat Accursius,& ibi hoc notat Baldus, Alexand.in consilio centesimovigesimonono,ponderatis iis,vol.j.vbi allegat concordant. & consilio lx.perspectis. versic.circa aliud dubium.quo quæritur.in iiij.volum.Decius consi.ccccclxviij.superiori anno. & cons. ccccxcviij.viso casu. & ccccclxxxviij. viso puncto.& ccccxxiiij.proponitur.Pau. Castren. consilio clxxix.in causa quam magnificus.j, volum. nouissimo.

Hæc regula & ad personas porrigi potest. Nã omnes homines nascebantur liberi.l.manumissiones.ff.de iustitia & iure.Angel.Institut.de libert.notab. v.in princ.Nam quilibet est liber, nisi probetur seruus. Instit.de libertinis.in princip.& est text.in l. ingenuum. C. de ingen.& manumis.vbi si aliquis se ingenuum dicat, nec probet, non tamen libertatem amittit: & hoc ideo, quia præsumitur ingenuus & liber. Quod ad res attinet, regula nostra probat.

Regula sic ampliata procedit in Ecclesia,quæ nullum præsumitur habere patronum, præter Episcopum. Bald.& Imol.in c.venerabilis. de exceptio.

Amplio, vt procedat in Comite qui sit sub dominio Regis.in dubio enim præsumitur habere comitatũ iure proprio,non autem tanquam feudalem, vt dicunt Host.Ioan.Andr.l.fin.in verb.respondit.suprà de iudic.cap.nimis.vbi Anto.de Butrio. ff. de iureiur.Alex.cõs.xv.volum.v.Cardi.Alexãdrin.in Rub. feudo.versic.xv.

Limita,nisi facti essent aliqui actus,qui essent de natura feudi,veluti petitionem inuestituræ.c.vnico.§.si verò.quid sit inuestitura, in vsib.feud.vt declarat Cardin.Alexand.in d.rub.

Fallit,quando esset fama,quòd talia bona sunt feudalia,& essemus in antiquis:quia tunc fama plenè probat.c.veniens.j.de testib.c.quid per nouale. extr.de verbo.signific.Alex.Imol.di.consi.xv.

Fallit,quando constaret in genere,quòd aliquis haberet bona feudalia talis domini:& requisitus à domino, pro quibus bonis præstaret homagium, hoc nõ faceret. Spe.tit.de locat.§.nunc aliqua.versi.lxij.Iacob.Beluis.& Bald.c.j.§. vassallus.si de feud. defun. conten. sit inter domi.& agn.in vsib.feud.Bal. cõsi. ccxxv.vol.j.

Fallit,quando probaretur, quòd antecessor habuisset illa bona in feudum: quia præsumuntur in eodẽ iure,& qualitate peruenisse ad hæredem, secundum Baldum in leg.si cuius.ff. de vsufr. And.Sicul. consi. xviij.vol.ij.

Fallit

Fallit in Ecclesia, quæ concedit Iurisdictiones, vel pensiones: quia in dubio præsumitur concessisse in feudum. c. ad audientiam, vbi Bald. extr. de præscript.
Fallit, quando probaretur res esse emphyteutica, vel seruitutem debere. glos. & doct. in d. l. altius. Prat. reg. 492.

¶Libertus: sententia lata contra libertum præiudicat patrono scienti, & patienti. Bart. & Alexan. l. sæpe. numero 100. ff. de re iud. l. patronum. ff. si liber ingen. esse dicatur. Innoc. capitulo quamuis. de senten. & re iud. Doct. com. capitul. cum super. eodem titulo. Bal. l. si fine. C. ad vell. Ant. c. inter. de maior. & obed. Med. reg. 8.

¶Libertus relationem habet semper ad patronum, vnde quemadmodum liberto persona patroni semper honesta & sancta videri debet, ita libertus patrono semper obediens se præstare debet, lege, liberto. ff. de obsequiis. Euer. in loco de liberto ad vasallum. num. 7. per hanc reg. de qua per Ioan. Roncheg. l. eandem. numero 43. ff. de duo. reis. Ias. l. fin. nu. 29. C. de ind. vid. toll. Decis. Pedem. 113. nu. 10. Boer. decis. 48. numer. 3. Dec. 242. num. 10. Bald. Nouel. in tract. de priuileg. dot. num. 15. Afflict. Decis. 209. num. 2. Boer. Decis. vigesimatertia. numero 7. Ias. leg. transigere. numer. secundo. C. de transac. Med. reg.

¶Liberti sententia non præiudicat patrono, etiam scienti. gl. l. sæpe. ver. interueniēte. vbi Alex. nu. 1. ff. de re iud. qui dicit hanc esse com. quemadmodum ipsemet declarat. nu. 100. Med. re. 8.

¶Liberalitas. De re. iu. l. diuus. 24. Vide Necessitas. Liberi. Riisvvich.

¶Libertas. Paul. lib. ij. ad edictum.
Lex cxvj. al. cv.

Libertas inæstimabilis res est.
Res sola quum æstimetur quæ patrimonio & vsui subiicitur: ideo libertas per pecuniam æstimari non potest. l. non est. §. infinita. inf. cum simil. l. procurator. §. fin. rem rat. haber. §. penult. in ver. cum libertas. Inst. qui manum. non poss. Viuien.

¶Libertas. L. 165. Gaius libro octauo ad edictum prouinciale.
Libertas omnibus rebus fauorabilior est.
Iunge ad l. 106. libertas, l. 21. l. 137. §. fin. de manu. test. l. si ita scriptū, l. si ita fuerit libertas, de re iudi. l. inter pares, C. de ser. pig. l. 1. ff. de ma. tes. l. Iunia patronis. de cō. ser. ma. l. 1. §. fi. Exc. ad Treb. l. si patroni, §. sed etsi sine, de lega. 1. l. si seruo leg. §. si seruus, de ma. test. l. cum ex plu. l. libertas, de leg. 1. l. si quis à filio, §. si quis plu. C. de hæredibus instituend. l. extraneū. Riisvvich. paratit.

¶Libertas. Caius lib. v. ad edic. Prouin.
Lex cxxij. al. xvj.
Libertas omnibus rebus fauorabilior est.
Vid. l. quoties. l. in obscu. eod. hoc ti.

¶Libertas. L. 136. Paulus libro vndecimo ad Plautium.
In his quæ officiū per liberas fieri personas leges desiderant, seruus interuenire non potest. §. Non debeo melioris conditionis esse, quàm auctor meus, à quo in me ius transit.
Addit. a al. In omnibus officiis.
In his. Al. in iis of. Al. in omnibus officiis. Faber legit: In iis quæ ex officio. inf. l. 180. in omnibus off. inf. l. fin. de recep. ar. l. Pedius, §. 1. si quis cau. l. si quis seruum. Desiderant. C. de testib. l. quoniam liberi, de arb. l. parui, §. in seruo, Inst. qui da. tu. poss. §. seruus autem. al. qui mil. non pos. l. pen. §. fi. de proc. l. seruum quoque, §. 1. C. de tabell. l. generali. Exc. de off. præ. l. Barbarius. Terentius: Seruum hominem causam orare leges non sinunt, nec testimonij dictio est. Riisvvich. paratit.
§. Non debeo. Iunge ad l. 55. l. 166. nemo plus, l. 138. qui in ius, l. 120. aliud, ad Vel. l. fin. §. 1. de acquir. possess. l. 14. Pomp. §. 1. de cōtrahen. empti. l. alienam, Instit. de vsuc. §. furtiuè, §. quod autem, de exc. do. l. 4. §. de auctoris, §. sed si cum, ad Treb. l. postulante, de exc. rei iud. l. 1. in princ. l. fin. in fin. Exc. de hæredib. tut. l. 1. Riisvvich. paratit.

¶Libertas & seruitus. L.[a] 33. Vlp. 43. ad Sabinum. a al. 32.
Quod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur, non tamen & iure naturali, quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales sunt.
S. l. in personam, 23. inf. l. seruitutem, 209. l. in omnibus off. 136. l. qui in serui. 16. l. cùm seruus, 108. de testamētis, l. qui testamento, §. seruus, de verborum signification. l. illa verba, de appel. l. serui, l. creditor, de c. mi. l. liberos, in fin. C. de tab. l. generali, ad legem Aqu. l. 2. respon. 1. & 2. si quadru. pau. leg. 1. de nox. leg. si extraneus. Naturali. L. naturaliter, 13. l. 6. de cond. ind. iūcta l. ius ciuile, de iust. & iu. de ac. & ob. leg. 19. seruus non in omnibus. Gellius libro 2. cap. 7. Exc. De iud. l. vix, de fal. l. nullo, de accu. leg. hos, §. si seruus, de sol. l. Stichum aut, §. vsumfruct. Insti. de stip. ser. §. sed cùm factum, de ali. le. l. seruos, de his qui pro non script. l. 3. C. de hæredib. insti. leg. cùm proponas, in fin. ad Trebellian. l. seruo inuito, de eden. l. Prætor, §. sed etsi seruus. Nullis. De iure dot. l. 1. Riisvvich. paratit.

¶Libertas. Pompo. lib. vij. ad Sabinum.
Lex xxv. al. xxj.
Quoties dubia est interpretatio libertatis, secundum libertatem respondendum erit.
Vid. gloss. & tex. l. Iulia. de manumiss. l. inter pares. de re iudic. Viuien.

¶Libertas. L. Pomponius lib. 6. ad Sabinum.
Quotiens dubia interpretatio libertatis est, secundum libertatem respondendum erit.
Interpretatio benigna, iunge inf. l. 140. in obscuris. l. libertas, de rebus dub. leg. 1. l. 11. §. final. de manu. test. l. si peculium, §. final. Sim. inf. 86. l. in ambiguis, de probat. l. cùm de ætate. Ratio, inf. l. semper in du. C. de fideicomm. l. cum inter, 14. in fi. sup. eod. tit. l. si quis in test. l. si seruus legatus, de manu. test. l. si ita scriptum. l. si ita fu. 40. l. si peculium, de test. tu. l. si hæredit. §. fin. 10. Libertatis. Phrasis similis est, si quis omiss. caus. test. l. 1. §. qui sub. Aliàs malet Faber legere Voluntatis. Exc. de manumis. test. l. cùm à pluribus, de rebus dub. l. si quis de pluribus. Riisvvich. paratit.

¶Biberare. Paulus lib. lxv. ad edictum.
Lex cliij. al. cxcvj.
Ferè quibuscunque modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur: [a] quum quibus modis adquirimus, iisdem in contrarium actu [b] amittamus. Vt igitur nulla possessio adquiri, nisi animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua vtrunque in contrarium [c] est.
Addit. a cum in P. Flor. aliàs vt. b amittim. in P. Flor. c. deest in P. Flor.
Coniunge l. quemadmodum. de acquirend. possessio. & vid.

& vid.amplius reg.nihil tam naturale. Qui consensu obligantur, contrario consensu re integra liberātur. Qui re data obligantur, re soluta liberantur. Viuiennus.

¶ LIBERARI. In quibus casibus filius liberetur à patria potestate.
In Auth. de incest.nupt.§.2.
In Auth.de digni.& Epi.
Aureum pro solido computari.
In Auth.de defen.ciui.§.& illud.
In Auth.de iud.§.item nulla.§.autē. Azo.rub.4.

¶ LIBER. Liberi hominis emptionem contrahi posse plerique existimauerunt, si modò inter ignorantes id fiat, &c. Licin.libro 8. Regu. De contrahend. empt.l.70.

Si liberum hominem emptor sciens emerit, capitale crimen aduersus eum ex leg. Flauia de Plagio nascitur, quo venditor quoque fit obnoxius, si sciens liberum esse vendiderit. Vlp.lib.1.reg. Ad leg. Flauia. de Pla.l.1.

Liberum corpus non recipit æstimationem. Si quadr. pau.l.3. Riisvvich.

¶ LIBERTAS. De reg.iu.l.107.libertas inæstimabilis.195.libertas omnibus.21.quoties dubia.137.§.infinita.l.in obscura.vide Seruus.

Naturali libertate homines omnia pro voluntate exequuntur. Inst. de iu.per.& libertas.

Libertatis conditio ea intelligenda est quæ ad libertatem producit, quamuis natura grauior, & durior sit. Pomp. Reg.lib.sing.de con. & de.leg.35. Riisvvich.

¶ LIBERATIO. vide Propésior, Obligatio, Sanguis.

In omnibus speciebus liberationum etiam accessiones liberantur, puta ad promissores, hypothecæ, pignora, præterquam quod inter creditorem & adpromissorem confusione facta reus non liberatur. Vlp.2. lib.Reg.de sol.l.43. Riisvvich.

¶ LIBERATIO generalis non extenditur ad actionem realem.l.& vno.§.1.ff.de accep.Bar.l. Aurelius. §.quia.ff.de liber.leg.Bald.l.cum necessitatē.C.de fideicom. idē l.pactum. quæst.12.C.de collat.Abb. cons.3.num.14.vol.1.item nec ad incognita, etiam si intercesserit iuramentum. Ias.l.cum Aquiliana.ff.de transact.Paul.l.fi.§.itē.ff.de cōd.indeb. Medic.re.1.

Liberatio nulla est, vbi nulla interuenit obliga.Ias.l.decem.numer.2.vbi Alexan.& Bar.ff.de verb.obl.cōc. Abb.c.de infidelibus.numer.5.de cons.& affin. Ias.l. si quis maior.nume.24.C.de transac.leg.si sic.§.simili.numero 4.ff.de leg.1.& in rub.ad Treb.nu.7.Alexan.leg.nullæ.nume.1.ff. de acquir. hæred. Pau.leg. manumissiones.num.7.ff.de iust. & iur.leg.si ædes. numer.2.ff.de serui.vrban.præd.leg. sub cōditione. numer.2.ff.de sol.leg.legata.num.6. ff.de adim.leg. Dec.cons.278.nume.6.decis.15.nu.2. in titu.de procura.decis.14.nume.3.de rescr.in antiq.Petr.in trac. de testam.capitu.4.numer. primo. Iacobus Menochius in trac.de recuper.poss.Rem.13. nume.53.Cæpha.cons.93.nume.9.cons.248. nume. 15. decis. Pedem.120.num.7.Roland.in tract.de lucr.dot.quæst. 93.numer.5. Medic.reg.6.

Liberatio obligationis fit per vnicum implementum. Anch.c.non potest.col.2.de præb.6.per l.dotis promissio.ff.de iur. dot.l.inter. §.ff. de pac.dotal.l.matrimonij. ff. qui & à quibus. l.cum pater.§.pater. ff. de leg.2.l.1.§.si cui.ff.vt leg.nom.caueatur.l.fin.ff.de bon.aut.iud.poss.l.sciendum. ff. de verbor. obligat. Barto. l.ab emptione. colum.1. ff. de pact.gloss.l.Pōponius.§.sed & si ver.de rato.ff.de procurat.l.si cum fundum.ff.de cont.empt.Bart.l.Claudius.ff.qui pot. in pig.hab.Doct.com.l.Permisceri. §. species.ff.de acq.poss.Tiraq.l.si vnquam.ver.suscepit. nume.191. C.de reu.don.Bar.Authentic. sacramēta puberum. C.aduer.vend. Medic.reg.4.

¶ LIBERATIONEM obtinens, accusatus quacunque de causa, & quocunque modo non tenetur comparere personaliter, licet aliàs regulariter accusatus de crimine læsæ maiestatis comparere teneatur, & hoc propter geminationem verborum.l.penultim. §.ad crimen.ff.de public.iud. Angel.in consilio 28. Barbat.cōsilio fin.volumin.primo.quos refert Ant. Corse.in tract.de verb.gemi.nu. 81. Medic.reg.3.

¶ LIBERATVS dicitur, qui de proximo liberandus est.Barto.l.si pecuniam.§.item. ff. de cond.ob causam, quia proximè accingendus habetur pro accincto.Bart.l.si mater.§. ea.ff.de exc.rei iud. neque curatur illud modicum tempus: & dici solet, quod potentia proxima actui habetur pro actu.l.penul.ff.de testamen.mil.Iaso.leg.admonendi.1.lect.num.55.& sequen.conc. Abb.capit. Ecclesia.de immunit. Eccle. Med.re.5.

¶ LIBRARIVS. De reg.iu.l.93.si librarius.

¶ LICERE. L.22. Vlpianus lib.22.ad Sabinum.

Non debet cui quod plus est, a licet, quod minus est, non licere a al.Deest est.

CVI QVOD PLVS. S.in quantitate, ne obstet. l. solemus, de iud.in fine.vt eam cōciliat Oldendorp. Ratio, capitu.35.plus.inf.leg.111.in eo quod plus. Iunge l.24.cuius est don.l.166.cùm quis, l.si legata, de ma.test.ca.cui licet,53.in 6.de don.caus.mort.l. tam is,leg.si mortis,§.itē Marc.de don.l.7.in fin.distinctione 95.cap.ecce, de decimis, c.ex.23.12.quæstio.1. cap.præcipimur, c.si qui Episcopi, de adul.l.nec, §. ius occidendi.de in lit.iu.l.videamus,4.§.Iurare.16. quæst.2.c.1.de don.l.si filiusfamil.in fin.distinct.15. cap.si illud super. Huc pertinet reg. Ridiculum, inf. in lib.meo singulari script.de inter.& re. l.7.§.fin. Econtrà de senten. ex.capitu.cùm illorum, de elec. c.cum cunctis, de sena.l.quia indignus, Insti.mandati,§.is,de ser.expor.l.cui, C.eo.tit.l.fi.quæ res pign.ob.poss.l.1.§.1.de pœnis,l.moris,de inter.& re.l. fin.de accu.l.seruos,de iniur.l.mea, C. de senten. & inter.l.nulli,de his qui.vt indign.l.aut debet, §. qui pignus,2.quæstio.1.capitul.Deus omnipotens. Secus de prob.c.cui, cùm in illis,§.fin.de cōs.distinct. 2.cap.comperimus, de admin.tu.l.cum quæritur, de proc.l.in causa.Contrà de transla.capit.si.contrà 33. quæstio.2.c.latorem,17.quæstio.4.miror.ca.de tornea.capit.1.de rap.capit.2.de ed.l.3.§.1.C. de patria potest.l.fin.Excipe correctiuam materiam. Auth. quas actiones.C.de sacros.eccl.& ibi glos.Secundò materiam dispositionis, de fi.presb.cap.1.c.2. Abb. in cap.at si cle.de adul.Tertiò Mandatū de præbendis, in 6.c.ei,§.fi.Quartò Decretum, de rebus eo. l.si pupillarum,§.si Prætor.Quintò de leg.1.l.si filiusfa. 117.§.fi.Secus de off.Præ.l.illicitas, §. qui vniuersas, iunct.l.1.§.his filio exhæredato, §.eius.de iniust.test. l.Caius,C.de præd.l.3.iūcta l.1.C.com.iud.de proc. l.in causæ,de admin.tu.l.cùm quæritur, de vsur.l.1. §.licet.C.de Episcopis, Auth.epistolarū, C.de trās. l.transigere, C.de an.exc.C.ad Vell.l.3. §. quamuis, C.de agri.& cen.l.quemadmodum, de deci.rap.c.super.de don.c.tua, de torne.c.fœlicis, de off.or.c. pastoralis.de tem.or.c.literas, distin.50.cap.placuit, distinct.80.ca.episcopi nō in.dist.88.episcopi guber. Vide Brocardica. Riisvvich.paratit.

¶Licere. Vlpian.lib.xxvij.ad Sab. Lex xxij.
Non debet,cui a quod plus est. b licet, quod minus est non licere.

Addit. a deest in P.florent. b deest ibid.

Coniunge legem,si legato.xj.de manumiss.testament. cùm ergo filiofamiliàs militi liceat condere testamentum licebit & codicillos. & concordat hæc regula cum regula cui licet.in vj. Viuiennus.

¶Licere & facere. Vlpian.libro xxvj.ad Edictum. Lex xlj. al xlij.
Non debet actori licere,quod reo non permittitur. In re obscura melius est fauere repetitioni, quàm aduentitio lucro.

Hinc est quòd licet reo, dilatio amplius quàm semel facilè non tribuatur, & actori facilius denegetur, vti habetur hæc reg. non debet actori. eodem titul. in 6.Et in effectu actor non debet esse melioris conditionis quàm sit Reus. eo quòd sicut reus, non possit post litem contestatam reuocare procuratorem. l. post litem.sup. de procur. pariter nec actori licet.l. quæ omnia.eod.tit. Viuiennus.

¶Licere Tempus. Paulus libro lxij. Ad Edictum Lex cxliiij. al.l.cviij.
Non omne quod licet,honestum est. In stipulationib. id tempus spectatur,quod contrahimus.

Coniunge l.si filiusfamiliàs 61.de verbo.oblig.nam licet circumuenire in emptione,sed non decet.& vid. inf.l.semper in contractibus. Viuiennus.

¶Licere. Bonifac.Reg.lxvij.
Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit.
Vide Moxel.hîc & Ang. Viuiennus.

¶Licitum. De reg.iu.l.non debet cui.l.quod alicui. l.187.
Non omne quod licitum. in vi.ca.57. Quod alicui suo licet nomine,alieno licebit.
Quod non est licitum,necessitas facit licitum. De fer. cap.licet.de off.eius.l.1.§.1.De pet.hær.l.diuus.
Liciti prætextu illicitum non committi. De ex.cri.l.2.
Licitum coarctari vt illicitum euitetur. De suf.tu.l.tutor.§.1. Riisvvich.

¶Licitum illud est,cuius contrarium est illicitum. Bart.in l.vt vim.ff.de iust.& iu.Declaratur ista regula à Io.Bolog.in d.l.vt vim.nu.12.
Cui licet quod est plus, licet etiam quod est minus.c. cui licet.de reg.iur.
Fallit vt per Dyn.in d.§.cui licet, contrariam regulam cum suis limitationibus ponit Damas.reg.135.
Licitũ cui non est suo nomine,nec alieno licet,c.quod alicui,de reg.iur.
Fallit vt per Dyn.in d. c.quod alicui.
Licitum quod mihi est agere meo nomine,etiam alieno licet.c.potest quis.de reg.iur.
Fallit vt per Dyn.in d.c. potest.
Licitum quod est in genere, non est licitum in specie. fallit vt per Damas.reg. Donat.Fina,lib.5.

¶Licitum. Quod est licitum in genere,non est licitum in specie.

Pro.

Ext.de off.ord.c.si sacerdos.
8.q.2.c.quod autem.
13.q.2.non æstimemus.
D.de quæst.l.1.§.qui quæstion.
D.de iniuriis.l.item apud.§.cui.

Contra.

Ext.de appell.c.inter cætera.
Ext.de rescrip.c.ad hæc.
Ext.de dol.& contu.c.ex literis.
D.si quis caut.l.sed & si.§.quæsitum.

Solutio.

Quod licitum est in genere,& è conuerso,nisi descensus ad specialia occasionem mali inducat, vt patet per exempla posita in prima parte Rubri.& C.quæ res pig.oblig.poss.l.1. Damas.reg.27.

¶Licita tantum veniunt in generali dispositione. l.quod seruus.ff.de acq.poss.l.si pat.ff.de his, quæ in fraud.cred.l.si procurator.ff.de cond.inde.Abb.cõsilio 63.num.2.lib.1.conc.l.qui peculij.ff.de peculio.l.3.§.plane.ff.quod vi aut clam.dixi suprà in fal. 1. Medic.reg.1.

¶Limitata relatio limitatum relatum declarat, ita in terminis Paris.consi.102.num.25.volu.1.sicuti limitata causa limitatum producit effectum.l. in agris.ff.de acquiren.rerum dom.Dec.consilio 21.nu. 18. Medic.reg.10.

¶Literae beneficiales subreptitiæ, sunt ipso iure nullæ.Innocent.& communis opinio doctor.in capitu.ad audientiam.lo.ij.de rescriptis. vbi vide Felinum.
Amplia tripliciter,& limita dupliciter,vt per eum ibi. B.Dias reg.445.

¶Literae ad lites impetratæ sine speciali mandato non valent,nisi impetrentur per coniunctam personam.c.nonnulli,§.sunt & alij,de rescrip.
Ampliatur in 7.casib.& limitatur in 8.per Feli.in d.§. sunt & alij.
Literæ priores in data regulariter præualent,c.capitolium,de res.
Fallit in 3.casibus,vt per Felin.in dicto capitulo capitolium.
Literæ ad lites subreptitiæ non sunt nullæ ipso iure, sed ope exceptionis,c.ad audientiam.de rescrip.
Ampliatur in vno casu, & limitatur in 11.à Fel.in d.c. ad audientiam.
Literæ beneficiales subreptitiæ, sunt ipso iure nullæ, no.in d.c.ad audientiam.
Ampliatur in tribus casibus,& limitatur in 2.per Feli. in d.cap.col.13.
Literæ plures ad diuersas ecclesias sub eadem data impetratæ non valent.Fallit in duobus casibus, vt per Fel in cap.in nostra, de rescript. vbi est communis opinio.
Tres alias conclusiones videas infrà.in lib.v. regularũ communium.in ver.literæ. Don.Fin.lib.1.

¶Literae ad lites impetratæ sine speciali domini mandato,non valent,nisi impetrentur per coniunctam personam.text.est in capit.nonnulli.§. sunt & alij.de rescript.
Amplia septem modis,& limita octo modis: quarum vltimam limitationem limita sex modis, vt per Felynum ibi. B.Dias reg.442.

¶Literae priores in data, regulariter præualent, tex.in cap.capitulum.secundum communem intellectum,de rescript.text.in cap.si duobus.cum glos. verbo,non apparet.eodem tit.lib.6.text.in capitu. eum cui.de præbend.libro sexto. & ibi gloss. quod tanquam regulare præsupponunt doct. in cap. eam te.de rescriptis.
Amplia vno modo,& limita tripliciter,vt per Fely.in d.ca.capitulum.vbi primam limitationem ampliat vno modo,& limitat dupliciter. B.Dias reg.443.

¶Literae ad lites subreptitiæ,non sunt nullæ ipso iure,sed ope exceptionis:probatur in cap.si autem. & in capit.plerunque.de rescript. & doctor. tenent in capitulo cæterùm.eodem titulo. firmant domini de Ro-

ni de Rota in decis.decimatertia.titul.de officio de leg.in nouis.

Amplia vno modo, & limita vndecim modis, vt per Felinum in capit.ad audientiam.lo.ij. de rescriptis. B. Dias reg.444.

¶LITERAE missæ soluuntur morte, si mors peruenerit antequam sint acceptæ, nec obligant hæredes, Bartol.l.Aretusa.ff.de stat.hom.Baldus l.1.colum.13. C.de confess.Innocen. capitu. cùm dilectus.de succes.ab intest. Ant.capitu.fin.de cõs.Barbat.cap.cùm dilectus.capitu.post cessionem.de proba.Giral.singu.27. Marsil. Rubric. C. de proba. Paul.l.qui Romæ, §.Augerius.ff.de verborum obligatio. Medic. tract.2.par.

¶LITERAE plures ad diuersas ecclesias, sub eadem data impetratæ, non valent. Hostiens. & Ioan.Andræ.Cald.But.Imol. & Abb.in capitu.in nostra. de rescriptis. & est communis opinio secundum Felinum, ibidem contra gloss. Innocentium & Abb. antiquum.

Limita dupliciter vt per Felin.ibi. B. Dias reg.446.

¶LITERAE Principum geminatæ habent vim motus proprij.Bald.in l.nec damnosa. C. de præc. imper.offer.Roma.l.si verò.§.de viro.51.fallen.ff.solu. matrimo. Medic.reg.3.

Literæ relatio clausulæ in literis positæ est ad contenta,& concessa in eis,& non ad extra fieri debet. Augu.Ber.cons.15.nu.4.vol.1.l.hæredes palam.§.sed si. ff.de testa. l.si seruus plurium. l. talis scriptura.ff.de leg.1.l.numinis.ff.de leg.3.Bald.l.1.C.de his,quę ante apert.tab. Medic.reg.10.

¶LITERIS ordinarij iudicis credendum est, & illis fides omnino est præstanda, licet testes in eis non sint subscripti,& hoc propter eius auctoritatem.ca. j.& c.quoniam.de probat.dist.lxx.cap.non det.doc. in c.post cessionem.de probat.

Fallit primò, quando literæ non sunt sigillatæ, secundum Ioan.de Imol.in l.post cessionem.de proba.& gloss. not. in l. si procuratorem, in verb. intelligendum.ff.de procurat.& Domini.decis.ccxlviij.incip. Item quod voluerunt.

Fallit, etiam quando consuetudo loci,& stylus curiæ aliter suaderet, quia stylus & consuetudo est obseruanda.Innocen.in capitu.j.de procurat.Ange.consi. lij.Alexander cons.cxix. numer.10.volum.vj. immo dicit Alexan.quòd plus operatur consuetudo,quàm statutum,quod not.

Fallit etiam quando tractaretur de maximo præiudicio scribentis, quia nulla sibi fides esset præstanda propter suspicionem,& ad præiudicium alterius.Ita Deci. in dict.cap.post cessionem. num.27.& 34. max.in iudicialibus.

Fallit etiam quando contra iudicem scribentem, esset suspicio fraudis.Ita Deci.in d.capit.nume.33.de qua suspicione maxima, & fidelis fieri debet indagatio, secundum can.in c.j.de procurat. & Domi.de Rota decis.x. I.Nouel.reg.80.

¶LITERIS ordinarij creditur sine testium subscriptione, quando de modico præiudicio agitur. Calder.consilio 3.in titu.de fid.instrum. Dec.c.causam. colum.2. de prob.numer. 6. capitu.post cessionem. colum.8.eod.titu.conc.simil.Bart.l.si quis à liberis. §.si quis.ff.de libe.agnosc.l.3.§.causæ.ff.de Carb.ed. & in tract.ad reprim. vers.summariæ.colum.3.Bald. l.1.C.vt in poss.leg.Cau.Crau.cons.182.num.15.Felin.cap.quoniam contra. colum.1.de probat. l. scio. ff.de in integ.rest. Medic.reg.6.

¶LITERIS ordinarij iudicis non creditur, si in eis testes descripti non sunt.vt in c. j. & in capit. quoniam.de proc.& plenè per cano.in cap.post cessionẽ extrà,de prob.in antiq.

Primò fallit,quando consuetudo loci est quod credatur:cum ipsa consuetudo loci attendenda sit in hoc vt voluit Innocẽt. in dict.cap.j.de proc.in ij.oppo. & Ioan.Andr.in dict.capit.post cessionem.& Ioan. Cald.ibid.& ita communiter tenetur per cap. cum dilectus.extrà,de fide instrum.& per id quod habetur in l.j.& ij.C.de summa Trinitate.

Secundò fallit,quando tales literæ eius sigillo sunt sigillatæ,vel contra producentem facerent fidem,per id quod habetur in l.si procuratorem.ff.de procur. & C.de rebus credit.l.ij.& extrà,de sim.capitu.si ad quorundam.& in clem.j. de proc.secundum Ioan. Cald.& Ioan.de Imol.& Nic.in dict.c. post cessionem.de probat.

Tertiò fallit,in literis commissionis iurisdictionis, vt quia per eas delegatur iurisdictio: cum talibus literis credatur sigillatis sigil.ipsius ordinarij, extrà,de offic.deleg.c.cum in iure.ad hoc quod not. domini de Rota, decis.ccxlviij.quæ incipit, Item voluerũt. & quod habetur in l.si per calumniam.C.de episcopis & cler.& Gul.de Cu.& Bar.in dict.l.si procuratorem.pro quibus facit quod habetur in c.significauit.extrà,de appell.à contrario sensu. & quod not. Anch.in c.j.de offic.deleg.in 6.

Quartò fallit in literis citatoriis,monitoriis,seu requisitoriis:cum talibus literis cum sigillo ipsius ordinarij credatur,per id,quod habetur lxx. distinct.nõ det.& extrà,de offic.deleg. prudẽtiam.in prin.& c. cum causam.xviij.dist.si episcopus.imo & creditur literis sigillatis per capitulum:per ipsas enim recognoscitur canonicus ad electionem.xviij.q.iij. statutum.extrà,de elect.c.cum inter I & P.& etiam secundum Ioan.Cald.& Imol.

Quintò fallit, in leuibus, seu in his quæ sunt modici præiudicij:cum in his credatur literis ipsius ordinarij suo sigillo sigillatis.& vide de his plenè per can. in d. c.post cessionem.extrà,de probat.

Sextò fallit,in literis testimonialibus attestantibus factum,de præsenti emanentibus super his, quæ fuerunt in iudicio de pertinentibus ad officium ipsius scribentis,seu scribi facientis:& hoc si fecerit ad requisitionem propriam,cum tunc eis credatur: præsertim si papa in commissione dixerit se fidem relationi habiturum.extrà,de appell.c. intimasti. & de purg.can.capitu.cum dilecti.vers.igitur. secundum Ioan.Cald.& Imol.

Septimò fallit,in his literis testimonialibus emanantibus super his,quæ fiũt in iudicio tempore datæ. de pertinentibus ad officium scribentis,quando in his literis concurrerent plura sigilla plurium ordinandorum:ordinariorum: cum tunc ipsis literis credatur.extrà,de dolo & contu.c.cum olim.& dict.cap. veritas.secundum ipsos Ioan.Cald.& Imo.dict.cap. post cessionem.extrà,de probat.

Octauò fallit,in ipsis literis testimonialibus attestantibus factum extrà iudicium, præsertim cõmissum coram se ad officium ipsius scribentis:cum tunc credatur ipsis literis,secundum Hostiens.in d.cap. post cessionem.& Imol.in dict. capit.2.ad quod not. in dict.c.j.in 3.opposit.

Nonò fallit, in factis valde antiquis, in quibus fortè sufficit præsumptiua probatio:cũ tunc credatur literis testimonialibus ordinariorũ,etiam enuntiati-

uis,si enuntient fines antiquos. vt c. si Papa.de priuilegiis in 6.& c.cùm causam.extrà, probationib.vbi etiam in literis Papæ. B.Socin.reg.303.

¶LITERIS testimonialib. de iure non est adhibenda fides,etiam Episcopi.

Fallit in his quæ sunt leuissimi,aut leuis præiudicij, ita communiter voluerunt Docto.in c.post cessionem, de præb.refert & sequitur Ab.in cons.53.lib.2.

Literarum comparatio,vnà cum litera ad quam fit cõparatio,facit semiplenam probationem.fallit vt per Viuium in suis conclu.ver.comparatio.

Literarum data in beneficialibus est inspicienda.fallit vt per Bello.in litera D.in ver.data.

Quinque alias conclusiones videas suprà in primo lib. in litera L.ver.literæ. Don.Fina,l.5.

¶LITIGARE tenetur quis per se in iudicio , maximè criminali.l.fin.C.de procur. & in cap.pastoralis, de iudiciis.

Primò fallit,in magistratibus , quia ratione officij possunt per alium litigare.l.non solum.ff.de procur.

Secundò fallit in excommunicato , quia per alium debet litigare.vt in c.intelleximus.de iudic.

Tertiò fallit, in episcopo , qui per aliũ litigare potest. vt v.q.j.c.quia episcopo.

Quartò fallit in vniuersitate. vt in l.item eorum.& in l.j.ff.quod cuiusque vni.nomine.

Quintò fallit in illustribus personis quæ per alium litigare possunt.d.l.fi.C.de proc.

Sextò fallit in his,qui nõ habent discretionem, vt sunt pupilli,prodigi,& furiosi,& similes.vt not.dicit Anton.de Butr.in c.pastoralis,de iudic.qui ponit 6.suprascr.fallent.

Septimò fallit, quando delinquens esset positus in carceribus : quia propter necessitatem datur procurator, nisi pro alio delicto fieret inquisitio cõtra eum in alio loco:vt dicit Bald.in l.eos.§.super his.in fi.ff. de appel.& vide quod not. Bald. in l.minimè. C.de appellat. B.Socin.in reg.302.

¶LITIGANDI iustam causam,prætendere potest reus.secus est in actore.l.qui in alterius.vbi Doct.ff. de reg.iur. Medic.reg.9.

¶LIS inter patrem, & filium regulariter esse non potest.vt l.lis.ff.de iudi.& l.actiones.ff. de act. & obli. sine veniæ petitione.l.fi. C. de in ius voc.& sic eodẽ modo contractus non valet.l.j.§.fin. de contrahen. empt.& §.post mortem.Instit.de inu.stipu. & l.j.C. de inoff.dona.

Primò fallit , vbicunque vellet filius agere contra patrem extraordinario officio iudicis : quia tunc posset bene agere, venia tamen petita:vt in gloss. valde not. iuncto tex. in l.cogi. §.si pater filio, ff.ad Trebel.& not.in l.3.§.si ea.ff.de bon.poss.

Secundò fallit,in causa alimentorum: nam si pater denegat alimẽtare filium, vel filius patrem,eo casu inter eos poterit esse lis. text. in l.si quis à liberis. in prin.ff.de lib.agno.& tex.in l.fin.§.ipsum autem.C. de bonis,quæ liberis.& in l.nec filius.C.de pat.pot.

Tertiò fallit,in castrensi vel quasi castrensi : nam in his bonis poterit esse lis inter patrem & filium , vt est text.iuncta glos.in l.adop.in princi.ff. de in ius voc. & tenet gloss.in dict.l.lis nulla.& est textus in l.cùm oportet.in §.eo.C.de bonis quæ lib.

Quartò fallit vbicunque inter patrem,& filium esset facta obligatio, & firmata iuramento : quia tunc inter eos poterit esse obligatio. ita notanter tenet Bald.in l.iij. C.pro donato. Quia iuramentum est de iure naturali , quo iure non consideratur patria potestas.Et idem etiam tenuit Ioan.Andr.in tit.de test.gloss.in verb. Vber.de Bob.in addit. Specu. Et hoc est secundũ eum:quia ista donatio non est prohibita per legem,nec reprobata, secundum ea quæ not.in l.cùm lege.de fideiusso. & per Bald.in l. non dubium.ff.de legat.Sed Paul.de Castr.in suo consilio ciij. consuluit contrarium & malè. nec fuit recordatus de eo , quod dixit Bal.in dict. l.iij. C. pro do.nec de regulis quas ponunt doctor.in capit.cum contingat. de iureiurand. vbi dicunt, quòd quando actus est prohibitus , quia est contra bonos mores ciuiles,non vitiatur iuramentum , quod est de iure naturali: vnde ius canonicum non considerat aliud, nisi an iuramentum possit seruari sine peccato , vel non:istud ponderat text.in dict.capitu.cum contingat.& in capit.licet mulieres.eod.tit.lib.6.& capit. ij.de pac.eod.lib.

Quintò fallit,si filius alieno nomine, putà tutorio. vel curatorio nomine conueniat patrem:quia hoc casu potest.text.in l.quæsitum.ff.de in ius voc.& in authentic.vt liceat matri & auiæ.in princ.quod secùs esset,si esset procurator in rem suam:quia non licet filio accipere cessionem actionum contra patrem, vt est casus secundum vnam lect.in l. actiones.ff.de actio & obliga.& ita tenet Ang.in d.l.lis nulla. qui dicit illum text.esse ad hoc perpetuò notandum.

Sextò fallit quia ista regula procedit de iure ciuili , secùs autem de iure canonico:quia de omni causa inter patrem,& matrem & filium potest esse iudiciũ. ita not. Ioan. Andr.in c.in anima.in gloss. pen. de iud.libro 6.& idem tenet Angel.in dict.l.lis nulla. qui dicit hoc esse vtile in terris ecclesiæ. & ego allego de hoc gloss.de iure cano.valde not.vna est. xxiij.quæstio.4.c.si ecclesia.alia ij.quæstio.vij. quare.tertia est in c.fin.in gloss.pen. de iud.lib.vj. quas communiter sequuntur , & pro hoc allego bonum text.in capit. non est nobis.de spons.qui text. vult quòd in causa matrimoniali inter patrem & filium possit esse iudicium.

Septimò fallit,quando pater filium maledixit,& cõtra pietatem tractat:quia tunc filius potest cogere patrem vt ipsum emancipet.vt not.in l.quidam , cùm filium.de verbor.oblig.

Octauò fallit,quando pater dissiparet fideicommissũ: quia tunc obligatur filio existenti in potestate restituere ante conditionis euentum : & sic filius poterit petere vt remoueatur ab administratione. vt est casus not.in l.Imperator.ff.ad Trebel.& ibi per doctor.per Bart.solum in l.fin.in fi.de sentent. pas. & per eundem in l.3.§. quod si mihi patris. & in l. fin.in princ.ff.sol.matri.alios casus vide per gloss.& doct.in d.l.lis nulla.de iud.& per tex.in l.ius certũ. ff.eodem. B.Socin.reg.301.

¶LIS inter patrem & filium esse nõ potest,l.lis, ff.de iud.l.actiones.ff.de actio.l.fi.C.de in ius vocando.

Fallit in 8.casib.vt per Soc.reg.244.Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 8.vt ego notaui in §.hi,inst.de oblig.quæ ex delicto,nu.4.

Litigare quis tenetur per se,maximè in iudicio criminali.l.fin.C.de procu.c.pastoralis,de iud.

Fallit in 7.casib.vt per Soc.reg.245.

Lis propriè dicitur quando esset facta cõtestatio.Bar. Fulg.Paul.de Castro in l.causas, C.de transact.

Fallit in 4.casib.secundum Socy.reg.37.in add.

Lite contestata nihil innouari potest. fallit vt per Damas.reg.110.

Litis pendentia inducitur per solam citationem. hanc esse com-

esse communem opinionē attestatur Dec. in l.moræ,ff.de iurisd.,num.46.
Fallit in 2.casib.secundum Baptist.à Villa.concl.131.in litera L. Dona.Fina,lib.3.
¶L I s propriè dicitur quando est facta contestatio. ita Barto.Ful.& Paul.de Cast. in l.causas. C.de trāsact. intellige, quando verbum lis, infertur ad actus iudiciales, seu refertur in materia iudiciali: vt probatur in cap.sæpe,in fi.de appel.& ibi Abb.
Primò fallit quo ad inducendum vitium litigiosi: quia inducitur sola citatione. gloss.in verb.exordium. in c.super quæstionum. de officio deleg. & Bart. in l.j. ff.de litig.
Secundò fallit, etiam quò ad perpetuandam iurisdictionem, vt probatur in capitu. gratum. de officio delegati.
Tertiò fallit, quò ad inducendam litis pendentiā, quæ inducitur sola citatione:vt in lite pendente.
Quartò fallit,vbicunque tractatur de liberatione: quo casus lis etiam dicatur ante litem contestatam. B. Socin.reg.295.
¶L I T I S contestatio in iudiciis possessoriis,videlicet retinendæ, adipiscendæ, & recuperandæ possessionis requiritur:tenet gloss.& Barto.in l.j.C.si de moment. possess. gloss. & ibi Ioan. Andr.Bald.Abb. & alij in c.consultationibus, de offi.delegat. & ita dicit communiter teneri Salicet. in l.fi. C. si per vim vel alio modo. & eam dicit communem sententiam Alexand.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquirenda possessione,qui multa allegat in materia.
Limita dupliciter, vt per Claudium Marmerium in repet. §.nihil commune. l.naturaliter. ff. de acquiren.posses. quem vide singulariter loquentem circa ipsam principalem regulam, quas limitationes ante eum scripsit Ludo.Bolognin. in dict.§.nihil commune,& habuerunt eas ab Alexand.ibi.
Primò in possessorio recuperandæ,in quo delegata est iurisdictio iudici ad certum tempus limitatum,quia tunc potest procedi contra reum etiam lite non cōtestata, etiam ad diffinitiuam sententiam. Ita limitat Ioan. Andr.in cap. consultationibus. de offi.deleg. vt refert Bologninus, & Claudius, vbi suprà, post Alexandrum.
Secundò,quando periculum est in mora, quia tunc nō requiritur litis contestatio.Ita Bald.in l. in certi. C. de interd. Sed hanc limitationem dicit non esse veram Alexander in dict.§.secundum Bologni.vbi suprà:& vide nouissimè Ripam in dict.§.nihil.commune.vbi istam regulam ampliat duobus modis, & limitat aliis nouem. B. Dias reg.447.
¶L I T I S contestatio.L.a87.Paulus libro 7.Quæstionum. al.l.86.
Non solet deterior conditio fieri eorum,qui litem cōtestati sunt,quàm si non,a sed plerunque melior.
A D D I T. a deest essent in Flo.
De litis cōtestatione l.125. pœnalia 139.omnes act.182. de noua.l.29.S O L E T Conciliatio. l. si quis stipulatus 112.de verborum obligation.Iunge l.3. de pec.§. idem,l.sic,C.de act.l.omnes act.de proc.l.pluribus, C.eod.tit.l.neque, l.cùm quis,de iud. l. qui prior,l. vbi,C.de præscript.triginta annorum,l.fin.de compen.l.in rem,de vsur.l.videamus.§.si actionem,l.38. de min.l.Æmilianus 38.de dāno, l. 13.§.si quis opus. D E T E R I O R.Hinc de compen.l.8.C O N T E S T A T I.Concil.l.liberum,C.de fideiuss.l.si per imprudētiam,§.fina.de euict. M E L I O R. C.de iud. l.1.de noua.l.aliam,de leg.1.l.si pluribus, de verborum obligation.l.si Titius,l.si insulam, de vsur.l.lite, Instit. oblig.in princ.iuncta l.quod fauore, C.de legibus Vide Harmonopolum. Riisvvich.paratit.
¶L I T I S contestatio. De reg.iu.l.182.omnes actiones.l.125.pœnalia.l.187.non solet deterior.l.88.
Iniustè litem mouens tenetur ad expensas. C.de iud.l. properandum.§.fin. §. si verò. C. de ep.l. omnes. §. præterea.
Verecūda cogitatio eius qui lites execratur nō est vituperanda.in Vlp.De al.iud.l.item si res.§.potest.
Non differendarum litium causa, sed tollendarum ad iudicem itur.de recep.arb.l.quamuis.
Contumacia litis damno coercetur. De re iud. l.contumacia.
Renuntians liti non videtur fateri.Sing.l.si te.C.de inge.man.& ibi Bald.Ias.in l. postquā liti. C.de pact. Riisvvich.
¶L I T I S contestatio requiritur in iudiciis possessoriis:hanc esse communem opinionem attestatur Iaso.in l.naturaliter,§.nihil commune, ff.de acq.pos. numero.165.



Fallit in 2.casib.vt per Claud.Mari. in d.§.nihil cōmu. nu.58.Fallit in 3.casib.vt per Soc.iu.nu.373.in d.§.
Fallit in 2.casib.vt per Baptist.à Villa.conclusio.124. in litera L.
Per litis contestationem non fit deterior conditio cōtestantis,l.non solet,ff.de reg.iur.vbi Dec.limitat.
Lite non contestata, iudex non potest ad sententiam procedere,no.in l.fi.§.illud,C.de temp.appel.Doc. in c.quoniam frequenter,vt lite non contestata.
Fallit in 8.casib.vt per Soc.reg.239.
Lite non contestata in causa appellationis ad sententiam diffinitiuam perueniri non potest,l.fi.§.illud, ff.de temp.appel.
Fallit in 2.casib.vt per Soc.reg.240.
Litem contestandi animus in dubio, tam ex parte rei, quàm actoris præsumitur, c.1.& ibi doct. extrà de litis contest.
Fallit in 2.casib.vt per Soc.reg.241.
Lite non contestata testes regulariter recipiendi non sunt,c.quoniam frequenter,& ibi per doct.extra vt lite non contest.
Fallit in 13.casib.vt per Soc.reg.242.
Lite incontestata contra absentem regulariter procedi non potest,vt per Innocen.in c.veritatis,extra de dolo,& contu.
Fallit in 4.casib.vt per Soc.reg.243.videas in ista materia Lācil.in tract.de off.præto. in tit.de litis cōtest.
Litis contestatio non requiritur in criminalibus.fallit vt per M.An.Blan.in praxi cri.fol.8.nu.4.
Tres sunt exceptiones peremptoriæ quæ litis cōtestationem impediunt,videlicet rei iudicatæ,trāsactionis,& litis finitæ.Ampliatur & limitatur vt per Frā. Turz.concl.15.
Pactum de non petendo litis contestationem nō impedit.
Fallit vt per Fran. Turz.concl.15.nu.4.
Litis contestatio in iudicio possessorio necessaria est, doct. in d.§.nihil commune.
Fallit in 9.casib.vt per Rip.in d.§.nu.182.
Post litem contestatam an dominus qui dedit procuratorem possit ipsa interuenire in iudicio, distinguēdo declarat Bart.in l.mutari,nu.5.ff.de procur.Donat.Fina,lib.3.
¶L I T I S contestatio.Tempus ante litis contestationem spectandum.
C.quod met.caus.l.1
Tom.2.Reg.Iur. ee 3

ff.de condit. ob turpem causam.l.vlt.
ff.quod ad met.caus.l.si ipsa.
C.de furt.l.subtracto.
ff.ad l. Aquil.l.2.
ff.de cond.indeb.l.in summa.§.sed & agere.
ff.de cond.furt.l.in re.§.1.
ff.de condic.tritic.l.in hæc.in fin.
ff.de constit.pec.l.1.§.vlt.
ff.mand.l.hominem.
ff.de action.empt.l.3.§.4.
ff.rerum amot.l.pen.
ff.de vi & vi arm.l.1.§. rectissimi.& l.pen.
Tempus litis contestatæ spectandum.
ff.de neg.gest.l.lite contest.
ff. commod.l.2.§.in hac.
ff.quod met.caus.l.quantum.
ff.de minorib.l.si minor.
ff.si quis caut.l.qui autem.§.illud.
ff.si cert.pet.l.vinum.
ff.de don.inter vir.& vx.l.quod autē.in princ.
ff.de condic.tritic.l.vlt.
ff.mandat.l.hominem.
ff.depos.l.1.§.inde scribit Nera.si res.
ff.de solut.l.in pupillo.
ff.de act.empt.l.si sterilis.§.cum per.
ff.de leg.3.l.quæsitum.§.vlt. Azo,rub.2.
Tempus ante litem contestatam spectandum.
Tempus litis contestatæ spectandum.

Istæ duæ Rubricellæ,tempus contract.spectandum, & in sequenti proximo expositæ sunt: nam vbi ante litis cōtestationem fuit quis in mora,à tempore moræ fit æstimatio interesse:alioquin à tēpore litis cōtestatæ.Item spectatur tempus litis:& tunc censetur quis malæfidei, quoad quædam : vt aliàs notaui plenè,in l.& ex diuerso.in prin.ff.de rei vend.

Adiectio.

Vnde notandum est,quòd bonæ fidei possessor post litem contestatam,vt in vsucapione triennij complēda in fructibus percipiendis,vt faciat suos,vt nō teneatur de fatalitate.vt ff.pro empto.l.2.in fi.& de vsufr.quid sit.§.vlt.& de pet.hæred.illud in quibusdā maleficiis.vt quia tenetur de fructibus restituendis, licet suos fecerit:item quia rem vsucaptam restituere debet.vt ff.de rei vēd.qui petitorio.& l.sumptus. & C.de rei vend.l.certum.in quibusdam nullo modo possessor,vt in præscript.long.temp.& longiss.vt quæ interpellātur.vt C.de præscript.10. vel 20.ann. l.1.§.quid si prior.& l.nec.& C.de prēscript.30.ann. l.vlt. Causa. Azo,rub.2.

¶ Litis pendentiæ mentio fieri debet in rescripto ad lites.gloss.in capitu.prudentiam. §. sexto.verbo, ob causam. de officio delegati. quam ibi valde notat Abb.gloss.in cap.vt debitus. verb. dicat. de appellationibus.

Amplia quadrupliciter,& limita,vt per Felin.in capit. super literis,de rescript.

Lite pendent.vide suprà,ius superueniēs.Dias.re.448.

¶ Lite non contestata contra absentem regulariter procedi non potest:vt per Innocen.in c.veritatis.ex trà,de dolo,& contu.

Primò fallit,quando ipse actor agere nō posset de prēsenti:vt quia debitum sit conditionale in diem , vel pendeat ex alterius arbitrio: cùm tunc recipi possit lite contest.ff.ad l.Aquil. & extrà,de verb. signif. & l.ea,quæ.vt plenè videtur in dictis iuribus.

Secundò fallit , quando ipsa pars esset præsens & impediret litem contestari,per id quod habetur extrà, de iudic.c.pen.& fin.

Tertiò fallit,quando dignitas excitaretur,extrà, ne sede vacant.c.vltim.circa quod vide quod ibi not.

Quartò fallit,quando exigitur parte præsente,quòd vnum malitiosum tyrannum conuenire actor nō audeat nec recipi testimonium eadem denun.cū tunc iudex subueniat eidem actori iustè timenti.argum. extrà,de app.c.si iustus.& considerata negotij qualitate, & aliis circunstantiis , recipiet testes quo ad poterit,& diligenter sustinebit interesse rei in ipsorum examinatione,reseruando sibi exceptionem in personas in dict.causa,secundum Hostiens. & Ioan. Andr.in dict.capitu.quoniam.vt lit.non contest.& not.ad hoc etiam in cap.fin.extrà, de hæret.in vj.secundum Nicol.non ob.text.in præalleg.capitu.quoniam.faciens mentionem , de reo, quando est contumax vel absens, cum habeat respectū ad id quod communiter accidit , secundum Nicol.in præallegat.capitu.quoniam frequenter. vt lite non contesta. B.Socin.reg.300.

¶ Lite non contestata in causa appellationis,ad sententiam definitiuam perueniri potest : vt est casus in §.illud.ff.de tempo.appel.

Primò fallit, coram iudice à quo, secus coram iudice ad quem:vt dicit Baldus in capitu. per tuas. de appellationibus.

Secundò fallit,quando partes essent præsentes tempore litis contestat.quia debent litem contestari,aliàs non audiuntur.ita dicit Baldus in authentica qui semel.C.quomodo & quando iudex.qui dicit quòd si comparet in medio tempore probationis, non debet audiri ne lis contestetur , vt patet. B.Socin. reg.297.

¶ Lite non contestata, ad sententiam diffinitiuam perueniri non potest:vt not.in l.fi.§.illud.C.de tempo.appel.& Bald.in authentic.at qui semel.C. quomodo & quādo iu.& ibi per Bald.& doct.in c.quoniam frequenter.vt lit.non contesta.

Primò fallit in causa appellationis:vt in d.§.illud.

Secundò fallit in causa nullitatis annexa appellationi. Bald.in l.ambæ.C.quomodo & quando iudex.

Tertiò fallit,quando actor se absentat : vt per Bar.in dict.authen.qui semel.& ibi etiam Bald.

Quartò fallit,quando intentaretur officium iudicis,vt pars se absentet , vt dicit Bald.notab.in dicta auth. qui semel.vide Bald.& Bar.in l.ab eo. & in dict.§.illud.qui examinat istam materiam.

Quintò fallit in causa criminali,in qua potest ferri sententia etiam lite non contest.vt est gloss.singul.in l. absentem.ff.de pœ.Sed contrariū tenuit Azo in sūma.C.de requi.reis.& istud est verius.

Sextò fallit,quando iudicium non dirigitur cōtra certam personam,nec ab ea petitur aliquid dari vel fieri,concluditur tamen iudicium:nam tunc poterit procedi ad sententiam lite non contestata. vt l. aut si omnes.C.si iu.adhi.& ita procedere poterunt iura Legistarum secundum Anton. & Imol. in c.3.vt lite non contestata.

Septimò fallit,quando agitur de libertate obtinenda: vt habetur in l.prima.C.de assert.tol.& l.j.§.si verò subuentum.ff.de fideiussoribus.pro quo facit quod notat in simili,in c.cum olim.extrà,de iudiciis.

Octauò fallit,in causa beneficiali,vt est expressum, in capitu.primo.C.de eo qui mittitur in posses. in vj. B.Socin.reg.296.

¶ Lite pendente nihil innouādum est.gloss.in rub. extrà,vt lite pend.nihil inno.iunct.rubr.c.vnic.iuncta gloss.

ctæ gloss.& eodem tit.in clemen.capitu.j.& ij.eod. titu.in 6.Panor.in rub.extr.eod. in vol.Gregor.qui regulam negatiuam esse ait,tex.in c.j.ext.eo.in eo. vol.tex.in l.cùm aliquis.C.de iur.delibera.vbi Bal. in ij.notab.dicit singulariter quòd lite pendēte nihil innouandum.Specul.titul. vt lite pendente.nihil.Ioan.Andræ.ad ca.eum qui,de præbend.in 6.in vlti.gloss.

Quando autem lis pendere dicatur,quótve modis,videamus ante , quàm ad limitationes veniamus. Primò quidem lis pendet libelli oblatione.l. prima.C.vt lite pendente. Secundò per appellationem,toto titu.ff.nihil innoua.appella. Tertiò per consultationem,& cōsultationem factam superiori per iudicem.l.ex illo tempore.C.de appel. Quartò per recusationem iudicis.cap.secundò requiris. §.tertiò postulas.& c.cum speciali.de appel.in antiquis.& l.apertissimi.de iudic. Sed cùm non entis nullæ sint qualitates,l.quod non est, non consideratur.l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudicat. Quod igitur non est, pendere non potest. Atqui lis non potest dici antè, quàm inchoetur, vt colligitur ex dict.l.apertissimi.inchoatur autem per litis contestationem,atqui ante litis contestationem proponendæ sunt recusationes. dict. l. apertissimi. ergo per recusationem lis non pendet,cùm nulla sit,argument.clement.ij.vt lite pendente. Nam ad litis pendentiam Cardinalis requirit litis contestationem.Quintò lis pendet per in integrum restitutionem postulatam.l.vnic. C.in integr.restitu.postul. quid no.fiat. vbi regula nostra apertissimè probatur.Sextò per libelli porrectionē Principi factam.l. prima,& ij.C.quando libel.principi datus litisfa.cōtest.Septimò lis pendet per impetrationem iudicis capi.suggestum.de appellat.in antiquis.Octauò lis pēdere dicitur per commissionem. Cardinalis clement.secunda.vt lite pendent.Nonò inducitur litis pendentia per citationem solam.ca.gratum. de offic.delegat.maximè quando citatio veniat ad notitiam citati,& hoc tradit Francisc.Ripa in l.edita.numer.38.C.de edend.per clem.j.vt lite pendente.Socin.cōs.xiij.libro primo.incip.ante, quàm.Et hi nouem modi sint pro totidem ampliationibus ad nostram regulam.

Amplio,vt etiam pendentia litis super nullitate impediat executionem. Paul. Castrens.in l.quarta. §. condemnatum.ff.de re iud.per clement , vt calumniis, de sentent.& re iudic.quod admittit Francisc. Ripa dict.§.condemnatum.numer. vigesimooctauo,tribus concurrētibus,primò,quòd iudex nullitatis præuenit iudicem executionis,secundò , quòd sit opposita nullitatis exceptio,tertiò , quod iudex executionis fuerit inhibitus per iudicem nullitatis. tunc enim(ait)propter præuentionem & inhibitionem,pendentia litis super nullitate impedit executionē.arg.c.non solùm.de appellatio.in vj.& vide exactissimè eundē Ripam in dicto §.condemnatū.

Limita primo,vt non procedat in caussa matrimonij, in qua,etiam lite pendente, potest contrahi matrimonium cum altero:idque Specul. prodidit titu.de sponsalib.§.ij.versicu.53.

Sublimita,nisi probatum fuerit matrimonium , quo casu non poterit per capitu.quos Deus coniunxit, homo non separet.xxxiij.q.2.

Fallit,quādo timeretur, quod possessor fructus rei possessæ dilapidaret:quia tunc,lite pendente,fit sequestratio.Bal.in l.finali.versic.tertiò præmitte. nemo tamē dilapidare præsumitur,nisi probetur.l.Imperator.ff.ad Senatusconsultum Trebellianū.lege Imperatores.§.fin.ff.de appellationibus.

Limito,quòd pendente lite de contractu coram iudice seculari potest recurri ad Episcopum super obseruatione iuramenti appositi super contractu , vt notat.in l.secunda.C.de reb.& iureiurand.

Quartò,regula non habet locum in tertio innouante, Bal.in l.si quis filio.§.hi autem.ff.de iniusto rupto testām. tex.in l.creditor.in principio. vbi gloss.& Bald.ff.mandati.citat Iacob.de Aren.l.hæres à debitore.ff. de fideiuss.

Fallit,in casu capitu.2.in fin.vt lite pendente,in sexto. vbi pendente lite super dignitatibus, personatibus vel aliis ecclesiasticis beneficiis, poteritis, cuius interest,petere se admitti ad defensionem litis. Dias regu.494.

¶LITEM contestandi animus in dubio tam ex parte rei,quàm actoris præsumitur, vt in cap.j.& ibi per doct.extrà,de lit.contest.

Primò fallit,quando in loco esset consuetudo talis, vt animus litis contestatæ exprimatur: cum tunc nisi exprimatur non præsumitur talis animus, nec inducitur lit.contest.vt voluit dom. Nicol. in dict.cap. primo. de lit.contesta.l.semper. ff. de regulis iuris. & l.liberorum.§.quod tamen Cassius.ff.de legatis tertio.

Secundò fallit,quando illud apparet,videlicet,de non lit.contesta.quia actor proponendo factum,& reus respondendo protestatus fuit , quod hoc facit non tamen animo litis contest.cum talis protestatio ipsam lit.contest.impediet : vt voluit gloss.in dicto capit.primo.& in l. vnica. C.de lit.contest. Innocent.in capitu.cum M.de constit.& Domin.in cap. j.de lit.contest. B.Soc.reg.298.

¶LITEM esse motam non sufficit scire,ad hoc vt sciēti præiudicet,nisi sciat in illa ius sibi competere. Innocent.capit.suborta.de sentent.& re iud.ignorans enim nō videtur cōsentire.l.mater.ff.de inoffi.test. c.placuit.38.dist. Med.reg.8.

¶LITIGIOSI.Qui litigium habent,ad Ecclesiam se transferre non debent:nec sunt recipiendi tales. ff.de iur.fisci.l.res.§.lites. Azo,ru.104.

¶LOCARE quilibet potest regulariter,eodem titulo loc.ff.& C.argum.cap.cum apud,de sponsa.& l.j.ff. de testamentis.

Fallit,quando locaret Iudæi volentibus ibi vsuras exercere.Felyn.in c.quia,de Iudæ.

Fallit , quando quis locaret Christianis exercentibus vsuras,vt probat textus in capitulo primo , de vsur. in sexto.

Fallit, quando quis locaret meretricibus , quorum domibus sunt personæ honestæ , vt est gloss.in capitulo primo,de vsuris in sexto.cum similibus adductis per me in tracta.meo eleemosyn.in verbo, peccator.

Fallit,quando vellet locare fabris lignariis & aliis personis exercentibus artem manualem molestam doctoribus. scribent.in l.prima. ff. soluto matrimonio.

Fallit,quando vellet locare pestiferis,dict.§.ex hoc.

Fallit,quando tali locatione fieret damnum ecclesiæ. c.pridem.ibi.q.j. S.Ianu.re.167.

¶LOCARE rem suā quilibet potest cui voluerit,nec primus conductor potest impedire secundum,iux. tex.in l.ne cui.C.locat.& ibi Bald.Angel.Saly.Bar. & Alber.

Fallit j.in rebus & bonis fiscalibus, in quibus primus conductor omnibus aliis anteponitur conductoribus, si tantum dare voluerit quantum alij posteriores conductores dare obtulerint, secundum tex.in l.congruit æquitati. C.de præd.fisca.l.x.& de loca. præd. ciuil.l.xj.& c.ex rescripto. de locat.& cōduct. & ibi Innoc.& Host.

Fallit ij.in dominibus locandis magistris & scholarib. qui cæteris paribus, omnibus aliis scholaribus anteponuntur.prout per doct.in d.c.ex rescripto.extra locat.& conduct.

Fallit etiam nisi via & medio pacti cautū foret, quod non liceat domino alij locare quandiu ipse conductor rem conductam habere vellet & tantum dare, quantum alius dare se offert, vulg.l.ne cui.ibi, nisi forte pacta.& ibi glo.C.locat.& Bal.& Saly.& Bal. in l.contractus.ff.de reg.iur.

Fallit etiam, quando in loco & regione cautum repperiretur ex vi cōsuetudinis, quod dominus teneatur confirmare rem locatam primo inquilino & conductori,& nota quòd aliud est relocare,& aliud in cōtractu antiquo persistere.l.certæ.ff.de precario, pro eo pretio & pensione, quod à nouo reperit, dimittere, iuxta dict.l. congruit æquitati.cum aliis similibus, quod not.quia quod potest per pactū stipulari, potest etiam per consuetudinem introduci.l.nō impossibile.ff.de pact.Ant.de Bu.in d.c.ex rescript. de locat.& conduct.

Fallit etiam quādo vsus domus locandæ est exceptus, quia eo casu nō licet domino alteri locare.per tex. in §.j.institu.de vsu.& habit.& l.si quis binas ædes. ff.de vsuf.& ibi Ange.& Afflict.decisio.ccccj.& Fl. in d.l.qui binas ædes.ex quo est electa industria personæ,& ideo non potest alteri locare.vulg.l.inter artifices.ff.de solut.

Fallit itidem quando vult locare domum alteri æquè idoneo, quia eo casu potest.l.apud Iulianum.§.si quis alicui.ff.de legat.j.& ibi Bald.latè Felin.in cap. causam.v.declaratione, extrà de rescript.& idem in consilio 3.ideo Bald.legebat Papiæ,& in lectionib⁹ filium suum sustinebat, prout Roma.singu.dclxx.ille.numer.2. I.Nouel.reg.85.

¶Locari res prohibita, & conduci prohiberi dicetur:glo.leg.cætera.§.hoc senatus.ff.de leg.1.Do. l.tertia.C.quæ res vendi non possint, per hanc regu. de qua l.1.C.de cupress.li.11. Alexand.l.generaliter. §.cum autem.nume.4.C.de inst.& sub.Alex.consi. 131.nume.2.vol.5.Ruin.cons.33.nume.11.vol.1.consi. 174.numer.9.vol.1.Soci.consi.56.num.tertio.vol.1. Natta cons.201.num.4.vol.1.Cephal.cons.109.nu. 7.Augu.Ber.consi.240.num.17.vol.1.c.ad nostram. num.5.de empt.& vend.Paris.cons.82.num. 33.vol. tertio. Med.reg.9.

¶Locare domum potest compelli dominus scholari.ita tenet Gulielmus de Cugno, in l.decernimus.C.de episcopis & cler.Bal.in l.prima.ff.soluto matrimonio.in fine.& ibi Alexand.& Iason nume. 48.& ibi etiam Ripa, numero 142. Gulie. Pontanus nume.99.Petrus Rebuffus in tract.in priuilegiis scholarium:in priuilegio vij.num.1. Panorm.in cap.j.nume.6.de empt.& vend.Alexan.in addit.ad Bart.in l.j.C.de digni.lib.xij.

Amplia primò procedere, quòd licet dominus possit expellere cōductorem si indigeat domo locata pro se:l.ędem.C.locati.in capit.propter sterilitatem.in §.fi.de locato.tamen scholaris non poterit expelli de domo conducta à domino, etiam si dominus velit eam habere pro vsu suo.ita cōcludit Bald.& Ludouicus Bologn.in authent.habita. C.ne filius pro patre.quos sequitur Ripa in l.j.numero 142.ff.solu. matrim.Petrus Rebuffus in tractatu de priuilegiis schola.priuilegio viij.

Amplia secundò, quòd rector studij potest taxare pretium pro dictis domibus.ita Panor.in ca.j.de locato.quem sequitur Ripa in d.l.j.num.142.Petrus Rebuffus in tractatu de priuilegiis scholarium, in vij. priuilegio.numer.9. nisi essent aliqui officiales per Vniuersitatem deputati ad hoc, vt patet in constitutione xxv.de domibus conducendis.

Amplia tertiò, vt valeat statutū quòd definita locatione domus conductæ à scholari, non possit dominus alteri, qui non sit scholaris locare, ita concludunt Ioan. Andr.& doct.in cap.j.de loca.idem est iure communi. Nam si scholares velint pro locatione domus vel cubiculi præstare quantum dominus inuenit ab alio, veniunt præferēdi:vt in l.fi.C.de locatione prædio.ciui.lib.xj.& ibi gl.in l.ne cui.in verbo, locandi.C.locati.& ibi expressè Albericus & Salic.Iaco.Rebuffus in l.congruit.C.de locatione prędiorum ciui. libr.xj. Bald.in Margarita in verbo, Scholaris. quæstio.ij. Ioan.de Platea l.si tempora. C.de fide instrument.& iure hastę fiscalis.lib.x.Alexand.in l.j.numer.56.ff.soluto matrim.& ibi Ripa nume.142.Petrus Rebuffus in tract.de priui.scho. in ix.priuilegio.nume.1.

Quartò amplia, habere locum in Doctoribus: nam Doctores bene possunt compellere dominos ad domos sibi locandas: nam cùm suprà dictum est permissum esse scholaribus, à fortiori debet esse permissum doctoribus, ita tenet Alexand. in additionibus ad Bartol.in l.prima.C.de dignitatibus.libro decimo.Bald.& Ang.in l.j.ff.soluto matrim.Petrus Lesnauderius in tract.de Doctoribus, in ij.parte, in §.xxvij.

Quintò amplià non solùm habere locum in vna domo, verùm etiam in vno cubiculo & camera, dum quis haberet plures cameras vacuas, vt teneatur vnam vel duas locare:cùm sit bonum argumentum de toto ad partem:vt in l.quæ de tota.ff.de rei ven. in c.pastoralis.in §.j.de officio deleg.& ita expresè vidisse seruari firmat Iacobus Rebuffus in tract.de priuilegiis schola.in vij.priui.num.8.

Amplia sextò, non solum procedere in domo, sed etiam in equo: nam si scholasticus vellet recedere de studio, potest compellere habentem equum, si illum consueuerat locare, ad sibi locandum. ita tenet Iacobus Rebuffus in l.cursum. C.de cursu publico.libro xij.argumento illius legis: nam hospes postquàm signa hospicij erexit, cogitur hospites recipere: l.vnica.in §.j. & ibi Barto.ff.furti aduersus nau.ita tenet Petrus Rebuffus in dicto tractatu, de priuilegiis schola.in vij.priuilegio. numero 3.facit quod tradit Decius in regula, inuitus, ff. de regu.iuris, libro sexto.

Limita primò, quando scholaris esset ignotus: nam tunc non tenebitur dominus domum, vel equum locare, non datis sibi fideiussoribus:quia priuilegiū debet intelligi sine præiudicio alicuius:vt in l.impuberi.ff.de administ.tut.& in l.ij.in §.meritò.ff.ne quid in loco publico.in l.neque auus.C.de emancipationibus liberorum.ita tenet Iacobus Rebuffus in dicto priuilegio vij.num.6.

Limita secundò, non habere locum in scholari, qui non studet nec intrat scholas: ita tenet Raphael Cuman,

Cuman.in l. j. ff. soluto matrimo. per text. in l. qui duas. in §.penultimo.ff. de excus. tutor. facit etiam gloss.in c.porrectum.de regula.& in capi.ij.de statu monach. gloss. in verbo, commorantibus.in proœ. vj.& ibi doct. Pro qua opinione facit: nam scholaris quamuis sit scriptus in matricula, si non studet nec intrat scholas,non gaudet priuilegiis scholarium.ita tenet Barto.in l.qui sub prætextu.C.de collegiatis & chartopratis numulariis.libro xj.per textũ ibi, idem Barto. in l. qui sub prætextu.per illum text.C.de sacrosanct.eccles.& in l.semper.in §.fi.ff. de iure immun.Bald.in Authen. habita. C. ne filius pro patre. & in proœ. Digestorum. Abb. in capitu. j.in fin.de iudic.Alexãd.& Iason in l.scriniarios. C. de testamen.milit. Alber.in l. necnon. ff. ex quibus causis maior. Felin.in dicto proœmio Gregoriano, numer.43.pro qua opinione est text.in cap. cauere. xxij.quæst.v.vbi probatur quòd ille qui dicit se esse Christianum, & non facit opera Christi, mentitur. hanc opinionem tenet Petrus Rebuffus in d. tract. de priui.schola.in iij.priuilegio,num.11.

Contra quam opinionem tenet idem Bart.in l.j.C. de tyronibus.libr.xj.numer.1.vbi cõcludit,quòd scholaris quamuis vagus gaudet priuilegio scholarium, facit gloss. in dicto proœmio vj. in verbo, commorantibus,vbi tenet quòd scholaris existens in studio quamuis parum studeat, nihilominus gaudet priuilegiis scholarium. idem tenet ibi Geminianus vbi dicit quòd ita fuit aliàs iudicatum. Paulus de Leazar.& ibi Canonistæ, præcipuè Card.in numer.3.in principio. quam opinionem sequitur Iason in dicta l.j.numer.59.ff.soluto matrimonio.vbi dicit quòd si scholaris honestè viuit,licet non studeat,gaudet priuilegio scholarium. quam opinionem Iaso. reprehendit, ibi Franciscus de Ripa numer.138.sed ipsemet Ripa in capit.primo.numer.94.de iudiciis. concordat has opiniones:scilicet, quòd si non est omnino vagus,& aliqualiter studet,licet parum,dummodò honestè viuat,vt suprà dicunt Car. & Iason,gaudet priuilegio scholarium. P.Duen.reg.213.

¶Locatio. Inuecta & illata sunt tacitè hypothecata pro pensione,l.item quare,ff. de pact.l.certi iuris,C.locat.

Fallit in 3.casibus,quos not. Iason in l.item quare,ff.de pact.num.1.Fallit in casib.quos no.Soc.reg.192.

Dominus potest compelli ad locandum domum scholari.Bald.in l. 1.ff.solu.matr. vbi Alex.& Ias.nu.48.

Ampliatur in 9.casib. & limitatur in 2.per Pet.Duen. regu.213.

Locator potest expellere conductorem,si re conducta opus habet,l.ædem,C.locati.

Fallit in 4.casib.quos not.Port.in lib.1.suarum conclu. reg.33.fallit in re data in emphyteosim,nam eam nõ potest dominus propter necessitatem ad se aduocare.Marsil.sing.94. fallit in 4. casib. vt per Ant.Gabri.in lib.3.de locat.conclus.3.

Locatio an dicatur solita ex vna tantum locatione.videas.Por.lib.2.reg.10.

Locatio ad vitam an naturam perpetuæ locationis habeat,videas Por.d.lib.4.reg.21.

In locatione fit remissio pensionis quando damnum afficit magno incommodo ipsum colonum, seu sterilitatẽ inducat,l.ex conducto.in prin.§.1.& capitu. propter,extrà,eod.tit.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 10.per Bened.Ca. reg.88. vbi latissimè videas de remissione pẽsionis.

Locare ad longum tempus non potest alienare prohibitus.no.in l.codicillis,§.instituto,ff.de leg. 2.

Fallit 8.casib.vt per Soc.reg.11.

Successor singularis colono stare non tenetur, l. emptorẽ,C.locati.fallit in 5.casib.quos no.Soc.re. 287.

Ampliatur in 3.casi.& limitatur in 11.à Pet. Duen.reg. 240.Fallit vt no.Franc.conclus.48.

Locatio facta per meritum, de bonis dotalibus, non præiudicat mulieri soluto matrimonio:hãc opinionem dicit esse communem Bapti.à Villa.in conclu. 135.in litera I.

Ampliatur & limitatur ibi per eundem. Don.Fin.li.1.

¶Locatio facta indefinitè alicui,vt in casu tempestatis remissio mercedis fiat,intelligi debet in casu scilicet,cuiuslibet tempestatis.l.si merces.§. vis maior.l.si vno.§.vbicunque.ff.locati.Docto.com.c.potuit.eod.Cæph.consi.199.num.23. Medic. reg.2.

Locatio facta hoc modo videlicet,locamus secundum formam qua olim locata fuit alteri, nisi constet de alia locatione,non valebit locatio,nisi certa pensio fuerit expressa.Pau.l.penultim.C.de inst.& subst.vbi etiam Angel.conc.Iaso l.admonendi.lectu.1.numer.39.vbi Pau.numer.13.ff.de iur.iur.not.l.si prior ff.sol.matr.Iaso l.Marcellus.num.14.ff.ad Trebel.l. placet.num.22.ff.de liber.& posth.Alexan.l.ait prætor.§.si iudex.numer.2.vbi Ripa nu.5. ff. de re iud. Alexand.consilio 23.numer.9.lib.7.consi.87. nu.6. volumine 6.Dec.consilio 63.nume.6.Dec.Pedem. 23.numer.41.Paris.consilio 19.num.68.consilio 80. num.43.volumine 2.Crau.consilio 88.nume.3. Medic.reg.10.

¶Locatio nudo & tacito consensu conualescit. Loc.l.quia certum.

De dolo & lata culpa vterque contrahentium tenetur C.de loc.l.in iudicio.

Locuplex.l.127.qui rem.al.l.169.locupletior.

Præposterum est ante nos locupletes dici quàm acquisierimus.ff.lib.35.tit.2.l.63.

Locatio indifinitiua ad futura extenditur. C. quæ res pig.ob.po.l.fi.C.de ser.vr.præ.l.senatus.de priuil.c. quia circa.Bar.plenè ad l.si ita.

De aur.& ar.leg.Fallentias habet Socin. Riisvvich.

¶Locatio redditur nulla destructa re locata, neque conductor tenetur,nisi fuerit in mora,vel in culpa:tradit Ægid.Bossius in titulo de remiss.merced. numer.91.allegat Bald.leg.licet.C.locati.not.Doc. comm.l.1. C. de iur.emph.dixi ego suprà ampl. 35. not.Doc.§.adeo.instit.loc.& in leg.2.ff.de vsufr. Medic.reg.6.

¶Locationis & conductionis fideiussor datus intelligitur tantum de prima vice,qua conducitur, atque locatur.l.item quæritur. ff. locati.in §.impleto. vbi in term.l.si cum.C.eo.Ioan.And.in addi.ad Specu.in titu.de fideiussor.l.socius.la 2. §. Paulus.ff. de adm.tutor.doct.capitu.præterea.de appel.Tyraq.in tracta.titul.2.§.1. gloss.7.nu.32. conc.simil. Cardin. Flor.consilio 49.Felin.capit.2.de treuga, & pace. Benedic.capit.Rainutins.ver.cætera.numero 19.extra de testam.Alexand.consilio 16.num.8.volum.4. Dec.consilio 287.Ioan.Andr.capitu.super. eo. col. 3. de cond.appos. Tiraque. l. si vnquam, in præfat. num.24. Medic.reg.3.

¶Locatione finita si statutum disponat,vt intelligatur facta reductio iisdem pensionibus,& qualitatibus,nisi per tres menses ante sit renuntiatum, debet id statutum intelligi de prima conductione,nõ autem de cæteris.Alexãd.consi.16.volum.4.Fel.c.2. col.3.de treu.& pace.Ias.l.in duo.§.si ei.col.2.nu.15. ff.de

ff.de iur.iur.idem l.diuortio.§.quòd si.nu.2.ff.sol.mat.concl.simile l.antiquitas.C.de vsufr. Tiraq.intra.de retrac.tit.2.§.1.gl.6.17. Alex.conf.83.vol.3.& tract.primogeniorum.q.40.num.33.Med.reg.3.

¶Locatorem non comprehendit statutum loquẽs de conductore, quando principaliter dispositio statuti, siue fauorabilis, siue odiosa respicit conductorem, not.Doct.l.item.§.non impleto.l. qui ad certum.ff.locati. Medic.reg.9.

¶Locator fundi, eueniente sterilitate, debet remittere pensionem pro rata fructuũ.l.licet.j.C.loc. cap.propter.ext.eod.titul.quod accipe, si sine culpa conductoris contigerit, puta casu fortuito, vt dicit tex.dict.cap.licet.

Amplia, vt procedat in locatore perpetuo. Tu vide Bald.in l.j.C.de iure emphy.

Amplio, vt procedat in contractu innominato, qui habet quid simile cum locatione: vt si loco tibi fundum, vt tale quid facias. est contractus innominatus.§.præterea.Instit.locati.& l.secunda.§.adeò.ff.eodem.

Amplio, si sit magna sterilitas.argument.à contrario sensu, l.habitatores.ff.loca.idque probat, tenet Alciatus in additionib.ad Bart.in dict.l.habitatores.

Restringitur ista conclusio, vt non procedat, si pacto conuentum sit, ne ob sterilitatem fieret remissio.l.j.& l.iuris gentiũ.§.prætor.ff.de pact.l.pacta.C.eo.& pro hac limitatione vide Barto.in l.si merces.§.vis maior.ff.loca.

Limita, quando sterilitas aliis annis compẽsari posset. c.propter sterilitatem.de loca.in antiq.atque ita respondit Lud.Rom.conf.ccccxxxij.incip.quo ad primum.Baldus in dicta l.licet.in ix.quæst.

Fallit, si sterilitas est modica.l.si merces.§.vis maior.ff.loca.& cap.propter sterilitatem.ext.eo.vbi Abbas, & reliqui Canonistæ.

Fallit in colono partiario.dict.§.vis maior.versic.adparet.Ratio, quia is, quemadmodum lucri, ita damni particeps esse debet.

Limita, quando sterilitas prouenit ex natura fundi.l.si fundus.ff.loca.

Restringe, quando nati sunt modici fructus.l.si vno.ff.loca.

Fallit, in contractu emphyteutico: sed hoc ea distinctione accipiendum, de qua in l.j. C.de iur.emphy. quam ad locationem eadem æquitatis ratione producere poterimus. P.Prateius reg.495.

¶Locator an possit recedere à contractu, si conductor petit remissionem fieri ob damnum incursum in frugibus.Bald.qui nil ignorauit in l.licet.C.locat.tenet, quòd si conductor vult esse colonus partiarius, locator non potest inquietare conductores, & ita sentit Egid.Boss.in tit.de remiss.merced.conduct.num.49.

Fallit hæc regula si ex forma statuti, vel constitutionis vel pragmaticæ sanctionis, prouisum esset conductoribus terrarum, molendinorum, aut inquilinis, circa damnũ occursum vi fluminis, vel iudicio Dei, in rebus conductis, prout considerat Corne.Perusinus concordando opin.doctor.in consi.128.videtur primo aspectu, numer.9.vol.j.quod not.

Fallit etiam quando communis hominum opinio iudicat annum, de quo agitur non esse sterilem, vel quando fructus qui supersunt non ascendunt ad valorem medietatis pretij, quod soluit ipse cõductor pro fructu, seu mercede petita.secundum Corn.cõ.cxxviij.num.9.vol.2. I.Nouel.reg.83.

¶Locator præiudicat conductori si sententia lata contra ipsum fuerit, conductor autem non contradixerit, cum sciuerit, sed passus est ipse causam agi. Anton.capitulo quamuis.de senten.& re iud. Alexand.l. sæpe.in termin.huius reg.numer.172.ff. de re iud. Medic.re.8.

Locator. sententia lata contra locatorem non præiudicat domino, nisi dominus vocatus fuerit. Ant.capitulo quamuis.de senten.& re iud.Bart.l.peregrè.§.quibus.ff.de acq.poss.l.2.ff.vbi in rem actio.do.c.quoniã.§.si super.vt lite non conte.l.bona fides.ff.depositi.gloss.magna.cap.cum super. de senten.& re iud.Alexand.per istam regulam l.sæpe.num.113.ff.de re iud. Medi.re.8.

¶Locupletari nemo debet cum alterius iactura.l.nam hoc natura.ff.de cond.indeb.

Fallit vt per Dy.in c.locupletari.de reg.iur.fallit in 3.casibus, vt per Deci.in l.si me & Titium.ff.si certũ petatur.fallit vt per Deci.in l.iure naturæ.ff.de reg.iur. Don.Fina.lib.5.

¶Locupletari non debet quis cum alterius iactura, ex generali immunitate sibi concessa, Crau.conf.33.nume.8.conf.70.num.28.l.2.§.meritum.ff.ne quid in loco publico.Bart.l.toties.ff.de pollicit.l.ambitiosa.ff.de decret.ab ord.fac.l.cũ Aquiliana.ff.de transact.l.tres fratres.ff.de pact.Alex.conf.46.col.3.vol.1.c.locupletari.de re.iur.6.l. obligatione.ff.de pignor. Med.reg.1.

¶Locupletari. Non debet aliquis locupletari cum aliena iactura.

ff.de cond.indeb.l.nam natura.

Contra.

C.de sacros.Eccl.l.iubemus nullam.

C.de neg.gest.l.vlt. Azo rub.104.

¶Locupletari non debet quis cum alterius iactura.l.locupletari.de re.iur.6.conc.l.si quis presbiter.C.de epi.& cle. l.fi. C.de vsucap.pro emptore.l.si quis mãcipiis, §.proculus.ff.de insti.l.naturaliter.ff.de condi. indebiti. quandoque tamen ob bonum publicum recedimus à reg.ista, vt in vsucapione.l.1.ff.de vsucapion. Med.reg.8.

¶Locutio indefinita ad futura regulariter extenditur.l.fin.C.quæ res pigno.oblig.poss.& in l.senatus & in l.seruitus.ff.de seru. vrba. præd. & in capitu. quia circa.de priuileg.& habetur plenè per Bar. in l.si ita.ff.de auro, & argent.leg.

Primò fallit, in iuramento, quia iuramentum est stricti iuris, & ideo non debet de facili extendi propter periculum periurij, etiam si sit generale. ita tenet Hostiens.in capi.pen.extrà de iureiurand.& ibi etiam & hoc d.Abb.qui dicit hoc bene esse notandum.& idem tenet d.Gaspar.Cal.in ca.cum contingat.eod.tit.

Secundò procedit hoc in fauorabilibus, secùs autem in odiosis: vt tenent præfati doct.in locis prætalleg.& de hac materia habetur etiam per Bald.in l.si ex toto.in §.j.ff.de legat.primo.vbi etiam in materia format talem quæstionem de eo, qui promisit non offuscare domum alicuius luminibus suis, an etiam intelligatur promisisse & stipulatum etiam fuisse de futuro.Et eodem modo dicas, si alicui concessa sit immunitas collectarum, & postea veniant guerræ, & ponantur nouæ collectæ: an ille, cui concessa est immunitas teneatur collectam soluere? de quibus omnibus habetur per Bald.in loco præallega. qui alleg.in hac materia tex. valde not.in dicta leg. seruitus, de seru.vrba.præd.qui tex.innuit quòd talis pro

lis promissio de præsenti, extendatur etiam ad futura, quem tex. habeo pro not. & videtur esse in simili per Ioan. Andræ. in addit. ad Specul. in titu. de treu. & pace. in penultim. quæstione. & per Bartolũ in simili in l. damni infecti. §. si vicinus. ff. de damno infecto. & per Bal. in l. iubemus. C. de sacrosanct. eccles. & per Paul. de Cast. Rapha. & Imol. in dict. l. si ex toto. B. Soc. re. 304.

¶Locvtio indefinita regulariter ad futura porrigitur. l. fi. C. quæ res pign. obl. poss. Bar. in l. si ita. ff. de aur. & arg. legat. c. quia circa. de priuileg.

Fallit in iuramento, quia quamuis sit generale, non tamen se extendit ad futura, & hoc propter periculũ periurij, & quia est etiã stricti iuris, secũdum Host. in c. penultim. de iureiur. & ibi Abb. & Barb. & Cal. in c. cùm contingat, de iureiur.

Fallit etiam in fauorabilibus, secus verò in odiosis, secundum Bald. in l. si ex toto. §. j. ff. de le. j. vbi si quis promittit non offuscare domum alicuius, intelligitur de præsentibus, & non de futuris.

Fallit in pactis vbi indefinita non se extẽdit ad futura. Ita Dec. in c. cum omnes. num. 1. de consti. & in cõsil. xxx. numer. 4. & consil. xxxiiij. numer. 4. & Bald. consil. ccclxxxiiij. statuto. nume. 4. vol. v. idem Bal. consil. ccccxcviij. de detractione. nu. 5. in fi. vol. j. vbi prohibitio alienandi facta Titio, non se extendit ad filios nascituros, quia habet causam prohibitionis personalem. Ideo ad futuram prolem non se extendit. I. Nouel. reg. 81.

¶Locvtio indefinita regulariter ád futura porrigitur. l. fi. C. quæ res pignor. oblig. poss. Bart. l. si ita. ff. de auro, & arg. leg. c. quia. de priuil. & hoc quando materia est odiosa, aut stricti iuris, Hosti. ca. pen. de iur. iur. Bal. l. si ex toto. §. 1. ff. de leg. 1. Deci. c. cũ omnes. nu. 1. & seq. de cõst. cõsi. 30. nu. 4. Bal. consi. 384. nu. 5. vol. 4. consi. 498. nu. 5. vol. 1. Medi. re. 2.

Septimò fallit, in mandato: seu in commissione facta nuntio curiæ ab ipso iudice: vt not. Bar. in l. fundi. §. j. ff. de acquir. poss. & Paul. de Castr. in d. l. si per epistolam. in fin. vide omnino Lud. de Ro. in consi. 22. quod inci. morte mandantis, &c. vbi dicit, ꝙ si dominus credebat procuratorem mortuum viuere, reuocasset mandatum: casus sing. in l. libera. ff. de peri. secundum eum.

Octauò fallit, quando est mandatum ad pias causas: quia hæres non potest illud reuocare: vt in cle. exiui de paradiso. §. in verbo. & non est alibi secundũ Bal. in auth. si qua mulier. C. de sacrosanc. eccle. in fin. & not. etiam Bal. in l. fin. de sol. vbi etiam dic ꝙ idem in mandato de donando aliquid per l. si ego. §. j. ff. de iure dotium.

Nonò, fallit quando dominus satisdedit procuratori, etiam in instrumento procuratorio: quia tunc res desinit esse integra: vt not. Bartol. in l. si defuncti. ff. de procurat.

Decimò fallit, quando mandatum debet, & potest exequi post mortem: vt in cle. registrando. & not. Alb. de rosa. in l. si verò non remunerandi. §. mandati. B. Soc. re. 311.

¶ Mandatvm speciale requiritur in compromisso faciendo, text. in capitulo per tuas, de arbitris. Dec. in l. transactionis, numero tertio. C. de transaction. Guid. Pap. dec. lxix. numero tertio, prout in solutio. facienda, secundum Rom. singu. ccxxvij. iij. incip. & illam l. & ad causas spirituales. Roma. singu. dcxix. & ad pacem faciendam, vt Roma. not. ccccl xvj. & in aliis multis casibus requiritur speciale, & non sufficit generale.

Fallit quando interueniens vult promittere de rato. secundum Marsi. in sing. ccviij. agens. Castren. in l. mutus. §. is qui. ff. de procurato. Socin. consilio lxvj. viso. volumine quarto: quia eo casu mandatum procur. non est seruandum, cum sufficiat cautio de rato, quę mandato æquiparatur. l. si quis offerenti. ff. de solut. & tacitum mandatum expresso æquiparatur. l. qui patitur. ff. manda. Inno. in capitulo ex parte Decan. de rescr. Deci. in cap. epistolæ. de probat. nume. 510. quod nota.

Quæ promissio de rato operatur vt plenè sit consultũ quo ad commodum pecuniarium actoris, sed si tractaretur de honore & fama alicuius, tunc promissio de rato non sufficeret. Ita singu. Iason in l. iusiurandum. §. procurator. nu. 6. ff. de iureiur. alle. gloss. in l. iusta. ff. de manu. vind. glo. in c. suam. de pœnis. I. Nouel. re. 89.

¶ Mandatvm soluitur morte mandantis, & mandatarij, l. inter causas. ff. manda. quando res est integra, Felin. capitulo, eam te. numero decimo, de rescrip. Bartolus l. fundi, §. etiam. ff. de acquir. possessi. vbi dicit hoc non procedere, quando mandatur aliquid, quod agi debeat ex officio. Item fallit in mandato Papæ, cui successor defuncti obedire debeat, gloss. l. tale pactum. §. pater, versicu. exceptionem. ff. de pact. nisi ad personam tantum fuerit directum. l. cum pater. §. cùm existimaret. ff. de legat. 2. conc. cũ conclusi. præd. §. item. Institut. mand. l. mandatum. C. eodem. Imol. l. qui in aliena. §. is qui. ff. de acquir. hæred. Socin. consilio 31. numero 6. volumin. primo. Abb. capitulo mandato. de procur. Felin. capitulo, relatum. de procur. Socinus regu. 245. Fulgo. l. more. numero vigesimoquinto. ff. de iurisdict. om. iudic. l. cùm actum. §. si viuo. numero secund. ff. de neg. gest. Curti. l. eius qui. numero vndecimo. ff. si cert. petat. Vant. in tracta. de nullit. in titu. de nullit. ex defectu mand. numero 170. Gozzad. consilio 28. numero 8. & intelligere integra, id est, ante litem cõtestatam. l. si defunctus. ff. de procurato. capitulo relatum. de offic. deleg. Card. capitulo quoniam Abb. 6. quæst. eodem titu. Guid. decis. 119. Alexand. consil. 128. vol. 6. Ampl. etiam si esset in mandato delegantis, not. c. gratum. de offic. deleg. Calder. consil. 4. de offic. deleg. Dixi super. conclus 31. Secundò ampli. siue procurator sciuerit, siue ignorauerit, gloss. Clemen. 1. de renunc. Bartolus l. si procuratorem. ff. de procurat. Felin. in capitulo ex parte, de rescript. Paulus l. fundi. §. item. cum gloss. de acquirend. possess. Fab. §. item. Inst. mand. Tertiò ampl. etiam in procuratore, ad donandum ex causa renunciationis, not. l. si quidem. C. de act. & oblig. Quartò amplia in mandato substituti, Oldrad. consilio cxxx. Quintò hoc idem

est in fauorabilibus. Felin. capitu. licet de offi. deleg. & not. quod morte substituti expirat mandatum & substituentis etiam, quando substituens iure proprio substituit, vt quando factus est dominus litis, non autem, quando substituit ex facultate sibi data à principali, tunc enim non attenditur mors substituentis, sed mors principalis, Cardinal. Clem. fin. quæst. 15. de procur. Bellam. decisi. sexta. Dec. capit. relatum. de offic. deleg. Rui. consilio 74. volu. tertio. Franc. capitulo 1. §. licet. de procur. 6. Fallit hæc conclusio multis modis. Primò, quando actus perficiendus confertur post mortem. gloss. & Doct. leg. mandatum. C. mand. gloss. leg. mortis causa. §. Titia. ff. de don. causa mor. gloss. leg. final. ff. de sol. Baldus consilio 57. volumine quinto. Baldus l. si defunctus. ff. de procur. Alber. leg. si verò. ff. mand. Soc. consilio 60. volumine 1. Areti. consil. 66. Dec. leg. eius. §. placebat. numero 8. ff. si cert. petat. Corn. consilio 86. volumine 4. Ruinus cons. 7. volumin. 2. Secundò fallit, quando mandatum fit super eo, ad quod quis de necessitate tenetur, tunc enim morte mandantis nõ expirat, Bartol. leg. si defunctus. ff. de procur. lega. 2. §. sed & si quis. ff. de don. leg. fundi. ff. de acquiren. possess. Bald. consilio 57. volum. 5. Socin. regul. 254. Salic. leg. inter causas. ff. mand. Roman. consilio 202. Marsil. sing. 44. Imol. leg. fundi. ff. de acquirend. pos. Tertiò fallit, quando principalis satisdedit pro procuratore, Bartolus leg. si defunctus. in 2. opp. ff. de procurat. Baldus leg. mandatum. not. 2. C. mandati, Abb. capitul. mandato. de procur. Socin. reg. 254. in 9. fallen. Areti. §. rectè. Institu. mand. Bartol. leg. si ante. ff. iud. solui. gloss. & Card. Clem. final. de proc. Iaso. leg. eius. §. placebat. col. 7. ff. si cert. pet. Quartò fallit in mandato facto institori, quod non reuocatur morte mandantis. gloss. fin. leg. si quis. ff. de inst. Paulus leg. si per epistolam. ff. de acq. hæred. Ruin. consilio 115. vol. 1. Bart. leg. more. ff. de iurisd. om. iu. Card. cap. quoniam Abbas. quæst. 7. de officio. dele. Sali. leg. inter causas. ff. mand. Alex. leg. more. nu. 28. ff. de iurisd. omn. iud. Anchar. Clem. 1. de renunciat. nisi cum morte mandantis sequeretur mutatio status, Doct. Com. leg. eius. ff. si certum peta. vel si esset mandatum generale. Cyn. leg. mandatum. C. mand. Rom. leg. secunda. ff. de don. Bauer. sing. 306. Cuma. leg. more. numero 18. ff. de iurisdi. omnium iudicũ. Quintò fallit in mandato facto à iudice nuncio curiæ, Bartol. leg. fundi. ff. de acquir. possess. Soci. regu. 254. limit. septima. Caccial. leg. more, versi. 22. ff. de iurisdi. omn. iudi. Doctor. leg. si per epistolam. ff. de acq. hæred. Sextò fallit, quando factum est mandatum cum clausula) Donec reuocauerit, Bartolus leg. more. ff. de iurisdict. om. iudic. Ias. leg. eius. §. placebat. ff. si cert. petat. Bart. leg. centesimis. §. final. ff. de verbor. obliga. Ioan. And. capit. si gratiosè. de rescrip. 6. Gozzad. consil. 22. numero 3. Septimò fallit in procuratore à vulnerato ad faciendam pacem, quia eius mandatum morte mandantis non expirat, Baldus in additionib. ad Specul. titulo de homicid. Marsil. singul. 44. Dec. & Iason. d. leg. eius. §. placebat. ff. mand. Octauò fallit in procuratore in rem suam, cuius mandatum morte mandantis non expirat, Bartolus leg. secunda, §. sed & si quis. ff. de donat. l. prima, C. de act. & oblig. Salic. l. inter causas. ff. mand. Alber. leg. eius. ff. si cer. petat. dummodo cum hærede decedat, alias secùs, Bartol. leg. 1. ff. de acti. & obli. Baldus leg. mandatum. leg. illam. C. mand. Nonò fallit in negotiis connexis, Felin. capitul. pastoralis. §. quoniam. de rescr. Marsil. l. prima. §. Diuus. ff. de quæstio. Ruin. consilio 115. volumin. 1. Decimò fallit hoc fauore piæ causæ, capitulo exiit. §. in eo. de verbo. signifi. 6. Baldus Authen. si qua mulier. versic. 4. C. de sacrosan. eccles. Roman. consilio 119. Roman. Auth. similiter. numero 42. C. ad leg. Falci. Fel. c. relatum. ff. de offi. dele. Decius leg. eius. §. placebat, numero 3. ff. si cert. pet. Marsil. sing. 44. Roma. leg. si pecuniam. numero 26. ff. de cond. ob causam, Socin. regul. 254. limit. 8. Vndecimò fallit, fauore libertatis, gloss. leg. si pater. ff. de manu. vind. Alber. Iaso. & Decius leg. eius. §. placebat. numero quarto. ff. si cert. peta. Salic. leg. mandatum. C. mand. not. leg. inter causas. ff. eod. Duodecimò fallit, fauore dotis, Bart. leg. secunda. §. si pecunia, ff. de don. Baldus c. cùm venisset. de testibus. Doct. leg. mandatum. C. mand. Salic. leg. inter causas. 11. opp. ff. mand. Cremen. sing. 143. Felin. cap. relatum. versiculo 2. de offic. deleg. Alberic. leg. eius. ff. si cert. petat. Decimotertiò fallit in mandato re non integra, quod morte mandantis non soluitur. leg. mandatum. C. mand. §. item. Institut. eodem. Fallit hoc in beneficialibus, in quibus etiam re non integra expirat mandatum morte prælati, Clem. fin. de procur. Salic. leg. mandatum, in secunda opp. Cod. mand. Bartol. leg. si per epistolam. ff. de acqui. hæred. Card. capitulo quoniam Abbas q. 7. de offic. deleg. Ioann. Fab. §. item. Institu. mand. decisio Tholos. 264. Guid. quæstio. 119. Roma. consilio 374. etiam si renuntiaret, nedum si moriatur. Cassand. decisio. secunda, numer. 2. de appel. Sarn. Reg. de annali. quæ. 62. numero 2. Cardin. Clemen. fin. numero 13. de procu. Rom. cons. 314. decis. Tholo. 264. Bert. consilio 250. volumine 2. Ampl. idem esse in Commendatario, Sarn. Reg. de trien. quæst. 5. nu. 19. Item hoc idem in hospitalario, cuius mandatum reuocatur etiam quo ad iudicium cœptum, Felin. capitulo de quarta. versiculo 12. de præscrip. idem est in constituto à vicario perpetuo, Docto. d. Clemen. fin. de procura. Quartò ampl. etiam si super titulo beneficij esset constitutus. Rom. cõsilio 374. Cassand. decisio. sexta, titulo, vt lite pendent. numero 3. decisio. secunda. nu. 2. de appel. Quintò hoc idem in vicario constituto, expirat enim morte mandantis, gloss. & Card. Clemen. fina. de procurat. Sextò ampl. hoc dictum procedere non solum ad iudicia, sed etiã ad negotia, Doct. d. Clemen. fin. Septimò ampl. etiam si prælatus suum proprium nomen non expressisset, Card. d. loco, quæstio. 6. Octauò ampl. etiam si vtilitas Ecclesiæ exigeret, vt procurator constitutus perseueraret in actu, Vital. d Clemen. fin. Nonò ampl. etiam si procurator fuerit constitutus non à solo prælato, sed etiam à prælato & capitulo, gloss. dicta Clementina finali, versiculo, reuocari, vbi Cardinalis numero quinto. de procurator. nisi hoc esset negotium commune prælati, & capituli. Doct. d. loco. Fallit secundo loco hæc decimatertia declaratio, nam etiam re non integra expirat mandatum, quando constituens sine hærede decedit. leg. prima, C. de actio. & obligat. leg. si per epistolam. ff. de acq. hæred. Roma. consilio 374. Anton. Gabriel tit. de procur. conclusio. 2. & 3. latè, concl. Guid. decisio. 547. not. leg. 1. C. de actio. & obligat. Innocent. capitulo licet. de offic. delega. Ampl. etiam conclu. relatam procedere in morte ciuili, Angel. §. præterea. Institu. de exc. Dec. consilio 460. In casu autem, quo mandatum naturali morte mandantis expirat, processus cum huiusmodi procuratore agitatus

agitatus indistinctè est nullus, Fulg.leg.ante.num.1. ff.de procur.leg.si procuratorem.nume.7. ff.eod.l. de qua re.§.cum absentem.ff.de iud.etiamsi mors ad notitiam partis, vel iudicis non perueniat, Barto.dicta leg.si procurator, Abb.capitulo mãdato.de procurat.Cassad.decisio.2.numer.10.de rescriptis. Aegidius quæst.495. quando autem dubitatur de morte procuratoris, dominus illum reuocare tenetur, Roman.sing.215.leg.libera.de pecul.Sed vtrùm conclusi.dicta habeat locum tam in generali mandato, quàm in speciali? Respon. quòd pariter locum habet in vtroque, Fulgos.leg.more.numero decimo-octauo.vbi Curt.numero 76.& Docto.Com. contra Bart.dicto loco.ff.de iurisd.omn.iud.Bellamera capitulo ad nostram.numero 2.de iure iu.l.si verò.§. si mandauero. ff. mand. confertur tamen mandatum generaliter post mortem tribus modis. Primò ex natura actus, vt quando testator aliquid mandat hæredi, tunc enim confirmatur morte, non reuocatur.leg.cùm pater.§.mand. ff. de leg.secundo. Secundò, ex natura rei, vt quando testator mandat sepeliri, nam solum post mortem conferri intelligitur.leg.si verò.§.si.ff.mand.Baldus consilio 57.numero 7.volum.quinto.Tertiò, ex forma verborum, tunc enim post mortem durat, donec reuocetur ab hærede. not. leg. mandatum.in prima oppos. Cod. mand.leg.si defunctus.ff.de procur. leg.fundi. ff.de acqu.poss.l.cùm pater.§.Mæuio.ff.de leg.ij.vt mandatum de soluendo creditoribus, Bald.consilio 57. volumin.quinto.Finitur ergo mandatum morte domini, vel procuratoris.Secundo modo soluitur finita causa, gloss.& Doctor.capitulo si pauper.de præbend.6.Tertiò finita die, ad quam constitutus fuerat, nam etiam si per iudicem prorogetur, non potest procurator amplius agere, Ioan. And.in add.ad Spec.tit.de procurat.§.ratione.columna 3.capitulo cùm olim.il 1.de offic.deleg.capitul.significauit. de appellat.capitul. si quem.de proc.vj. l.qui mutuam. §.non ideo.ff.mand.Aegid.conclusi.cxxxv. Quartò finitur furore superueniente. Barto.l. qui seruum.ff. de acq.hæred.Baldus l.fin.§.j.C.de administ. tutor. Quintò qualibet mutatione status in peius respectu vtriusque.l.si cum.ff.de solu.l.cùm quis, eodem tit. l.confirmando.de confir.tutor.l. pater.§.final. C.de test. tutela.Sextò finitur per sententiam latam, Bar. l.si procurator.ff.de procurato. Septimò finitur per reuocationem, dixi latiùs super.conclusio. 31. Octauò soluitur si à iudice ei interdicatur officium, Baldus dict.l.mandatum.quæst.j. Nonò soluitur etiam morte ciuili, Doct.Commu.l.post litem.ff.de procurato.Decimò, si fiat affinis.l.aut affinitate eodem titul. Sed quatenus dixi mandatum reuocari ad voluntatem mandantis, Bartolus l.si verò.§.si mandauero. ff.mand. procedit etiam si fuerit factum cum pacto, ne reuocetur.Bartolus l. cum precario. ff. de precario. Vndecimò mandatum soluitur per comparitionem domini, Bartolus l.qui mutuam. §. non ideo. ff.mand. nisi dicat citra reuocationem procuratoris.Ioann.Andr. capitulo si quem. de procurat. vj.debet tamen reuocatio mandati intimari aduersario, Cyn.l.mandatum.quæstion.tertia. C.mandat. Speculat.titulo de excom.§.quarto, versiculo, & si iudex.ex quibus satis conclu.hæc declarata videtur. Med.trac.2.par.

¶ Mandati actio. L. [a] 61. Vlp.libro 10. disputationum. [a] al.60.

Semper qui non prohibet pro se interuenire, mandare creditur, sed etsi quis ratum habuerit quod gestum est obstringitur mandati actione.

De mandati actione. Iunge de op. pub.l.prima. Prohibet.§.præsens, sciens, & patiens, man.l.ex man. l.qui fidem, l.qui patitur 18.l.6.§.si passus, C.eodem titulo.l.si fideiussor, 6.Sim. capitulo qui tacet, in vj. Sed Et Si. Iunge l.cxcvj.§.deiecit.Ratio, de exerci.l.1.§.magistrum autem, C. de acquirenda possessi. l.secunda, capitulo decimo, ratihabitionem, in vj.de iud.l.licet, & ibi gloss.ij.quæst. vj. capitulo non solet, vj.quæst.j.cap.error.C.ad Mac.l.fin.C.de dona. inter virum, & vxorem.l.donatio, de pig.l.si fundus, §.j.de sol.l.si quis officio, l.cùm decem; §.j.procura. quod iussu, l.prima, §.ratum, j.l.clij.hoc iu. §.j. Gestum Est, scilicet validum suo nomine & tempore, nec ob.capitul. nono, ratum, in vj. l.vj. §. sed si ego, de negoc.gest.l.si seruus, de preca: capitul. cùm quis, de sen.ex. in vj.Rem ratam hab. l.bonorum, de ap.re.l.j.de acqui.hær.l.si quis mihi, §.iussum.de restitut.spoliat.capitulo cùm ad sedem, de vi & vi, l.j. §.deiecisse.Limit. plures habet Deci. Vide Horiot. axiom. fin.Intelligit Faber hanc legem in iis personis, quæ pro aliis interuenire solent, de iniur. l. non solùm, §.agere.Sim. de sol.l.qui hominem; §.si Titium.Mandati.Sim.quod iussu, l.j.§.si ratum.Ratio, de sol.l.vero procuratori, in fin.12.j.l.clij.§.hoc iu.§.j. vt & in causis procedit, in quibus requiritur speciale mandatum, de iureiurand.in vj.capitulo fin. de min.l.quòd si speciali, vt Deci.latiùs hic probat. Riisvvich.paratit.

¶ Mandati fines diligenter seruandi sunt, etiam in minimis, præsertim quando sumus in essentialibus. Doct.communiter.l.diligenter.ff. mandati. Med.re.5.

¶ Mandati fines diligenter custodiendi sunt.l.diligenter.ff.mandati.

Primò fallit, quando actus sunt connexi, & dependentes: quia quando mandauit vnum, etiã videtur mandasse aliud.vt not. Ange.in lege, qui procuratorem, ff.de procurat.

Secundò fallit, quando dedisset mandatum ad cõfitendum, & peruenisset aliquid ad aures procuratoris propter quod nõ deberet confiteri: quia non debet confiteri, vt not.Bald.in c.j.extrà, de lit.cont.

Tertiò fallit, quando procurator excedit mandatum, præsente domino & non contradicente: vt not. Bal. in aut.qua in prouincia. C.vbi de cri.agi. oport.vbi omnino vide plenè per eũ & per alios docto.in aliis allegatis locis in d.l. diligenter. B.Soc.re.309.

¶ Mandati fines possunt in modicis transgredi. Barb.cons.74.lib.4.glo.c.quo ad cõsultationem, de rescr. Tiraq.in tract. de iudi. in reb. exig.non fer.nu. 87.contrarium tenet, quia fines mandati diligenter sunt seruandi.l.diligenter.ff.mandati. Med.re.5.

¶ Mandati forma intuenda est ad cognoscendam auctoritatem nuncij vel procuratoris.Bald.leg.vnica.col.19.C.de confessis, Docto.c.ex parte.col.6.de rescr.Iasl. qui Romæ.§.Callimacus.nu 17.ff.de ver. obligatio.quod adimpleri debet in forma specifica. l.diligenter. ff.mand.c.cum dilecta. de resc. Asin.in praxi.iud.§.3.c.37.nu.3.c.Pisanis.de rest.spol. Eue.in loco à defectu forma.nu.4. Ber. cons.11.nu.3. vol.3. Med.re.7.

¶ Mandati solẽnitas non præsumitur ex diuturnitate alicuius temporis: notat Bal.in l.j.ver.sed pone quod aliquis.C. de reb.alien.& ibi Salic. idem Bal in l. 2.ibi: vsque ad mille annos. C. si ex fals. instr.sequitur Alex.in l.sciendum.ff.de verb.oblig.

Limita

Limita dupliciter, vt per Felin. in capi. sicut. de iudic. B. Dias re. 451.

¶ MANDATO quantumcunque generali, nunquam intelligitur mandatum procuratori, quòd indebitũ recipiat, aut illicitum faciat. Probatur ista regula in l. si procurator. ff. de cond. indeb. & in glo. c. dilecto. de præb. vbi Imo. notat.

Amplia tripliciter, & limita octo modis, vt per Iaso. in d. l. procurator. B. Dias re. 450.

¶ MANDATARIVS cum se refert ad aliud mandatũ secundum illud procurator agere potest, Beneu. stracha. in tract. de mercatura. in tit. Mand. nu. 13. per l. si ita. ff. de cond. & dem. l. asse toto. ff. de hæred. instit. l. in testamento. ff. de hæred. instit. Dec. consilio 63. numero 6. Alexand. consilio 9. volumine 5. numero 2. si verò nullum mandatum apparuerit, nihil agere poterit procurator. Bald. auth. si quis in aliquo. vbi Dec. nu. 32. C. de edend. Card. c. fi. de fid. instr. Med. reg. 10.

¶ MANIFESTVM. Manifesta probatione non indigent. Qui satisd. cog. l. si verò. §. 1. De act. empt. l. ex empt. in fi. 1. resp. C. de accu. l. ea. Riisvvich.

¶ MANISCALCVS, qui curauit equum, poterit illum retinere pro modica mercede ei debita pro curatione: ita in terminis dixit Anto. Cors. in tracta. de minim. nu. 90. Med. reg. 5.

¶ MANVMISSI non procedit non seruata forma iuris, de qua in capitu. multis. inst. de libert. leg. 1. C. de his, qui in eccle. man. l. 2. C. commun. de man. dixi super. amp. 5. Med. re. 7.

¶ MANVMISSIO L. 140. Paulus libro decimosexto ad Plautium.

In obscura voluntate manumittentis fauendum est libertati.

Iunge ad l. 21. quotiens dubia, de manu. test. l. si peculiũ §. fi. l. si ita. Coniunge de statuliberis, l. si peculium, de his qui in test. de. l. proximè, §. fi. Ratio, ĩ. l. 157. semper. Exc. de manu. test. l. cùm ex pluribus, de rebus dub. l. si fuerit, §. item si ex plu. de adi. leg. l. 3. §. si duobus. Riisvvich. paratit.

¶ MARITVS confitens recepisse dotem, quam nõ habuit, in dubio præsumitur spe futuræ numerationis fecisse, & non donationis. Alex. leg. diuortio. ff. solu. matrim.

Fallit quando talis confessio esset facta inter coniunges dispares. Vide Bartol. & Alexand. in dicta leg. diuortio.

Fallit quando talis confessio fieret in vltima volũtate, quia tunc præsumitur facta animo donandi: & non futuræ numerationis, vt est gloss. in leg. prima. C. de fal. cau.

Fallit quando euidenter appareret de donatione: quia præsumitur donatio, & est casus in leg. prima C. de dona. an. nup. S. Ia. re. 168.

¶ MARITVS, constante matrimonio, ex causa donationis dotem vxori constituere non potest. l. si constante. de don. ante nup.

Primò fallit fauore libertatis: l. j. C. de ser. pign.

Secundò fallit in alienatione, quam fecit fiscus, & hoc eius fauore: vt l. si hypothecas. C. de dis. pign.

Tertiò fallit in alienatione pignoris, quasi sit vnus de creditoribus cum solennitate per proclama vocatus, & tacentibus preiudicat taciturnitas, vt leg. si eo tempore. C. de dis. pig.

Quartò fallit nisi studiosè, & dolosè faciat vt decipiat illum, qui super interesse suum contrahit: vt C. de lati. li. tol. authent. ad hæc. & leg. si res alienas pignor. l. ij. C. de distra. pign. mulier. & d. leg. si sent. &c.

Quintò fallit ratione sanguinis seu coniunctionis: vt leg. si seruus communis. ff. de donatio. inter virum & vxorem.

Sextò fallit si potior sum eo in iudicio eodẽ cuius primo loco mihi competit prosecutio: leg. sæpe. de re iudi. vide de hac materia per Lu. de Ro. in l. quæ do. ff. solut. matri. B. Soc. reg. 313.

¶ MARITVS potest accusare vxorem suam de adult. sed non vxor maritũ. l. Iul. ff. de adulter. Med. reg. 9.

¶ MARITVS regulariter non tenetur nisi inquantum facere potest. l. maritum. ff. solut. matr.

Primò fallit in marito procuratore: vt est textus in capitul. j. de donationib. inter virum & vxorem, secundum communem intellectũ Ioan. And. & doct. quicquid gloss. aliter dicat, & idem tenuit Iacob. de Belui. in dispu. sua quam ponit in leg. vnic. C. de rei vxoria action. & Ioann. de Imo. in leg. diuortio. §. impendia. ff. soluto matrimonio. & leg. filio. ff. eodem. titu.

Secundò fallit, vbicunque maritus conuenitur constante matrimonio, & ad dotem, eo quia malè vtitur substantia sua, secundum gloss. in leg. vbi adhuc. C. de iure dotium in verbo, ita tamen. & in verbo substantiam. sed de hoc dic, vt per Bartolum & alios in leg. si constante. in viij. quæstione & vlt. ff. soluto matrimo.

Tertiò fallit, si maritus à princip. sciens se non posse solidam dotem reddere illam accepit, vel confessus fuit illam accepisse: vt gl. not. iuncto text. in leg. pe. in fi. ff. de iure dot. Bar. in leg. maritum. §. eleganter. ff. sol. matri.

Quartò fallit, si res dotalis existit apud maritum, quia species sit in dotem data: quia marito videtur concessum hoc priuilegium, nisi quando data esset in consistentibus in pondere, numero, vel mensura, leg. vnica. §. cum autem. C. de rei vxor. actio. pro hoc bene facit leg. in bonæ fi. in princ. de no. feu. & Ioã. de Imo. in leg. si fundum. ff. soluto matrimonio Bartolus in l. Nesennius. §. si fundus. ff. de re iudic. & latiùs in d. l. si filio, tenet expressè contrarium, quod dic vt ibi per Domini. & idem videtur dicendum si res dotalis non extaret, sed alia empta, & acquisita ex re dotali, per leg. si cùm dotem. §. fi. ff. sol. matrimo. argu. leg. Imperator. §. fi. ff. de leg. iij. & in terminis videtur tex. in leg. maritus. ff. de dona. inter virum, & vxorem.

Quintò fallit si maritus conuentus negauit fuisse maritum, per leg. sed hæc ita. in fi. de reg. iur. & l. verum. §. fi. & leg. si vnus ex sociis. §. fin. ff. pro socio. & in terminis firmatur per Bart. per verbum, puto, in leg. etiam. sol. matr.

Sextò fallit, nisi maritus promisisset alteri quàm mulieri dotem restituere, per d. leg. Nesennius. in prin. & procedit secundum d gl. not. ibi, & in leg. si prior. ff. sol. matr.

Septimò fallit, si mulier in iudicio iurasset maritum sibi debere centum ex causa dotis: vt est tex. not. in l. eum. §. si mulier. ff. solut. matr.

Octauò fallit, si vltra dilationem legalem, marito esset concessa longior dilatio in restituenda dote, quam habere deberet de iure communi: vt in casu leg. licet. & ibi not. ff. de pact. dot. text. est not. secundum vnam lecturam gloss. in leg. si ex parte. §. sed an etiam. ff. quod cum eo. quam limitationem posuit Lud. de Rom. in d. l. maritum. sed Barto. ibi tenuit contra

contrarium secundum aliam lecturam.

Nonò fallit, si maritus vel eius liberi artifices sint: quia ex artificio commodè viuere possent: vt est gloss. in l. maritus in id. & ibi doct. ff. sol. matrimo. & not. gl. in l. si quis argentum. C. de donat. limita etiam vltra prædicta, regulam prædictam sex aliis modis, vt per Bartolum in dict. l. maritum. ff. soluto matrimonio. B. Soc. re. 314.

¶ MARITVS: sententia lata contra vxorem non nocet marito, nec etiam eius factum. Bald. l. doce. C. de rei vendic. Aret. leg. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verborum obligation. Alexand. leg. de die. §. qui mulierem. ff. qui satis. cog. Abb. c. quamuis. nu. 12. de sent. & re iud. Med. re. 8.

¶ MARITVS vxorem alere non tenetur, si dos sibi promissa non detur. vt est gloss. not. in auth. de non eligen. secundò nu. §. fi. vers. onera. & eam expellere poterit, probatur in l. fi. C. ad Velle. & illum tex. ad hoc ponderat Bald. Cy. & Sali. in l. quod in vxorem. C. de neg. gest. Bald. in l. de diuisione. ff. solu. matr. & in l. si cum dotem. in §. sin autem. ff. eod. ti. vbi etiam per moder. & per Bart. in l. si donaturus. ff. de condi. caus. non seq. causa.

Primò fallit, nisi mulier, quæ dotem promisit, dedit id, quod potest marito: quia non tenetur, nisi quatenus facere potest: vt l. ex diuerso. circa prin. soluto matrimo.

Secundò fallit, vbicunque alius, vtputà pater vel alia persona promisisset, & daret pater id quod potest: quia hoc casu non posset mulier expelli: quia pater mulieris habet beneficium ne teneatur genero, nisi inquantum facere potest. vt l. penultima. ff. de iure dot. & dict. l. ex diuerso. in princ. ita tenet Rapha. in dict. l. si cum dotem. §. si maritus. cum l. seq. ff. soluto matri. & optimè, & probatur in auth. de resti. & ea, quæ parit. §. quia verò. & not. Mod. in dicta l. si donaturus.

Tertiò fallit, vbicunque nulla dos fuisset promissa viro: quia hoc casu etiam tenetur alere, nec eam posset expellere. vt probatur in §. quia autem. in aut. quib. mod. natur. efficiantur sui. bene facit l. quod si nulla. ff. de relig. & sump. fu. & cap. per vestras. de dona. inter virum, & vxorem. & ita etiam tenet Bald. in l. pro oneribus. §. fi. ff. de iure dotium, pro hoc alleg. rationem: quia mulier tenetur operari viro. vt not. in l. sicut. C. de ope. libe. B. Soc. re. 315.

¶ MARITVS si ex forma statuti debet lucrari certam partem dotis, & vxor aliquid ei leget in testamento, tale legatum quamuis simpliciter factum, computatur in lucro talis statuti. Hanc dicit communē sententiam Iason. in authentic. præterea. C. vnde vir & vxor.

Limita dupliciter, vt per eum ibi. B. Dias re. 454.

¶ MARITVS non potest concedere licentiam seu consentire vxori, vt secum contrahat, casu quo mulier vigore statuti, sine licentia viri non potest contrahere, prout cauetur lege nostri regni Hispaniæ in l. Tauri. Ita concludit subtilis Didacus de Segura in eleganti repetitio. §. si vir. l. prima. ff. de acqu. poss. & vide doctor. del Castillo, in commento legum Tauri. in l. lv. in glo. in verbo, sine licentia. vbi refert Ro. in l. pactum quod dotali. C. de coll. & Bart. in l. cùm pater. §. libertus. ff. de leg. secundo, ad hoc quòd quādo mulier contrahit cum marito, non requiritur licentia.

Limita quatuor modis, vt per eundem Didacū de Segura in d. loco, per totum. B. Dias re. 455.

¶ MARITI consensus si ex forma statuti requiritur in contractibus mulierum, si non fuerit interpositus cōtractus reddetur nullus, fallit nisi maritus fuisset absens. Bald. cons. 488. volum. 1. cons. 316. vol. 7. Afin. in praxi iudic. §. 3. cap. 37. numer. 4. statuti enim forma ad vnguem seruari debet. Feli. cap. cum dilecta. nu. 36. de fide instr. Dec. cons. 11. nu. 9. Paris. cons. 61. numer. 15. libro 3. Gratus cons. 81. numero 7. volu. 1. Med. reg. 7.

¶ MARITI iure qui accusant, calūniæ periculum non euitant. Scæu. lib. 4. Reg. de adul. l. 14. Is cui ope. §. fi. Riisvvich.

¶ MASCVLO excludente fœminam per statutum sufficit masculum momento extitisse, vt perpetuo maneat exclusa. Ant. cons. 20. Ias. l. inter stipulantem. §. sacram. col. 8. ff. de verb. ob. Bal. l. si quis posthumos. §. 1. col. fi. ff. de lib. & posth. & l. in quib. C. de sec. nup. Alexand. cons. 29. lib. 1. Aret. l. 2. l. si ante. ff. sol. matr. Med. reg. 5.

¶ MASCVLINVM concipit fœmininum. l. si ita scriptum. ff. de leg. 2. l. 1. ff. de ver. sign.

Fallit, vt per Marsi. in singu. 20. Ampliatur in 10 casib. & limitatur in 27. à Port. lib. 2. suarum concl. reg. 7. fallit in 9. casib. vt per Soc. reg. 255. fallit vt per Bapt. à Villa. conclusi. 25. in litera M. videas Alex. in l. ad si hoc. §. liberos. ff. de in ius vocan. Ampliatur in 7 casib. & limitatur in 14. à Iaso. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. numer. 1. & seq. fallit in 6. casibus, quos no. Dec. in l. fœminæ. ff. de reg. iur. nu. 90. & an ista regula procedat in criminalibus, declarat Marsil. in l. si quis negandi. de sica.

Masculinum in contractibus non cōcipit fœmininum, communis est opinio, secundum Ias. in d. l. si quis id, quod, vbi limitat in 4. casib. nu. 23.

Fallit in 3. casib. quos no. Dec. in l. fœminæ, ff. de reg. iur. num. 106.

Masculinum concipit fœmininum in legis dispositione, l. 1. ff. de const. pecu. l. 3. ff. de neg. gest.

Ampliatur & limitatur in 4. casib. secundum Dec. in d. l. fœminæ, nu. 11. Don. Fina, lib. 5.

¶ MASCVLINVM concipit fœmininum: hæc indefinita vniuersaliter debet intelligi in materia indifferenti, & in omni dispositione, dummodo militet eadem ratio in vtroque. Dec. l. ij. ff. de reg. iur. Bal. l. in multis. ff. de stat. hom. l. si quis. ff. de verb. sign. l. qui duos. ff. de leg. iij. l. legatis. eo. Alex. cōs. cxxxv. nu. 4. volu. j. Bal. cōs. vj. nu. 6. vol. v. Dec. cons. ccclxj. nu. 4. Docto. com. l. si ita. ff. de leg. ij. Rom. cons. xxxv. nu. 3. Ias. l. si quis. nu. 14. ff. de iurisd. om. iud. l. quicunque. C. de ser. fug. Bal. cons. ccxxvj. nu. 4. vol. v. Cum. consil. clxvj. Anc. cons. cxx. num. 4 cons. cxxxviij. vol. ij. Bald. cons. xxj. nu. 1. vol. iij. Dec. c. cum in cunctis. nu. 51. de resc. Bal. cons. ccj. nu. 3. vol. j. l. j. §. j. ff. de consti. pec. l. iij. ff. de neg. gest. Alb. l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iud. Ang. cons. cclxxxix. l. si quis in tantum. C. vnde vi. Signor. cons. clxxx. Old. cons. clij. Doct. c. fi. de Simon. Med. re. 2.

¶ MASCVLINVM concipit fœmininum. Baldus in l. in multis. ff. de statu. homin. & l. ait prętor. ff. de neg. gest. l. si quis. ff. de verbo. sign. ex mente legislatoris, & non quantum ad verba. secundum opin. glo. Ita in l. qui duos mulos. ff. de leg. iij. & l. legatis seruis. ff. eod. tit. & latè Deci. in l. fœminæ. ff. de reg. iur. Alexand. in cons. cxxxv. circa primum dub. num. 4. vol. j. Bald. consil. vj. numer. 6. in vol. v. Dec. consil. cccxcj. nu. 4.

Amplia, id locum habere in materia indifferenti, vt Iaso.

Iaso.de Aren.Cyn.Alber.& Docto.in l.si ita scriptũ sit.ff.de leg.2.Rom.cons.35.nu.3.Doct. in l.si quis, id quod.ff.de iurisd.om.iud.& ibi Ias.nu.14.& l.quicunque.ff.de seru.fug.

Amplia hoc idem in materia fauorabili. vt Baldus in consili.226.in præmissis.numero 4.volum.5.Cuma.consilio 146.Anch.consilio 120.nu.3.& cons. 46. & Bar.in l.iura.in fi.ff.de legi.Corne. Perus.cons.13.l.9.volu.2.

Amplia etiam in vltimis voluntatibus, & testantium dispositionibus.vt l.qui duos mulos.& l.legatis seruis.ff.de leg.3.Corn.consilio 138.d.volum.2.Deci.in l.fœminæ.num.12.ff.de reg.iur.Bald.consi.21.nu.1.in 3.volu.

Amplia d.reg.vt masculinum concipiat fœmininum, vbi est eadem ratio in vtroque.Ita Dec. in c.cum in cunctis.num.51.de elect.Bal.cons.201.nu.3.vol.1.& cons.47.nu.1.vol.5.

Amplia hoc idem in dispositione legali, vbi si lex loquitur in eo:etiam locũ habet in ea,l.j.§.j.ff.de consti.p[...].& l.3.in prin.ff.de neg.gest.Alber.in l.si quis id,[...]od.ff.de iurisd.omn.iud.Ange.consilio 289.& l.si[...]quis.ff.de verbor.signific.& l.quis in tantum.C.[...]de vi.

A[...]plia hoc etiam in priuilegiis,secundum Bald.in c.ad audientiam.Il primo,de rescript.Signorol.consil.108.Oldra clij factum,in prin.Dec.in consilio 443.num.1.& 8.volu.2.Corn.consil.177.h.volum.4.domin.in c.Genera.vers.tertio casu.Abb.& Ioan.And.in c.fi.de Sym.& do.in c.quamuis.Il 2.de præbend.

Amplia etiam in rescriptis,vt sub masculino etiam fœmininum includatur,vt c.significauit,& ibi Io.And.Flor.Imol.de rescript.Philip.Fran.in c.cum in multis.Il 2.de res.Tira.in tract.de vtroque retrac.§.50.gl.6.nu.204.vbi plura accumulat,quod vide.

Fallit hæc regula in materia differenti,quia masculinũ non complectitur fœmininum.Bar.in l.j.ff.de verb.sign.& l.j.in fi.ff.de pecu.Bal.in l.seruus.C.communia de suc.numero 1.& l.in multis.de stat.ho.Bald.consi.201.nu.3.vol.j.& latè dixi in tract.de iure prothom.§.j.nu.28.Corn.cons.275.K.vol.4.vbi multa allegat.

Fallit in contractibus,vt mascu.non concipit fœmininum.Guido de Suza.in l.veterib.ff.de pac.Cum.in consil.166.Roman.cons.145.Dec.in d.reg.fœminę.numer.104.de reg.iur.Anch.consilio125.numer.7.vers.cum igitur.Alex.consil,80.nu.11.ver.approbat.volum.j.

Fallit in materia correctoria,quia masculinũ non concipit fœmininum.Alexand.in l.Gallus.ff.de libe.& posth.nu.10.Ias.ibi.nu.60.& 61.Deci.in d.l.fœminę.nu.111.

Fallit hæc regula in statutis, maximè odiosis.Alexand.consi.135.num.4.vol.j.Cor.cons.xiiij.l.v.& vij.vol.ij.Bald.cons.vj.nu.6.vol.v.Alexand.consi.xxiiij.nu.13.& 33.vol.ij.Corn.cons.xcv.in princ.vj.vol.ij.Bal.in l.j.C.qui admit.Anc.c.j.de const.Alex.cons.234.nu.5.& 9.vol.vj.

Fallit etiam in sententia, & verbis iudicis ex quo sunt stricti iuris.Ita Imo.in l.si ita scriptũ.ff.de le.2.Ale.in consi.j.nu.16.vol.v.Bar.in l.Iulianus.ff.de cond.ind.Dec.consilio 44.in fi.& l.fœminæ.nu.115.ff.de reg.iur.

Fallit etiam in officiis.Bald.in c.ad audientiam.il primo,circa fin.de rescrip.Deci.in d.l.fœminæ.numer.116.Ias.in l.si quis,id quod.nu.14.ff.de iuris.om.iud.Dec.cons.348.num.6.alle.Bart.in d.l.Iulianus.Soc.cons.134.vol.1.

Fallit quoque dictis testium, vt masculinum non amplectitur fœmininum, cùm eorum verba prolata contra testificantem & producentem semper sint interpretanda.Ita gloss.in capitu.in præsentia,extra de proba.in ver.dubium.Alexand.consilio 179.viso processu.numero 15.volum.v.Tiraq.in d.§.& glos.numero 185.

Fallit etiam in feudis,quia fœmina regulariter non succedit in feudis.Bald.consilio 401.in prin.volum.5.& consilio 232.in prin.vol.3.idem in prælud.feudorum.ver.natura feudorum.Deci.cons.390.nu.1.& 2.I.Nouel.re.90.

¶ Masculinum concipit fœmininum. De iurisdi.l.si quis id.De leg.3.l.qui duo mil.De verb.signi.l.I.Riisvvich.

¶ Masculinum in contractibus non continet fœmininum.Ista est commu.opin.prout testatur Ias.l.si quis id quod.ff.de iurisd.omn.iud.

Limita quatuor modi. vt per Ias.in d.l.si quis id quod.nu.23. B.Dias reg.456.

¶ Masculinum regulariter fœmininum* cõcipit:
* vt in l.si quis id quod.ff.de iu.om.iud.l.mancipia.C.de ser.fu.tex.in l.qui duos milites ff.de le.3.& habetur plenè per Dyn.in l.j.ff.de verbor.signific.cum si.B.Soc.re.312.

Additio.

* Fœmininũ.Ad materiam vide Cor.in consi.50.inci.pro decisi.in litera A.& in consi.13.inci.ad huius.in litera m.& in cons.94.in c.circa,per totũ.&in cons.138.inci.placet.in litera d.& in cons.199.inci.In præsenti.in litera o.la ij.in ij.parte.& cons.96.incip.licet per totum & in consil.171.inci.repetito.per totum.& in consilio 211.inci.quanquam.in litera a.& in consil.222.inci.quanquam,per totum in 3.parte.B.Vad.

Primò fallit in contractibus: quia appellatione filiorũ non comprehenduntur filiæ fœminæ.ita dicit Aret.in c.si quis suadente diabolo.17.q.4.Et ideo dicit Ioan.de Imo.in c.potuit.de locato.quòd si in instrumento cõcedatur feudum pro me & filiis, &c.& ita tenet Bal.in l.j.ff.de li.& po.allegando Arch.in d.c.si quis suadente diab.

Secundò fallit, vbicunque esset consuetudo, vel esset statutum in ciuitate quòd filiæ fœminæ non succedant: quia tunc appellatione filiorum non debebunt comprehendi filiæ fœminæ.ita mirabiliter Petrus de Anchar.in l.tres fratres.ff.de pact.pro quo facit quod signanter tenuit Bartolus in l.penultim.ff.ad Trebel.& text.not.& etiam Raph.Ful.in l.prima.C.de condi.inser.facit quod not.tenuit Bartolus in l.hæredes mei.§.cum ita.ad Trebe.& l.vt iurisiurandi.ff.de ope.lib.vbi dicit, quòd si quis accepit feudum pro se, & filiis: & tunc appellatione filiorum non comprehendentur filiæ fœminæ,vbi in ciuitate vigeret consuetudo quòd filiæ fœminæ non succedant.

Tertiò fallit, dicta regula vbicunque in statuto fieret mentio de filiis: quia tunc appellatione filiorum non includerentur filiæ fœminæ:ita Car.Zaba.in ca.Quintauallis.extrà, de iureiur.qui ita dicit se consuluisse.Ratio est, secundum eum, quia licet appellatione filiorum comprehendantur filiæ fœminæ, vt in d.leg.si quis id,quod de iur.om.iud.cum si tamen hoc non est ex propria significatione: sed per interpretationem & extensionem vt leg.iusta.ff de verbo.sign.vbi dicitur, quòd iusta interpretatione sæpe

ne sæpe filij appellatione continetur filia, & sic non semper. ad id est gloss. not. in l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. iij. quæ dicit, quòd si nomen fratris confertur in plurali, quòd etiam continetur soror: vt in l. Lucius. iuncta gloss. ff. fa. er. habet locum non ex vi verborum, seu ex propria significatione verbi: scilicet ex eo quòd masculinum concipit fœmininum, sed statuta non recipiunt extensionem, cùm propriè debeant intelligi: prout in l. iij. §. hæc verba. ff. de ne. gest. l. non aliter. ff. de leg. iij. & l. j. §. is, qui nauem. de exercitor. & ideo infert ipse Card. in loco præalleg. quòd modo statuti appellatione filiorum non includuntur filiæ fœminæ, per rationem de qua suprà. & de materia habetur, per Cyn. & doct. in l. quicunque. C. de ser. fug. per Bald. in l. si ita. de irri. & ru. testa. & in l. cùm ex filio. §. ex filio. ff. de vul. & pu. & in l. in multis. ff. de statu ho. & per Bald. in l. j. in princip. ff. de libe. & posthu. & in clemen. prima de elect.

Quartò fallit dict. regula, vbicunque tractaretur de odio, & sic masculinum confertur in materia odiosa & pœnali: quia tunc masculinum non concipit fœmininum. gloss. est quæ alleg. l. j. quæritur. ff. de vent. inspi. iuncta l. si quis exhæredato. & in l. si quis. ff. ad leg. Iul. maie. & est optimus text. in c. quamuis. de pœn. in vj. no. Doct. de hæret. eod. li. vbique alia esset mens loquentis: quia tunc in hoc casu masculinum non concipit fœmininum: vt in l. Lucius. in §. quæsitum. ff. de legatis tertio. & ibi casus. & ita tenet gloss. in dict. l. prima, digestis, de verborum significatione.

Quintò fallit, vbi masculinum profertur à iure qualificatum, sicut si esset doctor, medicus, religiosus: nã hoc casu masculinum non concipit fœmininum. casus est in cle. v. de consang. & aff. & ibi hoc tenet Paul. de Leaz. Car. Flo.

Sextò fallit, vbicunque masculinum profertur in materia differenti, quæ non congruit fœminæ sicut viro: nam tunc etiam masculinum non concipit fœmininum: vt in l. fin. ff. de tut. iuncta l. ferè. ff. de regulis iuris. & hoc est quod dicit Bal. in lege, in multis, ff. de statu homi. vbi dicit, quòd masculinum non concipit fœmininum in iis, quæ differunt ratione consuetudinis, vel causæ finalis, & ponit exemplum de consuetudine: putà dicit statutum quod magnates possint intrare palatium: nam tale statutum nõ extenditur ad fœmi. quia non conuenit mulieri intrare palatium.

Septimò fallit, vbi profertur masculinum, & fœmininum separatim: nam masculinum non concipit fœmininum. ita concludit Bal. in d. l. in multis. ff. de statu homi. & probatur in l. fi. in prin. C. ad Tertyl.

Octauò fallit, vbicunque quis prolatus est sub nomine proprio: nam tunc etiam non concipit fœmininum: vt l. si quis ita. cùm ibi nota. ff. de testamen. tutela. & est conclusio omnium. Hæc tamen regula patitur vnam limitationem: nam tale masculinum est probatum à iure condendo legem. vt in prima conclusione. & tunc efficitur lex continens, quia lex debet esse vniuersalis, vt lege, omnes populi. & ibi per Bartol. ff. de iustitia & iure. de quo vltra prædicta habetur per docto. in clem. prima, de electione. in vj. & Specul. tractat. in titu. de disputa. in §. post hæc Bald. in lege fin. C. de hæred. instit. & dicta lege, in multis. de statu hominum. habetur in lege, qui domum. coniuncta l. mater. §. mulieres. ff. ad legem Iuliam de adul. & l. vnica iuxta finem. C. de rap. vir.

Nonò fallit, vbicunque sequeretur correctio legum: quia tunc masculinum non concipit fœmininum. ita Bal. in l. quicunque. quas limitationes bene not. B. Soc. reg. 312.

¶ MASCVLINVM. Fœmin. In masculino non semper intelligitur fœmininum.

In Aut. tit. eo. §. causas rectè. Azo, ru. 104.

¶ MATERIA fauorabilis, facit vt indefinita vniuersaliter procedat, & facit vt res vnico actu non dicatur compleri, sed extẽdi toties, quoties fuerit opus. Fel. c. 2. in 2. lim. de treuga, & pace. l. hæc cõdictio. ff. de cond. & dem. Are. l. serui electione. ff. de leg. 1. l. placet. de lib. & posth. Med. re. 2.

¶ MATERIA sublata, in qua statuitur qualitas, corruit qualitas ipsa. l. 2. de vsufr. l. fi. de collat. bon. l. 4. ff. de actione emption. leg. prima. ff. de hæred. vend. dixi ego in meo tract. de leg. & stat. in procem. nu. 16. not. Doc. com. l. 1. C. de iur. emp. §. adeo. inst. loc. Med. re. 6.

¶ MATERIA vincitur à forma. Bal. leg. fin. C. de seru. fugit. Ias. l. 1. columna 5. cum gloss. 1. ff. de verb. oblig. Craue. rubr. de leg. 1. num. 150. l. an inutilis. ff. de acceptil. dixi ego in tract. de leg. & stat. p. 3. q. 1. num. 1. Med. re. 7.

¶ MATERFAMILIAS etiam vt ducatur ad iudicium, personaliter capi non potest. l. j. & authen. ibi posita. C. de off. diuer. iud. & in auth. nouo iure. C. de custo. reo.

Primò fallit secundum Ang. in l. consentaneũ. C. quomodo, & quando iudex. hoc debet esse verum nisi absque eius præsentia iudicium expediri non posset: quo casu absque suo debitore in iudicio esse possit. l. j. §. quod agitur. ff. de ventre inspici. & ibi patet exemplum secundum Ang.

Secundò fallit secundum Bald. in d. l. consentaneum. illud quod dicitur quòd materfamiliàs non potest capi: quia non habet locum in muliere honesta, secùs in meretrice vel luxuriosè viuente, quæ potest personaliter capi. ar. authen. de resti. & ea quæ parit in xj. mense. §. fi. & per Bald. ibi. facit etiam l. j. C. de off. diuersorum iudi. & gloss. in d. l. consentaneum. loquitur de matrefa. licet materfa. dicatur illa, quæ honestè viuit. vt not. gloss. in d. l. mancipiis. in princ. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. item de illa, quæ est notæ authoritatis. vt est text. in l. iij. §. iustum. ff. de lib. exhi. sed meretrix, & luxuriosa, & leno, & similes non: quia Bald. in d. l. cõsentaneum. limitatur de l. j. & auth. ibi posita. C. de off. diuer. iudi.

Tertiò fallit, & hoc limita verum, nisi ista meretrix haberet maritum: quia tunc propter reuerentiam mariti gauderet priuilegio d. l. j. & authen. ibi positæ. & fuit dictum Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de iureiu. vbi dixit quòd si ex forma statuti puniatur meretrix, impunè offendi non poterit, si est maritata. l. si vxor. §. diuus, tyranno. & §. adul. ff. de adu. melius facit tex. in ver. præcedenti. in d. l. si vxor. & ponunt Mod. in l. si verò. §. de viro. ff. solut. matr.

Quartò fallit, quia non habet locum quando in criminali pro ferendo testimonio duceretur: quia tunc bene posset cogi ad iudicium. gloss. est singu. in cap. j. de test. cogen. secundum Lud. de Ro. in singu. suis. ratio potest esse, quia tunc non curatur de honore, secùs quando pro suo crimine conueniretur: quia tunc capi non posset nec duci ad iudicium. l. ad carcerem. vt est text. in authen. vt nulli iudicium. §. nouit. ver. si verò. & authẽ. sed nouo iure, C. de custo. reorum.

Quintò fallit vbi mulier pateretur, & esset contenta venire ad iudicium.c.mulieres. de iudi.libro vj. ibi, in illæsas. & ita transit do.Petr.de Anch.sed Cyn. & Petr. in l. nec honores. C. de episcopis & cle.dixerunt, quod priuilegio dato eminenti personæ, putà quòd iudex accedat ad illam, vt l. ad egregias.ff. de iureiur, non potest renunciari. & Ludo. de Ro. in lxx.sing.dicit de hoc dicto Cyn. esse casum in c. iij.§. cæteris. de iudic.in vj. sed dic, quòd fortè ille text. loquitur in casu speciali in monialibus: ergo in contrarium est ius commune. l. ius singulare. ff. de leg.

Sextò fallit, nisi rescripto Apostolico hoc exprimeretur: quia tunc ad hoc iudicium etiam plures casus not.in c.j.de iudi.in vj.

Septimò fallit in muliere, quæ acceptauit tutelam filij sui: & renunciauit secundis nuptiis, & omni alij legum auxilio: quia tunc isto casu pro tali debito potest capi mulier,& incarcerari,licet alias non posset: ita sing. dicit Bart. in l. si quis sub conditione. ver. quæro, quid si renunciauerit secun. nup. ff. de test. tu. ita no. Barto.in authen.neque & à verò. C. quando mu.tute.fun.potest.versic. & isto casu. Bar. Soc.re.317.

¶ Mater meretrix non potest filiam suam exhæredare propter ipsius filiæ meretricium.Ita Bar.Bald. & Fulg.in l.in arenam.per tex.ibi. C. de inoffi.test. quod ibi sequitur Ias. in vers.iiij.nota.

Limita dupliciter vt per eum ibi, quarum limitationum primam examinat. B.Dias re.457.

¶ Mater non potest præiudicare filiis suis in administratione tutelæ, ideo pro hoc dotem obligatam habet,quæ à filiis retineri potest,donec ratio administrationis reddatur.Soc.in termin.consil.280.vol. 2.nu.3.Bar.auth.matri,& auiæ.C. quando mul. tut. offi.fung. Med.re.8.

¶ Mater quandoque cogitur dotare filiam. not.l.3. C.de præscr.longi temp. l. cognouimus. C. de hæreticis: filia autem nunquam matrem dotare compellitur.l.neque.C.de iur.dot.item non potest vendere filium, licet pater possit.leg. 2.de patr.qui fil. distrax. vbi doc. Med.reg.9.

¶ Mater, quæ filio suo impuberi intra annum tutorem non petiit,priuatur eius successione.tex.est in §.fi. inst. ad Tertyl. & in l. sciant cuncti.C.de legit. hæred. & probat tex. in l.fin.C.si aduer.deli. & in l. matres.C.ad Tertyl.per locum ab speciali.

Amplia vndecim modis,& limita quatuordecim,vt copiosè per Neuizan. in sylua nuptiali.Adde vltra eũ decimamquintam restrictionem ad regulam quando mulier propter mortalitatem non posset adire iudicem, quia tunc excusaretur. Ita not. Bartolus in l. interdum. in princ. ff. de iudiciis. B. Dias reg.458.

¶ Mater regulariter non habet filium potestate.ca. fin. de conuer. infide.nota. in §.j. Inst.de pat.po.vbi dixi.

Fallit, quando mater esset in necessitate:quia eo casu potest filium suum dare in seruitutem, & eo casu erit in materna potestate. Ita sin. Luc.de Pen.in l.qui cunque. C. de fund.patrimo.libro vndecimo.

Fallit in bastardis, & natis ex coitu damnato quos dico esse in potestate matris, & non patris,facit tex.in dicto §.j. vbi dixi ibi, in potestate autem nostra sunt liberi quos ex iustis nuptiis procreamus,&c.S.Ian. reg.169.

¶ Mater si per sententiam serua declaretur, & eius filij serui dicuntur esse:eius enim ipsi conditionem sequuntur,secus si fuerit lata super validitate matrimonij,isto enim casu filiis non præiudicatur natis ante sententiam.Abb.c.quamuis.num.29.de sentẽ. & re iud.Bar.& Docto.com.l.ingenuum.ff.de statu homi.Bald.l.2.C. quib.res iud.non noceat.gl.leg.1. ver.apparuerit.ff. de Carb.edicto. Alexand.l.sæpe. numero 68.ff.de re iud.in termin.huius reg. Med. reg.8.

¶ Mater, Filia spiritualis. Quicunque filiam suam spiritualem vel matrem cognoscit: septem annis pœniteat.

Et similiter ei consentientes.xx.qu.iij.non oportet. Viuiennus.

¶ Matricida pœniteat x.annis secundum formã satis apertè traditam xxxiij.q.ij.latorem.vxoricidæ verò grauior pœnitentia debet imponi. Talis enim & qui dominum occidit,nunquam equitat:nec vehiculo portatur,nec matrimonium contrahit: vsq; ad x.annos carnes non comedit,nec vinum bibit,& alia quæ habentur alibi.

Vt puta xxxiij.q.ij.admonere.& c.quicunque.Imponitur autem pœnitentia maior vxoricidæ: non quòd illud peccatum sit grauius isto: sed quòd homines proniores sunt ad occidendum vxores quàm matres. Maius enim peccatum est occidere matrem, quàm vxorem.vt dicit Bonauentu.iiij.sent.& communiter omnes Doctores.Guil.verò Duran. tenet contrarium in repertorio, pro eo, quòd vxoricidæ imponitur pœnitentia maior. mihi autem magis placet sententia aliorum.Sed qualem pœnitentiam agere debent qui filios occidunt? Respond.aut est certum quòd ipsimet scienter interfecerunt: & sic debet eis imponi pœnitentia maior quàm pro alio homicidio.Argu.ext.eo.c.vlti.tex.& glos.& de homic.cùm iuramento.de pœnit.distinct. j. aut facta. In hoc tamen casu vir vxorem recuperat quam coactus abiurauerat, & ipsa pœnitentiam agit secundum arbitrium episcopi,ita vt si habeat alios filios gubernare pacificè possit eos vxor.ext.eod.intelleximus quòd si virum non habet,induci debet, vt intret religionem:ad quod si non potest induci,tutius est ei dare licentiam nubendi:vt extr.c.veniens. Et hoc quando timetur de inconuenienti: aliàs non:vt patet xxxj.q.ij.in adolescentia. Et si pater sit clericus, ab officio altaris debet perpetuò abstinere. & ei grauior quàm laico non tamen publica [nisi veniat in publicum] pœnitentia debet imponi:vt extra de pœnit.quæsitum. Aut certum est quòd non interfecerunt sponte nec in culpa fuerunt, sed casu fortuito contigit: & sic districto iure nullo tenentur.Arg.extr.de homicid.ex literis.ij.& c.Ioannes. & cap.vlt.Nisi velint ad cautelam pœnitere. In dubio tamen præsumitur quòd non ex certa scientia, sed potiùs ex incuria prouenerit, extra de præsumption.afferte.Aut certum est quòd non exhibuerũt omnem diligentiam quam potuerunt & debuerunt. Et sic culpa præcessit casum. Et si sit grauis culpa, vt si posuit puerum in medio vtriusque: secundum arbitrium pœnitentiarij imponitur pœnitentia quinque vel septem annorum. l. distinct. si qua fœmina.& capit.seq.& capit.si quis sponte.occulta si sit occultum,publica si sit publicum,& maior si in lecto suffocetur,quàm si in cunis: & maior presbytero græco quàm laico: vt extra de pœnit. quæsitum.Et licet dispensetur quò ad pœnitentiam quæ est arbitraria, vt dicitur ibidem: non tamen

quò

quò ad ordines propter homicidium quod est delictum enorme, & indispensabile. distinct. l. miror. Si autem culpa quæ præcessit casum sit leuis, vt si posuit puerum in eodem lecto longè tamen à se: imponitur pœnitentia trium annorum. Secundum hoc intellige illud extr. eod. de infantibus. Monendi ergo sunt parentes quòd tam tenellos secum in vno non collocent lecto, ne qualibet negligentia interueniente opprimantur & suffocentur. vt ij. q. v. consuluisti. Et hoc modo distinguit Hostiens. & Ber. extr. de infant. Quid de illis qui filios vel seruos suos infantes vel etiam adultos languidos relegata pietate exponunt, id est, extra se ponunt ante ecclesias, vt aliqui moti misericordia colligant eos. Respond. Tales grauiter peccant: quia cùm ignoretur sæpe consanguinitas expositorum: contrahere possent matrimonium cum sorore vel consanguinea: ideo exponens tenetur de hoc peccato pœnitere, & est puniendus: sicut expositus, si scienter cum tali contraheret puniretur. extr. de pœnit. officij. secundum Hostiens. Talis enim secundum Ray. est tanquam homicida iudicandus, qui hominem sibi ita coniunctum periculo mortis exponit. Consideratis tamen circumstantiis, & vtrũ ob hoc mors secuta fuerit, vel non fuerit: pœnitentia moderanda erit. Erunt autem tales irregulares secundum Ray. si mors inde sit secuta: quia scilicet fuerunt in culpa eos exponendo, vel alimenta negando. Tamen secundum Ro. si in nulla culpa fuissent: quod fortè nec eleemosynas quærendo, nec aliter eos alere possent: irregulares non essent, nec peccarent. Viuien. reg. 17.

¶ MATRIMONIVM contrahere metu pœnæ adstringi quis non potest: tamen spe præmij & lucri ad eum contrahendum inuitari potest. l. Titia. & ibi doct. ff. de verbor. oblig.

Primò fallit, quando lucrum percipiendum est ante contractum matrimonium ab altero ex futuris coniugibus, vt si dixerit, Promitto tibi centum, si consenseris in me, vt in maritum: quia tunc non valet, cùm contineat turpitudinem, & causam turpis amoris. l. si ita stipulatus fuero te sisti. in fi. & ibi Bar. ff. de verb. oblig.

Secundò fallit, quando esset amisso magni lucri: quia tunc induceretur iustus metus: vt per Petrum Ancha. in c. j. in fi. quod metus causa. in vj.

Tertiò fallit in matrimonio spirituali, in quo nec metu pœnæ, nec spe præmij quis potest induci. Vnde si fieret promissio Abbati vel Abbatissæ de aliquo dando si receperit talem monachum, vel in monialem, non valet: imo esset simonia. c. non satis. capit. quoniam. & c. dilectus de simo.

Quartò fallit quantùm ad instituendum hæredem: quia aliquo modo non potest inuitari per pœnam nec per præmium. vt l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. & per doct. in l. cum donationis. C. de transact. B. Soc. reg. 316.

¶ MATRIMONIVM contractum sub conditione si pater consenserit, & primum pater dissenserit, postea mutata voluntate consenserit, non propterea erit cõtractum matrimonium, cũ intelligatur de primo cõsensu, aut dissensu. Ioan. And. c. super eodem. de cond. apposit. Tyraq. d. §. hoc sermone, num. 81. conc. simil. Bald. l. contra. columna 1. C. ad l. Aquil. idem leg. prima. C. de furtis. l. matrimonij. ff. qui, & à quibus l. eum qui columna 2. ff. de iureiurand. & in c. dudum. de elect. Roma. d. l. eum qui. Ias. l. diuortio. §. quod in annum. colum. 3. ff. solut. matr. Medic. reg. 4.

¶ MATRIMONIVM habetur pro contracto, quando de proximo est contrahendum. Salyc. leg. cum te. C. de donat. ant. nupti. quia potentia proxima actui habetur pro actu. Ias. l. admonendi. lect. 1. numero 58. ff. de iur. iur. item matrimonium metu factum non intelligitur ratificatum per contractum dotis statim factum. Cald. cõs. 2. in tit. quod met. causa, quod enim in continenti fit, cẽsetur inesse. l. lecta. ff. si cer. pet. Tyraq. in tract. de retr. conu. §. 1. gl. 5. numer. 22. Med. re. 5.

¶ MATRIMONIVM momentaneum sufficit vt vir lucretur tertiam partem dotis. Aret. l. 2. & l. si ante. ff. sol. matr. Ias. l. inter. §. sacram. ff. de verb. obl. quia videtur substinuisse onera matrimonij propter quæ solet deferri tale lucrum. leg. pro onerib. C. de iur. dot. Ias. l. si donatione. §. 1. ff. de cond. causa data. Bal. l. 1. C. de priuileg. Med. re. 5.

¶ MATRIMONIVM illegitimum. Qui contra[illegible]it cum aliqua alij desponsata per verba de præsent[illegible] ipsa dimissa xl. diebus ieiunet in pane & aqua, & se[illegible]entibus septem annis pœniteat. Extra de sponsa. duor. c. accepisti. Viuien.

¶ MATRIMONIVM. Licet metu pœnæ quis non p[illegible]sit astringi matrimoniũ contrahere, tamen spe præmij, & lucri potest ad matrimonium inuitari, l. Titio centum, §. 1. ff. de cond. & demon.

Fallit in 4. casib. quos no. Ias. in l. Titia, ff. de verb. obl. nu. 9. & seq. Fallit in 4. casib. vt per Soc. reg. 58. in addi. si extraneus promisit mihi sub pœna se facturũ, & curaturum, quòd Titia mecum matrimonium contraheret, talis adiectio pœnæ per extraneum valet, & tenet, & potest talis pœna ab eo efficacite[illegible] peti si matrimonium non sequatur, not. in d. l. Titia.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. l. Titia, numero 11. & sequen.

Contrahens matrimonium in gradu prohibito, ipso iure, bona ipsius sunt publicanda, Auth. incestas, C. de incest. nupt. c. cum secundum, de hæret. lib. 6.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 4. à Petr. Duen. reg. 150. Ampliatur, vt per Viuium in suis concl. in ver. matrimonium.

Clerici non possunt contrahere matrimonium. c. Ioannes. de Cleri. coniugatis, ca. vnico, eod. tit. lib. 6.

Fallit in multis casib. quos colligere potes ex distinctione, quã ponit Bened. de Bened. in suo trac. re. 97.

Mulier cõtrahens matrimonium infra tempus luctus, infamis efficitur, & alias pœnas patitur, de quibus in l. 2. C. de secund. nup.

Fallit in 4. casib. vt per Soc. re. 272.

Contrahere potest filiusfamilias, sine consensu patris, de iure Canonico, secus de iure ciuili. cõmunis est opinio, vt refert Cur. iunior in cons. 37. nu. 3.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in vno, à Baptist. à Villa. conc. 152. in litera F.

Matrimonium sub conditione contractum, adueniente conditione, non est necessarius alius nouus consensus, Abb. in cap. de illis, de condit. appo.

Fallit, vt per Baptist. à Villa. concl. 40. in litera M.

Mulier contrahens secundum matrimonium, perdit dominium rerum, quas ex liberalitate primi viri consecuta est, & solam potestatem fruendi retinebit, & filiis ex primo matrimonio genitis restituere

cogitur,l. fœminæ,& authen.ex testamento,vbi doctor.C.de secund. nupt.

Ampliatur, & limitatur in 3.casib. per Viuium in suis conclus. in vers. mulier ad secundas.

Cognitio causæ matrimonij pertinet ad capitulū. fallit in 4. casib. secundum Fel. in c. præterea, de test. cog.num.1.

Priuilegia matrimonij 24. enumerat Felin. in rubr.de sponsal.nume.15.

Statutum laicorum disponens circa substantiam matrimonij inhibendo, vel impediendo matrimonium,vbi ecclesia non improbat nec impedit, non valet,cap. de Francia,vbi not. de sponsa.

Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 8. à Fel.in d.c.de Francia,num.17.

Quoad solutionem adhibendam in ipso contractu matrimonij attendi debet locus contractus. fallit in 2. casib. secundum Fel. in d. c. de Francia,de spon. num.26.

In matrimonio seruatur consuetudo vigēs in terra mariti. fallit in 7.casib. secundum Fel. in d.c.de Francia,nu.30.

Per subsequens matrimonium legitimantur filij antea nati, c.tanta, extra qui filij sint legitimi.

Fallit in 5. casib.quos not.Port. in lib.4. suarum conc. reg.53.

Matrimonia debent esse libera. Fallit,vt per Damas.re. 111. Don.Fina,libr.1.

¶ Matrimonium nullum est non seruata forma iuris.capit.cum inhibitio.de clandest. despons.c.1.sess. 24.in titul. de reforma. matr. concil.Trid.Dec. & Cagnol.leg.nuptia. numero 4.ff. de reg.iuris. Med. reg.7.

¶ Matrimonium nullum est,si caret consensu,ideo solui non dicitur: ita in terminis huius reg. no.glo. ver.accusari.c.ad dissoluendum.de desp.impu.l.quidam.§.1. ff.de iur.cond.c.audientiam. de eccle.ædif. l.nam & sub conditione. ff. de iniust. rupt.l.fin.ff. si seruit.vend.l.1.§.nemo.C.de annali exc.l.si quis alia. ff.quemad. seru. vendic. vbi colligitur,quòd nullius entis nullæ sunt qualitat. Med.reg.6.

¶ Matrimonium regulariter indiuiduum est, ibi, quos deus coniunxit,homo non separaret, vt in Euāgelio Matth. xix, c.habetur in c.scripsit nobis, cum simili.xxvij. quæstio.j.facit tex.in l.consensu. C. de repudi.& est tex. in §.j.insti.de nup.cum simil. vbi dixi.

Fallit, quando ista separatio fieret antequam copula carnalis fuisset sequuta.casus est in c.commissum,de spon.& per totum, de conuersio coniug.

Fallit in crimine adulterij.Doct.vbi suprà.

Fallit in crimine hæresis. c.illa.de diuort.

Fallit in crimine læsæ maiestatis.Doct.l.quisquis.C.ad leg.Iul.Maiest.

Fallit violenter cognita à viro.Abb.in c. verum.de conuers.coniuga.

Fallit in casibus l. consensu.C.de repud .S.Ian.re.170.

¶ Matrimonium,si pronunciatur esse illegitimum, non nocet filiis etiam scientibus. Alc. in ter. huius reg. l. sæpe. numero 61. ff. de re iud. Anton. cap. causam.il. 2.qui fil. sint legit. Abb.c.quamuis.nume. 29. de sent.& re.iud. item si sententia feratur contra vnum ex duobus fratribus de impedimento matrimonij contracti cum duabus sororibus non præiudicat alteri.Abb.d. loco. nu.27. vbi etiam Fel.n.10. gloss.capitulo dilecto.de præbendis.alter enim potuisset melius probare,vel obtinuisset dispensationem.c.quia circa. de consang.& affin. Med.re.8.

¶ Matrimonium soluitur morte alterius coniugis,Paul.1.ad Cor.cap.7.§.deinceps. Auth.de nupt. glos. §.illud.de non elig.secund.nub. vnde si maritus,vel vxor resurgant,non recuperant se,glos.c.licet. 32.q.5.Doct.com.l.nam ad ea.ff.de leg. Tiraq. in tracta de leg.conn. versicu.consentement. gloss. 6.nume.19.Paul.l.si quis stipuletur.ff.solu.matrim. Alexan.l. si cum dotem.§.maritus.ff.sol.matr.Bart. l.si quis.eo.ti.l.rerum.ff.rerum amot.Angel.l. si marito.ff.solut.matri.Docto.c.fraternitatis.de frig.& malef.Fallit in morte ciuili, vt per deportationem. §.deportatio.Auth.de nupt.glo.l.si cum dotem. ff. sol.matri.Doct.l.1.C.de repud.nec per bannum,vel exilium.Bar.d.l.1.nec per damnationem in metallum.d.Auth.de nupt.§.deportatus.Item,nec per ingressum religionis alterius coniugis, sed bene quo ad ingressum arborum,cap. verum.c.coniugatus. c. cùm sis.de conuers. coniug. glo.& Bald. Authent. sed hodie.C.de adulte.sed non consummatum dissoluitur per ingressum vnius tantum. c. ex publico. de conuers.coniug.Imol.l.si cum dotem.ff.sol.mat. Bald.l.Deo nobis.C.de episc.& cle.Card. Clemen. 1.quæst.22.de cons.& affin.si tamen mulier consentit virum promoueri ad ordines,continere se debet dum vixerit,Cardin.c.ex parte.de conuers.coniug. c.Agatosa.28.quæst.2.c.mulier.33.q.5. conc. cū hac limi. DD. §. distrahuntur. Authen.de nup. & hæc procedunt quoad vinculum matrimonij. Sed nunquid habeat locum hæc limitatio in dispositione statuti de lucro dotis mortua vxore, Doct.Com.l. Deo nobis.C.de episcop.& cleric.tenent quòd sic, gloss.& Bald.§.illud.Authent.de monachis.§. si verò.Authen.de sanct.episcop.Salic.l.cum te.C.de secun.nupt.Ias.consilio 135.volumine 1. Bald.consilio 110.volum.2.Ruin.consilio 98.numero 13.volumine 2.glos.§.adultera,versi.habitum.Authent.vt nulli iud.Boer.decisio.22.numero 39.Bald.Nou.tract. de dot.priuileg.11.Aug.Ber.cap. in præsentia, num. 477.de probat.Docto.l.si cum dotem.ff.solut.mat. Bald.Nou.d.loco,part.6.priuil.11.numero 8. not.c. fina.de donat.inter vir.& vxor.Bar.l.si ab hostibus. §.si vir.ff.solut.matrimo.nam qui religionem profitetur,vt mortuus habetur.c.placuit.16. quæstio. 1. c.nullus.ead.quæst.7.Socin.cons.92.volum.1.Anch. consil.273.quo casu mors ciuilis eundem effectum operatur,quem mors naturalis,Crot.l.Gallus.§. & quid si tantum.ff.de liber.& posthum.Imol.Rub.de testamē.Doct.l.ex facto §.si quis rogatus.ff.ad Trebellia.not.c.si episcopus. de supplenda neglig.prel. dixi super.latè in prima parte.Non tamen habet locum in morte ciuili,per bannum,seruitutem,vel deportationem,Phanuc.in tractat.de lucr.dot.versicu. per mortem,numero 8.gloss.cum approb. l. si cum dotem.ff.solut.matrim.deportatio enim non tollit contractum iurisg.not.leg. 1. C. de testam.not.tamen quod Phanuccius dicto loco tenet, quòd per ingressum religionis mulieris etiam post consummatum matrimonium vir non lucretur dotem, cuius opinioni consentio,hac ratione, quia de consensu mariti,vel quia propter sæuitiam eius coacta fuerit ingredi religionem, aliàs procedit opinio Com.superiùs relata,& cum hac 2.opin.conc. Anchar.consi.273.consi. 438. Soc.consi.8.num.12.vol. 3.Felin.Rubr.de sponsal.col.4.Petrus de Vbaldis c. Raynutius.

Raynutius. colum.50.de testam.Statutum enim, & quælibet dispositio debet intelligi naturaliter, non autem ciuiliter. l.ex parte.§.insulam.ff.de verbor.obligat. l. sed & si §.tam igitur. ff. de don.inter vir.& vxor.l. cùm pater.§.hæreditatem.ff.de lega.2.l. Statius.§.Cornelius.ff.de iure fisci.Imol.Rubric.de testam. nume. 4. Alexan.consi.139. volum.2.Marsil. §. opportunè, in praxi crim.nu.48.l.fideicommissa. ff. de cond.& dem. l.fin. C.de his, qui ven.æt.impetr.c. suspectum. de rescript. 6. glo.c.placuit.16.q.1. Item quia expressè fieri non potest per statutum, quod vir lucretur dotem per ingressum religionis, ne tollatur animus melius agendi, Doct. c. in præsentia. de prob. Auth.nisi rogati.C.ad Trebel.Auth.si qua mulier.C. de sacrosanct.eccle.§.si verò. C.de sanct. epis.Alex.consi.121.vol.2.Ruin.con.98.libr.2.Ripa l.ex facto.§. si quis rogatus num. 30.ff.ad Trebel.C. Cassad. auth. de sac. san. eccles. Et dispositio tacita non trahitur ad ea quæ expressè non conceduntur, Lapus alleg. 119.l.generali.de pign. c.in generali.de reg.iur.6. Bald.Nou. de tract. parte 7.priuileg. 10. numero 2. Tertiò, quia etiam si filios haberet, diuidenda dos esset cum monasterio, quod loco filij habetur, Lapus alleg.129. Augu. Ber.d.ca.in præsentia. numero 477. etiam si esset ordinis mendicantium.Gemi.c.non solùm numero 11.de reg.iur.6.Lapus alleg.4. secus autem est quo ad hæreditatem, cuius Mendicantes non sunt capaces, Doct.C.om. Auth. si qua mulier. C. de sacrosanct.eccl.Phanuccius d.tract.de lucro dot.versi.per mortem.numero 16.& seq. Quare autem vir lucretur dotem, quando ipsa ingreditur monasterium absque culpa viri, vel consensu, est ne sit in potestate mulieris impunè virum deludere confugiendo ad religionem, cum eius damno, qui in nuptiis, & propter onera matrimonij multas expensas fecit, Boer. decisio.22. Soluitur igitur morte matrimonium. Secundò, si fuerit contractum per errorem personæ, vt si credidit contrahere cum Berta, contraxit cum Ioanna. Errans enim consentire non dicitur. l. si per errorem. ff.de iurisd.om.iudi.l. non idcirco. l. cum per testamentum.C.de iur.& facti ign.c.cum locum.de sponsa.& matri. c.tua. eod. Tertiò, si quis credidit contrahere cum libera, quæ erat serua. c.proposuit. de coniug. seru. Quartò votum solemne, not.c.1.de voto.6.Quintò cognatio carnalis spiritualis, & legalis, Hostiens. in summa.de matr.numero.26.Sextò crimen, vt si duxit eam, quam polluit per adulterium, secundò, si de facto contraxit, & eam polluit.c. 1. & seq. de eo, qui duxit eam quam poll.per adulte.tertiò, si machinatus est in mortem prioris viri. capit. laudabilem. de conuers. infid. Septimò, cultus disparitas: vt, si vnus sit Iudæus, alter Paganus, vel Christianus. 28.quæst.1.per totum.c.gaudemus. de diuort. Octauò, vis, quia in matrimonio requiritur libera voluntas. cap. gemma. de sponsa.Nonò, ordo sacer, quia in his est votum continentiæ.c. quod votum.de voto.libro 6.Decimò, ligamen, id est, vinculum alterius matrimonij. c. quomodo.31.quæst.j. c.nuptiæ. 32.q.2.Vndecimò, honestas.cap.dilectus. de sobole suscepta ex secund. nupt. Duodecimò, si deficit consensus vt furiosus cap.dilectus.de sponsa. & matr. Decimotertiò, affinitas, not. c. non debet. de consang. & affini. Dicimoquartò matrimonium soluitur per impotentiam coeundi, quando erat ante, secus si superuenit, cap.2.& seq.de frig.& malefi. no.Hostien.in Summa, de matr.num.26. & sequen. Med.tr. 2.par.

¶ Matrimonii causa, vel similis, potest per secularem iudicem tractari, quando quæstio facti incideret, secus si iuris: voluit Bar.in l.Titia.ff.solu.mat.in lectura antiqua.& in l.omni nouatione cessante. C. de sacrosanct. eccles.& in l. quoties. C. de iudic. & Abb.vbi dicit quòd ista opinio videtur magis communior in c.cùm sit generale.de foro compet. & vide Alex.in d.l.Titia.vbi plures refert idem sequentes, & hanc dicit communem opinionem, licet aliqui contrarium teneant.

Limita decem modis, vt per eum ibi. B.Dias re.317.

¶ Matrimonii fauore recedimus à regulis iuris communis.c.ex publico de conuers.coniug.doct.c. fina.de spons.duorum. Euer. in loco à matrimonio carnali ad spirituale.num.1. & seq.tradit Neuiza.in Sylua nupt.lib.2.numer.7.& seq.latissimè Tiraq.in tract.de leg.conn.in prin. Med.re.1.

¶ Melioratio maxima facta facit restringi pactũ generale. Bart.l.qui tenent. C. de omni agro.lib.xj. Socin.regu.284.fallen.19.in terminis huius reg.

¶ Matrimonii par libertas esse debet maris, & fœminæ.Doct.com.l.fin.C.de ind.vid.toll.l.1.C.de sponsa.leg.prima.C.de cupress.lib.11. Med.re.9.

¶ Matrimonia libera debent esse.l.neque ab initio.C.de nuptiis,not.in l.Titia.ff.de verborum obligationibus,tex. in capitulo requisiuit.extr.de sponsa not.Bald.in d.l.neque ab initio.Panormit. in d. capitu.requisiuit, quod & subindicat Telemachus apud Homerum Odyss.20.& apud Terent. Parmenio in Hecyra.Act.1.Nam deterius quid contingere posset ex matrimonio inuito, vt dicit text.in c. extr.de sponsa.& matrim. Matrimonia inuita sunt euentus periculosissimi.

Limitat Damasus, vt compellatur quis ducere virginẽ quam stuprauit: pro quo citat capitulum primum, extrà, de accusationibus, in primo respons.qui tex. ex 22.Exodi sumptus est, illic enim ita scriptum est: Si quis seduxerit virginem nondum desponsatam, & dormierit cum ea, dotabit eam, & habebit vxorem.

Regula procedit in matrimonio contrahendo, secùs autem in iam contracto, capitu.horrendo.& capitu. præceptum.xxxij.quæstione quinta, vbi vide Archidiaconum. P.Prat.re.493.

¶ Matrimonia Libera esse.

Pro.

20.q.3.c.præsens.
C.de nup.l.neque.
C.de verb.oblig.l.Titia.
31.q.2.c.vbi.
74.dist.c.vbi.
Ext.de spons.c.veniens:& c.requisiuit.

Contra.

Ext.de adult.c.2.
Ext.de spons.c.ex literis Siluani.
Ext.qui cler.vel vouen.matr.c.2.
Ext.de cler.coniug.c.1.
22.q.4.inter.altera.

Solutio.

Ab initio libera debent esse matrimonia omni creaturæ humanæ, vt contrahat, vel non contrahat, aut cũ hoc, vel cum illo contrahat. Postquam verò contracta fuerint, compelluntur retinere matrimonium contractum hi qui contraxerunt, nec nullus prætextus attenditur.32.quęst.5.c.pręceptum. & c.horrendus.etiam si sponsalia sola fuerint contracta ab

initio. d.c.ex literis. Quandoque tamen compellitur quis contrahere ratione delicti: quia corrumpendo virginem matrimonium initiasse præsumitur. extr. de adult. c. 1. Non autem compellendus est, si virgo non fuerit, vt ibidem traditur. Damas. reg. 101.

¶Medicvs, qui promisit curare ægrotum non tenetur, nisi semel. gl. & omnes l. maritus. ff. locati. Spec. in tit. de Sal. §. fin. Ioan. Andr. cap. contractus. 2. q. de reg. iur. 6. doct. Com. c. presbyterum. de homicidio. Tiraq. l. si vnquam. ver. susceperit. numero 180. C. de reu. donat. conc. simil. l. dotis promissio. ff. de iur Dot. l. cum pater. §. pater. ff. de leg. 2. l. in duobus. §. si ei. vbi Doct. ff. de iur. Med. reg. 4.

¶Medici, vel alij periti, qui de peritia artis debent deponere, debent esse saltim duo: probat text. in c. significasti. el ij. de homic. iuncta regula, pluralis. de reg. iur. libr. vj. notant Barto. & Bald. in proœmio. ff. in fine prin. Sal. in l. comparationes. C. de fide instr. Ang. in auth. de non alien. §. quod autem.

Limita tribus modis, vt per Fel. in d. c. significasti. el ij. de homic. B. Dias reg. 461.

¶Medici, vel alij periti in arte, vt ipsis de eorum peritia credatur saltem debent esse duo, facit tex. in c. significasti. de homi.

Fallit, quando adhiberetur peritus qui ad hoc esset salariatus à publico: quia tunc statur tantùm dicto ipsius, secundum Bar. in l. semel. C. de re mili. lib. xij.

Fallit, quando partes contentarentur, vt dicto vnius tantum stetur, facit tex. in l. j. §. fi. ff. de verb. oblig.

Fallit, quando casus non esset arduus, & in loco illo nõ reperiretur nisi vnus peritus tantum, Bar. in d. l. semel. nam si casus est arduus, dico quòd est mittendum ad alias conuicinas ciuitates, secundum Fel. in d. c. significasti. B. Dias reg. 462.

¶Medicinam recipiens à Iudæo, peccat mortaliter. Est tex. in c. nullus. xxviij. quæ. j. quem not. Doc. ad hoc in c. j. de Iudæis.

Limita dupliciter, vt per Felin. in d. c. j. in fin. Ber. Dias reg. 460.

¶Medivm esse spectandum.

Iuxta illud: Cum media semper gaudebam ludere forma.
Maior enim mediis gratia rebus inest.
Medium tenuere beati.
Medio tutissimus ibis.
Ext. de testi. c. cùm tu filij.
Ext. de resti. spol. c. literas.
10. q. 2. c. hoc ius porrectum.
D. si pars hæredi. pet. l. antiqui.
D. de oper ser. l. vlt.
D. de ædilit. edict. l. sciendum.
D. de ver. obl. l. continuus. §. item qui insulam.
D. de acq. rer. do. l. adeò. §. cum quis ex aliena.

Solvtio.

In contractibus initium spectatur, quotiescunque quæritur, an contractus valeat, an non. Item in maleficio vel quasi, cùm quæritur, an contrahatur ex eo obligatio pœnæ, vel non, & quanta, in decretal. & constitutionibus, & in quolibet negocio, ex quo posit actio oriri. Nec obstat exemplum de matrimonio Liæ cum Iacob. 28. q. 1. §. 1. nam ibi & in consimilib. ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, & sic initium spectatur. Neque obstat quod dicitur, medium esse spectandum. nam hoc locum habet in dissensione * opinionum, tum opinionem mediam auctoritas iudiciaria sequi debet. Item in promissionibus in genere factis, quæ ad mediocritatem reducendæ sunt, vt colligitur per concordantias. Nec obstat quod dicitur, finem seu euentum considerãdum esse: nam hoc locum habet quando quæritur, an dederit quis, an non dederit, vel quãdo quis dedisse videatur, vel quando possederit, vel restituere vel capere debuerit. auth. de nupt. §. quia verò hactenus. Damas. reg. 64.

Addit. Opinion. * In diuersitate opinionum mediam viam ingredi tutus.

¶Medivm tenendum.

Maior enim mediis gratia rebus inest.
In Instit. de rer. diuis. §. cum ex aliena.
ff. de offic. procon. l. solent. §. non vo.
ff. de petit. hæred. l. sed & si leg. §. adeò.
In Inst. quibus ex caus. man. non potest. §. vlt.
ff. si pars hæred. pet. l. antiqui.
In Auth. de nupt. §. quoniam infirmis.
Inst. de similibus, & contrà, Rub. ex contrario.

Finis spectandus.
In Auth. de nupt. §. quoniam infirmis.
C. de natur. lib. l. nuper. circa finem.
ff. de minor. l. denique. §. 1.
ff. de const. pec. l. item illa. §. quod adiicitur.
ff. de peculio l. licet. §. idem scribit.
Inst. de æqualitate falsorum. Rub. vlt.
ff. de alim. leg. l. Mela. §. 1. in fi.
ff. de iure fisci. l. non intelligitur. §. si quis.
C. de testa. me. l. 1.
ff. quod quisque iur. l. 1. §. hoc.
ff. qui satisda. cogan. l. Iulia.
ff. de inof. test. l. Pomp. §. meminisse. §. si condi.
ff. de petit. hæred. l. item videndum.
ff. de furt. l. pro parte.
ff. de re. ven. l. sin autem. §. possidere.
ff. de nox. act. l. sed si postea.
ff. de peculio. l. quæsitum. §. his.
ff. ad Maced. l. si filius. §. vlti. & l. quia quod. & l. contra.
ff. de ritu nupt. l. eos qui in patria.
ff. de don. int. vir. & vx. l. sin autem. §. si inter extraneos.
ff. de iur. codicil. l. eum qui.
ff. de leg. 3. l. si deportati.
ff. de cond. & demonst. l. filiæ. §. Titia.
ff. de acqui. poss. l. si quis autem conduxit post.
ff. de vsucap. l. iusto. §. & si.
ff. pro soluto, l. si ancillam.
ff. quorum legatorum. l. vlt, in fin.
ff. de except. rei iudicatæ. l. si à te. l. si rem.
ff. de fideiu. tut. l. si debitor. §. si filius. Azo ru. 1.

¶Medivm. vide Hæres, sumptus, Extrema.

Medium tenendum. Inst. de re. di. §. cùm ex aliena. De off. proc. l. solent. §. non vo. Si pars hæ. pe. l. antiqui. Broc. 4. rub. 1. Vnde illud.

Maior enim mediis gratia rebus inest. Riisvvich.

Melior conditio. l. 87. non solet. l. 88.

Per quos nobis acquiri stipulationibus potest, per eosdem pactis conuentis, meliorem conditionem nostrã fieri posse placet. Pau. lib. 3. Reg. l. 59. De pact.

Ea dicta, quæ dubium est, quo animo fiant in meliorẽ partem interpretamur. de reg. iu. c. 2. Riisvvich.

¶Mendacivm & falsitas. Ex falsitate nemo fructum consequitur, sed aliquando pœnam.
C. de diuers. rescrip. l. vlt.
C. ad Macedon. l. 1.
C. si minor se maio. dix. l. 2.

C.de reb. cred.l. vlt.
C. si contra ius vel vtili. pub. & l.si legib.l.3.
C.si ex fal.all.l.9.
ff.de iud. l. prætoris.§.Mace.
ff. quod cum eo qui in al. pot. l. sed si ex.§. interdum.
ff. de excus. tut.l.qui ex te.& l.tutor.
ff.de reb.eor.qui sub tu. vel cu. l.1.§.1.
ff.de natal.rest.l.1. §.si præsens.
ff.de re iud.l.quodcunque.

Contra.

In Instit. de adopt.§. vlt.
In Instit. qui & à quib. §.semel.
ff.de contrah.empt.l.ea quæ.
ff.de rei vend.l.2.
ff.de reb.dub.l.sciendum eam.§.ea.

Ex falsitate, &c.) Ex falsitate sua nemo debet consequi præmium. Euenit tamen quandoque, vt alius consequatur fructum falsitatis ab alio factæ, vel assertæ: vt in contraria R.dicitur, & in Instit.de adop.§.vlt. &c. quib. ex caus. ma. l. non pos.§. semel. Item euenit quandoque, vt aliquis non patiatur pœnam falsitatis: quia est quod imputetur alteri, vt ff. de ædil .edic.l. sciendũ.§. 1. & 2. & de contrah.emp.l.ea quæ.

Permittitur quandoque mentiri.
C.de legib. & const.l.digna.
In Instit.de act.§.aliẹ.

Punitur quis ex mendacio,& in inficiatione patitur damnum.
In Instit. de act.§.futuri.
In Instit.de fideicom.liber.§.vlt.
In Instit. de obli. quæ ex quasi contrac.in fi.ti.
In Auth. de trien.& semis.§.istud.& §.illum.
C.ad l.Aquil.l.quẹ.
C.qui pot.in pig.hab.Aut.item.
C.de non nu.pec.Aut.contra qui.
C.de his qui non scrip.ha.l.1.
ff.si ex nox.caus.ag.l.2.l.§.1.
ff.de rei ven.l.vlt.
ff.ad l.Aquil.l.inde Neratius.§.hæc actio.
ff.si quadr. paup.fec.dicatur. l.1.§.interdum.
ff.de interro.act.l.de ætate.§.2.&.3.
ff.quod cum eo.l.sed si.§. 1.
ff.de probat.l.cum deinde.
ff.de pos.l. 1.§.1.
ff.de reg.iur.l. sed hoc.
ff.de fideius.l.si dubi.§. ita demum.
ff.ad l.Fal.l.hæreditarium. in fin.

Contra.

In Aut.de triente & semis.§. illud verò.
C.de ingen. man.l.pen.
ff.de interrog.act.l.si seruus ab.§.1.
ff. de re iud.l. nemo ex his qui.

Punitur quis, &c.) Vt in hac R.dicitur,& ex suo mendacio, & inficiatione quis patitur pœnam.

Adiectio.

Ad rem facere non percipio: quia & ibi damnum ad me spectaret.

Causa.

Contingit tamen quandoque contrà: vel quia nemo læditur ex ea causa. vt C. de ing. ma. l.pen.vel quia impossibile continetur in mendacio, vt ff.de inter. act. l. si seruus.§.1. & ita determinatur contraria R. vel dic, patitur pœnã extraordinariã saltem, non tamen illam,vt amittat libertinitatem,vel alia iura sibi competentia,vt ff. de re iu.l.nemo ex his.Nec est cõtrà,quod dicitur in Aut. de trien.& semis.§.illud verò: quia ibi patitur pœnam possessionis amissæ.

Falsum non in totum videri quod iuuatur primordio veritatis.
C.de fideiud.l.tutor.
ff.de leg.2.l.cum filiusfam.§.hæres meus.
ff.de vulg.sub.l.ex facto.§.Iul.
ff.ad l.Aquil.l.nam sicut.
ff.de adop.l.in omni.
ff.de rit.nup.l.si quis tutor.§.vlt.

Non in totum videri,&c.] Licet desinat aliquid esse, vel dissoluatur, quod dudum habuit locum, & tenuit: & tamen in quibusdam perinde habetur, ac si non teneat,vt in hac R.dicitur, & induco aliud simile.ff.de vulg.substi.l.in subst. Et aliud in eod.tit. l.ex facto.§.Iulianus.& accedit illud generale,quod huiusmodi ẽ.est, re ipsa sublata, manet proprietas. Contraria possunt tamen assignari arg. ad l.Aq.nã sicut.& de adopt.l.in omni. & de ritu nupt.l.si quis tutor.§.vl.Et est ratio in his:quia quod factum fuit, fingitur nec fuisse factum.Idem ergo in consimilib. vt in captis ab hostibus, si quæratur, fuerint liberi vel serui:& in actione furti manifesti, si quæritur, nata fuerit à principio,necne.

Argumentum de falso rumore.
ff. quando actio de peculio.l.quæ sint.
C.de mil.tes.l.si cum.
ff.de inof.test.l.mater.
ff.de hære.inst.l.vlt.
ff.de adul.l.miles.§.mulier.

Arg.de falso,&c.] Quod causa falsi rumoris factũ est, aperta postea veritate, dissoluitur vel ipso iure, vel quantum ad commodum: id autem, cui error non præstitit causam,manet:vt in hac R.& ff.quando de pec.act.an.est.l.1.& l.quæsitum. Azo,rub.44.

¶ Mendacium necat priuilegium. C. si contra ius. l.pe. De rescrip.c.sedes.in fi.

Precator mendax caret penitùs impetratis.d.l.pe.

Mens potentior est voce. Celsus De sup.leg.l. Labeo. in fi.vide verba. Riisvvich.

¶ Mensis mentio quando fit,in dubio de mense xxx.dierum intelligitur, secundum Barto.in l. cum bisextus.ff.de verb.signi.& Bald.in auth.qui semel. C.quomodo,& quando iudex.& in l.eos. C. de appellation.

Primò fallit,quando prosequeretur vltra lex vel statutum vsque ad xxxj.diem: quia tunc intelligitur de mense habente xxxj.diem,& est casus in ca.cum interioribus.extrà,de tem.app.& secundum Doct.in locis prælleg.

Secundò fallit,vbi assignantur menses à iudice pro termino partis, vel aliter profertur ab ipso :quia tunc intelligitur de mense habente tot dies, quot habet mensis ille,in quo fuit assignatus ille mensis pro termino suo.Ioan. An. in c.quàm sit periculosum. de electio.in 6.& ita tenet Bart.in l.cum bissextus, de verb.sign. B.Soc.reg.318.

¶ Mensis pro triginta diebus accipitur,l.vbi lex, ff. de reg.iur.

Fallit in 2.casib.secundum Soci.reg.260.fallit vt per Dec.in d.l.vbi lex. Don.Fina,lib.5.

¶ Mens contrahentis declarat quando dispositio in vno de correlatiuis extẽdatur ad alterum,glo.rubr. C.de reb.cred.vbi Docto.Bapt.in tractat.de correl. num.148.& seq. Med.reg.9.

¶ Mentio cum fit vnius ex correlatiuis intelligitur & alterum,Boer.decis.262.num.10.decis.140.num.

7.Fel.prooem.decretal.nu.10.c.fi.nu.4.de iud.Abb. c.postulatis.num.12.de conceſ.præb. Ber.c.ad nostram.num.5.de emp.& vend. Med.reg.9.

¶MERCATOR. Notaui ad l.91.in omnibus quidem. Riiſvvich.

¶MERCATOR qui dixerit in ſuo libro, Titius debet dare centum prout apparet in libro viridi, ſig.A.ſi poſtea talis liber non reperiatur an probet ſuum creditũ? Reſp.quod ſi partita erit perfecta cum ſuis partibus, probabit, alias non, ita in terminis, Ripa l. admonendi.nu.36.ff.de iur.iur.& libr.2. Reſpon.c. 6.Socin.conſ.129.num.4.vol.4.Cagno.auth.ſi quis in aliquo.nu.75. C.de edendo.dixi ſuper.amp.73. Med.reg.10.

¶MERCATORIS ſcripturæ creditur, quando perſona notabilis eſſet ac fide dignus, & quantitas eſſet modica, ſecus ſi eſſet quantitas magna, Bal.l.8.col. 3.C.de confeſſ.vnde nec etiam per conſuetudinem introduci poteſt, vt in magna quantitate credatur mercatori, quia daretur occaſio falſi committendi, Tiraq.in tract.de iud.in reb.ex.nõ fer.in prin.ver. confirmantur. Med.reg.5.

¶MERCATORI ſi filia teſtatoris nubere debeat indefinitè intelligi debet nedum de primis nuptiis, ſed etiam de ſecundis nup.Oldr.conſ.16.per l.ſi ſic. ff.de verbo.obl. Benedictus l.matrimonij.ff.qui & à quibus, Alb.l.fi.col.4.de ſponſa.l.hæc conditio. ff.de cond.& demonſtra.Signorol.conſ.68.& conſ. 71.Bald.l.ſi vt proponis.C.quomodo, & quando iudex. Med.reg.2.

¶MERCATORES, & artifices noſtri temporis qui conſuerunt tenere libros rationum tenetur illos edere in iudicio reo.eſt in l.ſi quis ex argentariis.ff. de eden.& per moder.in c.ex epiſtolæ, prob.& in l. edita.C.de eden.

Fallit, quãdo eſſet ſimplex memoriale, quia illud non tenetur edere: nam tunc tantũ operatur ſua cõfeſſio facta coram teſtibus etiam parte abſente, quantum ipſa editio, ſecundum Bal.in rub.C.de conſt.pecu. circa prin.in caſu clemen.primæ de vſuris.

Fallit, quando dicta per ipſum ex diſpoſitione legis vel ſtatuti plenè probarent. Sign.dica.ex epiſtolæ. S.Ian.reg.172.

¶MENSVRANS in falſa menſura triginta diebus in pane & aqua ieiunet.

Extra de contrah.empt.vt menſuræ.de qua pœna verò falſarij literarum, hab.extr.eodem.ad audientiam. & c.dura.& c.ad falſariorum.& de verb.ſign.nouimus. Viuiennus reg.24.

¶METVS.l.146.Vanitati.

Turpitudinis metus maior, quàm mortis, bonis viris eſſe debet. Quod me.cau.l.iſti.§.quod ſi dederit. Riiſvvich.

¶METVS ratione limitatur generaliter dictũ. Cle.1. de foro compet.quis enim ratione metus poteſt exercere iuriſdictionem extra territorium, licet regulariter ſecus, no.l.ſi.ff.de iuriſd.omn.iud. Soci.d. reg.284.fall.20.item quilibet actus metus cauſa factus non tenet, qui alias regulariter valeret, Doct. com.l.qui in carcerem.ff.quod met.cau.Med.reg.1.

¶METVM, aut turpitudinem commiſſam in contractu, purgat ſolutio ſpontanea ſequẽs. Probatur iſta regula in l.2.C.quod met.cau.& in l.ſi ob turpem.ff. de condict.ob turpem cauſam.cuius rationem aſſignat gl.in d.l.2.

Limita ſex modis, vt per Iaſ.in d.l.ſi ob turpem.

Metus.vide infrà, in regula, patris. Dias reg.462.

¶MEVM quod eſt, non poſſum tibi auferre.C.de ſacroſ.eccl.Auth.ſi qua.C.de ſec.nup.l.ſi. Riiſvvich.

¶MILES.l.ius noſtrum. Riiſvvich.

¶MILITIA non eſt dignitas: probat tex.in l.ſi quis in conſcribendo.C.de pactis.

Limita tripliciter, vt per Iaſ.ibi. B.Dias reg.463.

¶MILITIA. Ab omni militia prohibentur ſerui. Martianus.

Adulteri inter milites non ſunt recipiendi. De re mil. l.qui cum vno.§.adulterij.

Milites omnes qui diſcedere ſignis ſine periculo non poſſunt, Reipublicæ cauſa abeſſe intelligantur. Scæuola lib.1. Reg.ex quib.cau.ma.l.pe.vide Inuitus. Riiſvvich.

¶MINIMVS defectus formæ vitiat actum. Bal.l.ordo.col.2.C.de exc.rei iud.Dec.conſ.536. Iaſo.conſ. 167.vol.2.Cagn.in terminis leg.& ſi.nu.2.ff.de reg. iur.Gram.dec.79.num.14. Abb.c.ſi.de reſt.ſpo.ca. prudentiam, no.4.de off.deleg.Bal.l.teſtium.6.de teſta.Tiraq.in tract.Lignagier.§.1.glo.21.nu.11.dixi ego latius ſuper.in reg.5.fal.35.eſt enim forma res indiuidua, quæ non poteſt pro parte adimpleri.dixi ſuper.amp.51.Boer.conſ.2.nu.1.vol.2.Med.reg.7.

¶MINVS à plus Boniſa.Reg.53.

Cui licet quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus. Exempla pete ex l.videamus.§.pen.ff.de in lit.l.tam is.§.1.ff.de don.cauſ.mort. Viuiennus.

¶MINVS.l.200.quoties nihil ſine cap.l.minùs.l.111. in eo quòd plus.l.ſemper in obſc.vide Modus.

Eſt perquam ridiculum eũ, qui minoribus pœnæ cauſa prohibitus ſit ad maiores aſpirare. Vlp.l.7.§.fi. §.conſtitutum.De inter.& re.Reg.22.nõ debet cui.

De minimis conſiderationem non habendam. De in int.reſtit.l.ſcio.Caliſtratus.Scio illud à quibuſdam obſeruatum, ne propter ſatis minimam rem vel ſummam, ſi maiori rei vel ſummæ præiudicetur, audiatur is qui in integrum reſtitui poſtulat. De dolo.l.ſi oleum.§.fi.De ſimo.c.etſi quæſtionis.Com.l. in rebus.§.poſſunt.De con.emp.l.res. Contrà. De dam.infec.l.ſi proprietarius. Inſti.de rerum di.§. gallinarum. Riiſvvich.

¶MINIMVM non curat lex.l.ſcio. ff.de reſt.in integ. ibi ne propter minimam ſanè rem vel ſummam ſi maiori rei vel ſummæ (præiudicetur) audiatur is, qui in integrum reſtitui poſtulat, conc.l.ſi oleum. §.fi.ff.de dolo.ibi nã Ecce.in primis ſi modica ſumma ſit, vbi notatur in terminis huius regulæ, quòd de minimis nõ curat prætor, cõc.Ant. Corſ.in trac. de minim.quem dicit non vidiſſe Tiraq.in trac.de iud.in reb.exig.nõ fer.in prin.ver.his accedit. Ego vltra iſtos ponam plures caſus ad hanc reg.ſingulares ſequuto ordine, vt inſuper. Et in primis adduco nonnullos textus concord.cum auctorit. Doct. & primò facit leg.1.in fine.ff.de ventr.inſpi.leg.ſenatus.§.Marcellus.ff.de leg.1. l.habitatores.ff.locati.l.ſi tamen.§.fi.ff.de æd. edi.c.terrulas.12.q.2.cap. cæterum.de donat.cap.per veſtras.de donat.inter virum, & vxor.l.ſi debitor.ff.de iudi. Bal.l.quamuis.ff.de cond.& demon. Beroius c.1.numer.79.de integ.reſt.Alexan.rubr.ff.ſolut.matr.numer.3. Cæphal.conſ.39.num.3. Ripa in tract.de peſte.p.3.numer.301.Apoſtilla ad Alexand.loco.nume.3. Dec. Neapol.129.numer.15.Iac.Butr.l.ſi poſt.ff.commodati, Præpoſit.c.Moyſes.7.diſt. Iaſ.l.cætera.num.7. ff.de leg.1.auth.qui rem.numer.15. C.de ſacr.ſanct. eccle.Socin.Iun.l.ſtipulatio.numer.23.ff.de verbo. oblig.l.naturaliter.§.nihil commune.nume.301.ff. de

de acquir.pos.Rom.sing.332. Corn.cons.206.col.5. lib.3.Barba.l.quemadmodum. C.de Agrico.& cēsi.lib.11.Barto.2.§.prius.ff.de vulg.& pupil.docto. com.l.precia.§.fin.ff.ad l. Falc.Abb.ca.3.de probat. Fel.c.quoniam. colum. 1. ver.8. eod.Ang. l.ff.ad l. Iul.de vi publ.ratio huius reg.est, quia parum, & nihil æquiparantur, vnde qui parum distat nihil distare videtur,nimirum ergo si eius nullæ sunt qualitates,nam nullius entis nullæ sunt qualitates.c.ad dissoluendum,de spon.impub. vt infer.latius dicetur. Seb.Med.reg.5.

¶Minimvm quod est, in dubio censetur esse in legato.tex.est in l.qui cōcubinam.§.1.& in l.nūmis. ff.de lega 3.in l.si ita.ff.de verbo.oblig.& in l.apud Iulia.§.Seio.& in l.si ita sit scriptum.ff.de leg.1.

Limita tripliciter secundum Iaso.in d.l.si ita sit scriptum. B.Dias reg.464.

¶Minimvm relationem habet ad maius. Arist. in prædicamēto ad aliqnid,comparatiuū enim supponit positiuū.l.vbi autem. ff.de verb.obl. Saly.auth. sed nouo.C.de ser.fu.l.certū.ff.si cer.pet.Med.re.9.

¶Minima res non comprehenditur in generalitate verborum, nam generaliter statutum loquens, vt ille,qui extraxerit sanguinem alicui, puniatur, non comprehenditur ille,qui vnam tantum sanguinis guttam extraxerit,Bal.l.1.§.item.ff.de ædil.ed. gloss.cap.non licet, xv.q.2.& dicam infer.latè suo loco.Med.reg.1.

¶Minimvm. De minimis considerationem non habēdam,l.scio.ff.de in integ.rest.l.si oleum,ff.de dolo,c.cū te,de re iud.l.quamuis.ff.de cond.& de.Bal. in l.si prædium,C.de ædi.actio.l.quæsitū.de re iud.

Fallit in 4.casib.quos latissimè refert Ant. Corset.in tract.de mini.qui est in 1.vol.tract.

Minus prohibetur cui maius conceditur: hanc regulam cum suis limitationib. ponit Damas.regu.135. Don.Fina,lib.5.

¶Minor aduersus solutionem sibi factam restitui debet.

Primò fallit, vbicunque pecunia esset deperdita casu fortuito,nō autē facilitate ipsius minoris: quia tūc non poterit restitui in inte. aduersus dictam solutionē,ita no.tenet gl.in l.verum.§.sciendum.ff.de mino.quam ibi Bar.dicit ad hoc esse notandam, & eam reputat esse singularem Pau.de Ca.in d.l.j.C. si aduer.so.pro limitatione d.glo. B.Soc.re.321.

¶Minor si ex forma statuti contrahere non potest sine consanguineorum consensu, si contrahat,talis contractus ipso iure * est nullus.ita Bald.in l.si quis mihi bona.ff.de acqui.hæredi.§.quòd si mandata. B.Soc.reg.319.

Additio.

* Ipso iure. Vide ad materiam quæ habentur per Bal.in cons.487.in 3.parte.& per Bertach.in repertorio, in versic.statuta de contractibus. vers.lvij. B.Vad.

Primò fallit,nisi talis pupillus contraheret cū patre: quia in eo casu cessat ratio, nam statim pater eum decipere non præsumitur.l.fina.in princ.cum si.de cur.fur.& hac ratione requiritur cōsensus consanguineorum,ita consuluit Bal.& ipse Bal.ponit in l. pactum dotali.C.de colla.

Secundò fallit in quasi contractibus,in quibus talis solennitas statim non requiritur: vt voluit idem Bal. in l.1.ff. de acqu.hære.

Tertiò fallit, si contractus pupilli esset ad sui lucrum, secus si ad suum damnum: quia hoc casu requirerentur consanguinei,vt per Bal.in d.l.j.

Quartò procedit, quādo ipse pupillus habet consanguineos, sed si non habet tūc procedit contractus absq; eisdē,secundum Bal. in l.turpia.in fin.de leg. j.& in l.j.& l.si cum dotem.§.eo autem tempore.& §.si autem.in fin.ff.solu. matr.& Ange.in l.j.in fi.ff. quod cuiusque vni.no.&c.

Quintò fallit si habet consanguineos inhabiles: quia absque eis contractus procedit,secundum Bal.in l. 1.C.qui admit.Tutius est tamen in his duobus casibus interponi decretum iudicis.l.viduæ.& l.furioso.& ibi per Bald.C.de nupt.

Sextò fallit,nisi isti consanguinei reperiantur furiosi, cum eorum consensus non possit interuenire.l.qui seruum.ff.de acq.hær.secundum Bal.in l.cū hæres. eo.tit.has limitationes ponit Lud.de Ro.l.si quis mihi bona.§.si quis in bona.ff.de acq.hære.

Septimò fallit,quando mulier,& pater gessere actum minoris,qui principaliter ordinatur ad acquirendū, dum,licet in consequentiā ad obligandum, vt not. in l.quamuis.in prin.de acq.pos.& Iaco.de Aret.& ita Ang.in l.mutum.§.j.ff.de acq.hære.

Octauò fallit,quando minor diu possedit hæreditatē, vel curator: quia præsumitur habuisse consensum propinquorum.l.similis.ita dicit Ange.in l.qui in aliena.ff.de acq.hære.§.1.

Nonò fallit quādo illud decretum fuisset in hæreditate,nam valuisset aditio minorum sine consensu cōsanguineorū,quæ probatio transfertur in aduersarium:quia in dubio factus quis non præsumitur debitor,& hoc dicit Ange.de Peru.in l.intuitu.ff.de acqui.hære.§.1. B.Soc.re.319.

¶Minor,publicatis attestationibus, regulariter restitui debet,vt testes producere possit.Bart.in l.j.§. nuntiatio.ff.de ope.no.nun,

Primò fallit,nisi minor diligentē inquisitionē fecisset in perquirēdis testibus,ante, quā attestationes publicarētur:& eos inuenire nō potuit:nā ex hoc non fuit læsus dolo aduersarij nec sui facilitate, & ideo nō debet restitui.ar.l.fi.C.de in int.rest.mi.ita sing. voluit Spe.in ti.de rest.in int.in §.fi.ver.q.d si causa.

Secundò fallit,nisi peteretur restitutio ad producēdos testes super aliqua exceptione dilatoria, vel declinatoria iudicij, quæ nō concerneret merita causæ: quia illud diceretur modicū in iure, dato quòd non probaretur.ar.l.si fideiussor.§.quædā.ff.man.& pro modica læsione non cōpetit restitutio.l. sicut.de in inte.rest.ita fuit de mēte Inno.in c.causam.fœlicis. de rest.in inte.& Bal.l.sicut.& in l.peremptoriā.circa.C.senten.resc.nō po.vbi etiā ad hoc alleg.Arch.

Tertiò fallit, vbicūque minor poterat restitui ad probādū crimē,quod opposuit cōtra aduersariū, vtputà minor opponit contra aliquē qui erat infamis, vel aliquē accusauit de aliquo crimine, & doct.Bal. in d.§.nūtia.nō habet locū in criminali:vt etiā glo. no.in cle.nō pōt.in vers.pe.de procu.& no.Spe.in ti.de rest.in int.in §.si quis autē.ver.sed pone.bene facit tex.in d.l.auxiliū.in prin.& hoc no. Bar.ff.de mino.& quod no.gl.in l.1.§.accusationis.in verbo, merito cōsequēti.ff.ad Tur.Adde etiā quod idē voluit Ant.in c.qđ elect.& Ab.in c.auditis.de rest.in inte.Lud.de Ro.in d.§.nūtiatio.sed in cōtrariū allego gl.in l.minor 25.annis omissam.ff.de mi.& ibi Bal.q. dicit,ꝙ inuenitur quędā dec. Spe.quę dicit ꝙ minor 25.annis nō restituitur in int.vt possit,publicatis attestationib', ꝓducere nouos testes sup eisdē articulis:ita dicit Bal.in add.& nō in lect.postea dicit

dicit quòd ego allego gloss.in l.minor xxv.annis omissam,& postea soluit,aut in tali causa criminali veniebat aliquid quærendum minori & non restituitur, aut nihil: tunc procedit doctri. Spec.& de hac materia habetur per Bar.& Bald.post gl.in d. l.minor xxv. annor.omissam per Angel.post antiquos in l.vbi.ff.de eden.& per Bar.in l.nam & post ea.§.si minor.ff.de iureiur.& in l.minor si sit quasi contumax.ff.de mi.& per Card.in cle.j.de restit.in integ.& xvj.q.per Io.And.Ant.de But.& per Imo. in d.c.auditis.vbi dicitur,quòd iura,quæ dicunt, ꝙ publicatis attestationibus,admittitur minor,debet intelligi,quando sui facilitate fuit deceptus, de qua deceptione debet præcedere causæ cognitio: & sic debet citari pars aduersa,& idem in ecclesia.vbi dicit Car.in præal. cle.j.quòd si etiam habetur testis qui melius probat, & si vult eum producere super eisdē capitulis,quòd prius requiritur cognitio causæ super suæ deceptionis facilitate,& videtur etiam verum circa prædicta,sed adde quòd Iac. But.in d. l.minor xxv. annis.ff. de mino.tenet contrarium, scilicet, quòd nunquam restituitur.quem textum ibi Barto.etiam putat sing.in l.qui res.in prin.ver. tūc applicatur. in gl.sua.ff.de so.vbi dicit, quòd restitutio in integrum concessa maiori nunquam pro dest eius aduersario in aliquo, si læsio minoris aduersarij præcessit. B.Dias reg.320.

¶Minor: sententia lata contra minorem indefensum non valet,licet valeat pro minore indefenso, no.l.nō eo.C.de proc.gl.ru. C.de reb.cre.Me.re.9.

¶Minor. Minoribus ætas in damnis subuenire non in rebus prosperè gestis obesse consueuit.Gordian. C.de proc.l.non eo minus.14.

Si id quod magis necesse videtur non inest, neq; illud inerit quod minus.Vel si conceditur id quod maius est,ergo & id quod minus est.16.q.1.c.visis.De dec. c.ex parte.38.dist.c.si in laicis.3.q.3.c.de iudic.C.de ep.Auth.Multò magis.De super.l.1.§.quod ait.

Non debet adultis nocere,quicquid eo tempore statutū est.quo defensione iusta, & curatoris auxilio fuerant destituti.Imp.Valerian.C.quo.& quan.l.6.

Minoribus auxilium debet ferre Magistratus propter fragile & infirmum ætatis consilium.De min.l. auxilium.

Non semper ea,quæ cum minoribus aguntur,restituēda sunt,sed ad æquum & bonum redigenda.De mi. l.quod si.§.non semper. Riisvvich.

¶Minor viginti annis,non admittitur ad probandum in causis criminalibus.tex.est in l.in testimoniū.ff.de testib.& in §.in testimoniū.4.q.3. Sed habes,Hispane, tex.in l.9.ti.16.3.par.qui in causa accusationis exigit,quod testes 25.annum compleuerint, & idem in causa inquisitionis.quam rex præcipit fieri contra aliquem de delicto mortis,membri,vel relegationis pœna infligente infamatum.

Limita primò, quando aliæ probationes haberi non possunt:vt puta, si duo minores viginti annis viderunt aliquod delictū,& alij non,quia tunc admittitur. Ita tenet Alber.in d.l.in testimonium.& Io. And.in addit.ad Spec.in ti.de teste.ver.item excipitur quod est impubes,quod dicit pulchrum & vtile.Ias.in l.fi.C.de his quib.vt indign.Aduerte tamē an obstet huic dicto,quod habes infrà in regula inci.testes qui aliàs non sunt idonei.Dias re.465.

¶Minor vigintiquinque annis aduersus criminis, de quo minus legitimæ extabant probationes, cōfessionem, vel nullo errore proposito, restitui potest.Ang.in l.certum.§.in pupillo.ff.de confes.vbi est aureus textus.tex. cum glos.j. ca.ij.de in integr. restitu.in vj.sequitur pedetētim Alex.in l.nam postea quàm. §.si minor.de iureiuran.& in cons.cxvj. cum inquisitione.vol.2.Etenim eo solo,quòd confessus crimen haud legitimè probatum legitur, in eum læsio irrepsisse & serpsisse conuincitur: vnde restitui, præcipuè confessione sine curatore data, potest. Affli. decisio.ccviij.l.clarum. C.de auctor. præstand.vbi in criminalibus, minoribus, tutoris auctoritas adsit,necesse est:saltem modo quo regula seq.dicetur.Ita tamē vt minores ipsi respōdeant, tutores verò aut curatores, eis adsint: d.l.clarum. Hæc denique procedere creduntur, si culpa, non si dolo,crimen in minorem irrepsisse dicatur.l.j.C.si aduer.delic.restit.postu.Alij in delictis,omissione, non factione(vt sic dicam)perpetratis, restitutionē concedendam autumant. De his glo.in verb.non subuenietur.l.si ex causa,§.nunc videndum.ff.de mi norib.xxv.annor.Ange.in malef.Tract.in verb.cōparuerunt dicti.versic.necnon sis bene.num.7.cum sequen.maximè num.10.& in ver.scienter & dolosè.nume.12.vbi de puerorum,& minorum delictis, & quæ horum delicta puniātur: Albert. Gandin.in eius malef. Tract.titu.de pœnis reorum.nu.30.de pœna minoris xxv.annis.l.si quis.C.ad legem Cor. de sicar.& l.impunitas.C.de pœnis.de confessione minoris extraiudiciali. Hyp.de Mars.eius in Pract. §.diligenter.nu.77. C.B.

¶Minori etiam pupillo currit præscriptio legalis inchoata cum defuncto,sed datur restitutio. Casus est in l.1.C.si aduersus vsucap.

Amplia,vt procedat etiam contra existentem in vtero.Casus in l.etiam ei.& ibi gl.& Bar.ff.de mino.

Limita in præscriptione xxx.annorum, quæ etiam inchoata cum defuncto non currit contra pupillum, durante tempore pupillaris ætatis,sed interim dormit.Casus est in l.sicut.C.de præscri.xxx. annor.& ita Bal.ibi,in fin.ponit Bald.supradicta in d.trac.de præscrip.in 6.parte. B.Dias re.467.

¶Minori non currit hodie præscriptio x.vel xx.annorum,vel minoris temporis.l.fi.C. in quibus cau. restit.in integ.non est neces.& ibi Doct.Vide Hispane l.8.ti.29.par.3.

Limita sex modis, vt per Balb.in d.tract.præscr.in 6. parte principali. Dias reg.468.

¶Minori etiam pupillo currit præscriptio cōuentionalis procedens ex contractu defuncti, sicut cucurrisset contra defunctum, sine spe restitutionis. Casus est in l.Æmilius.ff.de mino.& in l. ea, quæ à patre.C.de restitu.milit. notant Doct.in l.fi. C.in quib.cau.in integ.rest.vbi Pau.assignat rationem: & est gl.in l.si cum militaribus.C.de resti.milit.

Amplia tripliciter, & restringe tribus modis, vt per Bald.in tract.de præscriptio.in 6.parte principali. B.Dias reg.466.

¶Misericordia. Beda in homiliis.

Re.seu Cap.2.

Estote misericordes,sicut & pater,&c.

Hoc loco nihil aliud nobis præcipi existimo, nisi vt ea facta,quæ dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod enim scriptum est,Ex fructibus eorum cognoscetis eos, de manifestis dictum est, quæ non possunt bono animo fieri:vt stuprum,blasphemiæ,furta, ebrietas, & similia: de quibus nobis permittitur iudicare. Viuiennus.

¶ MISSAE si celebrari debent in die obitus testatoris ex illius dispositione, sufficit illas celebrari primo die eius obitus, nec cogi debent hæredes ad alias, Cy.l.cum pater.§.pater.ff.de leg.2.Petrus bella pertica. Alb. & Bar. l. cum quidam. ff. de Annuis leg. quia hæres minus grauari dicit quàm fieri potest, conc. Alex. l.dotis promissio. ff.de iur.do.Nat.Cle. sæpe. de ver.sig.Cur.Inn.consi.178.l.item quæritur. §. fi.ff.locati. l.inter.§.fi.ff.de pact.dot. Med.reg.4.

¶ MISSAM celebrare non prohibetur sacerdos ob modicum crimen.glo.c.testamentum.6. dist.modici enim nulla habetur ratio. Ant.c.ex literis.de fid.inst. Ias.l.sciendum. numer.11.ff.qui satisd. cog.l.cætera. nu.7.ff. de leg.1.Bar.l.idem Pomponius.§.recepisse. ff.de arbit. Bal.& Sal. l.societatem.ff.pro socio glo. & Bald.l. solo. C.de libe.cau. conc.l.res bona.ff. de contr. emp. l.metum.ff.quod met.caus.glo.leg.si ex causa.ff.de minor.leg. licet.§.si quis.ff.de adim. leg. auth.quod locum. C.de collat. Med.reg.5.

¶ MISSAM canere. Qui canit missam,& non communicat, debet vno anno pœnitere,& interim missas non cantare.

De consecrat.distinc. v.relatum. Viuien.re.26.dir.

¶ MITTI in possessionem si quis velit, contradictorem citari facere debet, qui si compareat,& tempore missionis expulsus sit, & non appellet,ad contradicendum ampliùs non admittitur. l.1.C.si de momen.pos.fue.appel.

Primò fallit, vbicunque fuisset citatus simpliciter ad contradicendũ, non autem sub conditione,vt si haberet ius contradicendi & compareat,& ideo compareat seu comparere debeat, quia modo hæres vel alius, qui fecit eum citare pro legitimo contradictore, non admitteretur posteà ad dicendum, quòd non esset posteà legitimus contradictor. ita limitat Bal.in l.fi.C.de edi. di.Adri.tol.alle.no.per Inno.in c.cũ inter.extrà,de exce.& l.licet,& no.Bar.& Bald. & doct.in l. mulier. ff. sol.mat.& Bal.in l.suspecta. C.de inoffi.test.& Ant.de But.in ca.exhibita de iud. Cano.in d.c.cum inter.& facit quod dicit Bald. in l. testamenta.in fin.C.de testa. & Ange.in l.1.in §.hæres.stipul. ff. si cui plus,quàm per l.Fal.Et ideo si statutum dicit,quòd propinqui,vel collaterales,vel vicini possint præsentare super venditionibus vsque ad certum tempus, & elapso tempore emptor denuntiat alicui affini, quòd si vult se præsentare super venditione prædicta debeat comparere, iste affinis comparet, emptor vi dens quòd affinis comparuit, opponit quòd non potest: quia elapsa sunt tempora comparendi. Dicendum est, quòd si emptor citauit ipsum probabiliter, & citatio fuit facta purè, & non conditionaliter, vt specialiter fuit facta illi affini, emptor non poterit posteà opponere de inhabilitate: quia citando ipsum simpliciter videtur reputare ipsum legitimum cõtradicentem vel præsentatorem. Et idẽ esse etiam dicendum si statutum diceret sicut est Taruisij, & citatus comparuit:nam tunc non poterit citans opponere,quòd non sit habilis ex forma statuti, ex quo videtur ipsum approbasse citando ipsum simpliciter quia pa ria sunt exceptionem non competere, & non posse ipsam opponere, vt est glo. no. in l.habebat. ff. de ma. test. Et ideo sitis cauti in casib. prædictis & in similibus, quando vultis specialiter aliquem citari facere, vt concipiatis citationem conditionaliter hoc modo, citetur talis, vt compareat si habet ius comparendi, vel præsentandi, vel aliquid aliud faciendi,vel si sua putauerit interesse, quod non creditur,debeat comparere, & non dicatis, vt faciunt ignorantes compareat talis,vel si talis vult præsentare debeat comparere ad deponendum pecuniam vel aliquid simile faciẽdum:quia tunc videretur approbasse personam suam:vt dictũ est. B.Soc.re.322.

¶ MISSVS in possessionem si reus intra annum veniat fructus nõ lucratur.c.quoniam.§.in aliis.& ibi gl.extrà,vt lit.non contest.

Primò fallit hæc regula,quando ipse reus non veniret intra annũ,nam cum per annũ efficiatur verus possessor,retinebit ipsam rem cũ fructibus: nõ enim audietur ipse reus nisi super proprietate.d.§.in aliis.

Secundò fallit, quando statutum, vel consuetudo ita disponeret, vt ipse missus lucraretur fructus intra annum,ad hoc gl.in authen.de exhi.reis. §. si verò, per quam glo.Bal.in d.§.in aliis.hoc videtur velle, & loquitur in personalibus.sed vide Abb.in §. in aliis.& distingue vt ibi per eum.

Tertiò,quando iudex propter nimiam contumaciam rei,hoc decerneret, vt ipse missus recipiat,vel quòd lucretur fructus : vt est casus sing.ff. ex quib. cau.in pos.ea.l.Fulcinius.§. fi.secundum do. Nic.in d.§. in aliis. B.Soc.reg.323.

¶ MISSVS in possessionem in personali secundo decreto interposito fructus *non lucratur, sed reus contumax:licet ipse custodire possit.glo. in c. quoniam.§.in aliis.& ibi per docto.extrà,vt lit.non cõtest. B.Soc.reg.324.

ADDITIO.

* Fructus.vide Feli.in c.consultatio.in fi.circa prin. de offi.deleg. B.Vad.

Primò fallit,quando iudex propter victi contumaciam hoc decerneret:vt lucraretur, pro eo casus est sing. in l.Fulcinius.§.fi.ff.ex quib.cau.in pos.ea.

Secundò fallit, quãdo cõsuetudo hoc disponeret, vt voluit sing. glo. in authen. de exhi. reis. §. si verò. quod locum habet pariformiter in statuto, si ita disponat,cũ sit seruandũ:vt voluit Bal.in d.§. in aliis. non enim æstimantur dicti fructus per personam, si sint cõsumpti:cum percipiãtur vitio contumaciæ iudicialis.secundum Bald.in d.§.in aliis. quod verè procedere posset quando consuetudo vel statutum ita disponeret propter contumaciam. ad hoc d.l. Fulcinius.sed si non ita disponat, sed potiùs respectu ad ipsum creditorẽ vt lucretur fructus : & tunc cũ sapiat speciẽ vsuræ,non valeret ipsa consuetudo vel statutum:vt voluit Bart.in l.fi.finita. §. Iulia.de dam.infec.& Nic.in d.§.in aliis.ad hoc quod no. in dicta clem.vnica,de vsur. B.Soc.ibid.

¶ MISSIO in possessionem ex secundo decreto non fit in bonis pupilli,donec ad tempora pubertatis veniat:& in hoc creditoribus expectandum erit. Tex. est in l.apud Iulianum.post principium.ff. ex quib. causis in possessio.eatur.

Limita hanc conclusionem tripliciter,vt per Zas.in l. contra pupillum.ff.de re iud. B.Dias re.469.

¶ MITIOR lege homo esse non debet.Auth.De iud. §.oportet. Riisvvich.

¶ MISTVM non comprehenditur sub simplici,in materia odiosa.glo.est in c.nullus.in verbo homini.de temporibus ord.in 6.vbi dicitur,quòd appellatione hominis non venit clericus,sed purus laicus, & hoc in materia odiosa,& ibi Dominic.quam regulam examinat Rom.in l. 2. in prin.ff. de verb.obli. secus verò in materia fauorabili.ita doc.in l.si ita scriptũ. ff.de lib.& posthu.

Fallit

Fallit, quando pœna tenderet ad salutem animæ: ita Anto. in c. omnes. de pœn. & remiss. & Fely. in cap. mandato. de simon. Abb. in c. vniuersitatis. de senten. excommu.

Fallit etiam quando in mixtura vna pars, plus incalesceret alteri, ex quo mixtum attribui debet ei extremo, in quo plus incalescit, vulgata l. quæritur. ff. de statu homi. Matt. sing. xxxix. nu. 2. inci. no. quod, & vide Roma in d. l. 2. ff. de verb. ob.

Fallit quoque in hermaphrodito, qui si possit esse testis in testamento, vel in feudo succedere, stabitur suo dicto cum iuramento, secundū Bal. in d. l. quæritur. ff. de statu homini. & illa qualitas, quæ erit potentior alteri præualebit. vulg. l. maiore parte. ff. de verbo. signif.

Fallit etiam secundum legem diuinam, quia masculinum etiam concipit fœmininum, vt in prole, secundum Dec. in cons. dlxx. num. 12. & Anchar. in cons. incip. pro ampliori. cccxxxix. numer. 4. nam illi de prole intelliguntur tam ex parte patris, quàm ex parte matris, secundum Barth. Cæpo. cons. lxij. per totum. & cap. fi. de cond. apposit. & doct. in l. 1. ff. de verb. sign. & in prouisio. Duc. Tar. 1441. 13. Augusti quod no. I. Nouel. reg. 10.

In mixto fit denominatio à digniori & potentiori, l. cum quæritur, ff. de statu homi.

Ampliatur & limitatur in vno casu per Sebast. Sap. in l. imperium, ff. de iurisd. num. 1. & seq.

Fallit in 9. casib. vt per Gaspar. Valla. in d. l. imperium, num. 5. & seq.

Sub simplicibus non continetur mixtum. fallit in multis casib. quos not. Benincas. in §. omnium, inst. de actio. num. 241. & 247. & seq. fallit in multis casibus, quos colligere potes ex dictis per Alciat. in l. secunda. ff. de verborum obligatio. nume. 7. & seq. Don. Fina, lib. 5.

¶Modicum: de modico non est curandum. De neg. gest. l. Nesennius. De iuris. l. magistratibus. De con. dist. 2. c. reuera. d. 65. c. 1. vide Mora, Minimum. Riisvvich.

¶Modicum iudicatur arbitrio iudicis, Afflict. decis. 73. numero 2. not. l. continuus. ff. de verborum obligatio. dicitur. tamen quandoque modica summa à duobus aureis infrà, Bart. l. si oleum. ff. de dolo. Grammat. Decis. 67. num. 17. dixi suprà. amp. 12. Med. reg. 5.

¶Modus mistus pendens ex facto honorati, & alterius tertij, si deficiat per factum illius tertij, vel per casum fortuitum mortis, non facit deficere legatū. tex. est secundum commu. lecturam in l. si Titio. ff. de leg. 1. vbi idem tex. assignat rationem, quam ibi confirmat Ias. nū. 2. & 3.

Limita dupliciter hanc regulam, vt per eum ibi. B. Dias reg. 470.

¶Modus non curatur, quando constat de effectu. C. de inst. & sub. l. 3.

Honestus modus seruandus est, non immoderata cuiusque luxuria. De damno infecto. l. ex damni. §. primo.

Exceditur modus in eo quod est amplius, non in eo quod est minus. De off. cust. cap. custos. distinct. 51. cap. qui in antiquo. 45. cap. disciplina. 41, cap. quisquis. De pœn. l. respiciendum. C. de custo. & ex. re. l. si quis. in fin. De vita & hon. cle. cap. clericus. vide Multa. & Doct. tractant in l. quibus. §. Thermilius. De con. & dem. Riisvvich.

¶Modus & prohibitio. Bonifac. Reg. 34.

Cùm quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.

L. scire oportet. §. si mater. ff. de tut. & curat. dat. & c. 1. lib. 6. de cleri. coniug. Viuiennus.

¶Molendinum conducens, vt illud teneatur reaptare, ad hoc conductor semel tantum tenetur. Bal. l. licet. colum. 2. C. locati. ideo si post primam reaptationem destructum fuerit, non iterum tenetur reaptare, & fiet ei remissio mercedis, Alex. in add. ad Bar. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbor. signif. idem cons. 190. colum. 2. volum. 2. Alex. cons. 76. nu. 8. volum. 4. Cremens. sing. 146. Bertachi. in tract. Gabel. p. 2. q. 25. Ias. l. quo minus. q. 24. ff. de flu. idem cons. 36. colum. fin. volu. 3. Dec. cons. 109. nu. 6. cōs. 112. num. 9. Curt. cons. 178. num. 26. Socin. Iun. consi. 23. vol. 2. Ioan. And. in Add. ad Spe. in tit. locati. §. postquam. Med. reg. 3.

¶Molendinum habenti in parte superiori licet recolligere aquam tempore siccitatis inuito domino molendini inferioris. Not. Bart. in l. quominus. ff. de fluminibus. 14. q. quia aqua quousque est in sua formula, propria est, vt in l. 1. §. illud Labeo. ff. de aqua quoti. & æstiuali.

Limita quinque modis vt per Ripam in repet. d. l. quo minus. B. Dias reg. 471.

¶Molendino destructo, facit remitti pensionem, quæ soluebatur pro ipso, Bar. l. si merces. §. vis maior. ff. locati. Doct. cap. quanto. de censibus. Ioann. de Plat. l. fi. C. de omni agro. lib. 11. Doct. com. l. quo minus. ff. de flum. Ægid. Boss. in tit. de remis. merc. num. 61. Med. reg. 6.

¶Momentaneus actus non attenditur, quia illud modicum tempus adhuc inesse facit rem censeri: vnde momentanea acquisitio filiifamilias nihil prodest patri in acquisitione vsusfructus, Bald. cap. cum causa. de senten. & re iud. Docto. com. l. fin. §. fin. C. de bon. quæ liber. not. l. si quis ita. ff. de condition. & demonstration. not. l. pretia. §. fin. ff. ad legem falcid. l. si seruus. la 2. ff. de cond. furt. l. 1. C. de senten. de eo quod inter. Barto. l. secunda. C. de resc. vend. Ange. §. si quis agens. colum. 5. inst. de act. conc. simil. l. quod dicit. Ias. & omnes l. lecta. ff. si cer. pet. l. admonendi. in 1. lect. num. 56. ff. de iur. iur. Med. reg. 5.

¶Momentum. l. 171. cùm Prætor. Riisvvich.

¶Momentum aliquod sufficit in casu, quo res aliquo tempore extare dicitur, ideo statutum excludens fœminas propter masculos sufficit quod masculus fuerit momento temporis, vt perpetuò remaneat exclusa, Ant. cons. 20. Ias. l. inter stipulantē. §. sacram. ff. de verborum obligation. Bald. l. si quis posthumos. §. 1. ff. de liber. & posthu. & l. in quibus. C. de sec. nupt. Alex. cons. 19. libr. 1. Aret. l. 2. ff. solu. matr. ratio est: quia quando quæstio est de momento, ea quæ post momentum fiunt non videntur inesse. l. Thais. §. intra. ff. de fideic. libert. Ias. l. ędita. col. 5. C. de edendo. Tiraq. in tract. de retr. conuent. §. 1. glos. num. 23. not. tamen, quòd quando fit mutatio momentanea rei non immutat rei naturam primam. l. ex facto. §. rerum. ff. de hære. inst. si tamen aliqua fuerint affixa rei, vt ibi perpetuò sint, dicuntur de re, & veniunt in alienatione rei. l. cætera. §. hoc senatus: vbi Alex. ff. de leg. 1. momentanea verò non inducunt obligationem. l. cedere diem. ff. de verbo. sign. l. 5. §. fin. ff. de verb. obl. vnde non dicitur esse in domo, quod temporaliter ibi positum fuerit. l. generali. §. vxori. ff. de vsufr. leg. nec est in loco,

loco, id quod est in transitu, secundum quod non sortitur forum. Bart. l. fi. C. vbi in rem actio. Abb. c. fi. col. 10. de for. cõp. Bart. l. hæres. §. 2. ff. de iudiciis. vbi statim recessurus contrahẽs nõ põt ratione con tractus conueniri, & statutum prohibens pannos fo renses intrare ciuitatem intelligitur de intrãtibus, vt ibi remaneant, nõ autem per transitum. Paul. l. cæ tera. §. sed & si quis. ff. de leg. 1. Ale. consi. 84. volu. 4. & fugere nõ dicitur, qui fugit breui reuersurus. Bal. l. 1. col. 8. C. de seruis fugit. c. vulgaris. §. diuortiũ. de pœnit. dist. 1. c. præsenti. de præb. 6. ex quib. dictis in fertur ad plura, & primò, quod quælibet dispositio ad actum momentaneum non refertur. secundò nõ sufficit aliquid esse factum, nisi duret factũ. l. 2. §. fin. ff. ex quibus caus. Maior. le. si pro parte. §. versum. ff. de in rem verso, vbi gl. dicit non dicitur versũ, quod non durat versum. l. prætor. §. hoc autem. ff. denoui op. nun. l. 1. §. Diuus. ff. de var. & extra. cogn. nec dici tur venisse, qui non stetit. c. si quis autẽ. 18. dist. c. nõ est. 11. q. 3. Tertiò statutum concedens, aliquid rõne affinitatis intelligi debet affinitate durante. l. cui. §. affinitatis. vbi Bar. ff. de post. Quartò reseruatis sibi fructibus, satis intelligitur, de his, qui sing. annis feruntur. l. cum manu. ff. de cont. empt. Med. reg. 5.

¶Monachvs declaratus per sententiã vbique Monachus reputandus est, Bal. & com. Doc. l. ingenuũ. ff. de stat hom. not. leg. de iure. ff. de stat. hom. not. l. de iure. ff. ad municipal. c. si iudex de sent. exc. 6. c. 1. de treuga, & pace. cap. curæ. 11. q. 3. l. 1. ff. cõtr. tab. Ale. l. sæpè. nu. 6. ff. de re iud. Med. re. 8.

Monachus si efficiatur pater, transit in potestatem mo nasterij, filij tamen remanent sui iuris. Bart. l. sic eue nerit. ff. ad l. Iul. de adult. Med. re. 9.

¶Monachvs non potest testamentũ condere. Tex. in auth. ingressi. C. de sacrosan. ecclesi. & in c. quia in gredientibus. cum seq. xix. q. 3.

Concordat lex xvij. tit. j. vj. part.

Amplia semel, & limita sex modis, vt per Ias. in d. aut. ingressi. vide Philip. in rub. de testamen. in vj. qui du pliciter tãtũ limitauit hanc regulã. B. Dias re. 472.

¶Monachvs nõ potest agere nomine proprio. Ita concludunt Doc. in c. cum dilecta. de rescript.

Limita octo modis, vt per Felin. ibi. B. Dias re. 473.

¶Monitio in denũtiatione facienda duplex requi * ritur: vt in c. nouit. * extrà, de iudic.

Additio.

* Nouit. Vbi vide Felin.

Primò fallit, quando peccatum esset notorium: vt in d. Canone secundum illud. xlv. distinctio.

Secundò fallit in matrimonio impediendo, cum tunc non requiratur aliqua monitio, extrà, de despon. impu. ad dissolutionem, secundum Anto. qui dicit idem esse in peccato committendo: vt voluit in d. c. nouit. sed certè non cadit in his propriè denuntiatio prædicta: imò potius quædam iudicis intimatio facta, vt procedat ad pecatum impediendũ, in qua non requiritur aliqua monitio, ad hoc est quod not. extrà, de iureiur. c. j. & c. ad nostram.

Tertiò fallit in denũtiatione facienda in foro ciuili *, * eo casu quo fieri potest de plano, vt non requiratur monitio: prout voluit Inn. in d. c. nouit. per ea, quæ habentur ff. de off. præfect. vrb. leg. j. §. quod autem. & §. vicarius. & de officio proconsul. leg. neque. §. de plano. Sed requiritur in tali denuntiatione iudiciali pro eius forma, quòd existat in peccato, vt patet in textu, in d. c. nouit. vbi de hoc, alia prosolennitate requisita in tali denuntiatione facienda, plenissimè ibi vide per Doct. B. Soc. re. 227.

Additio.

*Ciuili. An autem in ciuilibus monitio requiratur, vide Fel. in c. ij. ante fin. ver. not. vberius. vbi quod in ciuilibus. de accu. & in c. j. B. Vad.

¶Monachvs regulariter testari non potest, not. in authen. ingressi. C. de sacrosan. ecclesi. ca. in præsentia. de proba. c. quia ingredientibus. xix. q. iij.

Amplia, quod etiã per statutũ habilitari nõ potest ad testandum, secundum Bal. in d. auth. ingressi.

Fallit in testamento passiuè secundum Bald. in l. Deo nobis. C. de episco. & cleri.

Fallit, quando haberet licentiam à Papa siue ante, siue post monachatum. d. Ia. in d. auth. ingressi.

Fallit in monacho episcopo facto, qui potest testari de acquisitis post episcopatum, secundum do. Ia. in d. authen. ingressi.

Fallit in casu auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle.

Fallit in monacho testante ante ingressum monasterij, secundum Ia. in d. authen. ingressi. S. Ianu. re. 174.

¶Monachvs regulariter non potest esse in iudicio sine licentia sui superioris. moder. in cap. cũ dilecta. de rescrip. per illum tex. facit glos. in c. non dicatis. xij. q. j. quòd si monachus spoliatur cappa nõ potest agere nomine proprio.

Amplia etiam nomine monasterij, secundum Ant. & Abb. & Imol. in d. c. cum dilecta.

Fallit in causa criminali de qua monachus accusatur, doc. ibi per tex. in c. ex parte. de accusatio.

Fallit causa suæ electionis, Doct. in d. c. cum dilecta. Arch. in c. pastoralis. ij. q. vij.

Fallit quando peteret restitutionem. Bal. & Abb. d. c. cum dilecta.

Fallit quãdo Abbas est absens, & periculum est in mora, iidem. ibid. S. Ian. reg. 175.

¶Monachvs testamentum condere non potest. c. quia ingredientibus. de testam.

Amplia quia licet statutum, vel consuetudo possit habilitare filiũfa. ad testandum: vt per Bart. & alios in. si quæramus. ff. de testa. & Imo. in c. ij. extrà, eo. tamẽ consuetudo vel statutum nõ possunt habilitare monachum ad testandum: quia repugnat regulæ monasticæ. capitulo, cum ad monasterium. de stat. monacho.

Primo fallit, nisi fuerit sibi data licentia à Papa ante, vel post: vt per Bal. in l. fi. C. vnde leg. sequitur Pau. de Castro. l. militibus. C. de testamen. mili.

Secundò fallit, quando monachus efficeretur episcopus: quia tunc potest testari, non de bonis iam quæsitis monasterio, sed de aliis posteà obuenientibus, secundum Spec. in tit. de statu mona. versi. xxiij. & idi Bald. in additio. B. Soc. 326.

¶Monacho licentia data vt possit esse procurator intelligitur de prima vice, hoc idem procedit etiam in licentia vnicuique data à superiore. Fel. cap. 2. de treug. & pace. simile c. si clericus, in prin. de præb. 6. c. nõ potest. eo. tit. Inno. & omnes Com. Doct. c. dudum. il 2. de elect. Med. re. 4.

¶Monachvs, & Clericus. Vt monachi non sint clerici.

In Aut. quomodo oport. Episc. iu. §. 1.

Contra.

In Aut. quomodo oport. §. si quis extra. §. illud quoque. Azo, rub. 104.

¶Monachi, vel clerici obsides dari non possunt. not. in l. ij. C. de pac. & in l. ij. C. de pat. qui fil. di. & gl. in c. ex rescripto. de iureiur.

Primò fallit, quando darentur per Papam, cum ipse eo s dare possit, & sic fieri vidi: & propriè obsides sunt, dummodo dêtur pro pace vel simili causa, arg. viij.q.iij.c.cuncta per mundum.& c.principalem.& ita procedit glo.in d.c.vt prædictum est.xxiiij.q.ix. secundum Nic.in d.c.ex rescripto.

Secundò fallit quando ipsi darentur, nõ vt sint propriè obsides, sed vt sint in certo loco: quo casu si quæratur de clericis secularibus ipsi dari poterunt per inferiorem à Papa, puta per episcopum, dummodo velint & iurẽt ita manere, sicut supradictum fuit de laicis, idẽ erit de monachis per Abbatẽ suum: vt in preallegatis locis Canonistę sequũtur. B.Soc.re.325.

¶Moniales, quæ contulerunt electionem in episcopũ suæ Abbatissæ, si semel de vna prouiderit, non poterit amplius aliam eligere. Doct.com.capitulo, causam.de elect.6. capitulo, si compromissarius.eodem titu.6.& simile not.Bald.auth.habita.ne filius pro patre. Iaso.l.in duobus.§.si ei.ff.de iur.iur.Felin. capitulo, licet.de testibus. Bartol.l.si quis iusiurandum.C.de reb.cred.l.post legatum.ff.de his quibus vt indignis. Bal.l.prim.C.de furtis.l.hac lege.C.de bræuil.& sent.recit. Imol.l.ab executione.ff.de appellat.Iaso.l.qui ex pluribus.ff.de verborum oblig. Med.re.3.

¶Monasterium monialium licentia intrandi alicui concessa, intelligitur de prima vice tantum. Alber.in tract.stat.par.2.quęst.181.per c.non potest.de præb.6.l.fideicommissa.§.alicui.ff.de leg.3.Alexan. consi.16.nu.3.vol.4.Felin.c.1.col.fi.de rescr.idem c.2.de treug.& pace.Ias.consi.36.vol.3. Dec.consi.112. nu.5.Soc.Iun.consi.25.vol.2. Med.re.3.

¶Monasterium ingrediens purè bona regulariter monasterio acquirũtur.auth.si qua mulier.C.de sac.san.eccle.Anch.consili.69.contra donationem. num.7.nam quæ religiosis adhærent, religiosa sunt. vt l.quæ religiosis, de rei vẽdi.& capit.religioso.de sent.excom.in 6. imo bona decedentis infra annũ professionis, remanent penes monasterium, secundũ Iac. Ray.Pet.& Cin.in aut.ingressi. C.de sacrosan. eccles.cum aliis ibi.

Fallit in bonis feudalibus ingredientis, quia ad eũ non pertinet qui officium gerere non debet. capitu.j.de vasal.milit.qui arm.belli.depos.& in cap.j.si de feu. fuer.cõtr.inter.domi.& vasal.Bal.in l.finita.§.fi.ff. de euic.Alex.consi.x. vol.v.& Bald.in leg. Deo nobis.vers.iiij.nota.C.de episc.& cleri.& idem in leg. si quis.in princ.C.eo.tit.

Fallit, etiam si esset tale seruitium quod à monasterio præstari posset, vt puta, si annua pensio in pecunia vel frumento præstetur, aut in tali seruitio persona li, quod honestè præstari posset ab ingrediente per se, vel per alium, secundum Cyn.in di.auth.ingressi. Ioan.And.Abb.& Dec.in capitu.in præsentia.num. 290.de proba.Spec.de stat.monach.§.j.versicu.44. Bald.in d.l.si quis.in prin. C.de episc.& cleri.Alex. d.consili.x.Calder.consi.2.an clericus.

Fallit in feudo de quo fœmina est inuestita, quia eo ipso quòd fœmina est habilitata, põt per substitutum seruire. Spec.in tit.de feu.vers.21.§.quoniam.& ibi Ioan.Andræ.in addit.ad Specul.& latè Alex.d.cõs. x.volum.v.quod tu nota.

Fallit etiam quando esset feudum francum, id est liberum, quia eo tunc transit in monasterium. ita Bald. in l.si plures.C.de condit.inser.& idem in auth.nisi. vers.cæterum.ad Treb.Oldr.consil.ccxxiiij.factum est tale.Bal.in proœ.feud.Idem Oldr.consil.3.omne datum.Afflict.decis.cclxv.nume.37.Idem decis. 320.nu.2.alle.Bal.in d.aut.nisi.& Alex.d.cons.x.n. 9.vol.5.Gram.decis.103.nu.134.& 135.Boe.q.114.n.. 12.vbi tenet quòd feuda in Gallia ex generali cõsuetudine possunt alienari, ex quo sunt ad instar bonorum patrimonialium. I.Nou.re.27.

¶Monasterium ingressi bona, & iura omnia in monasterium trãseunt.c.in præsentia *.& ibi doct. de probat. & in authentica, ingressi.de sacrosanctis ecclesiis.

Additio.

*In præsentia. Vbi omnino vide Fel.& d.Ias.in d.aut. ingressi.

Primò fallit quando ipse haberet descendẽtes, quibus debetur legitima: cum tũc eius bona transeãt in monasterium salua ipsa legitima.xix.q.fi.c.j.secundum Io.Andr.& Inn.in d.c.in præsentia. & hoc habetur in aut.si qua mulier.C.de sacrosanct.ecclesi.& facit ad hoc quod not.de reg.capit.cùm scimus.& extrà, qui fil.sint legi.cap.j.imo & si supersint ascendẽtes, eorum legitima erit salua, vt voluit Innoc.& Ioann. And.in dic.ca.in præsentia.per id, quod habetur ff. de inoffi.testam.l.nam & si parentibus.& hoc quod habetur in authent.presbytero.C.de episco.& cler. sed licet ipsis descendentibus detur legitima, & seruetur, tamen eam petere non possunt ante mortem naturalem ipsius ingredientis, sed posteà: vt voluit Barto.in d.authent.si qua mulier.per illum tex.pro quo facit quod not.extrà, de testi.capit. Raynutius. interim tamen ipsi descendentes habebunt alimenta ab ipso monasterio: vt voluit Cyn.in dicta auth. si qua mulier, cum quo transit Nicol.in cap.in præsentia.cum fortè non procedat respectu legitimorum filiorum seu descendentium, & dici possit fortasse per text.not.in dicto capitulo, cum scimus. vbi text.ad literam videtur probare, quòd filius possit legitimam petere in vita patris.& hoc sentit ibi Ioan.Andr.& Petr.de Anchar.& domi. Flo. & Bal.in authentic.ingressi.de sacrosanct.eccles.secundum Nicol.qui hoc tenet pleniùs in dicto capitulo, in præsentia.

Secundò fallit, in eo, qui ingreditur ordinem, siue monasterium mendicantium, vt fratrum minorum prædicatorum mendicantium, circa quos licet fuerint opiniones, quibus eorum bona deputentur, de quibus per Innoc.in cap.in præsentia. & alios moder.tamen dici & concludi poterit quòd si ingrediatur monasterium fratrum minorum, quòd tunc bona eius veniunt ad succedentes ab intestato: cum ipsi fratres non possint capere, nisi quod habetur in clem.exiui.de verb.signifi.prout voluit Federic. de Senis in consi.xxvj.& Bart.in tract.minoricarum.ad hoc leg.si in metallum.ff.de his, quę pro nõ script.ff.de testamen.milit.leg.neque fratres.C.de hæred.institu.leg.j.secundum Anto.in d.ca.in præsentia.vbi latiùs per Can.

Tertiò fallit, quando tales ingredientes monasterium decederent intra annum probationis: cum tunc eorum bona non perueniant ad monasterium: vt tenuit Cin.in d.authent.si qua mulier.& Anto. in d.cap.in præsentia.sed ad illos, quibus reliquerint si fuerint testati, cum testari possit intra annũ probationis: vt voluit Ioan.Andr.in capit.beneficium: de regu.iur.in vj.si verò non fuerint testati, & tunc ad venientes ab intestato deuoluuntur, ex quo expresè, vel tacitè nõ fuerint collata in monsteriũ.arg.l.si quis cũ nullum.& leg.cõficiuntur.de iure

iure codi.secundum Ioan.de Imol.in d.cap.in præsentia. & hoc etiam disputando tenuit Petr.de Anchar.prout ipse refert.in d.cap.beneficium. de reg. iur.quod etiam habet locũ in aliis casibus,in quibus plenè per Cano.in d.cap.in præsentia.

Quartò fallit, quando ipsi ingredientes primò disposuissent de eorum bonis:nam tunc disponere possũt prout eis placuerit, vt habetur xviij. quæst.3.capit. quia ingredientibus, & in authent.de monasteriis. §.illud quoque decernimus. cum eorum bona non deuoluantur effectualiter & irreuocabiliter ad monasterium illud: quia disposuerunt ingrediendo.vt per Cano.in d.c.in præsentia.

Quintò fallit, vbicunque persuasione alicuius abbatis vel prelati quis ingrediatur monasterium:quoniam hoc casu bona ingredientis non applicabuntur monasterio:sed debebunt restitui eis, qui forent sui hæredes.text.est sing.xx.quæst.3.constituit.quem tex. allegat gloss.in capit.penult. de offic.delegat.de limitatione d.authentic.vide per Imol.in l.cum mulier.ff.de solut. B.Socinus re.225.

¶Moneta. Eadem mensura vel moneta debetur, quæ erat tempore contractus.

In Decret.1.quæst.1.principatus.
In Auth.vt cum de appell.cog.§.1.
ff.si quis caut.l.si quis quempiam.l.qui ante.§.illud.
ff. de eden.l.vbi.§.1.
ff.si cert.pet.l.3.in fin.
ff.de euict.l.bonitatis æstimationem.
ff.de leg.3.l.Lucius Titius.& l.vxorẽ.& l.filiũ. §.testamento ita pueros.
In Decret.dist.31.ante triennium.
ff.de iud.l.si quis postea.
C.de præd.& omni re nauic.l.2.lib.10.

Suprà,initium spectandum,tempus contractus debere inspici:suprà,Repetita die,&c.
I. de pact.Rubr.1.& vlt.
I.de empt.Rubr.2.

Nota,quædam emuntur quę loco venditorum supponuntur. Azo,rub.12.

¶Moneta. Superueniens moneta vel mensura debetur,siue maior,siue minor sit.

In Decret.23.quæst.4.l.si Ecclesia.
ff.de cond.& demonst.l.filiæ suæ.§.vlt.
ff.de lib.& posth.l.placet omnem.
ff.de leg.2.l.Imperator Antoninus.§.vlt.
ff.si cert.pet.l.vinum.
ff.de pig.l.cum tabernam.Rubrica.1.
ff.de furt.l.inficiando.§.infans.
ff.de fideiussorib.l.si quis.§.si nummos.
ff.de op.lib.l.1.
ff.de verb.obl.l.inter stipulantem.§.vlt.
ff.quor.leg.l.diuersum.

Eadem mensura, &c.) Solummodo eadem mensura debet præstari,& eadem moneta: vel si alia præstatur, habeatur ratio damni.Statuta post contractũ facta,futuris contractibus dant formam,non præteritis.vt C.de leg.&const.constit.l.leges.Nec obstat ꝙ legitur ff.de leg.2.leg.Imperator.§.vlt.& de pig. cum tab.& de furt.l.inficiando.§.infans.quia in his legibus non prohibetur, quin possint peti ea,quæ tempore testamenti vel cõtractus erant in hæreditate,vel in bonis debitoris,& in taberna:vel quin petatur vtilitas, quæ erat tempore delicti:sed dicit etiã in plus agi posse, vel dicitur, quod in primis duab. legibus facit illud tenor verborum testatoris.sic I. de con.indeb.l.filiæ.§.vlt.sic enim dixerat:Quod superit ex hęreditate,tempore mortis,vel quæ in ea erit,cum moriar.Item cum dicit tabernam, verisimile est id actum,vt res præsentes,& postea permutatæ vel substitutæ teneãtur pignori:quia quotidie fit earum permutatio.Nec obstat quod legitur in ff. de reb.cred.l.vinum:quia ibi non loquitur in alia mensura,sed in eadem.Quæritur autem de æstimatione rei,quo tempore sit spectanda.Aliæ leges contrariæ non videntur esse dignæ responsione. Azo, Rub.12.

¶Monetam falsificans punitur graui pœna,sed an habeat locum in falsificãte paruam monetam, vide Add.ad Alexand.rub. ff.sol. matr. numero 3.consi. Alexan.103.vol.2.resp. quòd non. Dec.capitulo,de appellationibus.de appellat.cap.maioribus.colum. 1.de præb. Med.re.5.

¶Monitio requiritur ad incurrendã pœnã,quãdo lex loquitur negatiuè, videlicet, si non fecerit residentiam,si nõ fecerit inuentariũ,vel quid simile:secùs,si affirmatiuè,vt si quis percusserit clericum, si accesserit ad monialem,quia tunc nõ requiritur monitio.Inn.in c. extirpandæ.ante fi.de pręb.quam ibi sequuntur doc.Alex.in l.ita stipulat⁹.la grande.ver. in contrarium autem.ff.de verb.obli.vbi vide. Eam refert etiam post Bald.idem Alex.in l.si mora.vers. subdit.ff.sol.mat.vide eundem Ale.in leg.j.C.de his quib.vt indig.& per Fran.de Aret.in capitulo,cum olim.de testib.Fel.in cap.j. versic.quinimo plus.de consti.vide eundem in cap.si autem.de rescrip.prope fin.Hippo.in leg.vnius.§. cogniturum.ff.de quæstio.vbi refert plures eam cõmendantes. Hanc conclusionem dicit esse communem Syluest.in sua summa,in verbo excommunicatio.lo vij.in excommunicatio xx.versi.secundò dubitatur.

Limita primò,nisi esset appositum tẽpus ad incurrendam pœnam in facto negatiuo:quia tunc non requiritur monitio. Ita Feli.in capitul.ij.de magistr.post Bald.& Ancha.quos refert:quam limitationem tripliciter declarat.

Secundò fallit nisi esset constitutio synodalis, continens id quod ius commune, imponens facto negatiuo pœnam, quia tunc illa incurritur omittendo, sine monitione. Ita tenet Fel.in d.c.2.de magis.referẽdo Fel.de Sen.consi.cix.& Anto.in c.quoniã frequenter. §.fin verò. vt lite non contest.quos ante eum retulit Alex.sic restringendo dictã doctrinã in d.l.si mora.qui loquitur in statuto.Et vide eundem Fel.in d.c.si autem.

Tertiò fallit, quo ad Deum,quia quo ad ipsum, satis incurritur pœna vel culpa, sine monitione.Ita restringit Feli.in d.c.2.de magist.post Abb.quem refert in duo.locis:& vide eundem Fel.in c.si autem.

Quartò limita, quando illud quod nõ est factum non habet in se aliquam verisimilem rationem excusationis: quia tunc eo ipso quòd quis potuit facere, & non facit, incurritur pœna absque monitione.Ita limitat Feli.in dict.cap.ij.de magist. vers.4.limita. post Abb. in locis per eum relatis. B.Dias re.474.

¶Mora aliter, quàm per interpellationem nõ committitur:vt not.in l.si ex legati causa.ff.de verb.obl. & glo.in l.amplius.ff.rem ra.habe.

Primò fallit,in eo,quod debetur fisco.l.cum quid.§.fiscus.ff.de vsu.& ibi not.& est sing.glo.de hoc,& no. Bart.in l.j. C.de his qui.vt indig.& not.Roma.in d. l.si ex legati causa.ff.de verb.obl.

Secundò fallit in eo,quod debetur ecclesiæ in vltima

voluntate: vt est glo. sing. in §. item mixtæ. Instit. de actio. & not. Bal. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. & Pet. de Ancha. in capi. accessorium. extrà, de reg. iur. in vj. Ioan. de Imol. in c. breui. extrà, de iure iur. & Rom. in d. l. si ex legati causa.

Tertiò fallit in his causis, ex quibus debetur minori. l. in minorum. C. in quibus caus. in integ. restitu. non est neces.

Quartò fallit in dote post biennium. l. j. §. prætereà. C. de iure dot. quo casu, per lapsum biennij constituitur in mora absque interpellatiōe, vt ibi & not. in l. diuisione. ff. solu. matri.

Quintò fallit in eo, qui tenetur ex delicto, quo casu cōmittitur re ipsa: vt in l. j. §. rectissimè. & l. meritò. ff. de vi, & vi arma. ęquiparātur enim fur & morosus. l. inter stipulantem. §. pe. ff. de verbor. obligat.

Sextò limitatur in cōtractibus vltro citróque obligatoriis, in quibus vnus adimpleuit, nā videtur re ipsa alius constitutus in mora: vt in l. curabit. C. de acti. empt. & l. Iulianus. §. ex vendito. ff. eo. tit.

Septimò fallit, vbi qui iurauit aliquid præstare alicui & illis dare rem promissam: nam propter iuramentum absque interpellatione cōstituitur in mora, ita ait de mente Io. And. in capi. breui. extrà, de iureiu. & ibi Io. de Imo. ponderat verba Io. And. quod valde nota: tamen non puto hoc iure probari, imò in contrariū allego tex. in c. licet. si de feu. fuer. cōtrouers. inter do. & agna. cōiuncto ca. j. de for. fide. adde quod specialiter in vasallo est permissum quādo domino suo eminet magnū periculum, nisi præstet suū subsidiū ad quod tenetur ex iuramento fidelitatis, dicitur esse in mora, & non aliàs: vt ibi in ca. j. §. ad hæc mutatio. hic finitur l. Cor. & nota. in ca. j. in verbo, inquisitio. hic de noua for. fide. & vide etiam quæ dixi tenendo oppositum in l. quod te. ff. si certum peta.

Octauò limitatur, vbicunque quis promisit se facturū, & curaturū: nam tunc non requiritur interpellatio, quia intelligitur quàm primū potest: vt tenet sing. Bal. in d. capi. j. §. ad hoc. per iura ibi alleg. per eum.

Nonò limitatur vbicunque quis promisisset mihi dare cētum vsque ad pascha ad mei petitionem, nam adueniente die paschatis est in mora absque aliqua interpellatione: ita Bar. singul. in l. ita stipulatus. in fi. ff. de verbo. oblig.

Decimò limitatur vbicunque quis promisisset aliquid consistēs in faciendo habens tractum successiuum, putà ædificare domū: nā inest dies intra quem commodè fieri potest, & ideò transacto illo die remittitur stipulatio ad interesse ratione moræ, in quā quis incurrit per interpellationem domini tacitè. l. si ita stipulatus. & ibi not. ff. de ver. obli. & in l. si insulam. & not. Bart. in l. si ita stipulatus. in q. 2. principali. ff. eo. ver. quęritur quādo committitur stipulatio, dum allegat l. si insulam. & clarè not. Paul. de Cast. in d. l. si ita stipulatus essem abs te.

Vndecimò limitatur nō habere locum vbicunque debitor ipse interpellasset, & creditor dixisset se velle adimplere quod promisit, vt debet: quia est casus qui æquipollet interpellationi: vt probatur in dicto capitulo j. §. ad hæc. hic finitur, l. Cor. vnde videmus quòd ille, qui dicit se velle ad causam cōparere, non est de necessitate ampliùs citandus neque requirēdus. capit. j. extrà, de dolo & contu. lib. vj. & not. glo. & doctor. in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iudex. & in l. fi. de in integ. rest. & alios casus vide etiam latè per gloss. in l. mora. in princip. glos. magnæ. ff. de vsur. B. Soc. re. 328.

¶ Mora. L. 40. Pomp. lib. 32. ad Sabinum.

In omnibus causis pro facto accipitur id, in quo [a] per alium [b] moræ fit, quo minus fiat.

Addit. a al. quis alium perhorrescit, quo
b al. mora fit. hæc sola vitiosa est.

De loco factum repræsentante vtilitatis ergo, ob quā nonnunquam etiam repræsentat vel possessionem, vel rem, vel conditionem vel factum (l. 174. qui dolo desi. 199. semper qui dolo. l. 193. parem, l. 79. generaliter, l. 122. in iure.) Sic & culpa rem, res ipsa rem, & factum reprę̄sentat factum. l. 203. quod quis, l. 15. qui actionem. l. 148. si quis pręgnātem. l. 141. quod iussu, capit. 81. in 6. qui per al. l. 135. qui potest facere. Hāc repræsentationem refert Ioann. Ramus ad 3. iuris præceptum. Iunge l. 79. generaliter. Excep. C. de his qui per me iud. l. in quo temp. §. qui, l. 1. de appell. l. cùm quidam, §. Ex. C. de rela. l. 1. de appell. capitulo final. C. eodem titulo, l. obligationes, quod vi, l. 1. §. Aristo. arg. 3. l. 122. in iu. quod metus caus. l. metum autem. Pro Facto. Fictionem denotant hæc verba, acsi Pomponius dixisset, perinde habetur, videtur, creditur, &c. arg. de vi & vi, l. 1. §. deiicere, de con. & del. iure ciuili, de min. l. in causæ, de op. no. nun. l. in prouincialia, §. quòd si socius, de ca. l. retrò ceditur. Exc. De con. & demon. l. quib. diebus. de eo per quem. l. 1. §. si reus, C. de con. inser. l. fin. de sol. l. qui decem. Alivm. Sci. quam eum, qui se facturum curaturúmue aliquid promiserit, quíue facere damnatus fuerit. Morae. Pet. Fab. manult Mora legere. Exem. De vsur. l. cùm quidā, §. si pupillæ, de eo per quem. l. 1. §. si reus, si quis cau. l. secund. §. fina. Ratio, infrà, l. 155. factum. De metu hic tractat Decius. Riisvvich. parat.

¶ Mora. Quod de iure alicui imponitur, id à iudice neglectum non punitur.

C. qui da. tu. vel fe. cu. poss. l. neque.
ff. de arb. l. si cum. §. si arbit.
ff. de cura. bon. dan. l. 2. §. vlt.

Quod de iure, &c.) Hæc Rub. falsò posita est: sic enim debuit poni: quod non iure alicui imponitur, id neglectum non punitur. & id per l. subiectas apparet. Hoc, si ipso iure nullum sit decretum: alioquin contrà. vt ff. de arb. l. qualē. & l. diem. §. stari. Azo. ru. 77.

Si vterque fuerit in mora, cui nocere debeat.

ff. de pact. inter empt. l. si per emptorem.

Modica distantia, vel mora, pro nulla reputatur.

ff. de repud. l. 3.
Contrà, ff. de hær. instit. l. 2. & 3.
Contrà, C. de dolo. l. non tantum.

Posterior mora nocet ei, per quem fit.

ff. de constit. pec. l. sed & si.

Mora purgatur.

ff. si quis caut. l. & si post.
ff. de arb. l. qui omnium. §. vlt. & l. vlt.
ff. de pet. hær. l. item veniunt. §. item.
ff. de act. emp. l. Iul.
ff. locat. l. cum in le. §. colonus.
ff. de iur. & fact. ig. l. qui ergo.
ff. sol. mat. l. semel.
ff. de constit. pec. l. sed etsi aliàs.
ff. de dam. infect. l. antiquam.
ff. de pub. l. & nec hoc edict.
ff. de dol. except. l. apud. §. quòd si is.

ff. dę

ff.de verb.ob.l.interdum.§.vlt.
CONTRA.
ff.de mino.l.Æmilius.
ff.de arb.l.Celsus.& l.quidam.§.Pap.
ff.de eo quod cert.loc.l.3.§.item Iulianus.
ff.de act.& ob.l.traiec.
ff.de verbor.obligat.l. insulam.& l.inter stip.§.vlt.

Mora purgatur,&c.& contrà.) Quando mora possit, vel non possit purgari, dic vt planè notaui, ff. si quis caut.leg. & si post. Si conditio stipulationis pœnalis suo tempore impleta non fuerit, M.indistinctè, & in pura,& in pœnali stipulatione,& in iudicio,& extra moram posse purgari dixit: nisi lis sit contestata,vel ius actoris deterius ex mora.B. idem in stipulatione pura, quæ non est pœnalis. vt Inst. de verb. obl.l.si insulā.& l.si ita quis.§. Seia.sed secus in pœnali.vt ff.de act. & obl.l.traiectitiæ. & C.de contr. stip.l.magnā.nisi in his,quæ sunt circa iudicia,& arbitria:vt hîc.&C.de fideiuss.l.sancimus.Sed & in arbitriis est idem,si vox arbitri cōtenta fuerit,quę maioris est auctoritatis,quàm vox legis,vel litigatorū. vt Inst.de arb.l.Celsus. & l.si cùm.§.vlt.nec mirū,si mitius alicui subueniatur: & hoc, quia in omnibus ferè exceptionibus,quæ in l.2.cōtinentur: aliàs enim difficultas dandi, ad incommodum promissoris,nō stipulatoris pertinet. vt ff.de verb. obl.l.2.§. quædam partis.in fin.§.1.l.continuus. §.illud inspicitur.Et sic aliud est speciale, in l.1.§.1. Est & aliud speciale:vt ff.eo.l.qui autē.§.1.aliàs cōtrà:vt ff.commo.l.si mihi.§.in hoc.Alij in cōditione potestatiua, idem quod M.dixerunt in casu:alij, quod nos.Ergo in omni purgatione tres sunt sententiæ.Item sciendum,quòd primæ tres sententię locum habent in ea purgatione quæ fit per oblationem:nam si alio modo fiat quandocunque,nulla postea erit quæstio.In cōmissione quoque pœnalis stipulationis,vel pacti, tres sunt sententiæ. Nam quidam dicunt, quòd lite tantum cōtestata committitur. vt C.de contrah. & committ.stip.l.nuda.Alij, cū potuit facere. vt ff.de verb.ob.l.ita stipula. Nos idē quod primi,si pręcesserit pactio,nō obl.alioquin quod secūdi,hoc in obligatione vera.Cęterum in interpretatiua, quæ fit per stipulat.distingue,vt dictū,ff.de ver. obl.l.scire. §.vlt.Sed videtur cōtraria lex ista. vt ff.de verb.obl. l.si Titius.Sed & illud cōtingit propter perplexitatem:imò cōtingit,quòd istæ duæ sunt similes:Si illi non dederis,mihi dabis:& promittis mihi, aut illi solui possis: statim ante litem contestatam finitur. vt ff.de solut.l.si quis sti. Item videtur esse cōtrariū, ff.de fideiuss.§. cum fid. Sed in principal. præcessit obligatio, quæ illud facit: in tertio, nec conditio videtur, sed potius gratia repræsentationis apposita,principali re cessante.Item videtur contrà,ff.de ma.tes.leg.l.libertus.§.1.Sed illud est fauore libertatis,& ne inutile esset legatum. Azo,rub.77.

¶MORA.Ex mora pro speciebus ad vsuram tenetur.
ff.de pet.hær.l.hæres.§.vlt.
ff.de vsu.l.3.§.vlt.
C.de vsur.rei iud.l.1.
Mora obest.
C.de cond.ob turp.caus.l.vlt.
ff.de dol.l.1.§.idem Pomp.
ff.de eo quod cert.loc.l.3.§.penult.
ff.de aq.plu.arc.l.emptor.
ff.de preca.l.quæsitum.§.si seruum.
ff.de verb.ob.l.si seruum.in fin.

ff.de cond.fur.l.vlt.
CONTRA.
ff.de vsur.l.videamus.§.item pe.in fi.
ff.de vi & vi arm.l.pen.

Mora obest,&c.)Certum est,alicui moram suā obesse: vt leges subiectę declarant, vsquè illuc,Fur asserens, &c.nec recipit contrarietatem. Azo,ru.77.

¶MORA.Fur offerens purgat moram,licet non consignet,vel deponat.
ff.de cond.furt.l.in re. Azo,rub.77.

¶MORA, & Stipulatio, & Nouatio.Quando purgatur stipulatio,facta animo nouandi,siue res præsens siue absens fuerit.
ff.de cond.furt.l.parui.
ff.de verb.obl.l.si rem.§.si à fure.
ff. de nouat.l.quoties.
Si res est absens,nouatio non fit.
ff.de sol.l.qui decem.§.cum mihi.
ff.de verb.l.si rem. Azo,ru.77.

¶MORAM in absentem vel renitentem de facultate teneri.
ff.de pet.hær.l.illud.
ff.de rei ven.l.item ve.
ff.de nox.l.elec.
ff.de consti.pecu.l.si duo. Azo,rub.77.
Propter negligentiam à dignitate repellitur.
ff.de off.præf.Orien.l.2.
ff.de cust.reo.carce.l.milites.

Fur offerens,&c.) Quando purgatur,&c.) Si res est absens,&c.) Hæ omnes sunt notæ,vt sciatur,quot modis purgetur mora. Azo,ru.77.

Propter negligen.&c.
Quia non vult se administrationi immiscere.
C.de admi.tu.l.vlt.
C.de procur.l.eum.
C.de sent.tri.l.1.in fin.
C.de legib.& consl.l.2.& vlt.
C.de transl.l.si quis ma.
C.de appell.l.nec.
C.de interdic.matrimo.l.si tutor.
C.de his qui not.infam.l.decreto.& l.pen.
C.ad Turp.l.2.
ff. de post.l.1.in prin.
ff.de ritu.nup.l.palam.§.quæsitum & §.vlt.
Azo,ru.77.

Qui sunt infames per sententiam ipso iure.
In Instit.de pœn.temer.litig.§.ex quibus.& §.vltim.
C.de calum.l.3.
ff.de his qui not.infam.l.deci.& l.vlt.

Qui sunt infames,&c. Qui per sententiam,&c.) Hæ sunt notæ. Azo,ru.77.

¶MORA.Bonifac.Reg.lx.
Non est in mora,qui potest exceptione legitima se tueri.
L.lecta.ff.si certum petat.l. si pupillus.de verborū obligatione.Abbas, & Felin.in rubrica de exceptio. in princip.Angel.Aretin. Instit.de except.in rubri. Viuiennus.

¶MORA.Scæuola Lib.v.Quæstion. Lex lxxxviij. al.xcix.
Nulla a intelligitur mora ibi fieri,vbi nulla petitio est.
ADDIT. a intellegitur in P.Flor.
Ex l.si pupillus. de verb.obligat. Viuiennus.

¶MORA.Petitio.L.a 89 Scæuola lib.5.Quæstionum. a al.l.88.

Nulla intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio est.

Addit. a al. intelligitur.

Ex l. si pupillus, de verborum obligation. Mora. capitulo 61. non est in mora, in 6. Iunge l. 100. non potest improbus 134. §. penulti. 64. qui sine dolo, l. nihil. Petitio. Id est, actio vel interpellatio, de vsur. l. mora, §. in bona fi. 32. l. videamus. si certum pe ta. l. vinum. Vel talis datur quæ per exceptionem elidi possit, vt sētit Pet. Fab. de pactis, l. si pactus sim. Ratio, si cert. pet. l. lecta, §. sed cum sortis, §. penulti. Exemp. dict. l. si pupillus, l. cùm filius, de verborum oblig. ob. de compen. l. cum alter, de iud. l. non videtur, de re iud. l. contumacia, §. fin. de vsur. l. cùm quidam. §. si pupillo. Secus C. de pact. l. si pacto, C. de contrah. sti. l. nuda. Is igitur pupillus moram facere non videtur qui ad solutionem cogi non potest, vtpote naturaliter tantùm obligatus, vt tradit Faber. Riisvvich. parati.

¶ Mora. L. 64. Idem lib. 17. Digestorum.

Qui sine dolo malo ad iudicium prouocat, nō videtur moram facere.

De mora, & improbitate. Malo. Et lata culpa, si certum petatur, l. quod à te. arg. dep. l. quod, de iur. & facti igno. l. si quis contrà: de verborum obligation. l. nemo, §. 1. sed iustè & bona fide: de vsur. l. si quis solutioni, C. de dist. pig. l. si residuam, dep. l. si quis infi ciatus: in princip. Provocat. scilicet ante moram, de con. fur. l. fina. Moram. De vsur. l. sciēdum, quod vi aut clàm, l. 3. §. si quis paratus. Iunge l. 109. non potest improbus, c. 6. nō est in mora, lib. 6. Cōtrà vt leg. no. l. is etiam. Riisvvich. paratit.

¶ Mora. Bonifacius Reg xxv.

Mora sua cuilibet est nociua.

L. quod te. ff. si cert. petat. l. l. si in Asia. ff. deposit. §. fi. & leg. si ex legati causa. ff. de verborum obligation. Viuiennus.

¶ Mora. Iulian. li. xvij. Digest. Lex lxiiij.

Qui sine dolo malo ad iudicium prouocat, nō videtur moram facere.

Scilicet malo, vt Bartol. l. quod te. col. 4. in vers. venio. si cert. petat. Viuiennus.

¶ Mora. Dies interpellat pro homine & cōstituit in mora, l. traiectitię, §. 1. l. magnam, C. de cont. & com. stip. l. 2. de iure empt. c. potuit, de locat.

Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 9. à Iaso. in l. ex legati causa. ff. de ver. obli. nu. 12. Ampliatur in 7. casib. & limitatur in 7. per Purp. in l. vinum n. 13. ff. si cert. pet. Fallit in 3. secūdum Ioan. Sodol. in l. quod te. ff. si cer. pet. nu. 62. Ampliatur in 7. casib. & limitatur in 20. à Port. l. 4. suarum conc. reg. 23.

Ampliatur & limitatur vt per Baptist. à Villa. conclus. 128. in litera M. Fallit in 4. casib. vt per Ioan. Bolog. in d. l. vinum, vbi etiam ampliat.

Iuramentum an constituat debitorem in mora, videas Port. lib. 4. conc. 14. & qui iurauit sub pœna, nō potest moram purgare. Fallit in 3. casib. vt per Rip. in l. si insulam, ff. de verb. obli. nu. 90.

Ad constituendum debitorem in mora sufficit interpellatio extraiudicialis, glo. in l. vinum, ff. si certum petat. denunciasse, in princ. ff. de adulte.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 4. à Ias. in d. leg. si ex legati causa, numero 15. Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 6. per Purp. in d. leg. vinum. Ampliatur in 10. casib. & limitatur in 12. à M. Anton. Baue. in tractat. de Mora. videas Petr. Duen. reg. 181. fallit in quatuor, vt per Ioann. Bolog. in dict. l. vinum, numero 47.

Interpellatio requiritur ad constituendum debitorem in mora, doct. in d. l. vinum.

Fallit in 12. casib. quos no. Io. Sodol. in d. l. quod te, ff. si certum petatur, num. 67.

Reus potest moram purgare vsque ad litem contestatam, l. si insulam, ff. de verb. oblig.

Fallit in 7. casib. vt per Ias. in d. l. numer. 23. fallit in 5. casib. vt per. Soc. reg. 60. in addit.

Hæres monitus à iudice vt impleat voluntatem defuncti, non poterit moram purgare, auth. hoc amplius, C. de fideicom.

Ampliatur & limitatur in 2. casib. vt per Iaso. in d. l. si insulam, numer. 32.

Mora rei principalis nocet fideiussori, sed nō econtrà, leg. mora rei, ff. de verb. obligat. vbi Io. ampliat in 2. casib.

Vltima mora nocet, l. illud, ff. de peri. & cōmo. rei vēd. l. semel mora, ff. solu. matr.

Fallit in 3. vt per Ias. in l. si seruum, §. sequitur, ff. de ver. obligation. nume. 6. fallit in 3. casibus, vt per Socin. reg. 270.

Mora principalis debitoris perpetuat obligationem fideiussoris, l. mora, & l. si seruum, §. nunc videamus, ff. de verb. oblig.

Fallit vt per Ias. in d. §. num. 1.

Moræ purgatio in conditionibus non admittitur. Ias. in l. 1. ff. de inst. & sub.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. & moræ purgatio debet esse celer. Fallit vt per Viuium in suis conclu. ver. moræ purgation.

Moræ purgatio non admittitur, quando executio est facta à leg. vel ab homine, l. si is cui, ff. de leg. 2. Bart. in l. si insulam, ff. de verb. oblig.

Fallit in 2. casib. vt per Iason. in d. l. si insulam, colu. 17.

Difficultas non excusat debitorem à mora. Bar. in leg. quod te, ff. de si cert. petat. & hæc cōmunis opinio.

Fallit in 8. casib. vt per Pet. Duen. regu. 199. Fallit in 4. casib. vt per Ruin. in d. l. quod te. Fallit in 11. casib. vt per Purp. in d. l. Fallit in 4. casi. vt per Iacob. de Sancto Georgio in d. l. quod te, vbi hanc quæstionem latissimè disputat Buttig. & limitat in 6 casib. nu. 40. Fallit in 12. casibus, vt per Socin. in d. l. quod te, nu. 33. Fallit in debitore facti, qui excusatur propter difficultatem. Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 8. per Rip. in d. l. quod te, numero 38. & numer. quinquagesimo, vbi ad propositum videas multas conclusiones.

Non est in mora, qui ad iudicium prouocat, gl. in l. qui solutionis, ff. de vsu. l. sciendum, ff. eo. tit, l. 3. §. si quis paratus, ff. quod vi aut clàm.

Fallit in 2. casi. vt per Dec. in l. qui sine, ff. de regu. iur.

Mora non est, vbi nō est petitio, l. si pupillus, ff. de ver. obli. l. lecta, ver. dicebam, ff. de reg. iur.

Fallit vt per Dec. in d. l. nulla. Fallit in 11. casibus, vt per Soc. reg. 249. fallit in 12. casib. vt per Ioan. Sodolet. in l. quod te, ff. si certum petat. nu. 67. in quibus mora committitur absque interpellatione, & petitione. fallit in 8. vt per Ioann. Bolog. in dicta l. quod te. numero 61.

Mora efficit, vt contra morosum iuretur in litem, hanc esse communem opinionem attestatur Plot. in repet l. si quando, C. vnde vi. vbi limitat numero 611.

Mora sua cuique nocet non alteri, l. in condemnatione, §. vnicuique, ff. de reg. iur.

Ampliatur & limitatur vt per Deci. in dicto §. vnicuique. Dinus in c. mora sua, de reg. iu.

Mora purgari potest per eum, cui iudex terminū assignauit

gnauit, vt instrumentum producat si ille in mora producendi sit. Ang. in l. insulam. ff. de verb. obliga. Cin. in l. 1. §. edenda. ff. de edendo.

Fallit in 3. casib. vt per Soc. reg. 271.

Mora debet purgari intra modicum tempus. docto. in d. c. si insulam.

Fallit in 3. casib. vt per Ripam, in d. l. num. 30.

Vbi est apposita dies & pœna, non admittitur purgatio moræ, hanc esse communem opinionem attestatur Rip. in d. l. si insulam.

Fallit in 4. casib. vt per Ripam in d. l. num. 37. vbi Cro. limitat in 2. nu. 19. fallit in 14. casib. vt per Ange. de Vbal. in d. l. si insulam. numero 15. vbi Alexan. limitat in 9. casib. fallit in 3. casibus, vt per Iaso. in d. l. numero 17.

Donatarius, qui propter alimenta non præstita, donatori incidit in pœnam priuationis, non poterit purgare moram. Doctores in d. l. si insulam.

Fallit in 3. casibus, vt per Rip. in d. l. num. 86.

Moræ purgatio non admittitur, quando stipulatio est commissa propter malefactum. fallit in 2. casib. vt per Ripam in d. l. si insulam. num. 95.

Mulier non tradita dote, sine tamen interpellatione viri, in mora re ipsa constitui non potest. fallit in 3. casib. vt per Zas. in libr. 2. resp. c. 16. nu. 1. & 8.

Purgatio moræ nō admittitur in terminis. l. si quis maior, C. de transact.

Fallit in 3. casib. vt per Ioan. Bolog. in d. l. nu. 93.

Iuramentum interpositum super aliquo contractu impedit purgationem moræ. Docto. in d. l. si insulam.

Fallit in 2. casib. vt per Crot. in d. l. num. 49.

Fallit in 3. casib. vt Rip. ibi, num. 90.

Mora purgari potest de æquitate, d. l. si insulam.

Fallit in 12. casibus per Angel. de Vbald. in dicta l. numer. 17.

Fallit in 16. casib. vt per Alex. in d. l. num. 23.

Qui per officium iudicis tenetur aliquid facere per solam interpellationem extraiudicialem non constituitur in mora. l. cùm postulassem. in fin. ff. de damno infecto. Bart. in l. vbi, in fin. ff. de damno infecto.

Fallit in 2. casib. vt per Ioan. Bolog. in l. 1. nume. 53. ff. de iurisdict.

Aestimatio quæ fuit tempore moræ debet præstari. l. si vinum. ff. si cert. petatur.

Fallit in 3. casib. vt per Io. Bolog. in d. l. si vinum. nume. 16. & vide eundem numer. 68. vbi ponit 8. limitationes. Don. Fina, lib. 3.

¶Mora geminata purgari non potest, vt quia præcesserit geminata interpellatio. l. si insulam. vbi docto. com. ff. de verb. oblig. Rom. l. si verò. §. de viro. in 16. casu. ff. sol. matr. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & obligat. Corset. in tract. de verb. Gemina. numer. 58. Euer. in loco à vi Gemina. numer. 9. Alexa. in addit. ad Bar. l. cum scimus. numero 7. C. de agrico. & censi. lib. 11. Ripa dict. l. si insulam. numero 77. ff. de verbo. obligat. Marsil. consil. 2. nume. 61. Cap. Decisio 19. numer. 4. Cephal. in terminis consili. 25. nume. 2. Med. re. 2.

¶Mora. l. 40. qui sine. l. 99. nulla. l. in condemn. §. vnicuique sua. Latè Dd. in l. si insulam. De verb. obl.

Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri. Reg. lib. 6. Mora sua cuilibet est nociua. Ibidem.

Immodici temporis mora Damnum magnum nō est. De iudiciis. l. si debitor. Vide Brocard. Azo. Rüsvvichius.

¶Mora, licet principalis debitor purgando moram excludatur ex aliquo casu, tamen fideiussor eius non propterea tollitur à purgatione moræ. l. sancimus. C. de fideiussor. l. fideiussor. ff. de except. doli. vbi Doct. Med. re. 9.

¶Mora, quemadmodum debitor qui fuit in mora soluendi tenetur de casu fortuito, ita & creditor, qui fuit in mora recipiendi tenebitur, not. Doctor. com. l. quòd te. ff. si cert. pet. l. vinū. §. eo. l. si insulā. ff. de verb. obl. Med. re. 9.

¶Mora principalis debitoris, perpetuat obligationem fideiussorum. text. est in l. si seruum Stichum. §. nunc videamus. & in l. mora. ff. de verbor. oblig.

Amplia vno modo, & limita dupliciter, vt per Iaso. in d. §. nunc videamus. B. Dias.

Qui modo incogitato caussam mortis præbuit, lege Cornelia de sicar. non tenetur, sed mitius punitur, veluti si volens occidere aduersarium hasta aut gladio ad casum impulit, vnde occiso in lapidē capite expirauit, quia mors non immediatè ex ictu sequuta est, sed mediante casu, & lapidis collisione, hic modo incogitato insultans de occiso non tenetur. Est singul. dictum Are. in consi. cxlvj. visa consultatione. sequitur Felyn. in cap. de cætero. de homicid. Hippo. in l. nihil interest. de sicar. per text. in l. qua actione. §. 1. ad l. Aqui. M. Cherianus.

¶Mora purgari potest per eum, cui iudex terminum assignauit, vt instrumentum producat, si ille in mora producendi sit, tenet Ange. in l. insulam. ff. de verbor. obli. Cin. in l. quandiu. & l. ij. ff. de acquir. hære. & in l. j. §. edenda. ff. de eden.

Primò fallit, nisi terminus esset præfixus à lege, vel à statuto, nam tunc elapso termino non poterit reus vel actor purgare moram, ita sing. tenet Innoc. in c. cùm in tua. qui matr. accu. pos. & idē tenet Bal. in authe. ad hoc. C. de vsur. & in l. diffamari. C. de ingen. manumis. & in cap. j. quo tempore miles. facit not. per Bart. in l. postquam liti. C. de pact.

Secundò fallit nisi iudex adsignasset terminum alicui in causa modici præiudicij, vtputà, interloquendo, vt est text. in cap. pastoralis. de excep. & hoc voluit Cæpo. in l. iudicis. C. de iudic.

Tertiò fallit nisi iudex assignasset terminum alicui ad respondendum positionibus, & illé sit in mora in respondendo, quia tunc non poterit amplius moram purgare. ita tenuit Ang. & Io. de Imo. & Lud. de Roma. in d. l. si insulam. B. Socin. re. 331.

¶Mora purgari potest vsque ad litem contestatam, ad euitandum condemnationem, interesse vel pœnam. l. si insulam. & ibi Barto. ff. de verb. oblig.

Primò fallit nisi intersit actoris. l. si ita quis. §. Seia. ff. eod. titu.

Secundò fallit quando est adiecta dies & pœna, quia tunc non admittitur purgatio moræ, vt per Bar. in d. l. insulam. in tertia opposi.

Tertiò fallit in Iudæis, qui non admittuntur ad purgādum moram: quia contra eos seruatur rigor, & non æquitas, vt per Ias. in l. si insulam. in iij. not. ff. eod.

Quartò fallit in casu, quo esset prohibita appellatio: quia etiam tunc repellitur remedium purgandi moram. glo. in c. cupientes. §. quòd si per viginti. in verbo, expectari. de elect. in vj. & ibi Gemin. de quo tamen dubitatur per Imolam ibi.

Quintò fallit, quando intercessit geminata interpellatio, & sic geminata mora, vt per Barto. in l. si insulā. in j. q. ff. de verb. oblig. B. Soc. re. 330.

¶Mora vltima nocet. l. illud. ff. de peri. & commod. rei ven. cum simil.

Primò fallit si sumus in diuersis personis, quia vltima mora rei principalis non nocet fideiussori, qui constituit creditorem in mora ei offerendo, vt est text. sing. in l. mora. & ibi Paul. de Cast. ff. de verb. oblig.

Secundò fallit fauore reipublicæ, quia attẽditur prima & non vltima mora. text. est. & ibi Bartol. in l. nulli. C. de erog. milit. anno. lib. xij.

Tertiò fallit quando hoc fieret in fraudem, quia tunc vltima mora nocet. vt l. si per emptorem. in fi. cum glo. ff. de actio. empt.

Quartò fallit in edicto, casus est, & ibi Bar. C. de erog. mili. annonæ. lib. xij.

Quintò fallit quando quis fuit in mora, & per moram habebatur conditio pro impleta. ita dicit Bald. in l. j. in fine. de institu. & subst. sub cond. factis. & vide Paul. de Cast. in l. si seruus. §. sequitur. ff. de verbor. oblig. B. Soc. reg. 329.

¶ Mora soluitur morte creditoris, vnde si postea periret species, debitor esset liberatus, etiam si creditor interpellauerit debitorem speciei, vt solueret re integra, hoc est, specie nondum perempta, nec etiam deteriorata: quo casu limitantur iura dicentia ad constituendum quem in mora, sufficere vnicam interpellationem. l. mora. ff. de vsur. l. si ex legati. ff. de verborum obligation. l. Titia. §. vsuras. ff. de legat. 2. gl. d. l. mora. Bart. l. de pupillo. §. si quis. ff. de oper. noui nuntia. quia cùm interpellatio consistat in mera voluntate, voluntas autem morte extinguitur. Ita Iaso. in termi. l. non solum. §. morte. numer. 9. ff. de oper. nou. nunc. capitulo, si gratiosè, de rescr. 6. Med. tract. 2. part.

¶ Morae modici temporis nõ est periculum. l. si debitori. ff. de iud. Ant. Cors. in tractat. de minim. numer. 34. Docto. l. quod te. ff. si cer. pet. c. potuit. locati. l. si in lege. §. colonus. ff. eod. non enim magnum damnum adfert mora modici temporis. l. si post. ff. si quis caut. l. sed & alia. ff. de const. pec. Barba. cons. 58. lib. 4. Bald. cap. cum ideò. de rescr. no. l. plerique. ff. de rit. nupt. Medic. reg. 5.

¶ Morae purgatio in conditionibus non admittitur. not. Bal. in l. si super possessione. in fin. C. de trãsactio. per tex. in l. Thais. §. intra. ff. de fideicomm. libertat. not. Ias. per eandem l. in l. prima. C. de institut. & substit.

Limita duobus modis, vt per eundem Ias. ibi, qui huic regulæ assignat duas rationes. B. Dias reg. 475.

¶ Morae purgatio non admittitur, quando executio est facta à lege, vel ab homine. tex. est in l. is, cui. ff. de l. ij. tenet Bart. in l. si insulam. in 3. q. ff. de verb. oblig. vbi Ias. ex hac regula infert duo notabilia.

Limita hanc regulam dupliciter, vt per Ias. in d. l. si insulam. B. Dias reg. 476.

¶ Morientium desideria ex arbitrio viuentium colliguntur. C. de natu. lib. l. quoniam. vide Paupertas. Riisvvich.

¶ Mortuus homo non dicitur amplius homo, sed cadauer, quia caret anima, quæ est pars integralis, seu essentialis hominis, vnde pro delicto commisso non debet pœna plecti corpus, nisi essemus in atrocioribus, pro quib. vide Iaso. l. ex facto. nume. 43. ff. de vulg. not. Specu. in titu. de accusatore. §. 1. nume. 33. Hipp. l. qui falsam. §. accusatio. num. 8. ff. de fals. Bar. l. promissor. la 2. ff. de const. pec. ca. Moyses 32. quæstio 2. Card. Clem. 1. de homicid. Ange. §. publica. num. 3. inst. de act. Gom. §. superest. num. 19. inst. eod. tit. Hippol. l. 1. nu. 21. ff. de quæst. dixi latius supra ampl. 46. Med. re. 6.

¶ Mortuus regulariter non potest condemnari, vt est tex. in c. si quis. de hære. facit glos. in summ. 24. quæst. j. in ca. j. & est ratio, quia mors omnia soluit. §. deinceps. in auth. de nupt. dixi in tracta. eleemosi. in verbo, morientem.

Fallit in hæretico, vt est tex. in d. cap. si quis. gloss. habes in d. sum. per tex. in cap. sanè. ead. quæst.

Fallit in instituente hæreticos hæredes. habes in d. ca. si quis.

Fallit in notoriè decedente in peccato mortali. capit. neque. lxxxviij. distinct.

Fallit in crimine læsæ maiestatis. glo. in d. summ. & est tex. in l. fin. C. ad leg. Iuliam ma.

Fallit in crimine repetundarum. gloss. in d. summ. vbi vide de aliis casibus. re. 127.

¶ Mors ciuilis æquiparatur naturali. l. Gallus. §. quid si tantum. ff. de lib. & posthu.

Fallit, vt colligitur ex dictis Maria. Soc. iu. in d. §. quid si tantum. nu. 13. & seq.

Mors omnia soluit. §. deinceps. in Auth. de nupt.

Ampliatur in multis casib. & limitatur à Mars. in l. qui sine accusatoribus. ff. de quæstio. nu. 19.

Boni viri debent potius velle nunquam peccare. l. isti quidem. ff. de eo quod metus cau. Declaratur à Bello. in litera B. in ver. boni viri. Don. Fina, li. 5.

¶ Mors, Delictum. L. 181. Paulus lib. vigesimoseptimo ad edictum.

Omnis hæreditas quamuis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. §. Nunquam crescit ex postfacto præteriti delicti æstimatio.

Iunge l. 154. omnia. Tempore. De iud. l. sed etsi restituatur. §. etsi dies.

§. Nunquam. L. 189. ad legem Aq. l. qui occidit. §. fina. 28. de furt. l. cum qui furti. Excipe de pœnis. l. aut dãna, §. quisquis. de extraor. cri. l. 1. §. fin. de fal. l. impuberem. §. 1. de sic. l. eiusdem. §. senatus. de dam. l. 15. l. 16. Præteritum delictum vocat iam semel natum, & forma sua consummatũ. vt Ramus ait, Quod quidem conciliat l. in furti. l. inficiendo. §. infans. de furt. Ratio, nam in his, quæ iuris sunt, spectamus initia. Riisvvich. paratit.

¶ Mors. Ex negligentia aliquem mori debere.
In aut. de armis.

Contra.

In Aut. vt liceat mat. & au, §. his quoq. Az. ru. 104.

Mori ex præsumptione aliquem debere.
In Aut. de depo. & denun. in princ. titu. §. videamus. Azo, rub. 104.

¶ Mors omnia soluit. §. deinceps. Authent. de nupt. l. 1. C. ne ex edicto def. §. non autem. Institu. de perpet. & tempor. act. §. nos autem. Iustit. de pub. Iud. Docto. Commu. cap. priuilegium. de regul. iur. 6. l. maritum. ff. de solut. l. si filio. ff. sol. matr. Alex. l. nõ tantum. ff. de re iud. Host. in summa, de offic. deleg. num. 3. c. quorundam. 23. distinc. Are. §. publica. nu. 3. Inst. de publ. iud. Angel. in tract. malef. ver. dominus. numero 41. Gomes. §. superest. numero 19. Inst. de act. l. diuus. ff. de accusat. Dixi ego in meo tractatu de legibus & stat. par. 4. q. 30. num. 5. Paul. consil. 45. volum. 3. numer. 22. Cagnol. l. Neratius. nu. 1. ff. de reg. iur. l. inter. ff. de mand. l. Titio. ff. vsufructu. §. finitur. Institu. eod. Dec. l. pupillum. §. in hæredes. nume. 3. ff. de reg. iur. l. defuncto. ff. de pub. iud. l. 1. & sequent. C. si reus, vel accus. vtilissimum esse duxi in hoc præsenti tractatu summo cum studio, ac diligẽtia ponere, quomodo & quando hoc dictum procedat, pro

dat, pro cuius clariori intelligentia hoc opus in tribus partibus diuidam. Diuisio enim operis animũ legentis incitat, memoriam artificiosè reformat, glos. §. igitur. ver. partiri. in procœm. Instit. dixi ego in tract. de leg. & stat. p. 3. quæst. 19. numer. 6. Totũ istum tractatum tres principales partes continebunt, in quarum prima, nonnulla præmittam, quæ conducere videntur ad rei declarationem, iuxta no. l. proponebatur. ff. de castr. pec. l. 1. ff. de orig. iur. l. 2. ff. de dol. mal. exc. l. 1. ff. si cert. pet. Dixi ego in tractat. de defin. in procœm. num. 22. In secunda ponam casus qui morte soluuntur. In tertia autem casus ponentur, qui morte non extinguũtur. & hæc erit forma quæ dabit esse huic nostro tractatui. l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhib. dixi ego in tractatu de reg. iur. Reg. 6. nu. 1. latiss. per totum. Et inuocato in primis, & ante omnia diuino Trinitatis præsidio, quod mihi præstet bonum initiũ, melius medium, & optimum finem. capitulo, in nomine Domini. de testibus. l. Deo nobis. C. de episco. & cleri. dixi ego in tract. de compensat. in procœm. numer. 3. à definitione initium sumã, quia omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, vt intelligatur quid sit id de quo disputatur. Cagnol l. omnis definitio. nume. 4. ff. de reg. iu. dixi ego in d. tract. de defin. in procœm. num. 1. & seq. latissimè.

Primò igitur præmitto, quòd mors est separatio animæ à corpore. Ioan. Bellon. in tractat. Etymol. ver. mors, not. l. si mater. C. de insti. & substit. Rebuff. in praxi benef. Reg. de infirm. benef. resign. glo. 11. Roland. in tracta. de lucro dot. q. 95. nume. 8. Hippoli. in praxi crimi. §. & quia. nume. 28. Augustin. Ber. cõsilio 102. num. 4. vol. 2. l. si quis sic. ff. solu. matrim. l. moris. ff. de pœn. Iacob. in suo lexic. Iur. ver. mors. August. cons. 76. num. 128. vol. 1. Cicer. Tuscul. sunt qui discessum animi à corpore putent esse mortem. & Horat. libro 1. Epist. epist. 17. Mors vltima linea rerum est. idem Cic. 1. Tusc. vbi mors est discessus animæ à corpore, corpus enim est animæ sepulchrum, Plato in Cratylo refert. Tiraq. in tractat. de nobil. c. 31. nu. 506. dicitur autem mors à morsu primi hominis, qui p esum pomi mortẽ incurrrit. Cardin. Clemen. 1. titul. vt lit. pend. Bertach. in suo Reper. ver. mors. vnde Apostolus, per vnum hominem introiuit peccatum in mundum, & per peccatum mors, ita & in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. cap. 5. ad Rom. & alibi idem statutum est omnibus hominibus semel mori. cap. 9. ad Heb.

Secundò præmitto quòd statutum mentionem faciẽs de mortuo non habet locum in vulnerato ad mortem, quia verba in statutis propriè, non fictè sunt intelligenda, præsertim in pœnalibus. Doct. authen. sed nouo. C. de seru. fug. not. l. quicquid adstringendæ. ff. de verb. obli. Bart. l. hæres. ff. de acq. hær. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Bal. l. meminimus. C. de. leg. hæred. Spec. tit. de accus. §. 1. col. 2. Ampli. hoc idem in consuetudine. Abb. consi. 77. vol. 1. conc. l. damni. §. Sabini. ff. de damno inf. Bald. l. nõ quemadmodũ. ff. de iudic. Bart. l. si vulneratus. ff. ad l. Aquil. Bal. Rub. ff. de exc. tutor. c. 1. col. 1. quib. mod. feud. amit. Hippol. in Praxi crimin. §. quoniam. numero 60. & §. sequitur. nume. 23. & §. & quia. nu. 35. idẽ in Rubri. extr. de homic. numero 28. l. itẽ. §. Celsus. ff. ad l. Aquil. l. huic. ff. eod. Fel. cap. de cætero. eod. tit. de homicid. Roman. sing. 256. Crem. sing. 55. Marsi. l. 1. vers. 15. ff. de sic. Non enim verè mortuus est qui adhuc viuit. leg. qui duos. ff. de man. test. l. in hac, ff. de tritic. Qua tamen in re ita distinguendum est, aut sumus in casu in quo actus consummatus requiritur, aut non. primo casu procedit opi. Comm. qua habetur quod vulneratus ad mortem non habetur pro mortuo, secundo autem casu vulneratus ad mortem mortuo æquiparatur, ita firmat Bal. l. j. C. de nundin. capit. 1. quib. mod. feud. amitt. glo. Inst. de Fus. Can. toll. versiculo, morientibus. quod enim est proximè actui, pro actu iudicatur, non enim illud paruum momentum consideratur sicuti dicitur, quæ in continenti fiunt, censentur inesse, & proximè accingendum, haberi pro accincto, ac etiam quod parum distat, nihil distare videtur, de quibus omnibus dixi ego latè in tract. de reg. iur. regu. 5. per totum. & ampl. 236. titu. de nato in octauo mense. numero 4. vbi tenet pro mortuo haberi illum qui viuere non potest. Doct. Com. l. septimo mense. ff. de stat homi. in materia indifferenti moriens dicitur proximior mortuo, quam viuo, non enim habet velle, neque nolle, glos. l. fin. ff. quando dies leg. ced. Salomon. l. Gallus. §. quid si. numero 48. ff. de libe. & posthum. vnde in puncto ipso mortis magis mortuus, quàm viuus dici debet, gloss. & Doctor. l. fin. ff. quando dies leg. ced. l. 2. §. si emancipato. ff. de coll. bon. l. qui duos. §. 1. ff. de man. test. Tiraquel. in tractat. de iure const. tertia parte. 2. numero 12. Signoro. consilio 578. Bal. l. fin. C. de bon. quæ liber. Paul. consilio 241. volumine secundo. Ias. l. si quis posthum. §. si filium. ff. de liber. & posthum. Bertran. consilio 19. volumine 1. Barbat. cap. Rayn. colu. 2. de testa. Et ille dicitur in extremis laborare, qui ex tali infirmitate defecerit sine vllis sanis interuallis. l. alumne. §. fin. ff. de adim. leg. Bald. cap. 1. colum. fin. de pace Const. Barto. l. 1. quæstio. 3. C. de sacrosanct. eccles. Iaso. l. si quis posthumos. §. si filiũ. numer. 43. ff. de liber. & posthum. Ex hoc præmisso infero ad duo. Primò quod si quis ex interuallo vulnerauerit aliquẽ, & occiderit, tenebatur de vulnere, & de homicidio, secus si incontinenti. Bald. l. illud. §. 1. ff. ad l. Aquil. Barto. l. nunqnam. column. 4. ff. de priu. del. l. quod ait. ff. de adulte. glos. l. qui de crimine. C. de accusat. Bartol. l. inficiando. §. infans. ff. de furt. Anch. consilio 272. Barto. l. diuortio. ff. soluto matrimo. l. 4. C. ad l. Iuli. de vi publ. Alber. in secunda parte stat. quæstio. 34. Abba. capit. 1. de pœn. Bal. l. quicunque. C. de seru. fug. Nel. in tractat. Bannit. 3. parte. quæstio. 58. Marsi. in praxi crim. §. pro complemento. numero 38. Secundò infertur, quòd conditio de filiis natis, verificatur in eo, qui statim atque natus fuerit, illico decessit. Quia ea quæ stant per modum conditionis, in paruo momento verificantur. l. qui res. §. aream. ff. de solut. Tiraquel. l. si vnquam. ver. suscepit. numero 155. & sequent. C. de reuoc. don. Ripa l. ex facto. §. si quis autẽ. ff. ad Trebel. Aretin. consilio 50. colum. 3. Alexand. cons. 139. numero 3. volum. 6. Dec. consilio 139. Abba. consil. 40. num. 2. volum. 1. Ang. §. quoniam. auth. de nup. & est Com. vt attestatur Phanucc. in tractat. de lucr. dot. versi. sine liberis. num. 15. dixi ego in d. tract. de reg. iuris. 5. limit. 9. & sequent. & illico mori dicitur qui ante Baptismum moritur. Bald. capitul. 1. §. 1. titul. episcop. vel Abba. secus est si mortuus nascitur, quia qui mortui nascuntur, neque nati, neque procreati

creati videntur, quia nunquam liberi appellari potuerunt. l. qui mortui. ff. de verbo. sign. nec mori dicuntur non nati, quia mors est priuatio vitæ, quæ præsupponit habitum. l. decem. ff. de verb. obligat. l. Mæuia. ff. de hæred. inst. Aug. Boer. consi. 102. nu. 4. volum. 2.

Tertiò præmitto, quòd duplex dicitur mors per Doctores, ciuilis videlicet, & naturalis, ita distinguunt cap. cum quidam. de celeb. miss. Gemin. c. in præsentia. numer. 4. de præb. 6. Phanuc. in tracta. de lucr. dot. vers. per mortem. nu. 1. Port. Inst. quibus mod. ius patr. pot. solu. in prin. numer. 7. Ias. l. Gallus. §. & quid si tantum. numer. 8. ff. de liber. & posthu. idem Auth. si qua mulier. nume. 51. C. de sacrosanct. eccl. Alexand. l. si cùm dotem. nume. 12. ff. solu. mat. l. si decesserit. nu. 6. ff. qui sat. cogantur. Ioa. Crot. l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 15. ff. de liber. & posthu. Ruin. d. loco, nume. 3. Niconit. Rub. ff. sol. matr. numer. 155. Bald. Nouel. l. 1. nu. 425. ff. sol. matr. doct. Com. leg. Deo nobis. C. de episc. & cleric. Barto. l. 1. §. qui habeat. ff. de bon. pos. contra tabul. l. ex parte. §. si insulam. ff. de verbor. obligat. Sed vtrum mors ciuilis æquiparetur morti naturali? Resp. distinguẽdo, quod aut sumus in morte ciuili meritoria, & ista non æquiparatur morti naturali, l. Deo nobis. §. 1. C. de epis. & cleric. aut verò in morte ciuili demeritoria, & tunc si loquamur de his, quæ concernunt effectum iuris, vt succedere in hæreditatem, & testari tunc æquiparatur naturali. not. Instit. quibus mod. ius pat. pot. solu. l. 1. §. fin. ff. de contr. tabu. si verò loquimur in his quæ concernunt effectum facti, vel iuris naturalis non æquiparatur naturali. Vnde licet non valeat legatum factum mortuo naturaliter alimentorum, valet tamen factum mortuo ciuiliter. l. 2. ff. de his, quæ pro non scripto habentur, eodem modo conditio, si moreretur, non verificatur, nisi per mortem naturalem. l. ex ea. §. insulam. ff. de verbor. obligatio. implementum enim huius cõditionis est facti. l. qui hæredi. ff. de cond. & demonstr. Item mors ciuilis non æquiparatur naturali, nisi expressè hoc dixerit lex. Ioan. Mon. c. placuit. 16. quæstio. 1. glos. capitu. susceptum. de rescr. 6. l. Statius. §. Cornelius. ff. de iure fisci, vbi coactus restituere hæreditatem post mortem suam, non intelligitur de morte ciuili. clem. ne Romani. de elect. Archid. cap. veteri. 77. dist. Anto. c. licet. de offic. deleg. Bald. authen. si qua mulier. C. de episc. & cleric. Oldrad. consil. 284. Ange. l. si decessit. ff. qui satisd. cog. Anchar. consilio 396. idem cons. 438. Alexand. cons. 282. volumine 2. Iaso. l. in pupillari. colum. 2. ff. de vulg. not. l. furiosus. ff. qui testam. fac. pos. vnde stante statuto, quòd mortuo viro restituatur dos, intelligi debet de morte naturali, vt dicam in 2. part. in vers. matrimonium, & vers. dos. Præterea mors ciuilis æquiparatur morti naturali, quando operatur eundem effectum. Paris. consilio 65. numero 9. volumin. 2. gl. capitu. susceptum. de rescr. 6. Doctor. Commun. authen. ingressi. C. de sacrosanct. ecclesi. capit. cum sit, de conuers. coniug. capitulo, placuit. 16. quæstio. 1. Docto. l. Deo nobis. C. de epis. & cleri. secus quando per ipsam vitiaretur dispositio, quæ aliàs effectum posset assumere expectando mortem naturalem. l. interdicit. ff. de cond. & demonstr. l. res donatas. C. de don. inter virum & vxor. Paris. consilio 5. numero 154. volumine 4. Ruin. consilio. 123. nume. 1. volum. 3. not. c. in præsentia. de probat. Alexan. l. si cum dotem. numero decimotertio. ff. solut. matrimon. l. si decesserit. numero sexto. ff. qui sat. cog. Iaso. authen. si qua mulier. numer. decimosexto. C. de sacrosanct. Eccles. l. si decesserit. numero decimo. ff. qui satisdar. cogant. secundum naturam mors est triplex, acerba infantium, immatura iuuenum, matura autem senum. Cardin. clemen. 1. vt lit. pen. columna 1.

Quartò præmitto quòd appellatione mortis continetur tam ciuilis quàm naturalis. Ias. l. Gallus. §. & quid si tantum. numer. 8. ff. de lib. & posth. indefinita enim æquipollet vniuersali. dixi ego in tracta. de reg. iuris, reg. secunda. Sed quia hoc 4. præmissum fraternizat cum proximo præcedenti. ideo vltra adducta superius ita distinguendo dico, aut mortis mentio fit in dispositione legis, aut verò in dispositione hominis. primo casu, aut fit mentio mortis in dispositione legis canonicæ aut ciuilis. primo casu aut sumus in materia pœnali aut non, primo casu venit sententia excommunicationis, quia ipsa non imponit pœnam sanguinis. Valascus l. imperium. num. 180. ff. de iur. omn. iud. Abb. c. per venerabilem. qui fil. sint leg. c. 1. de homici. est enim separatio animæ à Deo, qui est vita animarum. c. si quis non obed. de maior. & obed. glo. c. 1. de senten. excommu. Vnde excommunicatus æquiparatur deportato. gl. §. minor. Inst. de ca. dim. Secundò æquiparatur relegato. glo. fina. cap. pastoralis. de appell. Card. c. perpendimus. de senten. exco. Tertiò æquiparatur bannito. Bald. l. j. colum. 2. C. de hæred. inst. Gaspar Valascus dicta l. imperium. numer. 180. si verò non sumus in materia pœnali, tunc appellatione mortis venit tam ciuilis quàm naturalis, quãdo ciuilis mors eundem operatur finem, quem mors naturalis. Vnde si fiat mentio mortis ad hoc, vt locum habeat fideicommissum, intelligi debet de naturali. Bal. l. cum acutissimi. C. de fideicomm. l. ex ea. §. insulam. ff. de verb. obli. Bart. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. Cardin. clemen. 1. q. 9. vt lite pend. Alex. l. si cum dotem. nume. 12. ff. sol. matrim. Paris. consil. 154. volum. 4. Verba enim in his naturaliter, non ciuiliter debent intelligi. Doctor. Comm. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. l. fina. C. de his, qui ventr. nom. Ias. d. §. & quid si tantum. nume. 6. Fortun. nume. 63. Galiaula, num. 5. Crot. nume. 12. Ruin. numero 2. qui omnes concl. idem esse in dispositione legis ciuilis & hominis, ex quorum dictis eliciuntur plures conclusiones, quarum prima sit, quòd per interdictionem aquæ & ignis amittitur patria potestas. Inst. de pat. pot. in princip. l. ciuium. ff. de his qui sunt sui, non tamen amittuntur iura gentium per hanc mortem ciuilem, l. quidam. ff. de pœn. Secundò amittit iura ciuitatis, ex qua est deportatus, nón tamen alterius. l. relegatorum. ff. de interdict. & releg. Barto. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dim. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. l. ex facto. §. si quis. ff. ad Trebe. Tertiò relegatus non potest testari de bonis subiectis eius ciuitatis. Doctor. l. j. C. de hæred. institu. Fort. l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 21. ff. de liber. & posth. Quartò seruus in iudicio esse nõ potest. l. seruus. de iud. quia quod attinet ad ius ciuile, pro mortuo habetur. l. quod attinet. ff. de re. iur. Quintò Monachus dicitur mortuus mũdo, ideò testari nõ potest, nec esse testis. Ioan. Faber §. testes. Inst. de testã. Doc. l. Deo nobis. C. de epis. & cleric. Auth. in-

Aut.ingressi.C.eod. æquiparatur enim Monachus etiam seruo.Salic.l.cum fundus.§.seruum.ff.si cert. pet.Bart.l.si seruus.ff de stip.seru. Bal.l.fin.C.quod cum eo.l.seruus. C.com.succes.Ioan.And.cap. quæ à iure.de re.iur.6.Bal.l.1.C.de his,quæ pœnæ nom. Ioan. And.cap.non est.de regu.iur.6.Docto.l. inter positas.C.de transact.Bald.l. si liber. C.de cond.ob causam.Archid.cap.pastoris.2.quæst.7.Abb.consi. 88.volum.1.Docto.cap.nisi essent.de præb.vnde pa ctum de lucranda dote post mortem verificatur per ingressum religionis.Fortunius l.Gallus. §. & quid si tantum.ff.de liber.& posthum.numero sexagesimoquinto.Idem est si quis grauatus fuerit restituere hæreditatem alicui si decesserit sine filiis.nā p ingressum religionis locum habebit fideicōmissum, si monasterinm non fuerit capax propria possidere, quia alioquin monasterium habetur loco filij.Fortun. dicit hanc esse Com. dict.§. & quid si tantum. numero.72.Barto.in tract. Minor.3.part. versi.item Docto. Commu.Authen.ingressi.C.de sacrosanct. ecclesi.sicuti testamentum confirmatur post professionem fratrum minorum.Fortunius d. loco,nume.76. Ex quibus videtur qualiter mors ciuilis æquiparetur naturali.Fallit primò in donatione causa mortis,quæ per mortem ciuilem non confirmatur,l.si aliquis.ff.de don.causa mort.Secundò fallit, quando de morte naturali fuerit facta specialis mētio,expressum enim facit cessare tacitum. ca. susceptum.de rescr.Tertiò fallit quando non militat eadem ratio,nec operatur eundem effectum. Ruin.l. Gallus.§.& quid si tantum.numero 14.ff.de libe.& posthum.Socin.d.loco.numero 12. Salamon.numero 20.conc.cum supradictis Crot. d.loco,numero 25.Euer.in loco ab æquipol.numero 10.glos.capit. susceptum. de reg.iur.6.Rol. in tract. de lucro dot. quæstio.95.numero 2.deci. 28. in nou.in tit.de pro cur.Duen. tractat.reg.in reg.256.columna 4. Port. consilio 13.numero 18.Natta consili.282.numer. 8. volu.2. Mortuui ciuiliter,mortui dicuntur,vt monachus,seruus deportatus,excommunicatus,bannitus,& relegatus,amittunt enim non solum ea, quæ iuris municipalis sunt. Vant.in tract.de nullit.titu. de nullit.ex defectu inhabil. seu mand. numero 51. Tiraq.in tract.de retr.§.1.glos. 9.numero 28. Alex. consilio 26. numero 1.volum.1.Corn.consilio.55.numero 22.volum.2.Nellus in tract.bannitor.quæsti. 5.& quæst.37.par.1.& 2.Mathesil.tract.de succes.ab int.artic.3.numero 37.Paul.consilio 56.numer.1.volum.1.Ruin.consilio 123. num.1.volum.4. Bal.in tracta.stat.vers.sententiam. numer.8. Gozzad. consil. 96.nume.4.sed etiam iuris ciuilis.Fortunius l.Gallus.§.& quid si tantum.num. 20.ff.de lib.& posth. Socin.consilio 28.numero 14.volumi.3.Paul.l.1.numero 4.C.de hæred.institu.Corn.consilio 222.numer.3.volu. 1.Paul. consilio 212.numero 2. volum. 2.Ripa l. fin. quæstio.23. num. 86.C. de reuoc.don. Curt.consilio 182.numero 7. Faber §. cum autem. numero 4. Inst.quib.mod. ius patr.potest.sol.Dec. l.vt vim.num. 19.ff.de iust.& iure.Ruin.consi. 49. nume.1.volumi.4.consilio 26.numero 5.volumin.5. Claud.d.l.vt vim.nume. 18. ff. de iust.& iure. Valascus l.imperium.num.178.ff.de iurisd.omn.iud. Maranta l.is potest.numero 119.ff.de acquir. vel amitt. hæred.Dec.cons.438.numero 8.Afflict.decis.6.numero 4.Specul.in titu.de instr.ed.§.testamenta. numero 5.tit.de cess.act. nume.26.Bald.l.si qua pœna. numer.2.ff.de his,qui sunt sui.Alexand. cons.75.nu. 7.volum.1.cons.116.numer.3.vol.2. Marsilius l. qui duobus.nume.15. ff.ad l.Corn.de fal. idem in praxi crim.§.aggredior.numer.87.Corn.cons.59.numer. 2. volum.1.Ange.in tract. de testamen.in prin.num. 29.Bald. in tract.de pace const.nume. 82 .Bellamer. c.ex parte.nume.37.de alien.iud.mut.caus.fact. Signorol.cons.119.Barbatia cons.42.volu.3. Maran.in tract.de ord.iud. 4.parte.distin.2.num.7.Pontanus l.1.num.17.ff.de acq.pos.

Quintò ego præmitto,quòd quemadmodum mors ciuilis æquiparatur morti naturali,vt dictum est, ita etiam mors ficta æquiparatur veræ. tantum enim operatur veritas in casu vero, quantum fictio in casu ficto.l.1. ff. de adopt.l. cum ex oratione. ff.de excusat. tutor. & appello mortem fictam id quod morti simile est,quod esse potest in duplici differētia.Primò quatenus mors ciuilis dicirur,vt in superiori præmisso dictum est.secūdò prout proximus morti vel ei similis dicitur, vt dormiens, ebrius,furiosus,infirmus,iracundus, senex,absens,pauper, & amans.Qui omnes repelluntur ab agendo,& excusantur ac si mortui dicerentur, quemadmodum in octauo præmisso latius dicam de singulis suo loco.

Sextò præmitto , quòd quemadmodum fictio habet locum circa mortem,ita etiam locum habebit præsumptio,vnde mortuus repertus in carceribus, lex præsumit mortuum esse culpa custodis. l.fina. ff.de de cust.reor.not.l.diuus. ff.de offi. præs.l.carceri.ff. de cust. reorum. Aret.consil. 38.Alcia.in tract.pręs. reg.2. præs.15.numero 5. Secundò not. quòd mulier priùs præsumitur mortua,quàm maritus,si casu contigerit videre in dubio quis priùs decessisse dicatur. l. qui duos. §. si maritus. ff.de rebus dub. ideò portio dotis ad maritum, deinde ad eius hæredes pertinebit.Bart.d.l.qui duos.§.si maritus.vbi Doct. Com.ff.de reb.dub.glo.l. cum hic.§. si ambo.ff. de don.inter vir.& vxo.Signor.consil.9.col.1.Bald.l. pro hæreditariis.col.3. C.de hæred.act.Bald.& Alber.l.si possessor.vbi Asin.nu.5.ff.de relig. & sump. funer.Cremen.sing. 52. Lucas de Penna l.principes, in 44.casu.C.de princ.agen.in reb. lib.12. Quod dictum procedit si statutum de vxore in matrimonio decedente loquatur, si verò de vxore prædecedente, vt quia si vxor prædecesserit, lucrum dotis, vel eius partis maritum facere velit, contrarium verius esse putant.Quandoquidem si simul moriantur,nō præsumetur maritum superuixisse, ita vt tale lucrū faciat. Paul.l.qui duos.§.si maritus.l. quod ff.de reb.dub. Quia cùm requiritur aliquem præmori, non sufficit qnod simul moriantur, vel non apparere quisnam priùs mortuus sit, sed euidenter id apparere debet.Paul.l.si inter. columna 2. de rebus dubiis. Signor.cons. 9.Præp.c.fin. column. 4. de don. inter vir. & vxo. ob id enim quòd priùs decesserint,confunditur prius ac posterius.l. Aretusa. ff. de stat.hom. Docto.Com.l.Deo nobis.C. de epis. & cleric.vbi ambo ingressi simul monasterium nemo lucratur dotem.Anch.consil.273.& consil. 438. Docto. in Rub.ff.de reb.dub.Ioan. Anan.in ca.fin. de don.inter vir.& vxo.Rol.in trac.de lucr.dot.quęstio 60.add.ad Abb. c.contingat. de rescr. Asinius d.l.si possessor.nume.6.de relig. & sumpt.funer. in donatione tamen inter virum & vxorem, maritus, seu donator semper præsumitur priùs mortuus, Ancha.cons. 438.Marsil.in rub. de prob.numero.416. Doct.l.si inter.ff.de reb.dub.Asin.dicto loco. nu.6.

Tertiò

Tertiò not. quod in dubio prius mortuus præsumitur pater, quàm filius, siue de morte naturali, siue de violenta nos dicamus, priùs enim natus priùs præsumitur mori. not. l. scripto. ff. Vnde liberi. l. nam & si. ff. de inoffic. testamento. Bartol. leg. qui duos. §. cum in bello. le. cum pubere. ff. de reb. dub. Deci. consilio 250. numero 2. in bello tamen, vel in naufragiis priùs filius impubes mortuus præsumitur quã pater vel mater propter teneram, ac imbecillem ætatem. l. inter socerum. ff. de pact. dot. Asin. l. si possessor. numero 5. ff. de rel. & sumpt. fun. gloss. dicta l. inter. Paul. consilio 101. volumine 2. Maranta in tract. de ord. iud. in proœm. numero 15. not. l. liberorum. ff. de verb. sign. August. B. consili. 98. numero 10. volumine 2. Fallit secundò fauore patroni, ne excludatur à successione liberti. Tertiò fallit quando facta fuisset substitutio hoc modo, videlicet si decesserit sine liberis, & ipse decesserit simul cum liberis, tunc filij primò præsumuntur mortui, ne excludatur substitutus. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Treb. Paul. l. si inter. numero 4. ff. de reb. dub. l. qui duos. §. cum in bello. numero 1. ff. eodem. Quartò not. quod ex duob. simul digladiantibus, præsumitur eum, qui mortuus est, fuisse aggressorem, & hoc fauore viuẽtis. l. 1. §. cùm arietes. ff. si quadr. pauper. fec. dic. Faber §. ius autem. Institut. de iure nat. gent. & ciuil. Alciatus tract. de præsump. reg. 3. præsum. 39. vbi in termin. ampl. & declarat Iacob. Menoch. in tract. de Arbitr. iud. libro 2. centuria 4. cas. 363. numero 19. dicit hoc esse iudicis arbitrio, & hoc nisi vnus ex his antea iniuria fuerit affectus. Felinus capitu. dilecti. numero 14. de excep. Cæpola consilio 8. Alexand. consilio 14. numero 9. volumi. 3. Grammat. consilio 29. numer. 16. Blanch. in praxi crimin. in vlt. part. numero 14. item declaratur, nisi vnus armis armatus, ac valde munitus fuerit reptus. le. 3. §. vi. ff. de vi & vi arm. item fortior validiórque: & sui natura rixosus, Cæpolla consilio 28. Alciatus dicto loco, numero 4. Boer. quæstio. 237. numero 2. consil. 36. volumin. 2. Crau. consilio 119. numero 9. not. l. 1. C. ad l. Cor. de sic. Gramma. consilio 29. numero 18. Marsil. consilio 51. numero 46. Cardin. Clem. j. quæstio. 33. de homicid. Boer. quæst. 237. numer. 2. Innoc. c. significasti. de homicidio. Bald. l. 1. numero 7. C. vnde vi. Quintò no. quod mortuus præsumitur quis ab habitãtibus, itẽ & ab eo, qui frequentius in strata transire solebat, si in strata repertus fuerit mortuus, item & ab eo qui ducitur coram cadauer, quod sanguinem emittit propter præsentiam eius. Paris tract. de syndic. ver. tortura. Marsi. in praxi crimin. §. diligenter. numero 81. Blanch. l. fin. numer. 408. ff. de quæstio. Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. cas. 270. numero 18. Sextò not. quod quando non habetur certa coniectura an vulneratus ex vulnere mortuus dicatur, hæc tota præsumptio relinquitur arbitrio iudicis. Cæpolla consilio 41. colum. 3. Marsil. consilio 7. numero 28. l. quæstionis. numero 32. de quæ. Grammat. consilio 49. numero 3. l. quòd si. §. mancipium. ff. de ædil. edicto. Menoch. tractat. de arbitr. iudicum. lib. 2. centuria 3. cas. 275. Qui iudex iudicio medicorum stare debet, an scilicet mortuus fuerit ex vulnere, an ex negligentia medici. Aegidius Bossius in titu. de homici. numero 15. si autem decesserit infra paucos dies, præsumitur decessisse ex vulnere illato. Felin. cap. presbyterorum. de homici. Socin. consilio 178. colum. 2. glos. l. 1. C. de emen. seru. c. 2. de cleric. perc. not. capi. significasti. de homicid. Boer. qu. 223. Decius consilio 145. numero 7. Alexand. consilio 148. volumi. 1. c. 2. de clerico perc. Præpos. c. si qua pœna. 50. disti. & præsumitur culpa, si medicus non adhibetur, vel si imperitus fuerit adhibitus, Bart. l. si in rixa. ff. de sicar. glo. & doctor. l. 1. C. de emend. seru. Alber. in tract. stat. par. 2. qu. 39. Gandin. in tract. malefic. in tit. de homicidio, vbi concludit in dubio mortuum fuisse ex vulnere, Anchar. cons. 285. Septimò not. quod mortuus ex pluribus vulnerantibus, in dubio præsumi debet ab omnibus fuisse mortuus. not. Menoch. in tracta. de arbitri. iud. lib. 2. centuria 4. numero 18. vbi concludit eos puniri arbitrio iudicis. Octauò & vltimò. no in hoc sexto præmisso, quod vulneratus in infirmitate præsumitur ex infirmitate mortuus, non autem ex vulnere, nisi aliter clarè constiterit. not. c. 2. de clerico percussore. l. cõtinebatur de homicidio. l. item. §. Celsus. ad l. Aquil. Socin. c. ad audientiam. quæst. 7. de homicid. & hoc dictum procedit quoad dispositionem Regu. Cancel. de infirm. benefic. resign. secus autem quoad delinquentem. l. vnica. Cod. de emend. seru. Felin. cap. presbyterorum. de homicid. Rebuffus in praxi benef. in Reg. de infirm. ben. resign. glos. 11.

Septimò præmitto quod mors probari debet ab eo, qui eam allegat, est enim mors quid facti, facta autem non præsumuntur, nisi probentur. glos. & Bart. l. 2. §. si dubitetur. ff. quemadmodum test. apr. Cor. i cons. 181. vol. 2. Tiraq. l. si vnquam. in præfat. nu. 103. C. de reuoc. don. Bart. l. si quidem. C. sol. matr. idem est in eo qui se fundat in alterius vita quam ipse omnino probare debet, Butigella. l. quod te. numero 72. ff. si cert. petatur. qua quidem in re vtili quidem ac necessaria ponam hîc nonnullos modos & casus, quibus probatur mors, ad hoc, vt clarum hoc præmissum reddatur. Quorum primus sit quod post cẽtum annos homo mortuus dicitur, quo casu probata ætate probatur mors. l. fi. C. de sacrosãct. ecclesiis. Secundò probatur per apertum testamentum, quod accipit vires tantum à die mortis, Bartol. l. si. C. de edicto diui Adrian. tol. Tertiò probatur quãdo quis intrauit in mari, vel in ciuitate pestifera, nec amplius ipse postea repertus est. l. & si. §. fin. ff. ad Syl. Bart. in tractat. de testib. vers. mortuus. Quartò probatur post lapsum quinquennij post nouum de morte. Barto. l. fin. ff. de infamibus. & in dicto ver. mortuus. Bald. c. 1. tit. quo tempore miles. Alexand. consil. 24. vol. 4. Cor. cons. 131. vol. 4. Quintò mors animalium gregatim pascentium probatur si communiter alia in regione periisse constiterit. Bar. l. 3. C. de murileg. lib. 11. Sextò probatur ex eo quod cõsanguinei luctum fecerunt atque sumpserunt vestes viduales: Barto. l. quoties. C. de naufrag. lib. 11. Septimò probatur per vnum testem. Abb. cap. in præsentia. numero 6. de probat. ca. quoniam. §. fiant. vt lite non cont. gl. l. si quidem. C. sol. matr. Oldr. cons. 101. vol. 1. Bar. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. Lanfranc. l. admonendi. ff. de iureiur. c. quoniam. §. statuimus. num. 107. de probat. c. quoniam. §. porro. num. 10. vt lite pend. Anton. sing. 32. vers. Mors. Rebuffus l. quoties. C. de naufrag. li. 10. l. 1. C. de muril. eod. lib. Baldus l. 3. C. de probat. Cagno. l. 1. numero 130. ff. si cert. petatur. Didacus 2. parte. Epit. c. 7. numero 4. decisio. Capel. Thol. 316. Salic. l. si quidem. C. sol. matrim. Alexand. consi. 4. numero 15. volum. 2. Cassan. in Proœm. consuet. Burg. capi. 10. Octauò Mors per famam probari debet. Boer. decisio. 388. numero

numero 1. & hoc in ciuilibus: in criminalibus autem requiritur plena probatio. gloſſ. l. ſi quidem, verſi. defunctam. C. ſolut. matrimon. Alexand. conſ. 87. num. 5. volum. 6. Cæphalus conſil. lxv. volum. 1. numero 45. Bart. in tracta. de teſtibus. verſi. mortuus. Crau. conſi. cxxvij. numer. 17. Baldus conſ. cccxcviij. vol. ij. Iaſ. l. cum ea. C. de tranſact. Alex. conſi. xxv. volum. ij. conſi. xxvij. vol. vij. Ioan. And. in ad d. ad Spec. titu. de confeſ. §. poſtremo. Dec. conſ. dclij. conſ. lxxxiij. num. 5. Nonò probatur mors ex libris rectoris eccleſiæ deponentis de morte, quando agitur de paruo præiudicio, ſecus ſi de magno præiudicio agatur, tũc enim tales libri faciunt tantùm aliqualem præſumptionem, l. ſi quidem. C. ſolut. matrimon. Crau. in term. in tract. de antiq. temp. parte 1. verſic. videamus. numer. 1. conc. ſimile Alexand. conſ. iiij. volum. ij. num. 10. conſ. xxv. volu. iiij. num. 6. cum enim agitur de paruo præiudicio, ſufficiunt volentæ probabationes, Barto. l. genero. ff. de infam. Docto. Com. cap. quoniam frequenter. §. porrò. vbi Abb. & Feli. numer. 24. vt lite non cont. Barto. tract. de teſtibus. verſ. mortuum hominem. numero 40. Decimò, in leuiſsimo præiudicio ſtatur iuramento aſſerentis de morte, Barto. l. 2. §. ſi dubitatur. ff. quemadmod. teſt. aper. Alexand. conſi. clxxij. num. 8. vol. vj. Vndecimò modo mors probatur per ea, quæ mortuis accidunt, vt non habere ſenſum, per funus, ſepulturam, Bald. in tracta. de teſt. 3. p. numero 15. Barto. l. j. §. fin. ff. quemadm. teſt. aper. l. quoties. C. de naufrag. lib. 11. Lanfranc. trac. de teſt. num. 101. Corſetus ſing. 12. Barto. & Rebuff. l. quod ad præſens. nume. 2. C. de murileg. lib. ij. l. inde. §. fina. ff. ad l. aqui. Duodecimò creditur poſito in articulo mortis, quod fuerit ab aliquo vulneratus, Marſ. conſ. cxj. nume. 7. Afflict. deciſio. ccclxix. numero 7. Socin. conſil. lxj. volum. j. conſil. xxxj. numer. 33. volum. ij. Grammat. conſi. xiij. numer. 17. Iac. Menoch. in tract. de arbi. iud. lib. ij. centuria 1. caſ. 99. numero 16. Decimotertiò modo probatur mors, eo quod teſtis deponat vidiſſe aliquem talem, qui de neceſſitate naturæ viuere non potuerit, ſequitur quod ſit mortuus, Bald. l. ex perſona. colum. 2. C. de probat. Bald. l. conuenticulam. C. de epiſcop. & cler. Decimoquartò modo mors probatur, ex eo quod inter conſanguineos talis eſt habitus, Corn. conſ. xcvj. volum. 4. Decimoquintò probatur mors, ſi teſtis dicat eum vidiſſe expirare, vel mori, Barto. in tract. Qualiter mors probetur, in fine, & l. ſecunda. §. ſi dubitetur. ff. quemadmod. teſt. aper. Decimoſextò modo mors probatur, eo quod teſtis dicat eum vidiſſe proiici in mare, vel de ripa, & poſtea non fuit viſus vlterius: nam ex hoc præſumitur mortuus. idem ſi dixerit eum vidiſſe decapitari, vel abſcindi venas gulæ cum ſanguinis effuſione: Barto. l. ij. §. ſi dubitetur. ff. quemadmod. teſt. aper. Maranta l. is poteſt. nume. 143. ff. de acquir. vel omitt. hæred. Decimooctauò probatur eo ipſo quod quis in bellum ingreſſus, nec amplius viſus fuit, nam in conflictu mortuus dicetur, doctor. l. fi. ff. de his qui not. infam. Maranta dict. loco, numero 145. idem ſi vagabundus non reperitur, Alexand. conſilio iiij. volumin. ij. Decimononò probatur eo ipſo, quòd aliquis petiit à iudice, vt mittat nuncios, exploratores, & illis miſsis non reperitur de eo aliquid nouum, nam ex tali relatione præſumitur mortuus, Barto. leg. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmodum teſt. aper. Alexan. conſil. iiij. volũ. ij. Barto. l. ſi certus. §. ſi vnus. ff. ad Syllan. Maranta d. l. is poteſt. num. 145. Vigeſimò modo mors probatur per productionem alicuius inſtrumenti, in quo fit mentio de aliquo per dictionem, quondam, ex hoc enim probatur, quod ſit mortuus, Bald. conſ. ccccvij. volum. j. gloſſ. l. eius. ff. ſi certum petat. Quæ omnia procedunt, cum agitur de re pecuniaria, ſeu de præiudicio reparabili, ſecus autem, vbi de re graui agitur, ſeu de præiudicio irreparabili, Maranta l. is poteſt. numero centeſimo quadrageſimoſeptimo. ff. de acq. hæred. nam tunc plenè mors omnino probari debet.

Quomodo autem mors probetur, not. Abb. capit. in præſentia, numer. 6. de ſponſal. vbi not. quod tribus modis mors probatur ad hoc, vt excuſet vxorem tranſeuntem ad ſecunda vota. Bald. l. quod præſens. numer. 41. C. de murileg. l. conuenticulam. nume. 8. C. de epiſcop. & cleric. l. exhæredatum. numer. 2. ff. de his, qui not. infam. gloſ. l. ſi quidem. C. ſolu. matrimon. deciſ. Pedem. 108. numer. 7. & ſequen. Boer. deciſio. cclxxxviij. num. 6. & ſeq. Bar. in trac. de modo probandi mort. num. 36. Crau. in tract. de antiq. tempor. parte 1. §. vidimus. num. 1. Didac. Couar. in Epito. par. 2. cap. 8. §. 3. num. 4. Corn. conſi. x. volu. j. Alex. conſi. iiij. num. 15. volum. 2. Chaſſan. conſuetu. Burg. in proœm. col. xx. Soci. Iun. conſ. xxvj. vol. ij. Abbas ca. quoniam frequenter. §. porrò. col. 6. vt lit. non conteſt. Bald. l. genero. ff. de infam. Felin. d. cap. quoniam frequenter. §. porrò. numer. 24. Alex. conſ. lxxxvij. num. 5. vol. 6. Cæphal. conſ. lxv. nu. 45. vol. 1. Alexan. conſ. xxiiij. vol. 4. Crau. conſ. 127. nume. 17. Bald. conſ. cccxcviij. lib. 2. Iaſ. l. cum ea. C. de tranſact. Corn. conſ. cciiij. volum. ij. Alexand. conſi. xxvij. colum. ij. libr. 7. Dec. conſ. lxxxiij. numero 5. conſ. dclij. numer. 1. conſi. dlxxv. numero 9. Auguſt. Ber. conſ. cxxix. num. 10. volum. j. tracta. com. opin. ver. mors. not. l. fin. C. de ed. diu. Adr. tollen. vbi Sapia nume. 24. vbi Dec. nume. 28. Zuchard. num. 250. deciſ. cccxiij. Capellæ Tholo. & in minimis probatur per famam, Barto. l. 2. §. ſi dubitetur. numer. 1. ff. quemadmod. teſt. aper. Corn. conſi. x. numero 6. volum. 1. gloſ. & Bart. l. ſi quidem. num. 2. ff. ſolu. matri. Gozad. conſ. lxviij. numer. 9. Boer. quæſt. 288. num. 2. Crau. conſil. cxxvij. Iacob. Menoch. in tractat. de adipiſc. remed. 4. nume. 674. Barto. in tract. de teſt. nume. 39. Ludouic. Gomeſ. in reg. de infirmis reſig. quæſt. xj. numer. 1. vbi tres caſus ponit ad dignoſcendum quando quis mori dicatur ex eadem, vel noua infirmitate.

Octauò præmittò, plures caſus morti ſimiles eſſe, vltra ſuper adductos in 3. & 4. præmiſſo. Quorũ primus ſit, quod mors & longa abſentia æquiparantur, cap. faciat. 22. quæſt. 2. cap. præſentata, de teſtibus, not. cap. 2. de procur. 6. add. ad deciſ. lvj. Capellæ Tholoſa. numer. 2. Vnde capitulum poteſt omnia abſente epiſcopo, quæ poteſt mortuo, Innoc. cap. ad abolendam. cum gloſſ. magna de hæretic. Ioann. Andr. cap. contra. de offic. delegat. 6. Cardi. clemen. 1. 18. quæſt. de offic. vic. Et quemadmodum mortuus reſuſcitatus recuperat cuncta ſua bona, cap. licet. 32. quæſt. 7. Ioann. Andr. cap. fraternitatis. de frig. & malefic. gloſſ. Bartol. & Alexand. l. 4. ff. de leg. 1. Florian. l. ſeruitutem. §. ſi ſublatum. ff. de ſeruitut. vrbanor. prædior. ita abſens ex iuſta cauſa, ſi reuertitur, recuperat bona, niſi ſint tradita ex ſecundo decreto ſecundum Communem opinio. de qua per Felin. capit. conſultationibus. numer. 3. de offic. deleg. Tertiò quemadmodum compromiſ-

sum soluitur morte, ita absentia illud expirare facit, quod intelligas in longæua absentia, Abb. cap. præsentata in 2.not.de testibus, vbi felin.numer. 12. Et cum sit mentio absentiæ, venit perpetua, & naturalis, quæ est mors, Dom.de S.Gemin.cap.si delegatus de offic. vicar. 6.in 2.not. Abb.& Felin. cap. quoniam. vt lit. non contest. not. l. absentem. ff. de verborum signific. Quartò mortuus regulariter in corpore punitur, nec etiam absens, l. ea quæ. C. quomodo & quando iud. l. absentem. ff. de pœn. Ange.l. nemo. C. de exact. lib. xj. Secundò principaliter not. quòd matrimonium æquiparatur morti ad effectum consequendi legatum in euentum mutationis vitæ debitum, Socin.consilio v. volumi.iij. numero 3.Lancelotus Galiaula l.Gallus.§. & quid si tantum. numero 17. ff. de libe. & posthum. Tertiò mors, & tortura æquiparantur, l.interpositas. C. de transact. Quartò, mortuus pro parte dicitur, cuius bona pro parte sunt confiscata, Bald.l. prima.C. de fideiussor. mors enim est solatium priuato omnibus bonis. Quintò, somnus æquiparatur morti: vnde mors dicitur magnus somnus, ex quo sequitur, quòd si quis quicquam agat, quod sapiat naturam delicti, dum dormit, non punitur, Card.clem.vnica. quæst.6. de homici. doctor.Commu.l.prima. §. adipiscimur. ff.de acquirend. possessio.Flor.l. sed & quæcunque. §. in iniuriam. ff.ad l.Aquil. not. cap.1. 6.distinctio.Diu.Thom. 22.quæst.154.arti.5. Fallit tamen, quando in culpa fuerit dormiens, quando sciebat se tali vitio laborare, & non cauit. Item fallit, quando quis dormiendo deliquit, vigilando deinde ratum habuit.Ioann. l.diuus. numero 85. ff. ad leg.Corn. de sic. Ripa l.fi. numero 89. C.de reuoc. don. Qui dormiens pœna arbitrio iudicis punietur, gloss.cap.fin.de his,qui fil.occid.l.tertia.§.ex senatus.ff.ad leg.Corn.de sic.Docto.Com.l.prima. §. adipiscimur. ff. de acquirend.posses.Dec. l. vt vim. numero 29.ff. de iust.& iur.Mars.l.prima. num.40. ff.ad l.Corn.de sic.Iul.Clar.li.4.sent.iur.§. fi. q.60. Iacob.Menoch.in tract. de arb.iud.lib.2.cent.4.cas. 326. numero 1.Tiraq.in tract.de pœn. tempe.causa 5.numero 8. Item & paupertas æquiparatur morti, imò ea est solatium priuato omnibus bonis, l.fin.C. ad leg.Iul.maiestat. Vnde amissionis omnium bonorum metus morti æquiparatur, Barto. l. athletæ. ff.de excusa. tutor. Iacob. l.propter litem.ff.eodem titu. Doctor. Com. l. isti quidem. §. si is. ff. quod metus causa, Barto. l. pen.colum.fin.ff.de cond. ob turpem causam, Abb. cap. 2.quod metus causa, Alciatus l. interpositas. C. de transact. Mars.l.si vt allegas. numero 5. C.sic.imò ex mente Bald.l. certa. C. de iure fisci, libro x. dicit maiorem esse pœnam omnium bonorum, quàm mortis, quod tamen non est dicendum, quia quælibet pœna corporalis est maior qualibet pœna pecuniari, l. in seruorum. ff. de pœn. Potest tamen dici paria esse, insidiari vitæ, & omnibus bonis, Auth. quod mater. C. de reuoc. donat. Tiraq. in tract.de nobil.cap.31.Barto.l.admonendi.colum. pen. ff. de iureiurand. l.testium.ff.de testibus, Doctor.Com.l.parentes. C. eodem. Anchar.consi. xxviij. & cons. lxiiij.Ias.cons.clxxvij.lib. ij.Doctor. Com.l.reum criminis.C.de procur.stulti tamen sunt, qui pecuniam animæ anteponunt, vt habetur in Enchiridio parium. ver. pecunia.Sed quia in hanc materiam incidimus, videamus quis sit pauper, quis miserabilis, tertiò à quibus actibus repellatur, quartò, à quibus excusetur, quintò quæ priuilegia habeat paupertas. Ad primum respon. quòd quandoque paupertas dicitur secundum communem vsum loquendi, id est, modica bona, l. Lucius.§.hæredum.& ibi Barto.ff.ad Trebel.Bald. Rubric.ff.de verborum signifi.sed etiam pauper, quàm miserabilis persona arbitrio iudicis dicitur inspecta qualitate personarum, Barto.l. si constante.nu. 14.ff.sol.matrimo.Dec.Auth.præterea.numero 15. C.vnde vir & vxor.& cons.clxiij. numero 5. Didac. lib.2.var.resol.cap.6.numer.8.Barb.cons.xxj.vol.ij. Socin. Sen.cons.cxxj.numero 27.volum. iiij. Gigas in tract.de pension.q.89.numero 10. Ruin. cons.lv. numero 45.vol.j.Mars.l.quæstionis.numero 8.ff. de quæst. Alci.cons.cclij.numero 2.Tiraq.l.si vnquam. ver.omnia.numero 31.C.de reuoc.don. Valascus l. imperium.numero 264.ff.de iurisd. omn.iud.& no. differentiam esse inter pauperem, inopem, mendicum, & miserabilem: nam pauper habet minus, quàm diues: inops autem minus quàm pauper, mēdicus verò minus, quàm inops: miserabilis verò caret omnibus bonis: quæ omnia iudex considerat inspecta qualitate personarum, Afflict.decisio.179. Ias.l.si constante.numero 144.ff.solut. matrim. l. si ab arbitro.nume.13.ff.qui sat.cogantur, Doct.Com. Auth.præterea.C.vnde vir & vxor. Alberic.in trac. stat.parte 1.q.3.Calcan.cons.lvij.num. 12. & Guid. q.566.Ripa l.si constante.numero 30.ff. soluto matrimon. Sed qualiter probatur paupertas? Respon. quòd per famam, Ang.l.in fundo.ff.de rei vend.Secundò per æstimum, Bald.l. quæcunque. C. de seruis fugit. Tertiò per testes, Doct.Com.Auth præterea. C.vnde vir & vxor. Quartò, quando constat aliquem non esse soluendo debita, Bal.d.Auth.præterea. Quintò, per discussionem factam ab amicis, & vicinis, Bald.l. quæcunque. C. de seruis fugit. Sextò quando quis non potest stare in proprio domicilio, Doct.Com.l.in fundo.ff.de rei vend.Septimò quando constat non habere in bonis cētum aureos.§.sed nostra. cum gloss.ver.nullum.Inst.de succes.liber. Octauò quando vadit ostiatim victum quæritans, c.Odoardus.de solu. Nonò, si cessit bonis, Doctor.d.c.Odoardus. Decimò, quando quis retinet pecunias sub vsuris, glos.l. 2. ff. soluto matr. c.quanto.de vsuris. Vndecimò, quando quis stat in hospitali infirmus, & victum sibi quærere non potest, Bald.l.si quis.C. de episcop.& cleric. Duodecimò, & vlt.quando est in termino quo non potest supplere oneri sibi iuncto, §.sed & propter. Inst.de exc.tutor. Ad tertium præmissum resp.quòd pauper repellitur à testimonio, præsertim quando suspectus est. Item hoc idem in causa crimin.sicuti ab accusatione repellitur. Tertiò idem est quando quis incidit in paupertatem propter vitium suum, ita declarat Bart.Soci.in reg.357.Doct.l.3.ff.de test. & c.si qui.eodem tit.Cro.in tract.de test.numer.24. Secundò vt dictum est, non admittit: ad accusandum, Doct.l.qui accusare.l.nulli.ff.de accus. Fallit, nisi sit fidus, & diligens.Spec.tit.de accus.ver.item. Tertiò repellitur à munerib. public.subeundis, l. cura.§.inopes.ff.de mune. & hon. Ad quartum iam præmissum resp.quòd pauper ab onere tutelæ se excusa.§.sed & propter paupertatem. Inst.de exc.tutor. Secundò paupertas excusat à delicto in necessitate perpetrato, cap.qui propter.de furtis. vbi furtum factum necessitate famis non imputatur. Tertiò paupertas idem operatur, quod mors, maximè circa dilationem legalem, Inno. c. ex ratione.

de ap

de appellat. Bald.l.2. §. si quis in iudicio. ff. si quis caut. quia factum paupertatis causa à multis excusat.est enim ipsa species necessitatis,glo. & Doc.c. quærelam, de iureiurand. cap. fin.34.q.1.Archid.ca. pauper.11.q.3.cap. statutum.§. insuper.de rescrip. 6. Luc.l. j. colum.ij.C. de lat. lib.x.l.curiales.C.de decur.lib.x.Bald. & Felin.cap.si qui testium. de testib. Bald. & Alber. l. prima. ff. de offic. conf. Rom. l.si verò.§.de viro.fall.15. de soluto matrimon. Alexan. l.præsidis.ff. si certum peta. Felin.& barbat.c.significantib. de offic.deleg. Card.c.non debet de consang.& affin.Ias.l.admonendi.lect.2.num. 214. ff.de iureiur. Quintò pauperes excusantur ab oner. personalib. cum sint occupati in quærendis sumptib. pro victu. Bald.Auth.defuncto.C.ad Tertul.l.Indictiones. vbi Doct.C.de anno.& trib.lib.x. sextò excusat paupertas à pœna arbitr. Bald. l. acceptam.q. 23.C. de vsur.Aret.l.inuitus. C.de procur.Septimò excusat à desertione, ne appellanti fatalia currant, Bal.l.eos.§.super.C.de appe. Octauò prodest, quia,

Cantabit vacuus coram latrone viator.

glos. §. sed & propter. Inst. de excusat. tutor. Nonò excusat etiam in foro conscientiæ: nam excommunicatus abscinditur non facta satisfactione ob paupertatem,Docto. Comm.cap.à nobis. de senten.excommun. Sed quæ priuilegia habet paupertas? Respon. quòd pauperes habent priuilegia ecclesiæ. Bald.l. pen.colum.fin.§.fina.C.ad Trebel.Bald.l. illud. C. de sacr.sanct.eccles. l.fina. vers.captiuorum. C. de sacrosanct. eccle. Item confert hæc septem bona, videlicet peccatorum recognitionem, virtutum conseruationem, cordis quietem, desiderij impletionem, spiritualium bonorum dulcedinem, meritorum exaltationem: & cœlestem hæreditatē, S. Thom. capit. 48. super Isaiam. Vlt. not. quòd, paupertate cessante,cessant & ea, quæ propter ipsam statuta sunt, l. non tantum.§.eos.ff.de excusa.tutor. l. cura. §. deficientium. ff. de muneribus, & honoribus.

Sextò not. quòd mors, & negligentia æquiparantur. not.l. vnica.C.quando non pet. part.l.meminimus. §.fin.C.de leg.hæred.§. pen.Inst.de bon. poss.Paris. consi.cxix.num.27.vol.iiij. Septimò mortuus & exhæredatus æquiparantur, præsertim existens in primo gradu, l. 1. §. si pater. ff. de coniun. cum emanc. lib. Angelus l.in suis.numero 89.ff.de libe.& posth. Octauò not. quòd casus mortis, & casus finiti officij æquiparantur, l. Lucius. ff. de fideicomm.libert. l.cum apud.ff. de iud.solu. Sic videmus quod morte locatoris vel precario concedentis quoad volet, finitur morte voluntas in contractu,l. 4. ff.locat. I- Inst.mand.Sic. in delegato iurisdictionis re integra, l.& quod. ff. de iurisdict. omn.iudic.cap.fin.de offi. deleg. Item in reseruatione præbendæ facta legato, quæ morte legati finitur, glo. l.si certum.§.fin.ff.de mili. testam. sic vidimus mandatum officialis, vel prælati morte eiusdem finiri, clem. fin.de proc. Bartol. l. si per epistolam. ff. de acq. hæred. Sic vidimus gratiam ad beneplacitum concessam morte Papæ concedentis finiri, c. si gratiosè.de rescrip.6. Sed in contrarium videtur dicendum, quia iudex temporalis, vel eius sententia perpetuò arctat. l. 1. C.de postul. l.seruus.C. de pœn.gl.& Archid.c.Salonitanæ.36.distin. Et id quod ad beneplacitum conceditur perinde habetur,hac si perpetuò fuisset concessum, l. iurisperitos.ff.de exc.tut.l.sufficit.de cōd. indeb. glos.cap.fin.de rescript.6.Bart.l.de pupillo. §.si quis.ff.de ope.noui nunt. Item statutum durat post mortem statuentium, not.cap.à nobis.de sent. excommun.sicuti gratiam & decretum exemptionis facta à legato durat vltra tempus legationis. c. fin.de offic.deleg.Specul.in titu.de leg.§. superest. Qua quidem in re dicendum est, quòd quoties fit nominatio sub nomine appellatiuo, puta sub nomine dignitatis, vel ipsam dignitatem,videtur esse directa intentio, ideo comprehenditur vicarius, vel successor, l.secunda. C. de offic.eius, Alber. l.1. C.de postul.item quando fit aliquid ab vniuersitate cuius homines fuerunt mutati, vel mortui sunt, tunc eius factum durat, nisi vniuersitas sit penitus destructa,l.pater.§.Tusculanus. ff. de leg.3. Tertiò quando fit aliquid, ad quod destruendum requiritur dictum aliquod, vel factum,tunc semper non expirat morte concedentis, seu facientis: Sicut si, Papa cum clausula concedat aliquid, donec aliud super hoc duxerit ordinandum,tunc enim & eo casu morte Pontificis gratia non expirat, cap.si delegatum.de offic.delega.6.l. cum pater.ff.de leg. 2.l. fin.C.de vsufruct.l.ambitiosa.ff.eodem.Quando autem fit aliquid, quod venit reuocandum per nudam ac simplicem voluntatem, tunc morte facientis soluitur, Ioann.Bapt.l.omnes populi. numero 168.ff.de iust,& iure. Nonò not.quod mortuus, & ad mortem vulneratus æquiparantur. Bald.capi.1. tit.quib.mod.feud.amitt.& in l.prima.C.de nundinis.l.in bello.ff.de exc.tutor.l.damni.§.Sabini.ff. de damno infecto.l.huic scripturæ.ff.ad legem Aquil. Ancharan.consilio ccccxxx.not.l.ita vulneratus.ff. ad legem Aquil. Qui enim est in articulo mortis mortuo æquiparatur.not.l.in hac. ff. de cond.trit. Baldus l.dos data.C.de don.ante nupt.glos. l. qui Stichum.ff.de confes.§.primo.ver. morientibus.ff. de leg.Fus.Can.toll.not.in vol. Comm.opin. vers. mortuus.Tiraq.in tract.de leg.con.l.xv.numer. 18. glos.1.p.part. Decimò not.quòd ebrietas æquiparatur morti,ideo irritatur quælibet dispositio facta in ebrietate,glos.capit.vnusquisque.versicul. quod ebrius.22.quæst. 4.cap.sanè.15.q.1.Rom. & Barb.l.1. ff.de verborum obligat.Bald.l.1.C.de dol.mali exc. vbi contractus celebratus in ebrietate nullus est. Secundò,non valet testamentum in ebrietate conditum,Bald.cap.crapula.de vita & honest.cle. Tertiò, testis ebrius esse non potest, Bald.& omnes Comm.cap.1.de testibus.Quartò,matrimonium cōtractum in ebrietate nullum est. Dec.consilio cxij. Caret enim consensu, l.nuptias.ff. de regulis iuris. not.§.1.Instit.de nuptiis. Quintò, ebrius delictum committens,mitius punitur.l. omne. §. per vinum. ff.de re iud.cap.sanè.cap.inebriauerunt.15.q.4.l.respiciendum.§.delinquunt.ff.de pœnis. Baldus cap. à crapula.de vita & honest.cleric.ebrietas enim furor est,cap.venter.35.distin.Docto.Com.c.2.de maled. Amplia omnia hæc etiamsi statutū dicat, quod delinquens nullam esset sequutus misericordiam, Docto.Commu.l.quid ergo.§.pœna.ff. de his qui not.infam. Secundò ampl. vt ille qui propter ebrietatem aliquem percutit, non dicatur frangere pacem, l.aut facta.§.causa.ff.de pœn.Bald. l. prima. C.vnde vi.l.data opera.C. qui accus.non poss.Cardin. clemen. 1. column. 8. de homicid. Abb. cap. sicut, column. 2. de test. Flor. l.sed si. §. iniuriam. ff. ad legem Aquil. Ioann. And. cap. fin. de his qui fil. occid. Tertiò amp. etiam si ebrius malè fuis-

ſet locutus de principe. Ang. l. prima. C. ſi quis imperatori maledix. Fallit tamen primò, quando dedita opera inebriatus eſſet, Bald. l. 1. numero 40. C. vnde vi tunc enim duplici pœna plectendus eſſet, videlicet propter ebrietatem, ac etiam ob delictum in ea perpetratum. Secundò fallit, quando leuis ebrietas eſſet propter quam non minuitur pœna ordinaria, Barto. l. data opera. colum. 2. C. de his, qui accuſ. non poſ. Ang. in tract. malefic. verſi. ſcienter. numero 17. Ioann. l. diuus numero 86. ff. de ſic. Ripa. l. fin. numero 79. C. de reuoc. don. de minima enim re lex non curat. dixi ego in tract. de reg. iur. reg. 5. Tertiò & vlt. fallit, quando per ebrietatem gloriarentur de delicto commiſſo, tunc enim talis conſenſus retrotrahitur, & punitur, Ripa d. l. loco, numero 79. Crau. conſilio clxix. Iacob. Menoch. tract. de arb. iud. libro 2. centuria 4. caſ. 126. numer. 7. Tiraquel. in tract. de pœn. temper. cauſa 6. Vndecimò not. quod furioſus mortuo æquiparatur, & quicquid agit, pro non facto habetur, l. qui ad certum. ff. locat. l. bonorum. ff. rem ratam hab. gloſſ. l. ſi quis alium. ff. de acquirend. hæred. nec ei imputari debet. l. defuncto. ff. de pub. iud. Doctor. l. ex facto. vbi Iaſ. numero 45. ff. de vul. ampl. vt furor poſt delictum adueniens excuſet à pœna corporali: non tamen à bonorum adnotatione. Doctor. commu. l. furioſum. C. qui teſt. fac. poſſ. l. humanitatis. C. de impub. Bald. cap. 1. titu. an ille qui interf. fr. dom. ſui, afflictio enim non eſt addenda afflicto. Flor. l. ſed & ſi. §. iniuriarum. ff. ad legem Aquiliam. Aret. in tract. malefic. ver. ſcienter. colu. 3. Iaſ. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui. l. tam dementis. C. de epiſc. audi. Vnde furioſus loco abſentis habetur, & ignorãtis, l. ſed & ſi. §. filio. ff. de iniuriis. l. Iulianus. ff. de diuort. l. prima. §. adipiſcimur. ff. de acquirend. poſſeſ. l. 2. §. furioſus. ff. de procur. l. vbi. §. furioſus. ff. de regulis iur. l. 2. §. furioſus. ff. de iure codicil. Ideo ſi furioſus puniendus erit, diſtinguendum eſt, aut furor ſuperuenit poſt delictum aut erat antea. Primo caſu aut ſumus in attocioribus, aut non. Si ſumus in atrocioribus, puniri debet, l. diuus. C. de ſic. ſi verò non ſumus in atrocioribus, tunc aut tractatur de pœna corporali: aut pecuniaria: primo caſu non punitur, ſecundo autem ſic. Tiraq. in tract. de pœn. temper. cauſa 3. numero 5. ſi verò ſimus in delicto commiſſo tempore furoris, tunc nec in corpore, neque in ære punitur, Doctor. l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſ. Fallit, niſi eſſemus in atrocioribus, nam tunc propter exemplum punitur. l. diuus. ff. de offic. præſ. Secundò fallit, ſi haberet dilucida interualla tempore commiſſi delicti, Iaſo. l. patre furioſo. numero 39. de his qui ſunt ſui, Didac. clem. ſi furioſus. par. 3. numero 2. de homicid. Tertiò fallit niſi in furorem ſua culpa quis incidiſſet, gloſſ. ca. ſed hoc. 13. quæſt. 2. Docto. clemen. 1. de homicid. Socin. cap. ad audientiam. quæſt. 5. de homicid. Iacob. Menoch. tract. de arb. iud. libro 2. centuria. 4. caſ. 325. numero 9. Dec. l. in negotiis. numero quarto. ff. de regulis iur. Clar. libro 5. ſent. §. fi. q. 60. Marſ. l. quæſtionis. numero 34. ff. de quæſt. not. l. infans. ff. de ſic. l. illud. §. ſanc. ff. de iniuriis cap. indicaſt. 3. q. 9. glo. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. l. fina. de adm. tutor. furioſi enim nulla voluntas eſt, §. furioſus. Inſti. de inut. ſtip. l. furioſi. ff. de regulis. iuris. §. prætere a. Inſt. quibus non eſt permiſſum fac. teſt. & dicitur furioſus, qui eligit impoſſibilia. l. apud Iulianum. ff. de leg. 1. Secundò qui ſtultè loquitur, l. is qui. §. Diuus. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, Tertiò, qui proiicit lapides, gloſ. l. ſi cum dotem. §. ſin autem. ff. ſoluto matrimonio. Quartò qui clamat etiã coram populo, l. quidam. ff. de cond. Inſt. Et furor debet per allegantem probari, Cardin. clem. 1. de hom. & probato furore, per verba, vel per ſigna, pręſumitur durare per triennium, Alc. tract. præſ. reg. 1. præ. 38. nota. §. item. Inſt. de teſt. Alexan. l. furioſum, C. qui teſt. fac. poſ. Card. cap. cum inter. de elect. Barto. in tract. de teſt. ver. oppoſita, Barto. l. 2. ff. de bon. poſſ. Card. clemen. 1. quæſt. 2. de homicid. not. cap. ſemel. de regul. iur. 6. Et furor reuocat mãdatum quoad gerenda, non autem quoad geſta, l. qui ſeruum, l. ſi quis alicui, vbi Barto. ff. de acquired. hæred. l. furor. de ſponſ. Cagnol. l. in negotiis: numero 5. de reg. iur Bald. l. humanitatis. column. 4. C. de impub. Marſ. l. vnius. §. cognitorum. numero 70. ff. de quæſt. l. cum ſeruus. numero 7. ff. de cond. cauſa data. cap. mulier. vbi Docto. 15. q. 1. Marſ. tract. crim. ver. diligenter. numero 179. Tiraq. tract. de leg. con. leg. 9. numero 83. Ign. l. 3. §. ignoſcitur. numero 78. ff. ad Syll. cum ſimil.

Duodecimò not. quod infirmitas grauis æquiparatur morti, vnde valdè infirmi non tenentur in ius comparere, nec eorum actus validus exiſtit, l. ſi quis in graui. ff. ad Sylleia. Item valdè infirmus æquiparatur furioſo. l. ſecunda. §. ſi verò. ff. ſi quis caut. l. 2. ff. de term. moto, gloſ. & Docto. l. ferè. ff. de regul. iur. cap. tanta. 86. diſtinc. cap. tempora. 26. quæſt. 7. Docto. l. quid ergo. §. pœna. ff. de his qui not. infam. l. & ſi. C. eod. gloſ. cap. pœnitentes. 50. diſtinc. Baldus c. 1. de maior. & obed. & not. quod infirmitas eſt, habitus cuiuſque corporis contra naturam, l. prima. §. ſed ſi ff. de ædil. edic. ſeu infirmus dicitur, qui intrinſecus morbo aliquo ex humorum exceſſu cauſato laborat, Ripa in tractat. de peſte, in princip. num. 2. & eſt duplex infirmitas, animi ſcilicet & corporis, Abb. cap. querelam. de procu. Infirmitas autem corporis prouenit plerunque ex infirmitare animi, cap. cum infirmitas. de pœn. & remiſſ. & probatur pluribus modis. Primò per medicos, quibus ſtandum eſt, Barto. l. contumaciam. §. pœnam. ff. de re iud. l. ſemel. C. de re mil. libro 12. Barto. l. prima. ff. de ven. inſp. not. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtat. homin. Secundo modo probatur per iuramentum infirmi, Specul. tit. de appell. §. 7. ver. quid ergo, Cardin. clemen. ſicut. q. 4. de appell. Tertiò per domeſticos, & familiares, necnon per aſpectum faciei, & per vicinos, l. quæſitum. ff. de re iud. Cardi. clemen. ſicut. quæſt. 4. de appel. not. cap. quanto. de præſumpt. & præſumitur durare decem annos, cap. communiter. 23. diſtinc. Card. cap. inter. de elec. Docto. l. furioſum. C. qui teſt. fac. poſſ. Quæ quidem infirmitas excuſat à multis: & primò, vt teſtes ad domum ſint examinandi, cap. ſi quis teſtium. de teſtibus. Secundò excuſantur à muneribus, quæ corpore adimplēda ſunt, l. 2. §. corporis. ff. de vac. mun. Tertiò infirmus delegatus ſubdelegare poteſt, cap. ſi pro debilitate. de offic. deleg. Iaſ. l. 1. numero 83. ff. eod. Valaſcus l. imperium. numero 14. ff. de iuriſd. omn. iud. Quartò excuſat à contumacia, Docto. c. tenor. de re iud. Spec. titu. de cit. §. 1. ver item. Quinto facit ſuperſederi iudicium motum, gloſ. l. ſi quis inſtituatur. §. fin. ff. de hæred. inſtit. te etur tamen infirmus excuſatorem mittere. Et not. quod infirmitas hominibus venit pluribus ex cauſis: Primò per peccatum, c. cum infirmitas. de pœnit. & rem.

Secun-

Secundò, vt iustus per pœnitentiam in meritum crescat, vt legitur de Iob. Erat enim Iob vir iustus, & rectus, ac timens Deum. Tertiò, vt manifestetur gloria Dei, vt in cæco, quem CHRISTVS illuminauit. Quartò ad initium pœnæ, sicuti in hærede. cap. percusso. 7. q. 1. Quintò ad custodiendum virtutem, vnde Apostolus, Dum infirmor, fortior sum: ac iterum, Virtus in infirmitate consistit. not. cap. nisi cum pridem de rem. Ex quibus infertur, quòd pestis tempus, dicitur tempus mortis, in quo soluuntur omnia iura, tam respectu contractuum, quàm iudiciorum, & vlt. vol. de quib. latè tradit Ripa in tract. de priuil. causa pest. not. cap. negotiatorem. 88. distinct. not. l. 2. ff. si quis caut. Doct. l. si in ge. §. si domus. ff. de loc. l. itē. §. exercitui. ff. loc. Ab. cap. propter sterilit. de loc. Docto. Comm. l. fin. C. de testa. com. l. conficiuntur. §. codicil. ff. de iur. codi. Flor. l. milit. C. de test. mil. Alex. l. scrinarios. C. eo. Ang. §. fin. inst. de test. Corn. cons. cxxxj. volum. iiij. Port. Inst. de test. mil. in princ. clem. pastoralis. de re iud. clem. fi. de foro competen. cap. ex parte. de appel. l. quæsitum. ff. de re iud. cap. accedens. il 2. vt lite non contest. Et not. quòd non solùm infirmitas, sed etiam magna senectus morti dicitur similis, ambæ tamen arbitrio iudicis dicuntur, & iudicantur, Barbat. cons. xxj. volum. ij. & consilio xxij. volum. 3. Doctòr. cap. quoniam frequenter, vt lit. non contest. Barbat. cons. lxxx. volum. 3. consilio xliij. volum. iiij. Flor. l. Aquilia. ff. ad legem Aquil. Item & mortis in periculo peregrinantes dicuntur esse per loca periculosa, vt per mare, not. cap. quoniam. vt lite non contest. l. 3. & sequen. ff. de donat. causa mortis, Bald. capitu. pastoralis. numero quarto. de offic. ord. sicuti etiam in castris militantes in periculo mortis sunt, not. l. vt vim. ff. de iustit. & iur. l. ex hoc iure. ff. eod. Alba. consi. j. nume. 6. cum similibus.

Nonò præmittendum est, Mortuum suspendi nō posse, Ange. l. secunda. C. qui test. fac. pos. l. defuncto. ff. de publ. iud. l. qui à latronib. §. si quis. ff. de test. Fallit in atrocioribus, & hoc relinquitur arbitrio iudicis, Mars. l. fin. numero 40. ff. de quest. Doctor. Com. d. l. defuncto, Boer. decis. 319. numero nono. Afin. l. prima. numero 82. ff. de relig. & sumpt. fun. Imol. c. Rayn. num. 144. de testa. Cy. l. 2. C. qui test. fac. pos. Dec. l. si is num. 8. C. eod. Ang. l. imperium. numero 16. ff. de iurisd. omn. iud. cap. quorundam. 23. distinct. cap. 1. 24. q. 2. Dec. l. pupillum. §. in hæredes. ff. de reg. iur. glo. clem. pen. de pœn. & remis. Rom. l. si verò. §. de viro. 16. fall. ff. soluto matr. Bal. capit. 1. §. iniuriam. de pace iur. firm. Cagnol. d. §. in hæredem. numero 3. Quando autem suspenduntur cadauera, fit ad exemplum, seu terrorem multorum, glos. l. 2. ff. de arb. fur. cæs. c. mulier. 15. q. 1. Pontanus l. stipulationum. §. Cato. numero 59. ff. de verborum obliga. Ratio huius noni præmissi est, quia crimina morte extinguuntur, l. 1. C. ne ex delicto def. §. non autem. Instit. de perp. & temp. act. §. non autem. Inst. de public. iud. c. quorundam. 23. distin. gl. l. 2. §. pen. ff. de hæred. vel act. ven. not. l. crimen. ff. de pœn. glo. l. in hæreditariis. C. de hæred. act. Afflict. decis. 145. nume. 2. Ruin. cons. xxxvij. numer. 5. vol. 1. cons. xxj. numero 7. vol. 4. Abb. cons. xc. nu. 2. c. ecclesia. num. 23. de const. c. parochiano. nu. 4. de vsur. c. nobis. nu. 13. de sent. exc. Alex. l. 2. num. 3. C. qui test. fac. pos. Dec. l. imperium. num. 16. ff. de iurisd. omn. iud. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 51. vt dicam latiùs infer. suo loco.

Decimò præmitto, quòd mortuus resurgens beneficium non recuperat, nec vxorem, cap. licet. 33. q. 7. glos. magna in extr. suscepti. vers. vacantium. in extrauag. com. tit. ne sede vac. recuperat tamen omnia bona patrimonialia, Ioan. And. cap. fraternitatis. de frig. & malef. glos. Barto. & Doctor. l. 4. ff. de leg. Flor. l. seruitutem. §. si sublatum. ff. de seruitut. vrbano. præd. Barto. l. nam ad ea. ff. de leg. dicit quòd recuperat filios, sed non vxorem. conc. Alexand. l. si marito. ff. soluto matr. nec debet iterum ordinari, si fuerit sacerdos, nec baptizari, si fuerit Christianus, Abb. cap. non potest. de re iud. glos. capit. 2. 32. q. 7. Spec. in tit. de stat. Mon. §. 2. q. 13. Ang. l. si marito. ff. sol. matr. not. l. seruus. ff. de act. & oblig. Ang. l. nam & Demonsthenes. nu. 3. ff. de leg. l. intercidit, ff. de cond. & dem. Feder. consilio xxvij. Vnde condemnatus ad mortem, si ab inferis resurgat, nō punitur, not. Tiraq. l. si vnquam. ver. susceperit. nume. 170. C. de reuoc. don. Barto. Brix. in q. Dom. q. 54. Ana. cap. fraternitatis. de frig. & malefic. Alber. l. inter stipulantem. §. sacram. colum. 2. ff. de verborum oblig. Paul. post. Bald. l. intercidit. ff. de cond. & demon. Brun. cons. cxij. Rom. in rubric. ff. soluto mat. columm. 4. vers. an resusciratus. in 1. lect. Bertach. in tract. de episc. 4. par. 8. p. prin. lib. 4. q. 4. Gulielm. in extr. suscepto. Bald. cons. ccliij. col. j. vol. j. Alber. l. adeò. ff. de acq. rerum dom.

Vndecimò præmitto, quòd mors prorogatur condemnato multis modis: Primò, si ab eo petatur redditio rationū, Cyn. & Ang. l. prima. C. de bon. proscr. Rayn. l. post mortem. §. quamuis. ff. de leg. 1. Barto. l. 2. de cust. & exh. reis. l. interdum. ff. de public. vbi Alexand. Din. Barto. & Ange. l. seruus. ff. de leg. 1. l. seruo. §. seruus. ff. eod. Floria. l. Pomponius. ff. fam. herc. Cæpol. caut. 4. l. 1. §. si autem. C. de co[illegible]man. Secundò prorogatur, si accusetur cōdemnatus de crimine grauiori, l. 1. §. fin. ff. nih. nou. appel. pēd. Barto. l. 2. §. fin. ff. de custo. reis. Pontan. sing. 441. Tertio prorogatur per appellationem à sententia mortis. l. & in maioribus, C. de appella. l. non tantum. ff. eod. cap. de appellationibus. de appel. Quo casu si in termino appellationis ducatur ad iustitiam, potest interim eximi impunè de manibus officialium, Baldus & Angel. l. addictos. C. de appell. Innoc. c. si quando. de offic. deleg. Areti. §. penult. Instit. de act. nisi esset criminosus, vel delinquens manifestus. Quartò prorogatur, si petatur à principe imponi duriorem pœnam, talis enim durior pœna retardari debet per triginta dies, l. si vindicari. C. de pœn. cap. si quando. de rescr. glo. §. sed neque. Auth. de mand. princ. gloss. cap. 1. de const. 6. ca. fi. de fil. presb. Ang. Auth. vt determin. sit numecler. in princ. Flor. l. 4. §. sed & si. C. fam. herc. Quintò si condemnatus ad mortem sit decurio, vel consiliarius ciuitatis, quo casu non potest fieri executio eius mortis, nisi rescribatur à superiore ciuitatis, l. Diui fratres. §. primo. de pœnis. not. l. 2. §. 1. ff. de bon. eorum, qui sibi mort. consc. l. prima. §. simili. ff. quando appel. sit. l. si quis filio. §. eius. ff. de iniusto rupto. l. qui cedere. ff. de sicar. nisi aliter tumultus sedari non possit, glo. d. §. simili modo, & dict. l. qui cedere. Sextò & vlt. Mulier prægnans non potest damnata ad mortem occidi ante partum, Baldus l. interpositas. C. de transact. ampl. hoc etiam si esset prægnans vnius diei: secundò ampl. etiam si grauida facta esset post capturam: Tertiò ampl. vt

non possit etiam torqueri: quartò amplia, vt nec etiam banniri possit.

Duodecimò præmitto, quòd mortis executio multis modis impeditur: Primò, si pater offerat filium decapitandum morti, tunc filius non est morte plectendus, l. milites agrum. §. desertorem. ff. de re mil. Salic. l. propter. C. qui accus. non possunt. l. non omnes. §. quod. ff. de re mili. qui cum. §. eum, qui. ff. eodem titul. Item secundo loco, si reus obuiet Cardinali. Baldus l. addictos. C. de appellatio. Tertiò, si allegetur quòd reus mortis sit optimus artifex, l. ad bestias. ff. de pœnis, Roman. sing. 197. Luren. l. quoniam. ff. de pignor. Quartò si probetur homicidium fuisse casuale, Paul. l. 1. C. vbi sen. vel. clar. gloss. & Bald. l. etsi. ff. de infam. Quintò, si deprehensi in adulterio decapitandi confiteantur contraxisse matrimonium inter se, gloss. l. penultim. C. de fideiuss. quòd est verum, si matrimonium esse possit inter eos, Bald. cap. 1. §. iniuriari, de pac. iur. firm. Bald. l. si quis non dicam. C. de episcopis & clericis. Sextò, puella si reum mortis in maritum poposcerit, eum liberat ex consuetudine Franciæ, Iacobus de Bella pertica, in Pract. crim. tit. de lenocinio. vers. 26. Masuerius in practic. crimin. titul. de pœniten. §. item Chassanæus in comment. consuetu. Burgund. §. secundo, ver. s'il n'a grace, colum. 2. ver. duodecimus casus, tit. Des iustices, vbi dicit se nullam huius rationem afferre posse, nisi quòd per matrimonium maior reo videtur pœna imponi, quàm per mortem refert And. Tiraq. in tract. de pœn. temper. aut remitt. causa 56. in term. num. 2.

Decimotertiò & vlt. præmitto nonnulla priùs notanda esse, quàm ad casus speciales deueniamus: & primò, quòd mortem alterius expectare damnabile est, l. inter. §. sacram. ff. de verborum obligation. l. si quis posthumus. ff. de lib. & posthu. Petrus in tract. de testam. lib. 1. cap. 16. numero 5. Hinc regulariter literæ expectatiuæ ab ordinario non dantur. Quint. Mand. in reg. de idiomate, quæst. 3. numero 8. Nec regressus conceduntur qui hæreditariæ successionis imagines referunt, nouissimè Conc. Trid. sess. 25. cap. 7. titu. de reform. qua etiam de causa aperiri non debent testamenta ante mortem testantis, toto tit. quemadmodum testam. aper. Hinc nonnulli dixerunt substitutiones esse odiosas ex eo: quia præbent occasionem captandæ mortis, Dec. consilio cccxxxvj. Crau. consilio clxxx. & consilio cxlvij. idem rubr. ff. de leg. 1. numero 103. Socin. Iun. consilio clxxxv. numero 9. vol. 2. Ioan. Sylu. consil. lxiiij. numero 19. Mant. consilio cccxxviij. Alciat. cons. ccccclxxxiij. Fulgos. cons. lxxxv. Est etiam alia ratio, quia substitutio est grauamen hæredi, l. cohæredi. §. cum filię. ff. de vulg. impedit enim bonorum alienationem. l. fin. C. com. de fideicom. l. filiusfamil. §. diui. ff. de leg. 1. quæ prohibitio odiosa videtur esse, l. non vsque. ff. si à par. fuer. man. sed retorquendo istam rationem mag. Doct. Com. dixerunt substitutionem fauorabilem esse fauore agnationis, vt bona conseruentur in familia, Alex. consilio xxxix. numero 3. volu. 1. Dec. consilio dclij. numero 7. Socin. Iun. consilio clxviij. numero 9. volumin. 2. Bald. consilio ciiij. volum. iiij. vbi in dubio semper pro fideicommisso est iudicandum, Socin. consilio ccxlix. numero 25. volum. 2. l. cum auus. col. 54. ff. de cond. & dem. l. si filius. col. 17. ff. de vulg. præsertim quando de agnatione mentio fuit facta, Anchara. cons. xxvij. col. iij. Cum. cons. ij. num. 4. Goza cons. lxxxix. num. 12. Curt. cons. xxij. num. 11. Paris. consil. lxiij. num. 27. cons. xxxv. num. 38. vol. 2. Capic. decis. 108. num. 15. Aug. Ber. c. in præsentia. nu. 247. de probat. Crau. cons. ccviij. num. 3. Paris. cons. vij. num. 40. vol. iij. Abb. cons. lviij. num. 17. & larga fit interpretatio in fideicommisso ad actus validitatem, sed fideicommisso valido præsupposito strictè interpretari debet, Dec. l. in testamentis. ff. de regulis iuris. Crau. cons. ccviij. num. 3. Secundò not. quòd mortis cogitatio omnia mundana ostendit esse vana. Ripa in tractat. de rem. ad cur. pest. numero 152. Vnde moriens censetur memor salutis æternæ, decis. Pedem 79. nu. 20. l. fin. C. ad l. Iuliam repet. Grammatic. cons. lxv. numero 1. c. sancimus. 1. quæst. 7. Mars. consilio cix. numero 30. Paris. consilio xiiij. num. 15. volum. 1. Thom. Grammat. decis. 56. numero 15. nec censetur cogitare aliquid dolosum, Angel. l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad Syllan. Cæpha. consilio cclxxv. numero 34. Mars. rubric. ff. de fideiusso. numero 44. Ruin. cons. ccxx. num. 2. volum. v. Cæphal. cons. lxxxv. nume. 18. Vnde licet moribundus non sit in testem examinandus, quia perfectam memoriam non præsumitur habere, l. quidam. ff. de furt. Cæphal. consilio cclxxvj. numero 42. Est enim mors omnium rerum terribilissima. Tirac. trac. de nobil. cap. 31. num. 58. eiúsque cogitatio sensum turbat, adeo vt ea turbati omnes solent affirmatiuè respondere, Ripa l. 1. §. si quis ita. num. 10. ff. de verborum obliga. nihilominus quia moriens non præsumitur mentiri, eius confessio fortius probat, l. fin. C. ad l. Iuli. repet. c. sancimus. 7. quæst. 1. cap. significauit. de homicidio. Bald. in titul. de pace Const. ver. vasalli. glos. cap. fundamenta. de elect. 6. Vnde scripturæ mortui fortius probant, quàm viuentis: cum verisimile non sit morientem reliquisse falsam scripturam, l. scripturas. C. qui potior. in pign. hab. Paul. cons. cxxxiij. colum. 1. vol. 1. Ias. l. admonendi. colum. 46. ff. de iureiurand. Bal. cons. cccclxxxvj. volum. v. Calder. con. xv. titu. de vsur. Curt. cons. lxx. Barbat. cons. xxx. volum. 1. Dec. l. 1. colum. 3. ff. si certum peta. Corn. cons. clxxxvj. cons. ij. vol. 1. Federic. cons. 8. Crau. cons. 6. num. 53. Mors enim habet vim iuramenti, Paul. cons. 301. in tertio dubio, volum. 1. Dec. l. 1. no. 2. C. de æd. c. literas. de præb. c. sacimus. 1. q. 7. Crau. cons. 276. nu. 6. cons. 274. nu. 4. Cæph. cons. ccxxv. num. 8. Ias. l. admonendi. num. 105. ff. de iureiur. vbi Bart. num. 27. Paris. cons. 7. numero 18. volum. 4. Bald. l. comparationes. C. de fid. instrum. l. inter cartulas. C. de conu. fisci. libro x. Socin. consilio 161. volum. 2. consilio ccxcv. colum. 2. volum. 2. Alexan. l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de oper. noui nunt. cons. 59. vol. 2. cons. 189. vol. 7. Corn. cōs. 4. colum. 3. volum. 2. Dec. c. 2. col. 5. de fid. instrum. Item constitutus in mortis articulo concubinam ducere potest in vxorem, & filij legitimantur per subsequens matrimonium, Ias. l. sed & si. num. 4. ff. de lib. & posthu. c. tanta, qui filij sint legit. item potest condere testamentum, dummodo articulatè loquatur, aliàs non. Ias. l. si mihi. §. si quis seruos. numer. 2. ff. de leg. 1. l. post dotem. num. 32. ff. sol. mat. Tertiò no. quòd honor, atque libertas præfertur vitæ, quamuis mors sit rerum omnium terribilissima, l. si. ff. de pœn. glos. fin. ver. suppliciis, vt non lux. hom. contra nat. Barbat. cons. 47. volumin. 1. iuxta illud, potius mori quàm fœdari, Ioann. Neuiz. in Sylu. nupt. lib. 1. numero 34. Doctor. l. isti quidem. ff. quod metus causa. est enim mors turpitudini anteponenda. Luc. de Pen

de Penna l.1. C.de cap.ciu. cenſ.exim.libr.xj. Item
non omitto,quod mors citiùs venit propter pecca-
ta.gloſ.capit.qua frõte,de appellat.c. qualiter.il 2.
de accuſat.Nam per vnum hominem introiuit pec-
catum in mundum,& per peccatum mors, fuítque
terminatus terminus vitæ hominis per centum vi-
ginti annos:ex quo lex præſumit vltra centeſimum
annum hominem non viuere, l.fin. C.de ſacroſan-
ctis eccleſiis. Sebaſt.Med.tractatus parte prima.
¶Mors omnia ſoluit.Iam ſatis dictum eſt à nobis,
quibus in caſibus habeat locum hoc dictum, reli-
quum eſt videre in quibus non procedat: & primò
ſcias hoc non eſſe verum in ſpiritualibus, prout
eſt in anima,quæ penitus immortalis eſt, & incor-
ruptibilis,Diuus Thom.1.part.Summæ,quæſt.lxxv.
arti.vj.iuxta dictum Saluatoris noſtri, Nolite ti-
mere eos,qui occidunt corpus,animam autem oc-
cidere non poſſunt.Vnde in his quæ in anima im-
primuntur,mors non tollit, vt caracter Sacramen-
torum,Baptiſmi,confirmationis,& ordinis, vt no-
uiſſimè in Conc.Triden.Seſſ.7.c.9.Quæ ſacramen-
ta iterari non poſſunt etiamſi quis à mortuis reſur-
geret. Secundò non procedit in contractibus vlt.
volun.& iudi. tam ciui. quàm crim. quemadmo-
dum de ſingulis dicemus modò.conc.l.ſtipulatio
iſta.ff.de verb. oblig.l.fin. C.de act.emptio.Bart.l.
eadem.ff.de verborum obligation.l.ſi deceſſerit.ff.
qui ſatiſ.cog.Signor.conſilio cxxij.numero 3.l.cum
à matre. C.de rei vend.l.ſiue.C.de euict. Socinus
conſilio cxxiiij.numero 76.volu.1.Dec.l.Neratius.
numero 3.ff.de reg.iur. Marſi.l.fin.53.de quæſt.l.
ſepulchra.ff.de ſepulchro viol.l.meminiſſe. C.ad l.
Iul.maieſt.l.ex iudiciorum. ff.de accuſat.c.fina.24.
quæſt.2.c.neque.lxxxvij.diſtinct.l.apoſtatarum. C.
de apoſtat.l.ex hoc iudicio.ff.de accuſat.l.fin.ff.ad
leg.Iul.pecu.Felin.c. ſi quis Epiſcopus.numero 3.
de hæret.Paris conſilio clv.numero 6.volu.iiij.glo.
cap.Summæ,xxiiij.quæſtio.ij. Tertiò,quemadmo-
dum maritus alimenta præſtare tenebatur vxori,
ita & eius hæres. Alexan.l.diuortio.numero 15.ff.
ſolut. matr.niſi tranſierit ad ſecunda vota, Alexan.
conſilio cxij.numero 6.volum. v.poteſt tamen per
ſtatutum loci certa quantitas declarari, Alexand.
conſilio 31.num.8.volum. vj. Paulus conſi.xl.num.
12.vol.iij.Quartò licet ſingularis ſucceſſor non te-
neatur ſtare colono,l.emptorem. C.loc.l.qui fun-
dum.ff.eo. Tiraq.in tract.lignag.§.1.glo.vij.nume.
37.Alba.conſilio lxxxj.numero 1.deciſ. Pedem.85.
nu.6.vniuerſalis tamen tenebitur. Romul.l.filiusfa
mil.§.Diui.numero 189.ff.de legat.1.Alex.l.diuor-
tio.numero 5.ff.ſolut.matrim. Alba.conſi.cviij.nu.
1.Cæphal.conſilio cxxxj.nu.5.conſilio ccliiij. Guid.
deciſio.cccclxxx.nu.4. Fallit hoc dictum quinque
modis,de quibus per Bar.Soc.in tract.fall. verſ.ſuc-
ceſſor.Vnde niſi ſucceſſor neceſſarius non tenebi-
tur ſtare colono, de qua re conc. Cæphal.conſilio
cclvj.numero 1.deciſ.Bon.liiij.in term.num.1.Pau-
lus l.nihil §.fructus. numero 2.ff.de leg.j. Rol.con
ſilio ccccix.numero 2.volum.ij. Quintò debita de-
functi hęres tenetur ſoluere,Lucas l.fi.C.de primi.
lib.xj.Boer.deciſ.lvij.numero 4. Sextò, de euictio-
ne tenetur,Ioan.in tracta.de exec.vlt. vol.§.conſul
tis.numero 26.not.l.cùm pater.§.euictis.ff.de leg.
ij.glo.& Bald.in l.ſi familiæ.C.fam.erciſ.Bart.l.qui
Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.obligat. not.l.pro
hæreditariis,C.de hæred.act.l.1. eodem tit. Barto.

dicto §.duo fratres.numero 25. Septimò actiones
tam actiuæ,quàm paſſiuæ tranſeunt etiam in hære-
des.l.vnica.C.vt act.ab hæred.& contr.hære.not.l.
j.C.ad Trebellia.Bald.l.j.C.quorum leg.Bald.l.vni
ca.§.videamus.C.de rei vxor.act. Ampl.etiam ſi ſit
fiſcus hæres.l.eum qui.ff.de iure fiſci. Iaſ.conſilio
lxxxviij.volumine iij. Secundò ampl.etiam ſi eſſet
minor.l.pupillus.§.ſed & ſi.ff.de author.tutor.l.pri
ma.C.quando decr.opus non eſt.Octauò ſtante ſta
tuto, quòd debitor carcerari poſſit, eo mortuo
eius hæres rectè carcerabitur, Barto.l.poſtulante.
ff.ad Trebe. Iaſ.l.ſi cui.§.fi.nu.3.l.diuortio.§.inter-
dum.nu.6.ff.ſolut.matr. Gomeſ.§.fuerat.nume.35.
Inſti.de act.Iac.l.1.num.18.ſi cer.pet.Chaſſan.con-
ſue.Burg.tit.des cenſ.Rub.xj.§.vj.nu.1. Abb.conſi.
lxxxvj.nu.4.vol.iij.Dec.conſi.dxxxvj.num.2.Fallit
hoc quando debitor ſuam perſonam, & ſua bona
obligauit, Bart.l.ſi deceſſerit.num.13.ff.qui ſatiſda.
cog.Aſin.l.v.numero 164.ff.de relig.& ſumpt.fun.
Nonò executio ſententiæ contra defunctum latæ
etiam contra hæredem fieri poteſt.not.l.ex contra
ctu.ff.de re iud.l.ſi ſeruus.§.qui marg.ff.de leg.1.l.
hæredem ff.de reg.iur.l.hæres.ff.de vſucapio. Res
enim tranſit cum ſua cauſa.l.vitia. C.de acq.poſſ.l.
Pomponius.ff.eod.tit.Iaſ.§.fuerat.numero 60. In-
ſtitu.de act. Duen.reg.277.vbi ampliat, & limitat
pluribus modis, Ange.l.creditores. numero 7.ff.
de pignor. Paris conſilio xxix.numero 22.volumi-
ne 1.Socin.in conſilio xxiiij.numero 8.volu.3.Fallit
intra tempora conficiendi inuentarium.l. fi.§.do-
nec.C.de iur.delibe. Iaſ.d.§.fuerat.nume.61. Boer.
deciſ.x.numero 3.Duen.d.reg.277.limit.1.Chaſſan.
conſuetud.Burg.titu.des ſucceſſions. Rubr.7.§.14.
columna iiij.numer.9. Secundò fallit intra nouem
dies à morte defuncti. Bart. Authen.vt cùm de ap-
pel.cognoſc.§.hæc autem.col.8. Tertiò limitat
in hærede conuentionali.not.leg.licet. C.de pact.
Duen.d.reg.277.limita.vij.Quartò fallit in hærede
cum beneficio inuentarij, contra quem executio
non datur vltra vires patrimonij.l.fi.§. ſin verò.C.
de iure deliber. Socin.l.ſi deceſſerit. numero 7.ff.
qui ſatiſd.cogan.Quintò procedit tantum poſt adi
tam hæreditatem.l.iij.§.ſi quis ita.ff.de hæred.inſt.
l.iij.§.ſi quis hæred.ff.de ſtat.liber.Bar.l.ſi in diem.
ff.de cond.& demon.Alexan.conſilio xxxvij.nume
ro 11.volumine 3. Dec.l.hæredem. numero 8.ff.de
reg.iur. Doct.tua nos.de vſuris.Sextò & vlt.proce-
dit,dũmodo citetur,Petrus in ſua praxi,nu.14.Ang.
l.1.ff.de iud. Doct.Com.l.oratione.ff.de fer.Calca.
conſ.18.nu.6.Capi.deciſ.1.nu.14. Ang.l.iudicio.nu.
29.C.de iud.Decimò factum defuncti per hæredẽ
confirmari debet,Alba.conſilio lxxiij.numer.3. Fal
lit quando hæres non habet illud, quod tenebatur
teſtator ei relinquere,Curt.conſilio 1.gl.l.2.verſic.
familiæ.C.de inoffi.don.vbi Commun. Doct.l.ij.
C.ſi quid in fraud.patro.not.l.cùm à matre. C.de
rei vend. Ratio huius decimi dicti eſt, quia cenſe-
tur eadem perſona cum defuncto.l.fina. C.de im-
pub. Secundò, quia ex qua perſona quis lucrum
capit,not.l.ſecundum naturam.ff.de reg.iur. Alba.
d.conſilio lxxiij.numero 2.Ro.conſilio xcvij.num.
48.volum.j.conſilio lvij.par.iij.nu.72. Vndecimò
furtum non ſoluitur morte, quoad reſtitutionem
faciendam per hæredem,Docto. Commun.l.ſi pro
fure.ff.de cond.furt. Baldus leg.1. C.ne ex delicto
defuncti. Duodecimò, hæres repræſentat perſo-

ii 4

nam defuncti, Iaſ.l.duos numero 3.ff.de leg.j.l.re coniuncti.numero.99.ff.de leg.3.Fallit in his, quæ ſunt facti, Ripa leg.hæredes. numero 137.ff.de vulg.

Decimotertiò interdictum recuperandæ datur hæredi, ſicuti defuncto dabatur.l.j.§.hoc interdictum. ff.de vi,& vi arm.quia vna, eadémque perſona cenſentur.§.j. Authen. de iureiur. à mor. præſt.l. cum quidam.§.fiſcus, ff.de vſur.l.is cui.ff.de reg.iur.ideo vtitur iure defuncti, Socin.l.rem quæ nobis, columna 6.ff.de acquirend.poſſeſ. Et licet poſſeſſio defuncti non tranſeat ſine noua apprehenſione.l.cum hæredes.ff.de acquirend.poſſeſſio.l. Pomponius.§. quæſitum.ff.eod.l.ſi homo.ff.de vſucap.l.j.§.apparet.ff.de crim.expil. hæred.l.j.§. Scæuola.ff. ſi quis teſt.lib.eſſe iuſſus fuer.l.ſi ſorori. C.de iure delib.§. j.Auth.de iureiur.à mor.præſt.Docto.c. cum ſit.de appel.l.1.C.de edicto diui Adr.toll. Cyn.l.ea lege. C.de cond.ob cauſam, tamen ſi defunctus ſpoliatus fuiſſet ſua poſſeſſione, eius hæres reſtitui ante omnia deberet. Fallit, ſi defunctus poſſidebat tempore mortis, quia tunc hæredi non competit interdictum recuperandæ, ſed adipiſcendæ, Alexand. d.l. cùm hæredes.& cõſilio xl.volumine iij. Afflict. lib.ij.conſt.regni, in Rub.circa violen.columna iij. numero 3.deciſ. Bon.xij.numero 1.& ſeq.in term. dummodo intra annum ſpoliati hæres nomine teſtatoris agere velit.glo.c.cùm ad ſedem.verſic.interdictum.de reſt.ſpol.c.ſignificauerunt.de teſtib. vbi Abb.in 3.no. Tiraquel.in tract.le mort ſaiſit le vif.vj.parte.decla.iiij.numero 8. Iacob.Menoch.in tract.de recuper.poſſ. Remed.j.numero 364.ſecus poſt annum, Benedictus c. Raynutius.verſic.mortuo.numero 87.de teſtam. Didac.lib.vlt.var.reſol. cap.v.numero 5. Zuchard.l.fina.numero 108. C.de edicto Diu.Adr.toll.Alexan.conſilio lxxxiij.numero 103.volumine ij. Afflict.cap.j.§.ſciẽdum, in fine, de feu.cogn. Sed nunquid hæres ſit reſtituendus, quãdo mortuo patre vera poſſeſſio ſtatim à ſpoliatore occupatur? Reſp.quòd ſic.Iaſ.conſilio lxxxv.colum.j.volumine 3.conſilio cxlvj.lib.iiij.volum.iiij. Ripa l.j.§. hoc interdictum.numero 14.ff.quorum bon.l.fina.numero 135. C.de reuoc. don.conſilio j. numero 48.lib.j.Reſpon. Cæphal. conſilio xlvij, numero 41.Alc.Reſponſo ccl.numero 14.Crot.l.1.numero 44.de acquir.poſſ. Rebuff.in commen.Reg. Conſt.volu.3.tit.de mater.poſſ.numero 41. Tiraq. in tract.le mort ſaiſit: vj.part.declar.iiij.numero 4. Dec.conſilio lxxxiiij.Paris conſilio xlj.nu.12.vol.1. Bellonus conſi.xxxv.numero 8. Didac.d.li.iij.var. reſol.c.v.numero 6.Alex.conſilio xxxvij.nu.5.vol. j.conſil.87.nu.9.vol.3.Contrarium tenuerunt nonnulli hac in re, ſibi ipſis contrarij.Ale.l.in ſuis.nu.9. ff.de liber.& poſthu.Zaſius conſ.x.nu.22. vol.j.cõſ. liiij.nu.33.libr.iij. Alciat.in tracta.præſumpt.re.iij. nu.6.Zuchard.d.l.fin.numero 107.C.de edicto diu. Adr.toll. Bereng. l.naturaliter.§. nihil commune. nu.77.ff.de acq.Coraſ.lib.9. Miſcell.iur.c.xiiij.numero 4.Bald.Authen.defuncto.colum.3.C.ad Tertullianum. Hoc idem eſt in remedio adipiſcendæ, quod datur etiam fœminæ.Curt.conſilio 21.numero 7.Brun.conſilio j.numero 8.Afflict.deciſio.cxix. Gozad.conſilio 7.columna 1. Ruinus conſil.18.numero 20.volum.j.Paris conſilio 22.num.66.volum. j.Socin.Iun.conſilio lxxv.numero 28.lib.1. Alciat. conſilio cclvij.Tiraq.in tractat.le mort ſaiſit.part. iiij.decl.v.nu.21.Port.conſilio 1.nu.47.Rol.conſ.ij. nu.27.volum.3.dicit Com.eſſe, refert Iac.Menoch. in tract.de adipiſc.Remed.iiij.num.375.ad quem te remitto, qui latè de his loquitur.

Decimoquartò ius patronatus tranſmittitur ad hæredes. Rochus in tract.de iure pat.verſ.ipſe.nu.1.& ſeq.latè in termin.per totum declarat.

Decimoquintò præſcriptio continuatur in hæredem. Bar.l.litigator.C.de fru.& lit.expen. not.l.cùm hæres.ff.de diuerſ.& tempor. præſc.l. ſequitur.§.fructus.ff.de vſucap.Ioann.Andr.in addit.ad Specu.§. fin.tit.de præſcr.Docto.Com.c.ſi diligenti.de præſcr.Paulus l.ſequitur.§.ſi hæres.§.de vſucap.Pont.l. Pomponius.§.j.ff.de acquir.hæred.Bald.l.Ancillæ. C.de furt.

Decimoſextò pignoris obligatio non ſoluitur morte, ſed ad hæredes tranſit quando eſt annexa cum principali obligatione.l.eum qui.§.qui ita.ff. de verb. oblig.§.ſi ex conditionali. Inſtit.eo. Paul.conſilio ccccxv.numero 7.volumine j.Decimoſeptimò publiciana, quæ competebat defuncto hæredi competere poteſt, not. Doct.l.j.ff.de pub.l.cùm ſponſus. §.is cui.ff.eod.Alex.conſilio lxxxvij.conſ.xc.vol.3. Balb.l.Celſus.in 2.par.num.4.ff.de vſuca.

Decimooctauò dominium non ſoluitur morte, Doct. Commun.l. cùm hæredes.ff.de acqui.poſſ.§.fin.Inſtit.de hæred.qua.& diff.l.in ſuis.ff.de lib.& poſth. Vnde ex dominio exiſtente penes defunctum, ſucceſſor rei vendicatione agere poteſt.l.domum.C. de rei vend.l.ſiue poſſidetis.C.de prob. Bald.l.cùm res.l.inducia.C.de prob.Paris conſilio ciiij.numero 111.vol.1.

Decimononò pactum de retrouendendo tranſit etiã ad hæredes, Aug.Ber.conſilio clxiij.numero 2.numero 13.volumine j.conſilio clxiiij. numero 9.eod. volumine.Doct.Comm.l.2.C.de pac.inter emp.& vend.Alexan.cõſilio x.volumine 1.l.qui fundum.l. fundi partem. ff.de cont.emp.l.ſi ſterilis.§.ſi tibi. ff.de act.empt.l.fin.ff.de contr.empt.

Vigeſimò, ſalarium quod aſſeſſori debitum erat, poſt eius mortem hæredi debetur, Docto.Com.l.diem functo.ff.de offic.aſſeſſ. Alba.conſi.xcj.Ampl.idem eſſe ſalario aduocati.Curt.de l.idem functo. numero 53.vbi Iaſ.numero 38. Decius numero 15. Secundò ampl.in doctore legente, Caleſatus, l.j.numero 165.ff.de offic.eius. Tertiò ampl.in medicis, Cæphal.conſilio vj.volumine 1.Viu.libro j.comm.opi. verſicu.lxxxvij. Emanuel tracta.de commun.opin. verſic.mortui.

Vigeſimoprimò mortuorum ſcripturæ fortius probant.not.l.ſcripturas.C.qui pot.in pig. habeantur. Paul. conſilio cxxxiiij. Iaſ.l.admonendi. columna xlvj.ff.de iureiur.Crau.conſilio vj.numero 53. Decius conſilio xlij. Bald l. comparationes. C.de fide inſt.l.inter cartulas.C.de cõue.fiſci.lib.x.deciſ.Neapol.xl.deciſ.Cap. Thol.ccccxcvj.Paul.cõſ.cccj.vol. 1.Habet enim mors vim iuramenti. Dec.l.1.col.ij. C.de ædendo.not.c.2.de fid.inſtr. Bar.l. admonẽdi, col.vij.ff.de iureiu.Boe.deciſ.cv.Item mors notarij vim habet ſigni,& ſubſcriptionis, Ale.conſ.14.lib.j. Cur.conſ.clxij.col.ij.Iaſ.l.j.col.3.ff.ſi cer.petat.Docto.l.contractus.ff.de fide inſtr.Præterea inſtrumẽtum notarij mortui, carens aliqua ſolennitate ſemiplene probat, quod aliàs viuens nihil probaret, Bart.l. admonendi.col.viij.ff.de iureiur.Alex.conſ. lix.vol.ij.conſ.clxxxvij.vol.6. Corn.conſ.22.libr.3. Quartò mors teſtiũ habet vim recognitionis.l.ſcripturas. C.qui pot.in pign.hab. Paulus cõſ.cxxxiiij. lib.j.Cõtrarium tamen tenuit conſ.405.lib.2. Dec. conſil.

consilio xlij. Socin. consilio cclxxiiij. libr. 2. Baldus consilio ccccl xxvj. libro v. Ratio prædictorum est, quia nemo præsumitur mori in peccato cum mendacio. §. fi. Inst. de iniur. Crau. in termin. cons. clviij. nume. 7. latè.

Vigesimosecundò, mortui testis fides augetur, quia in mortis articulo mortis æternæ memor esse præsumitur. l. fi. C. ad leg. Iul. repet. c. sancimus. vij. quæst. j. c. significauit, de homi. Baldus consilio ccccl xxvj. volumine 5. Calder. consilio xxv. de testam. consilio xxv. tit. de vsur. Barto. & Doctor. l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad Sylla. Cur. consilio lxx. c. sicut. de testib. Barb. cons. xxx. libr. j. Corn. cons. clxxxvj. lib. j. Crau. cons. vj. numero 52. Fallit, quando esset in preiudicium alterius, quia tunc tantùm præsumptionem faceret, Baldus, & Salic. Authen. si dicatur. C. de testibus. gloss. & Angel. l. mater. C. de calum. Alexan. consilio xiiij. vol. iij. Socin. consilio liiij. volum. iij. Sed ad hoc vt dictum morientis probet, oportet quòd parte citata, & authoritate iudicicis examinetur: satis enim est quod respondeat super interrogatoriis substantialibus. Barbat. c. Rayn. c. colu. 3. de testamen. Ioan. in pract. de arte test. cau. 11. numero 5.

Vigesimotertio quælibet dispositio vlti. vol. nostræ accapit vires à die mortis disponentis, vt testamentū. l. ff. de testam. Codicillus. l. j. de iure codicil. Legatum. l. iij. ff. de leg. iij. §. legatum. Iusti. de legat. & donatio causa mortis. §. in summa. Insti. de donat. causa mortis. De quibus per Doct. Inst. de test. in prin. Roland. in tract. de don. cau. mort. nu. 2. dixi ego in tracta. de Defin. defin. lxxvj. num. 1. & defin. lxxvij. & seq. nu. 6. latè.

regu.iur.regu.5. ampl.165. Quid autem est dicendum quando dispositio stat per modum conditionis? Respon.quòd conditio, si decesserit sine filiis, verificatur, etiam si momento fuerint patri superstites. l.ex facto.§.si quis autem.ff.ad Trebellian. Bald.capitulo primo.§.quinetiam.titu.Episco.vel Abb.Ias. l.si quis hæredem.C.de institu.& substit.not. l.cùm acutissimi. C.de fideicom. satis enim est grauatum habuisse filios, licet postea moriantur, Bald.consil. 57.volumine secundo.Dec.consilio centesimotrigesimonono.Cæpolla consil.50.l.hæredibus.ff.ad Trebellia.l.cum vxori. C.quando dies leg. ced. not. l.si quis hæredem.C.de institu.& substitu. in conditionibus enim accipimus principium primæ existentiæ, & non curamus successum eius, ideo conditio causalis, vel mixta sufficit semel fuisse impleta, licet non durauerit, in qua sufficit fuisse factum, licet non duret factum.gloss.dict.l.si quis hæredem, conc. Oldrad.consilio vigesimoprimo Ioann. Andræ.add.ad Specu.titu.de testam.§.in primis.Cy.Auth. sed si.C. de sec.nupt.Bald.l.fin.C.de hære.instit.consilio.56. volumine secundo.Fulgos.consilio 46 Paul.l.ex facto.§.si quis.ff.ad Treb.l.in substitutione.ff.de vulg. Ruin.consilio 131.numero 4.volumine 3. Dec. consilio 13.Bertra. consilio 8.volumine 1.Ias.d.l.si quis in hæredem, ex quo dicto sequitur primò quòd excusatio tutelæ ob liberos, non irritatur si liberi moriantur, Ioan.Andr.capitu.decet.de regu.iur.6. Alber.l. 2.ff.de exc.tutor.Imol.consilio 76.Mart.in tract.de fisco.conclus.198. Fulgos. consilio 52.Paul.l.si cum dotem.l.si maritus.ff.de sol.Anan.consilio 105. Deci.Authentic.præterea.C.vnde vir & vxor.l.in omnibus.ff.de reg.iur.capitu.cum cessante.de appel. Marsil. l. etiam. ff. de quæstio. Secundò infertur quòd fœmina ob masculos semel exclusa, manet perpetuò exclusa, etiam si masculi moriantur, nisi statutũ aliter expressè disponat, Barto.l.fina.ff.ad Tertullia. Bald.Authentic.sed si.C.de sec.nupt. Docto.Commun.l.Gallus.§. & quid si tantum.ff.de liber.& posthum.Docto. Comm.l.si auus. C.de libe. præt.Bal. l.videamus.ff.quod met.causa.Imol.consilio 27. Anto.capitu.Raynaldus, de testamen. Fulgos. consilio 98.Paul.consilio 159.volumine secundo.Cor.consilio 404.volumine 3.Decius consilio 87.Iaso.consil. 229.volumine secund.Ruin.consilio 167. numer.11. volumine 3. & sufficit si masculus fuerit momento temporis ad hoc, vt fœmina dicatur perpetuò exclusa, Bald.l.si quis posthumos. §. primo. ff.de liber. & posthum.l.in quibus.C.de secun.nupt. Tiraquel.l.si vnquam. versic.susceperit.numero 193. C. de reuocan.dona.vbi dicit nume.203.non confirmari donationem post mortem filij, si tamẽ pater eam non reuocauit videtur decessisse cum ea cõfirmata. ita Tiraquel.dicto loco, numero 212.conc.Bald.l.Titia.§. legato.ff.de leg.2.l.1.C.de inoffic.don.consilio 167. volumine quinto.Corn.consilio 176.libro secundo. Ruin.consilio 60.numero 17.libro tertio.Paris consilio 72.numer.61.volumine 1. Quod dictum procedit quando filius natus post donationem, talis erat natus, qui secundum naturam viuere potuisset, Bal. l.eam.C.de accusatio.cõsilio 121.volumine primo. is enim non reuocat donationem, sicuti non rumpit testamentum.l.quod certum.C.de posthum.hæred.instit. nam non dicitur natus qui immaturè natus est vt viuere non possit, Doctor.Commun.l.septimo mense.ff.de stat.hom.Doct.l.quod dicitur.ff. de liber.& posthum. Fulgos. consilio 96. Cæpolla consilio 50.Bald.consilio 113.libro 5. Betr.consilio 117.numero quinto, volumine primo. Marsil. l.fi.numero 160.ff.de iurisd.omn.iud.Paris consilio 55.volumine secundo.Sed quatenus super.numero 126.dixi dispositionem legis, vel statuti vigere etiam post mortem statuentium, vel eorum mortem, quorum causa fuit constitutio facta, declar. secundum Doct. Nam quod fit mentio causæ in dubio, de finali intelligi debet, qua cessante cessat dispositio legis. l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patro. capitu. cum cessante.de appel.l.ita.ff.de admin.tutor. l.illud.ff.ad legem Aquil.l.1.§. hoc interdictum. ff.de fonte. Docto.Commun.l.fi.C.de ed.diu.Adr.tollen.l.1. C.de liber.præt.glo.l.cum tale.§.falsam.ff. de cond.& demon.not.l.2.§.fin. ff. de dona.Bald.capit.1.§.& quia.tit.qui feud. dare poss.not.l. si certis. C.de pact.no. l.1.C.de fideicomm.Imol.l.si filius.ff.de vulga.& pupil. vnde correpta ratione legis ipsamet lex correpta dicitur esse, & eius essentia, Bald. consilio 179. volumine 1.Salic.Authent.ingressi. C.de sacrosanct. eccles.Imola.l.dotalem.ff.solu.matrimo. l.si verò.§. de viro.ff.eodem titu.Doct.l. 2.ff.de vulg.Roman.l. secund.§.fin. ff.de don.Imol.cap. post translationẽ. de renunc.Alexand.l.si conuenerit.nume.12. ff.de re iud.l. quod dicitur.ff.de verbor.obligatio.l.1.columna 3. ff.solut.matr.num. 9.Paris in tract.Synd. versi. contra, Feli. Dec. & August. Ber.cap.1. numero 86. de const.Fel.c.fi.de rescr.cap.quanto.de iudic. cap. tua.numer.7.de iureiuran.Ias.l.quod dictum.numero 3.ff.de pact.l.si quis filium. C.de inoffic. testam.l. posthumo.C.de bon. poss. contra tabul. numero 15. Curt.Iun. consilio 12.numer.15.Aug.Ber. c. quæ in ecclesiarum.numer.189.de consti.gloss. l.1. §.filius. vers.item.ff.de donat.causa mor.glo.l.1.ff.de coniũ.cum emanc.liber.gloss.l.2.versi.filio.ff.de vulg.glos. l.1.ff. de leg.tutor.gloss.l.1.C.eodem titu.l.generali. C.de sacrosanct.eccle.nam legis ratio est anima legis, capitu. fin. vbi Doctor.de regu.iur.& sicuti cùm anima à corpore separatur, corpus moritur, ita sublata ratione legis, lex ipsa mortua redditur. ita dixi latè in tract.de Leg. & Stat.part.3.quæstio.9.numero 4.& seq. Cyn.l.non dubium.numero sexto. C.de legibus.Docto.Commun.l.cum mulier.ff.solut.matr.Bald.l.1.ff.eodem.l.scire.§.aliud.ff.de accusat.Bal. l.fin.ff.si cert.per.Imol.l.maximum vitium.numero 11.C.de liber.præter.l.1.numero 6.C.de interd.l.1.C. quæ sit longa consuetud. Angel.consilio 211.Cor.cõsilio 193.volumine 1.consilio 90.volumine tertio.vnde Bald. dicebat rationem legis esse animam, verba autem esse corpus, l.si quis seruo.C.de furt.l.fin. C. de hæred. institu. l.secund.C.de leg. hæred.not. §.1. Instit.de legit. patr.tutela.capitu.1.§.1. & quia titul. qui feud.dare poss.l.emptor.§.fin.ff. de rei ven.Abb. capitu.nihil.numero 15.de elect.consilio 73.volumine 1. Roma.l.2.§.fin.ff. de don.Socin.consilio 30.volumine 1. Alexan.consilio 52.numero 9.volumin. 3. Curt.consilio 45.colum.6.Felin.cap.tua.de iureiur. gloss. l.2. C.quæ sit longa consuet.Bal.consilio 467. volum.2.l.cum tale.§.penult.ff.de cond.& demon. Abb.c.fin. de rescr.c.1.num.14.de re iud.Corn.consilio 15.numer.9.volum.1. Dec.consi.64 Vnde quælibet dispositio ampliatur, & restringitur ab eius ratione, Bart.l.contra.ff.de leg. Cyn.l.quicunque.C.de seru.fugit.Iaso.l.de quibus.ff.de legibus, glo.l. 2.C. quæ sit longa consuetu.Docto.Commun.l.cùm pater.§. dulcissimis.ff.de leg. 2.l.pater.§. fundum.ff.de leg.3.l.ex facto.ff.de vulga. gloss. & Doctor. Commun.l.si

mun.l.si quis animo.versic.amittere.ff.de acquiren. possess.l.cancellauerat. ff. de his quæ in test. del.l. ita. ff.de adm.tutor.l.hæc actio.ff.de calumn.l.non omnium.C.de tutor.Angel. consilio 281.idem consilio 221.Sal.l.2.C.de noxal.act.Fulgos.consilio 119.Roman.consilio 16. Paul.consilio 436.volumine secundo.Alexand.consilio 75.volumine 5. Limitata enim causa limitatum producit effectum. l.in agris. ff. de acqui. rerum dom.l.cum seruo.ff.de contrah. empt. l.si gratuitam.§.1.ff.de præscrip.verb.l.milites. ff. de re mil. Doctor.l.age.C.de transact. Aretin.l.qui superstitis. ff.de acquirend. hæred. capitul. de cætero. de senten.exc.Alexand.consilio 94. volumine 3.Socin.consilio 26.volumine 1. Cor.consilio 299.numero 3.volumine 4.Curt.Sen. consilio 50. numero 66. consilio 70.numer.13.Ias.si fundum.numero 9.ff.de leg. 1.Decius consilio 379.numer.7.Afflict.capi.Titius.numer.7.titu.si de feud.contr.fuer.Grat.consil. 7.volumine 1.consilio 65.numer.31.libro 1.Paris consi.102.numero 17.lib.1.consi.65.num.28. volumine 2.consi.1.numer.124.volumine 3.consi.41.nume.77. lib.3.consi.42.numer.41.eodem volum.Felin.capitu. cum ordinem.de rescript.vbi enim eadem est ratio, idem ius statui debet,l.illud.ff.ad leg.Aquil.l.à Titio.ff.de verb.obligat. l.his solis. C. de reuocan. donat.not.l.non possunt.ff. de legibus, Alexand. consi. 75.nume.3.volumine 5.Tiraquel.l.si vnquam, versicu.libertis.numero 45. C. de reuocan.donat. gloss. Clement.1.de elect. Doctor. Commun. Authentic. quas actiones.C.de sacrosanct.eccles.Imola l.fin.ff. de hæred.instit.not.l. cùm mulier. ff. solut.matrim. l.quamuis.C.de fideicom. Abb.cap.fin. de rescri.Aretin.consil 27.Curt.consilio 81.numero 7. Quæ dicta intellige de ratione finali,& hoc fallit quando alteri ius quæsitum esset,quia tunc licet tollatur ratio, non tamen aufertur ius quæsitum, secus autem est, vt dixi super in ratione impulsiua,nam mortua persona cuius causa lex cõdita fuit, remanet adhuc dispositio legis,l.1.§.sexum.ff.de postul.Docto.comm. l.2.§.fin. ff.de dona.l.sed & si.§.fin.ff.de donat.inter vir.& vxor.l.generali.§.Diuus.ff.de vsu,& vsufruc.l. cum tale. ff.de condit.& demonstra. not.§.1.Auth. de non elig.secun.nub.gloss.& Doct. capitu.ex parte,il secundo.de conuers.coniuga. capit.magnæ.de voto.card.capit.duæ.7.quæstio.1.not.capit.tantum. 32.quæstio. 7.gloss.& Bald.l.1.ff.de fer.gloss.l.si pecuniam.ff.de cond.ob causam, Docto.c.ex parte,de conuers.coniug.Ioan.c.cupientes,nume.4. de elect. 6.capit.fina de hæret.6.Barto.l.in omni.ff.de adopt. causa enim impulsiua non est essentialis legis:neque perpetua,Alber.l.si vnquam.C.de reuo.do.not.cap. cum infirmitas. de pœnit. & remis.Ias.cons.63. volumine 3.Dec. capitu.quoniam.de offic.deleg. Ripa l. ex facto.numero 14.ff.de vulg.Cyn.l.generaliter.C. de episco.& cler.vnde ex causa impulsiua non sumitur argumentum,Ioan.Andr. cap. 1.de tempor.ord. 6.Ias.Auth. quas actiones.numer.21.C.de sacrosanc. eccl.Docto.Commun.l.conuenticulam,C.de episc. & cler.Ant. capit.cum publicato. de elect.cum apostolica. de his, quæ fiunt à maiori parte, sine consi. capit.Alexand.& Ias.l.1.ff.de offic.eius. Felin.capit. significasti.de foro competen. Fallit hoc dictum in rescriptis, quæ vitiantur per subreptionem non solum causæ finalis,sed etiam impulsiuæ,Docto.capitu.postulasti.de rescript.Dec.capit.cum cessante.de appel.Oldr.consilio 256.cap.super literis. de rescr. Ripa l.ex facto.numer.15.ff.de vulg.& not. quòd impulsiua causa dicitur, cum lex in odium alicuius conditur.l.1.§.sexum.ff.de postul.capit.Afros.98.distin.quibus mortuis,vt dictum est, non tollitur dispositio legis. Item in contractibus in dubio causa impulsiua præsumitur,nisi contineat interesse illius, qui causam apposuit,l.2.§.fina.ff.de donat.vel nisi sit de essentia actus,l.sed & si. §. fina. ff.de donat.inter vir.& vxor.l.si quis. C.de don. not.quòd cum causa dispositionis tendat in fauorem accipientis,dicitur impulsiua, Doctor. Commun.l.si mulier. C.de iure dot.gloss.l.tertia. §.si quis.ff.de cond. ob causam. & hoc nisi necessariò requiratur, quia tunc finalis causa dicetur,Docto. Commun.l.sed si mors.§.fin.ff.de don. inter vir.& vxor. Secundò fallit in re fauorabili,quia tunc finalis causa dicetur.Doct.l.generaliter. C.de episc.& cler.l.cum his.§. mulier.ff.de cond.indeb. Tertiò hoc idem fallit, quando commodum Reipublicæ coniunctum sit cum commodo accipientis:vt si donem mulieri, vt nubat,l.1.ff.solut.matr. Item not. quòd si alicui concessum sit priuilegiũ ob numerum filiorum, si contingerit quòd aliquis eorum mortuus fuerit,non soluitur ex morte priuilegium,not.l.sciendum.§.fi.ff. qui satis. cog.§.illud. Authentic. vt const. quæ de dign.Ioan.Andr.capitu. decet.de reg.iur.6.not.l.2.§.oportet.ff. de exc. tuto. Fulgos. consi. quinquagesimosecundo. Imo. consi. septuagesimoseptimo. Mart.tracta.de fisco,conclusio.198.Anan.consilio 105. Dec.Authentic. præterea.C.vnde vir & vxor. l.in omnibus.ff.de reg.iur.Ripa l.ex facto. ff.de vacat.muner. Quod dictum procedit in muneribus consumantis.l.incola. ff.ad municipales,secus à futuris,quia res deuenit ad casum, à quo non potuit initium sumere,l.Titia.§.vsuras.ff. de leg.2.Bal.cons.117.volumine primo.Ripa l.ex facto.numero decimoseptimo.ff.de vulg.Soc. l.si cum dotem.§.si maritus.ff.sol. matrimo. Quod autem extincta causa efficienti non soluatur dispositio legis, quia mortuo legislatore adhuc viget dispositio legis,præsertim cùm effectus causæ fuisset consummatus. l.fin.ff.vnde liber.l.inter stipulantem.§.sacram, versicu. nec reuocantur. ff. de verborum obligatio. vbi Iaso.numero 4 l.patre furioso.ff.de his,qui sunt sui. l.qui res.§.aream.ff.de sol.l.Tutelas. ff.de capit. dim.capit.quæris.versi. contrahitur.de consecr.dist. 4. capit. de bigamis.de bigamis.capitu. sanè. de renunc.cap.fin.de offic.leg. Doct.generaliter.C.de episco.& cler.Balb.tract.præs.3.par. quæstio.9.Ozer. §.1.numer.5. Inst. de exhær.liber. Curt.Iun.l.2. nu. 78.de reuo.do.Grat.consi.63. numero 37.volumine 2.Secundò reuocatio donationis ob superuenientiã filiorum,non cessat si ipsi moriantur, Tiraquel. l.si vnquam.vers.susceperit.nu.203. C.de reuoc. donat. Tertiò mater non reassumit tutelam post mortem secundi mariti. §.quia Authentic. vt sine prohib.matr.& auiæ. Quartò fœmina semel exclusa ob masculos, perpetuò exclusa dicetur, etiam si masculi moriantur,sicuti perpetuò retinet hæreditatem ille,cui delata est ratione agnationis, licet agnatio per mortem extinguatur. Tiraquel.tract.cessante causa.fall. 12.numero 14.Quintò,quando causa & effectus sunt in diuersis subiectis,vt pater & filius: mortua causa, quæ est pater, remanet adhuc filius eius effectus, Bald.capit.cum cessante.de appel.not.l.patre furioso.ff.de his,qui sunt sui.l.qui libertinos.ff. de oper.liber.l. 2.ff.de excus.tut. Sextò, & vltim.quando plu-

tes personæ ad idem concurrerent, nisi coniuncti requirantur ad actũ, vna sublata, vel extincta, & mortua non corruit actus, not. l. si non lex. ff. de hære. instit. Tiraq. d. tracta. Cessante causa. limit. 22. num. 1. & numer. 55. & not. quæ scripsi pro declaratione huius 3. par. in tract. de reg. iur. reg. 6. nu. 120. & seq. Bru. in tract. de interitu. Mars. l. fi. de quæst. Sebast. Medi. Tractat. par. iij.

¶ Motvs proprius arguitur ex concessione geminata eiusdem gratiæ. Bald. l. nec damnosa. C. de præc. imper. offer. l. 1. C. de pet. bon. subl. lib. x. Authen. de iudic. in prin. Ber. in Rubric. de constitu. nu. 88. Medic. reg. 2.

¶ Mvlcta modica potest arbitrari per iudicem de leg. Innoc. c. 1. de offic. deleg. Archid. c. legitima. de appel. 6. Spe. §. species. colum. 7. in tit. de sent. Petr. l. eos. C. de mod. mul. no. l. 2. C. de sportul. Host. c. 1. de offic. del. Decis. capellæ Tholos. 273. nu. 1. in terminis. Med. reg. 5.

¶ Mvlcta requirit nouam citationem: not. Bald. in l. j. in fin. princ. ff. si quis ius dicen. non obtem. & ibi Ang. in §. j. Anch. in c. j. de dolo & contu. in vj. & Archi. in c. certum. xj. quæst. 3.

Limita quatuor modis. vt per Felin. in c. primo, de iudic. B. Dias reg. 488.

¶ Mvlier adultera propter adulterium perdit dotem, donationem propter nuptias & bona paraphernalia. Si maritus illam accusauerit, & pro se sententiam obtinuerit. iux. tex. in l. consensu. C. de repudiis. l. Lucius. l. cùm mulier. ff. sol. matr. & c. plerunque. & ibi gloss. ff. de donat. int. vir. & vxo. & in auth. vt liceat matr. & auiæ. §. quia verò pluries. & Roma. in sing. cccxiij. & Ias. in l. fideicommissum. C. de fidei commiss.

Fallit quando mulier adulterium commisisset de voluntate, & consensu mariti. d. l. cùm mulier. & l. quoniam. C. de adult. & ibi Saly. & Alexan. quoniam volenti non fit iniuria.

Fallit etiam quando vir cum alia muliere adulterium commisisset, quoniam mutua delicta paria compensatione tolluntur. vt l. viro, atque vxore. ff. solu. matr. & Bar. & Moder. in l. is, qui reus. ff. de pub. iud.

Fallit quãdo vir cum ea reconciliauerit & eius mores approbauerit, secũdum tex. in d. l. Lucius. ff. sol. mat. & d. c. plerumque de dona. int. vir. & vxor. Rom. consilio 286. Bal. consilio 303. vol. iij. numero 5. & cons. 310. nu. 3. vol. j.

Fallit etiam si filia habet patrem, quia pater non debet perdere dotem propter adulterium filiæ, secundum Cyn. Bald. & Ang. & Saly. in l. si cum dotem. C. de iure dot. & in l. ij. §. si voluntate. ff. sol. matr. & ibi Iaso. Cast. Imo. Alber. Bart. & Alexan. Ang. & Ioan. de Imo. in l. filiusfa. ff. de dam. inf. Boer. in quæstio. 237. nu. 5. & 6.

Fallit etiam si habet liberos ex primo matrimonio, quia tunc non applicabitur secundo viro, prout dicunt Abb. Sic. Ant. de Butr. in capit. vt lit. pendent. & Bal. hac edictali. de secund. nupt. & Franc. Crem. in sing. 86.

Fallit etiam quando maritus non facit debitum erga vxorem ab ea requisitum, quia tunc vxor nullo modo punitur, per text. in cap. si tu abstines. xxvij. quæstio. ij. Ratio quia qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur, vulg qui occidit. §. in hac. ff. ad l. Aquil. & ibi Flo. Zabba. in clem. in cap. cum ex eo. in prin. ver. oppo. post Guliel. de Monte, de sent. excommun. & dicit ibi Bald. August. si tu abstines sine vxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam, & peccatum illius tuæ imputabitur abstinentiæ, sed illa debet omnia mala pati, potius quàm peccati vitio consentire. & vide Bald. consi. vj. num. 7. volum. v. Alexand. in consi. clvij. in fi. volum. v. Fulgo. consil. 136. in causâ crim. I. Nou. reg. 97.

¶ Mvlier etiam pro filio suo non admittitur in iudicio ad defendendum: licet filius esset pupillus. Casus est in l. alienam. C. de procur. facit text. in l. quia absente. eod. tit. & in l. neque fœminæ. ff. eod.

Limita nouem modis, vt per Ias. in d. l. alienam. B. Dias reg. 480.

¶ Mvlier. l. 2. l. iii. §. mulieribus.

Parcendum & subueniendum est mulieribus. C. de sal. mo. l. 1. Ad Tur. l. 1. §. mulier. Cc. de Sica. l. fin. C. ad Vel. l. 5. Broc. vlt. rub. 76.

Si mulieri dederim pecuniam, vt eã debitori meo soluat, vel expromittat, si expromiserit locum non esse Senatusconsulto Pomp. scribit: quia mandati actione obligata, in rem suam videtur obligari. Pau. libr. 6. reg. Ad S.C. Vel. l. 2. Ex eodem lib. l. 9. Sed si pro alieno seruo intercedat, quemadmodum in patremfamiliàs priorem rerum restituitur actio, ita in dominum quoque restituenda erit.

Mulier familiæ suæ & caput & finis est. De verb. sign. l. 195. in fi. Riisvvich.

¶ Mvlier ignorans defectum matrimonij, cessante defectu per consensum perseuerato cõfirmatur matrimonium ita etiam ignorante viro. Inn. c. 1. in fine. de eo qui duxit in matr. eam quam polluit per adul. Bapt. in tract. de correl. num. 64. Med. reg. 9.

¶ Mvlier si iurauit nõ alienare in futurum rem dotalem, & postea alienet cum iuramento, nihil valet alienatio iurata, propter iuramentũ primum. gl. est sing. in c. licet mulieres. in glo. fi. de iureiu. lib. 6. quã tenet Bar. in l. si prædiũ. C. de iure dot. & in l. si quis pro eo. in tertio membro princ. ff. de fideiussor. & vide Alex. in l. duob. reis. §. idem Pomponius. ff. de iureiur. vbi dicit, quòd illa gl. in terminis suis est magis communiter approbata. Eam dicit sing. Ias. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. in quinta limitatione, vbi eam extẽdit ad minores, & sic restringit. d. auth. & allegat Doct. pro ea, licet idem Ias. in §. item si quis postulante aduersario. Inst. de act. attestetur, & malè, quòd illa gl. solet communiter reprobari: vide eundem Ias. in d. §. idẽ Pomponius, vbi ponderat, & allegat contra dictam gl. quatuor decisiones, in quib. valet actus cõtra iuramẽtũ priùs præstitũ celebratus, & tãdẽ tenẽdo eã limita trib. mod.

Primò, vt procedat in terminis suis, scilicet, quãdo mulier iurauit non alienare rem dotalẽ, & sic iuramentum fuit præstitum super eo, quod erat prohibitũ à iure communi: quia tunc tale iuramentũ quod concurrit cum prohibitione iuris communis, bene impedit actum secundũ in contrarium factum, quãuis iuratũ. Ita limitat Io. de Imol. in c. dilecto. de preb. & in istis terminis procedit text. in c. intellecto. de iureiur. qui solet allegari pro illa gloss. & ita limitat Ias. vbi s.

Secundò limita, quia regula procedit, quando ille, cum quo celebratur alienatio, vel actus, sciebat talẽ actũ fieri cõtra iuramẽtũ priùs præstitũ: secùs si ignorabat (prout in dubio præsumitur) quia tunc valebit actus, non obstante primo iuramento. Ita Ias. vbi s. referendo Imol. in l. cũ vir. ff. de vsuc. & ante eum Io. Fab. Inst. quib. alie. licet vel non. in prin. refert etiã hoc Alexand. in consi. ccclxxxj. & vide addit. Alex. in d. §. idem

d. §.idem Pomponius. qui refert aliquos pro ista limitatione.

Tertiò limita dictam gloss. quando iuramentum fuit præstitum à muliere in manibus patris, vel alterius cuius interesse poterat: aliàs si non iurauit in manibus alicuius, tanquam iuramentum sit nudum, non impedit actum fieri. ita limitat Bal. in §. idem Pomponius. vbi Iaso refert eundem Bald. alibi, & Alexan. idem firmare, quibus limitationibus sic extenuata est d. gloss. nimirum si vera sit. B. Dias reg. 479.

¶ Mulier iurans nõ alienare dotẽ absque auctoritate iudicis, si alienauerit iurans non contrauenire, nihilominus prima dispositio geminata seruari debet. Host. cap. cùm contingat. de iur. iur. glo. & doct. ca. cam te. capit. intellecto. eodem titu. cap. licet. de iur. iur. & limitatur per hoc auth. sacramenta puber. C. si aduer. vend. Imola l. æstimatio. ff. solu. matr. l. cum vir. ff. de vsucap. l. si prædium. C. de iur. dot. Medic. reg. 3.

¶ Mulier, mortuo viro, alenda est intra annum ab hæredibus viri, si non habet vnde alatur aliunde. glo. est, quam communiter ibi Docto. sequuntur in l. diuortio. in princ. in verbo, facto. ff. solut. matrim. & in l. vnic. §. exactio. in verbo, redimendis. de rei vxo. actio. C.

Limita dupliciter, vt per Ias. in §. fuerat. in princ. Instit. de action. B. Dias reg. 481.

Mulier omnibus creditoribus præfertur.
In Aut. de æqual. do. §. his. Azo, rub. 104.
Expressa prosunt, non expressa nocent.
In Aut. de æqual. dot. §. quomodo.
In Aut. de imperfec. testa. §. etsi qui inde.
In Aut. vt cùm de appel. co. §. 2. Azo, rub. 104.

¶ Mulier prægnans dicitur quasi valetudinaria. tex. in l. inuiti. ff. de testib. & habetur in l. ij. §. sed & si nõ propter. ff. si quis caut.

Fallit in muliere grauida paucorum dierum in d. §. sed & si non propter. per Floria. S. Ian. reg. 178.

¶ Mulier præsumitur acquirere ex bonis viri, per l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vxo. & l. etiam. eod. tit. & ibi Ang. Bal. Alber. & Saly. & non de suo causa euitandæ suspicionis turpis quæstus. Ita Boer. q. 81. nu. 1. & 2.

Fallit primò, quando mulier constare vellet ante matrimonium habuisse pecuniam, & illam marito non consignasse, secundum Bal. in l. fi. C. de pign. nume. 3. & l. si vxor. versi. denuo quæro. nume. 4. C. de cõd. insert. & Alexand. consi. xlij. nu. 2. volu. v.

Fallit etiam quando, cõstante matrimonio, appareret ex aliquo titulo. Illa bona sibi euenisse ab aliquo attinẽte suo, ex qua pecuniam fecit, & illam inuestiuisse in fundo. vt Bald. in d. l. si vxor. versi. cęterùm si vxor diceret. C. de cond. insert.

Fallit tertiò, quando mulier haberet aliquam artem texendi telam, obstetricis, seu chirurgiam, vel si manibus propriis faceret aliquod aliud exercitium, cuius causa pecuniã acquisiuisset, ex dictis operibus: quia tunc cessaret omnis mala suspicio, & mulier ad præceptum viri non tenetur negotiari, neque operari, nisi in obsequialibus, & reuerentialibus, secundum Bal. in d. l. si vxor, & Gerard. de Petr. Sanct. sing. xcix. & Imol. in capitu. j. de donat. inter vir. & vxor. I. Nouel. reg. 96.

¶ Mulier non potest esse testis in testamentis: probat tex. in l. qui testamento. §. mulier. ff. de test. in §. testes. inst. eod. tit. vbi Faber ponit rationes. & in l. 17. tit. 16. par. 6.

Fallit quatuor modis, vt per Dec. in l. fœminæ. ff. de re giuiur. nu. 28. vsque ad 35. inclusiuè: quarum tres priores descripsit Doctor del Castillo in commẽto leg. tertiæ, in parte, siete testigos. immemor Decij, vbi suprà. B. Dias reg. 482.

¶ Mulier non punitur non petens tutorem filiis impuberibus, habentibus patrimonium pusillum. l. 2. §. quòd si. ff. ad Tertull. Roma. l. si verò. §. de viro. col. 10. ff. sol. matr. item tutor datus in hereditate parua non tenetur conficere inuẽtarium, quia in minimis recedimus à reg. iur. leg. scio. ff. de in integ. rest. Medic. reg. 5.

¶ Mulier regulariter non succedit in feudo, nec ex ea descendens, in bonis & rebus feudalib. vt c. j. de succes. feud. & c. j. de gradibus succed. in feud.

Amplia, vt nec etiam filij naturales legitimati. vt c. naturales. si de feudo fuer. contro. & gloss. in c. j. de nat. succe. feud. Cyn. auth. sed & si quis. C. de secun. nup. Guid. Pap. q. 59. nu. 1.

Fallit nisi hoc pacto feudum fuerit acquisitũ, vt etiam filiæ deficientibus masculis in feudum succedant, vt c. 1. §. & quia vidimus. de grad. succe. & de iis qui feudare poss. & ibi Bald.

Fallit etiam, quando mulier est nominata in instrumẽto inuestituræ, quia tunc ratione denominationis suæ personæ est capax bonorum feudalium. secundum Henr. Boyc. in capit. per venerabilem, qui filij sint legit. Host. in summa de feud. §. apud quem, & latè Ias. Bald. & Aluar. in capit. j. de succes. feud. & in Gallia feudum est ad instar patrimonij, & alienari potest, secundum Boer. quæst. 202. nu. 3. & quęst. 114. nu. 12. & 13.

Fallit etiam, quando in inuestitura facta de bonis feudalibus dictum fuit pro se hæredibus suis vtriusque sexus: quia tunc tã mares, quã fœminæ sunt capaces d. bonorum feudalium. secundum Corne. cons. 199. vbi Rom. volum. 2. Afflict. decis. cccv. numer. 15. 16. & 17. quia ex conuentione feudum acquiritur, secundum Afflict. & Bal. I. Nouel. reg. 98.

¶ Mulier, quæ intra tempus luctus nubit, infamis est, & etiam pœnas patitur. de quibus habetur in l. 2. C. de secundis nuptiis. & est gloss. in cap. cum omnes. vj. quæst. j.

Primò fallit, nisi mulier nubat de consensu filiorũ mariti primi: quia tũc euitabit pœnas prædictas. ita tenuit Ang. in l. mater. C. ad Trebel. alleg. glo. sing. in authentic. de non elig. secund. nub. in princ. verbo, copulatiuè: quòd etiam fortificatur ratione: nam ratio quare mulier transiens ad secunda vota intra tẽpora luctus venit punienda, est, quia per secundum matrimonium facit iniuriam filiis primi matrimonij, vt §. certo, in authentic. de nup. Sed hic cessat filiis consentientibus: quia scienti & volenti nõ infertur dolus neque iniuria. l. j. vsque. cum ibi not. gloss. ff. de iniur. & l. j. de act. emp. quod etiam videtur sentire Bald. in l. hac edictali. versi. pone statutum, & C. de ser. fugi. & propterea dico, quòd statutum vel dispositio l. hac edicta. C. de secũ. nupt. quæ vult matrem transeuntem ad secunda vota teneri reseruari lucrum primi matrimonij filiis eiusdem matrimonij, & hoc per ea quæ habẽtur in l. fœminæ. C. eodem titu. nõ vendicat sibi locum, quãdo filius consentit ad matrimonium matris: & propterea si cupis viduam habere in vxorem, prouideas habere filiorum consensum: & quę dicta sunt in matre habẽt etiam locũ in patre: cũ & ipse in pœnas multas incidat propter trãsitum ad secũda vota, vt in authẽ. de

non eligendo secundò nubentes. §. est quoque.

Secundò fallit, vbicunque mulier nubit intra annũ luctus de consensu primi mariti dantis licentiam in eius testamento: quia tunc vxor non pateretur pœnas legales. ita tenet Bald. in l. filium, quẽ habentem. C. famil. erc. & in l. j. C. de sec. nup. quia, habita licentia à testatore, videtur habere hanc licentiam à lege, per illum tex. sed Lud. de Ro. in sing. suo, nu. 263. incipien. tu scis. ponit istam q. & in ea ita distinguit, quòd aut maritus ita permittit quòd nubat intra annum, & hoc casu non euitat pœnas iuris: & mouetur ista ratione, quia nubit intra annũ quod est contra bonos mores de iure ciuili. & alleg. casum in d. l. j. ibi, ne in his quæ corruptionem morum, &c. cum in his testator disponere non possit: vt l. turpia. & l. si quis inquilinos. ff. de leg. j. &c. aut de permissione viri nubit post annũ, & in tali casu nõ incidit in pœnas: & dicit de hoc esse gloss. secundum eum in d. §. duo. in auth. de nup. vers. vnum. & pro hoc ipse adducit rationem quare mulier punitur si post annũ nubat, quia facit iniuriam animæ primi mariti per secundas nupt. vt in §. quia verò. in auth. de nup. vers. nos igitur. sed marito permittente nulla fit iniuria. d. l. j. ff. de act. emp. in prin.

Tertiò fallit in muliere minore xxv. ann. arg. glos. sing. quæ hoc probat in l. ij. C. si aduer. delictum. alleg. l. pen. C. ex quib. caus. infam.

Quartò fallit, quia d. regula procedit de iure ciuili, secùs autem de iure cano. quia d. ll. sunt correctæ: vt dicit gloss. in l. j. C. de secund. nupt. per illum dictum, quòd, mortuo viro nubat in Domino: & idem tenet glo. in l. si liberorum. §. non tamen. ff. de his, qui not. infa. Sed contrarium tenet gloss. in l. decreto. C. ex quib. caus. infa. & idem tenet in c. fi. de sec. nup. & in c. ex parte. de appel. vide per Bal. in d. l. j. C. de secun. nup. vbi de hoc disputat. B. Soc. re. 332.

¶ Mulier de Velleiano non certiorata, si renũtiet, non tenet renuntiatio.* l. antiquè. §. ne autem. C. ad Velleianum. B. Socin.

Additio.

* Renuntiatio. Vide Felin. in cap. si diligenti. de foro comp. circa fin. in versi. circa primum correlarium. & in capit. ex rescripto. versi. in glos. pen. de iureiur. B. Vadius.

Primò fallit, quando renuntiatio facta est in iudicio: quia tunc calore iudicij absque certioratione valet, vt l. fin. ff. ad Velleianum. argum. gl. in l. rem. §. fin. ff. de pign. act.

Secundò fallit, nisi interueniat iuramentum, secũdum Bart. in l. sciendum. ff. de verborum obligatio. facit quod no. in l. si duo. §. iurauerit. ff. de iureiur. & quod not. Bald. in authentic. sacramenta pub. C. si aduer. vend. & in l. j. C. de reb. cred. & in l. ij. C. de peri. & commo. rei vend. & per Can. in c. quamuis, de pact. in sexto.

Tertiò fallit in renuntiatione facta prætextu tutelaris officij, quod pro filijs suscepit, per authentic. matri, & auiæ. C. quando mul. offi. tut. fungi po. facit quod not. Barto. in l. si quis sub conditione. ff. de test. tut. & istas limitationes ponit Ludo. de Roma. in l. repudianda. ff. de acq. hær. B. Soc. re. 333.

¶ Mulier Velleiano regulariter renunciare non potest. glos. & ibi docto in ca. si diligenti. extrà, de foro competen.

Primò fallit, quando ipsa mulier renunciat in iudicio. l. si mulier. §. planè. ff ad Velleia.

Secundò fallit, quando ipsa mulier renunciat iuris autoritate, vel iure permittente. C. quando muli. tu. offic. fun. potest. auth. & iure.

Tertiò fallit, quando mulier renuntiat per contractũ ex interuallo: vt per biẽnium. lege. sed mulier. C. ad Velleianum.

Quartò fallit, quando interuenit iuramentum, cùm tunc potest absque dubio. extrà, de iureiu. capi. cùm contingat. & dicit Io. And. in cap. si diligenti. extrà, de foro comp. & præsumitur tunc certiorata, vt voluit Archidiac. in c. secundo. de pact. in vj. secundum Anton. in d. c. si diligenti. & hoc etiam voluit Bar. in l. sciendum. ff. de verb. obli. vide pleniùs in d. c. cùm contingat. B. Soc. re. 334.

¶ Mulier vilis carcerari potest, licet aliàs regulariter mulieres carcerari non possint. Bald. l. consentaneum. C. quom. & quando iudex. Bat. l. si quis ita. ff. de testam. tut. fallit nisi esset maritata. Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de iniur. & damno dato. Dec. l. 2. ff. de reg. iur. Med. re. 1.

¶ Mulier vxorata tenetur operari marito, eo autem vita functo, tenetur operari eius hæredibus, si ab eis alimenta recipit: sicut & filius si operatur patri, victum habere debet. Cor. sing. in vers. vxor. licet fuerit dictum Bal. in l. si vxorem. nu. 6. C. de cõd. inser. & in auth. ex testa. C. de collat.

Fallit si transit ad secunda vota, quia eo casu tenetur operari secundo viro, cui adhæret, & à quo habitationem, vestes, & alimenta recipit, & cui etiam parere necesse habet: & ideo perdit tutelam filiorum, & excluditur à spe successionis filiorum, secundum Corn. cons. 113. eodem. volum. 4. & contristatur anima primi mariti per transitum ad 2. vota in auth. de nupt. §. quæ verò. Roma. singul. xxv. incip. tu scis. numero 2.

Fallit quando constaret mulierem acquisiuisse ex sua industria, & ex suis iustis laboribus, vt quia esset nutrix, chirurgica, obstetrix vel baylla, seu lanifica, quia quicquid acquirit ex istis operibus, sibi & non viro dicitur acquirere, & ad præceptum viri negotiari non tenetur, præterquam in obsequialibus & reuerentialibus, secundum Alexan. consi. 133. volum. 1. inc. verè crudelis. nu. 4. & Boer. latè q. 81. nu. 4. & 5. I. Nou. reg. 99.

¶ Mulieres non possunt interesse ad statuta condenda: probat text. & ibi not. Barto. in princip. l. j. ff. de legibus, & sic in condendis legibus, vel statutis non est exquirendum mulierum consilium, propter earum fragilitatem. secundum Cynum, & Bald. ibi.

Limita tripliciter, secundum Ias. ibi.

Primò in Comitissa, quia illa potest leges, statuta, siue consuetudines in suo territorio condere, siue introducere. Facit l. 4. tit. 4. part. 3.

Secundò. nisi ex speciali priuilegio mulier haberet iurisdictionem.

Tertiò in his, quæ ad mulierum artem spectant: & quæ allegant, breuitatis causa non transcribo. vide tu textum. B. Dias re. 483.

¶ Multum transgrediens corrumpitur virtus in actu suo. Bald. l. si prædium. C. de ædil. act. secus si parum disceditur è medio. Bertac. in Repert. versicul. modicum: quia qui parum trãsgreditur, non dicitur è via discedere, cum parum, & nihil æquiparentur. Med. re. 5.

¶ Multa transeunt in vniuerso, quæ singulariter nõ transirent. De acqui. re. do. l. quædam. De con. em, l. in modicis.

Prosunt multa simul iuncta, quæ singula nõ sufficiunt. De pro-

De proba.cap.causam quæ.& ibi gloss.& Dd.C.eo. titu.l.rationes.l.instrumenta.l.non nudis.De testib. l.3.4.quæstio.3.c.si testes.De iud.cap.causam quę,vt li.non contest.c.accedens. De suc.ab in.c.cùm dilectus.de præsump.c.illud. Quæ regula in hunc versiculum redigitur.Quando non prosunt singula multa iuuant: scilicet si tendant ad eundem finē (sic conciliatur l.spadonem.§.qui iura.l.2.§.fi. De excu.tu. in cap.cùm causam.De prob.) Et non repugnent in modo.Ab.in cap.transmissæ.Qui fi.sint le.Mynsin. obserua.vlt.centu.2.per l.vbi repugnātia. de reg.iu.

Importunitatis ergo multa cōceduntur,quæ aliàs non concederentur.C.de pe.bo.sub.l.1.lib.10.

Imperfecta multa vnum perfectū constituere non possunt.C.qui nu.tu.l.1.

Multa cadunt inter calicem supremáque labra.De acqui.re.do.l. naturalem.§.1.in fi.

Prohiberi multa possunt ad tempus, sed nō perpetuò. De an.leg.l. Quintus.vbi Bar.

Permittuntur multa in consequentiam,quæ principaliter denegantur.De admi.tu.l.1.De con.& de.l.pupillus conditionib.

Plura Mat.Gribal.lib.1.de ratione studij sup. Facta,Expressa. Riisvvich.

¶ MVLTITVDO.Multitudinis ratione quisque à pœna excusatur.dist.50.cap.fi.dist.4.c.denique.1.quæst. 7. capitu. quoties.capitu.vt constitueretur. Broc.4. rub.16.

Onerosa multitudo nil habet honesti.de ęta.c.cùm sit. Auth.de refe.§.1.Cōtra dist.64. c.extra conscientiā. De off.de.c. prudentiam.C.de fideic. l.fi.vbi no. Per ampliores homines perfecta veritas reuelatur.

Non ad multitudinem, sed ad synceram testimoniorū fidem respici oportet. De testib. l. ob carmen. Riisvvich.

¶ MVNVS.A munere,quòd vocatur capitatio , nemo eximitur.

Fallit in multis casib.vt per Thom.Parp.in l.placet,C. de sac.san. eccl.

Clerici,& personæ ecclesiasticæ,& ecclesiæ nō debent subire munera personalia, sed sunt immunes, & sic non tenetur soluere collectas, neque aliud tributū, c.non minus,& c.aduersus,de immu. eccle.c.peruenit.86.distin.

Ampliatur in 5.casib.& limitatur in 18.à Pet.Due.reg. 100.multas regulas,fallētias,& distinctiones,videas apud Bene. Capr.in suo tract.reg.96.

Munus,seu collecta,non potest imponi forensibus, etiam respectu possessionum quas forenses habent in territorio collectantis.Barto. in l.1. C.de mul.& in quo loco,lib.11.& in l. munerum, §.patrimoniorū, ff.de mu. & hono. & hanc esse communem opinionem attestatur Curt.Iun.in cons.60.& 61.

Fallit in 7.casib.vt per Port.libr. 5.suarum concl.reg.3. contrariam regulam,cum 4.fallentiis refert Thom. Parp.in l.placet,C.de sacr.eccl.nu.20.

Ecclesia non tenetur ad collectas pro rebus solitis collectari,cùm imponatur personis. hanc esse communem opinionem tenet Bellon.columna 40.numero tertio.

Fallit in quatuor casibus,vt per Baptist.Villa.concl. 1. in litera E.

Clerici vel ecclesia non tenetur pedagia, vel gabellas soluere, Clement.præsenti, extra de censib.

Fallit in tribus casibus, vt per Parpal.in d.l.licet,numero 34.

Scholaribus non possunt imponi onera,etiamsi studeāt in loco proprio originis,l.1. vbi Barto.C.qui ætate, vel profes.lib.10.

Fallit in 2.casibus,vt per Thom. Parp.in d.l.placet.nume.22. Don.Fin.lib.3.

¶ MVNVS paruum non facit iudicem corrumpi.cap. statutum. §.insuper.de rescr.6.cap.si quæstiones,de sim.Thom.Gram.§.tutor autem.numero 13. inst.de auct.tutorum.leg.solent.§.non verò. ff.de off.proc. c.statutum.§.insuper.de rescr.6.not.leg.si oleum.in fine.ff.de dolo. Med.reg.5.

¶ MVTATIO.Marcellus lib.iij. Digest.Lex clxxxiij. al.l.cxliiij.

Et si nihil facilè mutandum est ex solennibus , tamen vbi æquitas euidens exposcit,[a] subueniendum est.

ADDIT. [a] poscit.in P.florent.

Ex titu.de in integr.restitut. idem concordat cum eo. Ang.& l.iudex posteaquam,de re iudic.vt citato nō respondenti, & eo contrariam sententiam merenti. Viuien.

¶ MVTATIO.l.176.nemo potest mutare.144.etsi nihil.in Nouum.

Rectè quod fieri debet, per odium vel gratiam non debet immutari.De recep.ar.l.reo.C.de rescin.ven.l.si quos debet.Brocar. Azo.

Mutare consilium quis non potest in alterius detrimētum.Reg.vi.c.33.

Sapientis est in melius mutare propositum. De col.bo. l.nonnunquam.Institu.de leg.in princi.& ibi Ang. Aret.

De mutatione,cumulatione , & emendatione actionū tractant Dd.in l.edita.C.de eden.

Mutans iudici pecuniam vnà cum iudice relegatur. C. si cer.pet.l.quisquis. Riisvvich.

¶ MVTATIO nominis regulariter est prohibita. l. vnic.C.de muta.nomi.Alex.in j.constit.Digest.

Fallit,quando nemini noceret.Bal.in c.vnic.

Fallit quando mutatio esset facta sine fraude. Bald. in l. j.C.quę res ven.non poss. S.Ian.reg.180.

¶ MVTILATVS membro per sententiam regulariter testari potest,vt probat tex.in l. qui manus.ff.de testamen.

Fallit,nisi naturaliter moriatur in mutilatione , vel de ea moriturus sit omnino, Bald. in l.si veritas. C. de fideiuss.

Fallit quando mutilatio esset talis , quæ auferat testamenti factionem.Barto.in d.l.qui manus,per illum tex.ff.de testam. S.Ian.reg.181.

¶ MVLTITVDINI delinquenti regulariter parcitur. gl.c.dilecti,de simonia.

Fallit quando multitudo defenderet delictum. gloss.c. comm.44.distin.

Fallit in maximis delictis,Arch.c.denique.4.dist.

Fallit,quando loqueremur de pœna æterna.gl.d.c. denique.

Fallit quando cessaret scādalum.c.latores.de cleri. excom.ministr. S.Ian.reg.179.

¶ MVTVVM.Mutuans pecuniam alicui in refectionē domus,vel ædificij,habet priuilegium,vt pręferatur omnibus creditoribus.l.1. ff.de cess.bo.l.interdum, ff.qui pot.in pign.

Fallit in 4.casibus,quos not. Iaso.in l. creditor,ff.si certum petatur.Fallit in 4.casibus,vt per Dec.in d.l.creditor.

Filiusfam.non tenetur de mutuo,l.1. vbi Docto. ff. ad S.C.Maced.

Fallit in 5.casib.quos ponit tex.in l.2. C.ad Maced.Fallit in 11.casib.quos no.gl.in §.illud. Inst.quod cū eo. & vltra

& vltra suprà dictas limitationes duas ponit Petr. Duen.reg.369. Fallit in 3.casib.quos no.Io.Bolog.in Rubric.si certum petatur, numer.59. Fallit etiam, si est filiusfam.studens, nam ei mutuum factum potest repeti à patre. Ampliatur hoc in 4.casibus, & limitatur in 5.à Petr.Duen.reg.370.

Mutuum non consistit in pane: communis est opinio in Rubric.ff.si certum petatur. Fallit in casibus, secũdum Ludo.Bologn.in d.Rubr.num.46.

Mutuans ludenti repetere potest. Azo in summa. C.de relig.& sump.funer. Barto.in l.si quis cum sciret.ff. pro emptore, l.fi.cum gl.in §.fi.ff.de aleat.in verbo. accepit.

Fallit in 5.casibus, quos no.Bened. Capr.in suo tractat. reg.86.nu.64.

Mutuum consistit in pecunia numerata, l.secunda, §.j. ff.si certum petatur, §.1.Inst.quibus mod.re contrah. oblig.

Fallit in 3.casib.quos no.Ludo.Bolog.in rub. ff.si certum pet.nu.46.

Socius mutuo pecuniam communem dare non potest nisi socij consentiant, l.nemo, in princip.ff.pro socio.

Fallit in casib.quos no.Dec.in l.si sociis.ff.si cert.peta. num.2.

In mutuo pecunia sola commistione censetur consumpta, not.in l.singularia, ff.si cert.pet.

Fallit in 5.casibus, quos not.Socin.in d.l.singularia, nume.13.

In mutuo debet fieri de meo tuo. Fallit vt colligitur ex Bart.distinctione in l.mutuum damus, §.appellata, ff.si cert.pet. Don.Fin.lib.1.

Mutuum ciuile stipulatione contrahi. C.ad Maced.l.3. Azo, rub.11.

¶ Mvtvs & surdus.L.194.[a] Paulus libro decimosexto ad edictum [a] al.Idem.

Vbi non voce, sed præsentia opus est, mutus si intellectum habet, potest videri respondere. idem & in surdo. hic quidem & respondere potest. §. furiosus absentis loco est. & ita Pomp.libro primo epistolarum scribit.

Libr.16.) Petr.Fab.legendum libr.17.& ad tit.de inter. iu.fac.pertinere asserit. Voce. De verborum obligation.l.1.de act.l.consensu l.in quibusdam, de contrah.l.1.in fin. Praesentia. Id est, præsentis & intelligentis consensu. Ratio, de verborum obligatio. l.ex consensu, §. 1. Svrdo. Discretè hoc subiicit, nam qui vtroque morbo prorsus à natiuitate laborat, inutilis homo est, teste Oldẽdorp. per l.discreto muto, & surdo, C.qui test.fac.poss. Mutus autem & surdus aliàs quoque comparantur, de proc.l.mutus, de hæredibus instituend. l.mutus, l. pater, §.mutus, de iure do.l.mutus, surdus, de spons.c. cùm apud.c. tua frat.de don.l.qui, §.mutus de act.l.furiosus, de tutel.l.1.§.fi.de pact.l.item quia.

§.Furiosus. Iunge ad l. 41.furiosi, sup.l.in negociis.5. Loco. Hoc est, non potest magis consentire in rẽ, quæ agitur, quàm qui abest aut dormit. Ramus de iure cod.l.2.§.2. Secus de proc.l.2.

¶ Mvtvs, Surdus, Furiosus. Paul.al. Vlpia.lib.xvj.ad edict. Lex cxxiiij. lex clxvij.

Vbi non voce, sed præsentia opus est: mutus, si intellectum habet, potest videri respondere. Idem [a] & in surdo*hic*[b] quidem responderi potest. Furiosus, absentis loco est. & ita Pomponius libro primo epistolarum scribit.

Addit. [a] deest in P.flo. [b] quid respondere ibi.

L.mutus.in princ.de procur. Viuienn.

¶ Mvtvs & surdus insimul à natura, non potest testari, nec vltimam voluntatem condere. Regula est tex. in l.discretis. C. qui testam. facere possunt. vbi eam ponit Iaso. Habes Hispane text. in l.xiij.tit. primo. vj. parti.

Limita tripliciter, vt per Ias. ibi, vbi quamlibet limitationem examinat. B.Dias reg. 484.

¶ Mvtvs & surdus à natura testari non possunt, tex. est in l. discretis. C. qui testam.fac. non poss. Ratio est, quia impedimentum hoc naturale consensum excludit. l. cum prætor.§.penul. ff.de iudic, imò pupillo æquiparatur. l.seruo.§. cum prætor.ff.ad Treb.

Fallit primò, in testamento ad pias causas, nam mutus & surdus à natura potest testari ad pias causas, & testamentum pro valido habetur, secundum Corn. Roma. Bal. Bar.& omnes doct.in d.l. discretis. C.qui test. fac. poss.

Fallit etiam quando princeps dispensaret, quod mutus & surdus à natura possent testari, sec. Cyn. Alex.& Rom.in d.l. distretis. C.qui test.fac.poss.

Fallit etiam in muto & surdo à natura, quem constat intelligere & testari velle ex signis & indiciis, prout voluerunt Io. Fab.in §.quinimo, insti.de milit. test. & Salic.Con. Alex.& Ias.in d.l.discretis, secùs de eo, qui prorsus intelligit, secundum Bart.in l.j.ff. de verbo.oblig. quod not. I.Nouel.reg.93.

¶ Mvtvs regulariter contrahere non potest. doct.in l.j.ff.de verb.oblig.

Fallit quando contrahit per signa. Bart.in l.cui eorum. §.fi.ff. de postu.

Fallit quando contraheret per nuntium, vel per epistolam. Bar.in d.§.fi.

Fallit quando vellet contrahere matrimonium, quia potest, no.in l.ex facto, vbi doc.ff.de vul.& pup.doc. post gl.in c.tuæ fraternitaris, de spons. Alex. in l. mutus, de iure doti.& in l.j.ff. de verb.obli. vide per do. Ant.de Butr.in c. cùm apud, de sponsa.

Fallit quãdo vult ingredi religionem, quia potest. Bal. & Imo. post Dy.in d.l.ex facto. Cyn.in c.vbi non voce, in vj. Ang.in l.mutum.ff.de acq.hære.

Fallit quando recipit dotem quia potest. Barto.in l.mutus.ff.de iure dot.& in l.prima. ff.soluto matrimon. S.Ian.reg.182.



REGVLARVM IVRIS CIVILIS ET PONTIFICII,

Liber Duodecimus.

N



Arrativa verba non disponunt. De priui.in c. si Papa. de sent.ex c.si summus. Riisvvich.

¶ Natvra rei facit cognoscere quando dispositum in vno de correlatiuis cẽseatur in alio, doct. inst. de auct. tutorum in prin. post gloss. Med.reg.reg.9.

¶ Natvra.l. nihil tam nat.36.l.nihil peti.l.85.§.is, a tura debet.l 149.§. quæ in rerum natura.

Natura

Natura nihil frustrà aut perperam agit. Instit. de adop. §. minorem.

Labitur facilè ad delicta natura hominum. Authen. de mona. §. si verò.

Fallere naturam graue est. C. de inof. testa. l. si quis testam. in fi.

Natura comparatum est, vt homines faciles sint ad dissentiendum. De arb. l. item. §. principaliter.

Reuertitur res facilè ad suam naturam. De pa. l. si vnus 28. §. quod & distin. 35. capit. ab exordio. de præben. in vi. c. 2.

Naturalem rationem sine lege allegare sufficit. De pœ. l. fin.

Rationes naturales pro legibus amplectendæ sunt. De bo. dom. l. cum ratio.

Naturæ & rationis ordinem, & legem generalem Dei nulla constitutione humana coarctari aut dissolui posse. 25. quæstio. 1. cap. quæ ad perpetuam. cap. sunt quidam. cap. Violator. 22. quæstio. 2. ca p. si quis per. 1. quęstio. 1. cap. fi. De regu. iu. c. qui scandalizauerit. 27. quæstio. 1. cap. nuptiarum. dist. 10. c. non licet. De vsu. cap. super eo. 9. quæstio. 3. c. nullus. Cc. dist. 14. c. sicut. dist. 50. c. vt constitueretur. De iud. c. At si clerici. De cons. dist. 2. c. reuera. De diuor. c. gaudeamus. Latius Damasus in reg. 132.

Multas formas edere natura deproperat. C. de vete. iur. enucl. l. 2. §. sed quia diuinæ instit.

Obligatio naturalis iureiurando tollitur. de iureiu. l. fi. Riisvvich.

Naturalis actus potentior est violento. Bartol. in l. qui iusiurandum. §. qui ita. De accepti. vide Ledere. Riisvvich.

¶ Natvralis possessio soluitur morte, Doctor. Commun. l. clàm possidere. §. fin. ff. de acquir. posses. Imol. consilio 16. numer. 3. not. l. 2. C. de noxal. Barb. consilio 68. volum. 2. Ias. consil. 147. lib. 2. consili. 85. lib. 3. Curt. consilio 108. Tiraquel. in tract. le mort sai sit. part. 3. decl. 2. numer. 3. Soluitur etiam & adimitur possessio inundatione, l. cum vnus. §. fi. ff. de bon. authorit. iud. poss. l. Pomponius. l. qui vniuersas. §. item. ff. eod. Tertiò hoc idem per mortem ciuilem. not. l. qui vniuersas. §. 1. ff. eodem. Quartò per pręscriptionem. l. fructum. §. fundi. ff. de vsucap. Quintò ferarum possessio amittitur, cùm in naturalem se receperint. l. possideri. §. item. ff. de acquirend. pos. nisi volandi & redeundi consuetudinem habeant, not. §. pauonum. Instit. de rer. diui. Barto. l. qui in ea. ff. de fur. Sextò, mobiles res quas per colonos possidemus ignorantes amittimus. l. peregrè. §. pen. ff. de acquir. poss. Septimò, per traditionem rei. l. 1. §. sunt. ff. eod. Med. tract. 2. part.

Naturale. vide Discere, Libertas.

¶ Natvrale, Obligatio. Vlpian. lib. xxxviij. ad Sab. Lex xxxv. al. xxxvj.

Nihil tam naturale est, quàm eodem genere quodque dissoluere, quo colligatum est: indéque verborum obligatio verbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur.

Ex l. an inutilis. de acceptilat. quod verbis contrahitur contrariis verbis tollitur. Viuiennus.

¶ Navta patronus non tenetur de damno dato per famulum, quem communiter omnes reputant bonum. Bald. l. & ita. §. 1. ff. naut. caup. stab. Alexand. l. si cum dotem. §. 1. ff. sol. mat. Bart. l. debet. ff. naut. caupon. stab. Med. reg. 8.

¶ Navis appellatione venit etiam minima scapha. l. scapham. ff. de euict. not. simil. l. fin. ff. de fun. instr. vbi notatur plus & minus non differre specie. Bald. l. prima. §. executoribus. ff. naut. caup. stab. Medic. reg. 5.

¶ Navlvm pro minimo non soluitur. Anto. cors. in tract. de minim. numer. 45. per l. sed addes. §. si quis mulierem. ff. locati. ibi probandum est pro infante nihil deberi, cum neque vectura eius magna sit, vbi gloss. ver. magna, dicit de minimis impendiis non esse curandum. conc. l. omnino. C. de imp. in reb. dota. factis. Med. reg 5.

¶ Navicvlarii & mercatores olearij, qui magnā partem patrimonij & rei contulerunt, intra quinquennium muneris publici vacationem habent. Scęuola lib. 1. Reg. De mun. l. 5.

His qui naues maritimas fabricauerunt, & ad annonam populi Romani præbuerunt, nō minores quinquaginta milium modiorum, aut plures, singulas nō minores decem milium, donec hæ naues nauigant, aut aliæ in earum loco, muneris publici vacatio pręstatur ob nauem. Senatores autem hanc vacationem habere non possunt, quod nec habere illis nauem ex lege Iulia repetundarum licet. Scæuol. lib. 3. reg. De vacat. l. 3. Riisvvich.

¶ Necessitas, Reg. Quæ propter nec. lib. vi. & in antiquis. c. quod non est licitum, necessitas facit licitum. De fer. c. licet. De off. eius. l. 1. §. 1. De pet. hæ. l. diuus. l. 129. §. qui iussum.

In vi. c. In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa.

Necessitas legem non habet. De off. con. l. 1. De excu. tu. l. tu. l. non solùm. §. fin. De cons. distin. 1. capitulo sicut. De consuetud. capitul. 4. De off. Procon. l. aliquando.

Necessitas ferias non habet. de fer. l. 1. §. sanè.

Non succurritur illi, qui ipse sibi necessitatem imposuit. Qui satisd. cog. l. si fideiussor. §. si necessaria. De die. in fi.

Omissio necessariorum nocet, non abundans cautela. C. de testa. l. testamentum.

In necessitatibus nemo liberalis existit. Mod. De adi. leg. l. rem legatam.

Impensæ necessariæ sunt, quibus non factis dos immi nuitur. Vlp. 5. reg. lib. De impen. l. 14.

Quicquid necessitate fit, citò soluitur: quod voluntate arripitur, perseuerat. S. Hieron. De cons. dist. 5. cap. quicquid. vide Voluntas.

Excusat magis necessarius actus, quàm voluntarius. Loc. l. qui insulam, in prin.

Notarius qui singulo mense tenetur referre & nominare instrumenta ab eo confecta episcopo loci sub pœna priuationis officij: an dicatur satisfecisse statuto si retulerit episcopo fecisse instrumenta, de quibus in libro protocolli habetur. resp. quòd sic. Abb. consilio 28. lib. 1. Rip. in termin. huius reg. l. ait prætor. §. si iudex. num. 4. ff. de re iud. Paris. consil. 39. num. 5. volumi. 3. consil. 21. numer. 32. volumi. 4. consil. 97. nu. 94. volumi. j. Augustin. Ber. consil. cxlvj. nu. 36. vol. 2. consil. xx. numero 9. volumine iij. not. l. institutio. ff. de condi. inst. l. si prior. ff. soluto matr. Dec. consil. 532. Grat. consi. 105. numer. 3. lib. 2. item not. quòd Notarius conficiens instrumentum referens se ad aliud, quod vidit non probat, quia rogatus esse non potest, nisi de his quæ partes faciunt, vnde si quis dixerit notario, vt conficeret instrumentum de homicidio cōmiss. vel de quolibet alio facto per alium, notarius super tale dictum relatum non potest instrumentum facere. Bart. auth. si quis in aliquo. vbi Deci. numero 29. C. de edendo. not. l. item senatus. ff. ad Turpi. Bald. l. fina. C. de probat. sicuti non probatur natiuitas filij relata hoc pacto, nisi interponatur auctoritas iudicis, tale tamen instrumentum faceret indicium. Dec. in dict. authenti. si quis in aliquo. nu. 29. Abb. capitu. 1. de fid. instru. Bal. rub. eo. titulo. Med. reg. 10.

Notarius repertus falsus in minimis, de rigore iuris vituperari debet, atque puniri. l. quid ergo. §. pœna. ff. his qui not. infamia. l. respiciendum. §. furta. ff. de pœnis, quod procedit cùm dolus contra notarium arguitur. capit. 2. de remune. 6. l. dolum. C. de dolo. Med. reg. 5.

¶ NOTARIVS subscribens in instrumento mutui verbum numerauit, si non viderit pecuniam numerari punitur de falso, si probatur quod nulla pecunia fuerit numerata.

Primò fallit nisi consuetudo, & stylus notariorum illius loci esset apponere verbum numerauit, quādo partes confitentur, licet pecunia non fuerit numerata, quia tunc consuetudo excusat notarium. Bald. in capi. primo de feu. cogni. in vsib. feud. & in l. vni. C. de confes. circa fin.

Secundò fallit quando notarius attestatur in instrumento se vidisse pecuniam actualiter numeratam antequam esset rogatus. ita Bald. in l. ex his verbis. C. de testa. milit.

Tertiò fallit quando notarius fuit rogatus vt conficeret instrumentum de consilio sapientis. ita in simili notat Baldus in l. captatorias. C. de testamento milit.

Quartò fallit, quando notarius in instrumento dicat quod talis fuit confessus habuisse & recepisse centum à Titio dante & numerante, quia ista verba cēsentur verba confessionis partiū, ita concludit Bal. in l. vnic. C. de confes. idem Bal. in l. si ex pretio. C. eod. titu. & in l. si ex cautione. C. de non num. pecu. B. Soc. re. 336.

¶ NOTARIVS suum errorem vel defectum regulariter corrigere non potest. Ioa. And. in data sext. post Imo. ibi. & in cap. inter dilectos. de fide instru.

Fallit quando esset error non vicians instrumentum vt falsa latinitas, quia potest corrigere sine iudicis, vel alterius officialis auctoritate. Barto. in l. si librarius. ff. de reg. iur.

Fallit quando instrumentum nondum est productum in iudicio, & sic nō est ductum in controuersia, nec copia data est parti aduersæ. Ioannes Andræ. in data sex. Imo. & Bald. in Rubrica. C. de fide instrumentorum. S. Ian. re. 194.

¶ NOTARIVS. Sacerdos nō potest esse tabellio, seu notarius. c. sicut. ne Cler. vel Mona. Bart. in l. vniuersas. C. de decu. lib. 10.

Fallit in 9. casib. vt per Ias. in l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iur. nu. 8.

Notarius condemnatus de falso, non potest instrumēta conficere. not. doctor. in l. Barbarius. ff. de offici. præto.

Fallit in 5. casib. vt per Ias. in d. l. Barbarius. numero 58. fallit in 10. casib. vt per Fely. in cap. fraternitatis. de hæret.

Notarius non potest cogi, quod det instrumentum in forma publica ei qui non arguit. docto. in l. prætor ait. ff. de edendo.

Fallit in 3. casib. vt per Ias. in d. l. nu. 9.

Notarius punitur de falso si dixerit, numerauit, licet pecunia esset in sacculo præsens, si nō sit numerata. Bart. & doct. in l. singularia. ff. si cert. petat.

Fallit in 4. casib. vt per Ias. in d. l. nu. 48. fallit in 4. casib. vt per Soc. reg. 61. in addit.

Notarius si non commisit falsum, sed aliter deliquit ex quo effectus est infamis, valebunt instrumenta confecta per eum. Bar. in l. 3. ff. ad l. Iul. repet.

Fallit in 4. casib. vt per Fely. in c. fraternitatis. de hære. columna 2.

Notarij error nō nocet parti. l. si librarius. ff. de re. iur.

Fallit vt colligere potes ex Dec. in d. l. falllit in multis casib. vt per Fel. in c. ex literis. de fide inst. vbi trac. ista materia.

Notarius non potest conficere instrumētum extra territo-

ritorium illius, à quo autoritatem accipit, hanc esse communem opinionem attestatur Præp. in cap. per venerabilem. §. quod autem, qui filij sint legitimi. Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 3. à Port. libro 5. reg. 30.

Notarius si non dicit in testamento testes esse rogatos, non valet quod agitur, hanc dicit esse communem opinionem Boer. decisio. 34. numero 4.

Fallit in 2. casib. vt per Baptist. à Villa. conclus. 20. in litera N.

Notarius potest scribere instrumentum per alium. fallit in 3. casib. secundum Fel. in cap. inter dilectos, de fide instru. num. 30.

Notarius non potest testes examinare. fallit in 2. casib. secundum Mars. in leg. de minore. §. plurimum quoque. de quæstio.

Notarius censetur rogatus apponere clausulas consuetas. Bart. in leg. 2. ff. solut. matrim. & hanc esse communem opinionem attestatur Thom. Purp. in d. l. 2. num. 103.

Fallit in multis casib. vt per Fel. in c. cùm M. Ferrar. de cõst. videas suprà in tract. de claus. Don. Fina lib. 3.

¶NOTARIUS tenetur apponere signum suum solitum: aliter instrumentum redditur suspectum. Bar. & Bal. in proœmio Digest. & in leg. ad testium. §. si quis. ff. de testamen. & ibi Bal. & in leg. fideicommissa. §. quoties. ff. de leg. 3. & idem Bald. in leg. Lucius. ff. de testamen. milit. & Innoc. 1. & 2. de fide instrumen. & in capitul. causam. de probat. Anch. consilio 432. Deci. in c. scripturam. nu. 37. de fide instr. & absque signo non valet instrumentum nota. ex consuetudine hactenus & vsque ad hæc tempora obseruata. Bald. in auth. quod sine. de testamen. C. Ang. consi. 220. Alexan. consi. 153. videtur prima cõ side. vol. 2. per totum. Corn. consilio 226. l. capitul. vol. 3. Cæp. in l. aiunt ædiles. §. si intelligatur. num. 12. ff. de ædilit. edict. Bal. in leg. tribunus. C. de testa. milit. Io. And. in c. ad audientiam. extra, de crimin. fals. idẽ in c. quamuis. de proba. in vj. in nouella. gl. & doct. in cap. significauit. de appella. Bar. & doct. in leg. prohibitum. C. de iur. fisci. lib. x. Bal. in ru. C. de fid. instru. num. 40. idem in c. 1. §. 1. de controuer. inuest. in vers. in breui testato. Ang. in leg. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. Spec. in tit. de instru. edit. §. breuiter. in fin. Ang. in d. cons. ccxx. probantem per auth. diuinæ scripturæ Hier. c. xxxij. ibi, emi agrum, cui est anathot. & appendi ei argentum septem stateres & decem argenteos, & scripsi in libro & signaui & adhibui testes. Bal. in consi. dviij. tenor. num. 1. vol. eo. Bar. in rep. rubricæ de fide instru. versi. sed an requiratur signum. not. Corn. Perusi. cons. vij. num. 1. vo. iiij. & cxviij. D. eo. vol. Cyn. in leg. contractus in fin. C. de fide instrum. Alex. consi. lxxxiiii. vol. v. & Boe. deci. xxxvij. nu. 10. vbi multa accumulat. Bald. in rubrica. de fide instr. versi. sed hic quæro: vbi dicit, quòd quicquid reperi tur scriptum in libro mercatorum existente apud eum: præsumitur de eius volũtate annotatum, hoc idem Deci. d. loco nu. 4. 5. 8. & 9. de prob.

Amplia hoc, quòd clerici falsificantes literas regias, post verbalem degradationem, sibi character in frõte imprimitur, & postea in exilium mittitur. secundum cap. audientiam. de falsis. Boe. q. lxxxij. nu. 3. & ibi doct. permulti. quod no.

Fallit in falsificante literas Papæ, Imperatoris, vel consil. Decem Venet. quia tunc est pœna mortis, secundum Saly. in leg. maiorem. C. de fals.

Notarius à partibus debet rogari, aliter instrumentũ confectum non valet, secundum Abb. in capitul. primo, ver. xiij. & ibi Felin. num. 22. versi. item requiritur, quod nota de fi. instr. ex quo instrumentum dependet à voluntate partium, secundum Fel. in c. j. in ver. & debet notarius. nu. 31. de fide instr.

Notarius non potest in instrumentis rogatis corrigere errorem suum, maximè in pertinentibus ad partes, & ad substantiam contractus. Bartol. in leg. si librarius. ff. de reg. iur. in verb. quandoque est erratum. Feli. in capitulo, ex literis. in verb. secunda conclusio. numero 2. de fi. instru. & hoc nisi interueniat auctoritas iudicis. Feli. in c. ex literis. num. 6. de fi. instr. Card. in cle. j. vel quando error notarij esset notorius, quia iudicis auctoritas in notoriis non requiritur. Cyn. in le. j. C. de legib. Fel. in d. c. ex literis. n. 8. & 9. de fi. instr.

Notarius Papæ non potest conficere instrumenta in terris, & castris imperij, & econtrà imperialis non potest conficere instrumẽta in terris ecclesiæ. Host. & Abb. in c. sicut. ne clerici vel monachi. Feli. Imola & Butri. in d. capitulo, cum P. tabel. de fi. instrum. nu. 17. quod nota.

Notarij forinseci ex forma statutorum huius vrbis nõ possunt conficere in hac ciuitate testamenta, vel instrumenta, secundum capitul. j. staria v. libro iiij & cap. 45. in libro sexto, nisi modis & forma, vt in d. c. & in parte maioris consi. 1376. & 1404. quod nota. perpetuò & tene menti.

Notariis asserentibus amisisse instrumentum, vel protocollum non creditur, nec sibi fides præstatur, ex quo de eis debent habere curam, & vti omni diligẽtia in illis custodiendis secundum Bart. in l. si quis ex argentariis. §. fina. ff. de edendo. & ibid. Deci. Bald. in l. si creditor. C. de pignor. Felin. in c. fina. nu. 1. de probat. cum aliis, quod no.

Notarius si fecit in instrumento aliquem errorem interlineando vel abradendo, debet de hoc facere vnã notam, vel additionem cum die ac millesimo, de ipso errore, aliter instrumentum esset nullum, vel suspectum reddetur. secundum Bar. in leg. prima. §. & ideo. ff. de iis quæ in testamen. delen. idem in leg. si vnus. in fine. C. de test. & ibi Alexan. Felin. in capit. ex literis. numero 10. ver. quinta decla. de fi. instru. Archi. in §. j. 35. q. 9. quod no. I. Nouel. re. 3.

¶NOTARII ex leg. tenentur dare copiam actorum partibus, & si denegant cogi possunt, hæc indefinita vniuersaliter procedit in omni iudicio, ciuili scilicet & criminali. Ad leg. 1. C. de edendo. cap. qualiter. il 2. §. debet. de accusat. Bart. leg. fin. colum. fin. ff. de quæst. Alexa. consi. 65. numer. 1. volum. 1. Dec. & com. doct. leg. 1. num. 14. C. de eden. idem c. 1. n. 48. de prob. Bal. leg. præcipimus. §. in his, C. de appel. & c. quoniam cõtra. de prob. l. 2. C. de lite pẽd. Alex. consi. 58. numer. 4. volu. 1. Bald. leg. quædam. §. nihil. ff. de eden. Med. re. 2.

¶NOTARII ex lege tenentur dare copiam actorũ partibus, & si denegãt cogi possunt. Bal. l. præcipimus. §. in his. C. de appel. & in leg. 2. ver. deinde. C. vt lit. pend. cap. quoniam cõtra. de prob. & ibi canonistæ.

Amplia 1. vt regula non solum locum habeat in ciuilibus, sed etiam in criminalibus. Ita Bal. in leg. 1. C. de eden. alleg. cap. qualiter & quando. il ij. §. debet. de accusa. Bart. in leg. fin. ff. de quæst. versicu. quæro: vtrum. idem consil. xcv. Ale. lxv. habita. numero 1. volu. p. Bartho. Veron. consi. lxv. decreuit. nu. 2. Doc. d. l. j. nu. 14. C. de eden.

Amplia,

Amplia quòd non solum editio fit partibus, sed etiam omnib. aliis quorum interest. vt Bartol. in l. secund. §. editiones. ver. ego puto. ff. eodem titulo. Deci. capitu. I. num. 248. de proba. & Bart. in l. ij. §. diuus. il j. vers. Ego reassumo. ff. de iu. fis. Idē Bar. in l. in fraudem. §. neque instrumenta. ff. eod. tit. Anch. cle. j. §. j. de vsur.

Amplia etiam vt acta edi debeant totiens, quotiens petuntur, vt Ang. & Castren. vt l. si quis ex argentariis. §. fina. ff. de eden. eo. tit. quod secus est in instrumentis & rationibus, quod exhibent sine causa, vt dict. l. si quis. §. fina. nisi instrumenta essent communia, quia eo tunc edi deberent, vt capit. G. proprius, de fi. instrumen. quæ quidem acta edi debent totiēs, quotiēs à iudice mādatum fuerit, à quo ex iudice facta sunt, à partibus tributa videntur, quod tu subtilis no.

Amplia etiam, vt in qualibet parte iudicij acta edi debeant secundum glos. in ca. j. vers. requisitus. de sēt. excomm. in vj. quod secus est in instrumentis, secundum Alex. in d. l. j. C. de eden.

Amplia quintò, vt etiam à tertio editio actorum peti potest, ac etiam instrumenta, si sua interest & iurauerit in manibus aduocatorum de suo particulari interesse, prout quotidie practicatur. vt Alex. cons. 58. circa primum. num. 4. vol. I. Bal. in l. quædam. §. nihil. ff. eo. tit. quod tu nota.

Fallit j. hæc regula in interrogatoriis quæ fiūt testib. quia illorum copiæ parti producenti testes, non dātur. glos. no. in capitulo ij. in ver. interrogatoriis, de testibus in 6. hoc idem Bald. in l. data opera. versic. nota tamen quod in ciuili. numero 53. C. qui accus. non pos. Inno. in cap. per tuas. in prin. de testib. quę solum dantur interrogatoria, ad informationem examinatoris. Specul. in titul. de testib. versic. iam de interrog. in prin. quod tu no.

Fallit ij. in allegationibus iuris, quarum copia aduersario dari non debet. vt Rom. sing. cclxij. fuit interrogatus, ex quo dantur ad instructionem iudicis, vt Inn. in d. c. per tuas. Rom. & Alex. in l. I. §. edenda. ff. eo. & in l. iubemus. de iudi. C. & ibi Alex. secus verò si essent in actis productæ, & essent allegationes in facto consistentes, quia tunc parti dari debent, secundum Deci. in d. l. I. nu. 20. ad fi.

Fallit in iudiciis habitis ante inquisitionem, quia iudici dantur pro informatione curię potestatis, de quibus alicui dari non debent. vt Ang. in l. quæstionis. ff. de quæstion. & Bart. in l. fi. eo. tit. & ibi etiam Salyce. in fi. Alex. in cons. 180. in causa angelorum. vol. ij. nu. 8. Cor. cons. lxviij. aliquandiu. vol. ij. vers. coadiuuatur. num. 10.

Fallit positionibus consistentibus in facto proprio, quarū copia aduersario non datur, sed illico respondere tenetur. vt sing. Bal. in l. ij. C. vt lite penden. in vltimo nota, & Dec. in l. j. num. 22. C. de eden.

Fallit in fisco, contra quem non fit editio actorum. l. in fraudē. §. neque. ff. de iure fisci. & ibi glos. magna circa finem. & Alex. & Deci. in d. l. prima. nu. 23. C. de edendo. & fiscus non est priuilegiatus, nisi quatenus de iure reperitur expressum. vt Dec. in l. iustum nu. 2. C. de edendo. glos. nota. in l. item veniunt. §. in priuatorum. in versicu. publica. ff. de petitio. hæreditatis. I. Nouel. re. 113.

¶ Notitia alicuius rei est duplex, alia per conuersationem, alia verò per famam, secundum Bald. in consilio cccclxvij. nu. 16. volu. 5. & ideò notitia debet esse clara & aperta, ne quis circumueniatur in negotiis seculi. secundum Cæpo. in l. aiunt Aediles, numero sexto. ij. not. ff. de ædil. edict. & ob id quando celebrantur venditiones alicuius fundi, non sufficit agnato scire tali pretio fuisse venditum ad excludendum eum à iure prælationis, vel protomiseos, sed debet scire alienationem fundi in tali loco, infra tales confines, tali pretio, quia ille dicitur habere notitiam de aliqua re, quādo habet perfectam notitiam de effectu, proprietate ac qualitate eius quod agitur. ita not Deci. in capitulo, nam concupiscentiam. numero 27. & 28. de constit. & latè dixi in §. 7. numero 11. de iure prothom. tractatu meo, & ideò si testis deponat, de bona vel mala fama, & nesciat. declarare, quid sit fama, non probat. Ita Deci. in d. c. nume. 28. Alex. consil. cl. num. 18. versi. sup decimo cap. volum. v. Cor. cons. cliij. l. e. vol. 4. Item si mulier renunciat beneficio Velleiani, & nesciat quid sit Velleiani beneficium, non valet renuntia. Ita Dec. & alij in l. j. ver. varios. numero 11. ff. si cer. petat. I. Nouel. re. 113.

¶ Notitia vndecunque sufficit, quando non præiudicatur parti, vel arctatur is cui fit intimatio, aliàs debet fieri cum solennitate, de qua in Clemen. causa. de elect. Hanc conclusionem colligit Feli. in ca. cùm contingat. de rescript.

Limita dupliciter vt per eum ibi. B. Dias re. 495.

¶ Notoria probatione non indigēt, secundum Bal. in cons. 229. nu. 5. vol. I. Alex. cons. 145. nu. 12. vol. vj. Are. in cons. 164. vol. 50. Barbarius ff. de offi. prætor. l. j. C. qui, & aduer. quos max. in notorio actus permanentis. Inno. c. per tuas. de test.

Fallit in notorio extra locum, quia illud probari debet. vt Sali. in l. ea quidem. de accu. C. num. 90. & c. pudendo. 24. qu. I. & cap. præsentium. 17. qu. 4. nam iudex in vniuerso populo non potest sine sinistra suspicione iudicare, vt l. si vicinis. C. de nupt.

Fallit etiam in notorio actus transeūtis, quia illud probari conuenit. secundum opi. Sali. in d. l. ea quidem. num. 77. C. de accu. glo. in c. ad nostram noueris, de iureiur. & latè dixi in tract. meo. crimi. in prin. n. 32. ver. & no. quòd longa.

Fallit etiam in notorio facti interpellati, docto. in cap. diœcesi. in gl. in ver. manifestos. de vsu. & 2. q. 4. ca. eorum. in fi. & Saly. in d. l. ea quidem. num. 79.

Fallit etiam, quando dubium est an sit notorium, vel ne, quia in re ambigua debemus accipere partem tutiorem. vulg. l. semper in obscuris. ff. de reg. iuris. glo. 2. in cap. I. de offi. deleg. in 6. Mars. in rubr. C. de proba. numero 240. & pars in notoriis citari debet.

Notorium autem pluribus modis probatur, per instrumentum, per rei euidētiam, per duos testes, per confessionem, per sententiam, per aspectum iudicis sedentis pro tribunali. secundum Bart. in l. scriptas. ff. de relig. & sump. funer. Dec. in consilio cccexxiij. numero 13. Abb. in capitulo cùm olim. de cēsib. Dec. in cap. at si clerici. nu. 143. de iudi. prout latè dixi in trac. meo crimin. ad offensam. nu. 34. in prin.

Fallit etiam in crimine notorio, vbi absque alia sentētia procedi potest ad executionem pœnæ secundū Deci. in c. at si clerici. numero 142. de iudi. tex. cum glo. in l. ictus fustiū. ff. de iis qui no. infa. & c. vestra. de cohab. cler.

Fallit etiam in facto merè negatiuo, vbi notorietas nō cadit secundum Bartol. in l. si constante. ff. soluto matrimoni. licet aliqui doct. teneant id cōtra Bald. vt Iaso ibi numer. 151. & Albe. Cast. & alij, vt puta talem nō esse soluēdo, talem nihil habere, vel talem esse in

esse inhabilem ad aliquod officium, aut esse inopem contrarium esse probandum. cum per rerum naturam negantis factum nulla sit directa probatio. vulg.leg. actor. C.de proba. cum multis infinitis. I.Nouel.

Notarius debet habere mercedem de contractu, de quo alius est rogatus, aliàs sine mercede regulariter non cogitur conficere instrumenta. dixi in j.ampliatione præmissæ regulæ per leg.prætor.cum glos. & ibi Bar.ff.de eden.

Amplia quòd potest agere contra eos, pro quibus fecit contractum pro sua mercede, habet actionem vtilem locati contra eos. secundum Ang.in authentica, de aliena. & emphy.§. hoc autem. vide etiam Bal.in leg.omnes.C.de vsur.& in leg.debet. ff.de ædili.actioni.

Amplia quòd toties debet habere mercedem, quoties contrahit, secundum Barto.in leg. prima.ff. de testamen.

Amplia etiam si in primo rogatu recepit mercedem pro stipulatione, quia non tenetur dare assumptum publicum partibus, nisi ipsi nouiter soluatur. gloss. habes not.in leg.fin.C.de princi.agent.in rebus. libro xij.

Fallit in paupere, quia in ipsis debet notarius gratis instrumenta conficere, vide quod dixi suprà in regul. lxiiij.in antepen.fallent.& in regul.clxxj. in prima fallen.

Fallit quando notarius esse salariatus, à publico, vt omnibus conficiat instrumenta, quia eo casu non debet habere salarium à partibus, secundum Specula. in titu.de sala. S.Ian.re.106.

¶NOTORIVM cùm est crimen, seu causa apparet notoriè, quòd tertius nullum ius habet, potest ferri sententia absente parte.doct.com.cap.cum olim.de re iud.Gozad.cons.9.num.62.Ripa l.is cui.numero 29.ff.de verb.oblig.Rom.cons.483.cons. 499.Lapus alleg.227.Afflict.Decis.182.nume. 1.Grat.cõs. 1.nu.7.volu.1.Ferretus cons.121.numero 6. Soci.consil.77.num.100.vol.1.August.Ber.cap. 1.nume.214. de iudiciis.Nellus de S.Gemin.in tract.bãnitorum. 1.p.nu.4.in notoriis.n.nõ est opus coniecturis.l.cõtinuus.§.cum ita.ff.de verb.obliga. Med.reg.8.

¶NOTORIVM licet releuet ab onere probandi, secus tamen ab onere proponendi.gloss.in capitu.appellanti.de appella.gl.& doct.in c. super literis.de res. l.si adulterium.§.idem Pollioni.ff. de adult.

Fallit in 7. casib.vt per Felin.in cap.cùm ordinem, colum.8.res.videas Viuium in ver.notorium.

Fallit in 5.casib.quos refert Lancil.in tract.de of.præto.in titu.de notorio. num. 26. sed aduerte quòd licet notorium non sit probandũ, tamẽ fallit in 2. casib.quos no.Franc. in trac.de negatiua. numer. 60.

Notorij ratione iudex aliàs incompetens non fit competens.c.at si clerici.de iud.

Fallit in 2.casib.vt per Fel.in d. c.col.2.

In ciuilibus notorium non excusat à modo agendi ordine iuris non seruato, quare in talibus iudex non supplet de facto principaliter agendo, leg. 1.Cod. vt quæ des.aduo.leg. 4.§.hoc autem iudicium.ff. de dam.inf.

Fallit in 5.casib.vt per Lancil. in tra.de offic. præto.in tit.de notorio.nu.19.

Confessio in iudicio facta inducit notorium.c.tua nos & c.si de cohabita.cleri. & mulie.

Fallit in 6.casib.vt per Bened.Capra.in suo tract.de notorio.num. 27.fol.77.

In notoriis non est necessaria citatio, aliàs non valet sententia.c.bonæ.el primo.de electio.

Fallit in 9.casib.quos not.Bened. Capra in suo tra. de notorio.in 4.membro,nu.21.fol.81.

De notorio multas quæstiones videas apud Carerium in praxi crim.leg. obseruare.num. 45.videas Bened. Capr.in d.tract. Don.Fin.lib.5.

¶NOTORIVM licet releuet ab onere probãdi, non tamen ab onere proponendi. ita glos. in Clemen.appellanti. de appella. facit tex. in leg.si adulterium cum incestu.§. iidem Pollioni. ff.de adult. Felin.& Doct.post gloss.in c.super literis. de rescript. Abb. & scribentes post glos. in cap. si duobus.de appel. Scriben. post gloss. in c.veniens. de appel.

Limita istam regulam septem modis, vt per Felin.in c.cum ordinem.de rescript. B.Dias re.497.

¶NOTORII ratione iudex aliàs incompetens non fit competens. Istam regulam ponit Felin.pro quã ponderat tex.in c.at si clerici.de iudi.

Limita dupliciter, vt per eũdẽ Fel.ibi, B.Dias re.496.

¶NOVATIO esse nõ potest, vbi nullum obligationis debitum interuenit.leg.1.ff.de nouat.Doc.§.1.inst. quib.mod.tol.obl.dixi ego in meo tractat.de defin. p.2.defin.74.numero 9. facit in simili, quia priuatio supponit habitum.Cagn. l.non videtur. numero 1. ff.de reg. iur. Roland.in tract.de lucr. dot.quæst.93. num. 5.Decis.Pedem.120.numer.7.Ias.l. non erit.§. si neque.numero 6.ff.de iur. iur.Cephal. consil.93. numero 9. Iacob. Menoch. in tractat.de recuper. poss. Rom.13.numero 57.Petr.in tract.de testamen. cap.4.numer.1.Decis.15.num.1.in tit. de procurat. in antiquior. Med.re.6.

Nouatio non fit per constitutum generale. Bartol.leg. vbi quis.ff. de const.pec. similiter restringitur vt factum pro masculis, & fœminis pro masculis tantũ intelligitur.Bald.l.antiqua.C.ad Vel. Med.reg.7.

Nouatio nulla redditur eius forma nõ seruata.leg.obligationum.ff.de act.oblig. §.final.inst.quibus modis tol.oblig.Neguś.in tract.de pignor.& Hypot. 6.par.princ.3.Membri.numero 2. Host. in summa de nou.numero 3. dixi ego in tra.de defi. p.2.de definit.66.nu.12. Med. reg.7.

¶NOVATIO. Secunda stipulatio cõtinens plusquàm prima inducit nouationem primæ.l. qui vsumfructũ, ff.de verb.oblig.

Fallit in 3.casib.quos no.Ias. in d.l.qui vsumfructum, numero 1. & seq. videas pulchram Bart.distinctionẽ in leg.singularia.ff.si certum petat.num.1.

Quando secunda stipulatio continet minus quàm prima, nõ inducitur nouatio primæ d.l.qui vsumfruc.

Ampliatur in 2.casib. & limitatur in vno.à Iaso.in d. l. qui vsumfructum.nu.6.

Si iubeo campsori debitori meo, quòd soluat, dicitur facta nouatio per viã delegationis, & sum liberatus secuta promissione campsoris. not.in d.l.singularia. ff.si cert.pet.

Fallit in 5. casib. quos not. Socin.in d.leg. singularia, numero 19.

Stipulatio pœnalis non nouat præcedentem obligationem.l. si quis socio. l.duo socie.ff.pro soci.l.prædia. ff.de act.empt.

Fallit in 10.casib.quos no.Rip.in l.ita stipulatus.ff.de verb.oblig.nu.56.

Propter commissionem stipulationis pœnalis nõ nouatur obligatio præcedens.l. duo societatem.ff.pro soci.l.qui Romæ.§. Flauius.ff. de verb.oblig.

Fallit in vno casu, & fallentia declaratur in 4. à Rip.in d.l.ita

d.l.ita stipulatus.nu.66.

Debitum mihi ab vno, an & quando possit conuerti in aliud debitum, debendum mihi ab alio, & indebitum ex alio contractu distinguendo, declarat Barto. in l.singularia.nu.18.& 21. Don.Fina, lib.1.

¶Novvm. vide Mutatio.

In rebus nouis constituendis euidens debet esse vtilitas, vt recedatur ab eo iure quod diu æquum visum est. De const.prin.l.in rebus.2. Riisvvic.

¶Novvm generaliter dictum seu dispositum nõ extenditur ad superuenientia de nouo, etiamsi intercesserit iuramentum, nam illud intelligi debet reb. sic stantibus.l.qui cum tutoribus.ff. de traãs. gl. & Commun.docto.capit.cum inter.de renunciat. gl. & docto.capitu. quemadmodum. de iureiurando. Alexan.& Iaso.l.quod seruis.ff.de cond.causa data. Bal.l.fi.C.de non num.pecun.l.Claris. C. de fideic. Med.re.1.

¶Novi operis nunciatio locum non habet contra facientem fossam, vt mortuus sepeliatur, & hoc propter publicam vtilitatem ne cadauera inse pulta iaceant.argu.tex.in l.de pupillo. §.si quis Riuos. ff. de no.oper.nunc.& Ripa in tract.de peste. in c.de præseruat.remed.nu.138.& nu.70. quia non minus reipu.expedit mortuos sepeliri, quàm viuentes conseruare.l.fi.& ibi Bal.ff.de nego.gest.

Fallit quando mora est periculum allatura, secundum Alex.in d.l.de pupillo.§. si quis Riuos. ff. eod.titul. quod not.contra fugitiuos & de fuga suspectos qui retineri possunt etiam in diebus feriatis, ex quo mora est periculum allatura.

Fallit etiam quando quis ædificat in fundo ab alio possesso videlicet ecclesiam vel hospitale, quia tunc solum cedit edificato contra iuris regulas, sed hoc est speciale fauore religionis, secundum Alexã. in l.j.§. nunciatio.num.5 ff.de oper.no.nunc.alleg.glo.not. in capit.Apostolic.xij.quæstio.ij.in ver.con struxisse. l.Nouel.re.103.

¶Noxa caput sequitur.Com.l.rem mihi. Riisvvich.

¶Nvbere.si testator dixerit, filia mea sit hæres si filio Titij nupserit, contingit, quòd ipse illam ducere noluit, deinde pœnitentia ductus, illam petiit, quæ ipsum recusauit, an ista filia hæreditatem amittet? Resp.quòd cùm primò per se non stetit quominus conditio fuerit adimpleta non priuatur hæreditate. l.si quis hæredem.C.de inst.& subst.Bald.in term.l. 1.q.12.C.eo.Imo.l.in testamento.ff.de cond.& de. Alex.l.si seruum.§.seq.col. 2.ff.de ver.ob.idem cõs. 102. vol.1.cons.16.nu.8.vol.4. Med.re.4.

¶Nvnciatio.Causa in nunciatione non debet exprimi.communis est opin.in l.1.ff.de noui op.nũc.

Fallit in 3.casib.quos not.Ruin.in d.l.1.nu.58.Fallit, vt per Horma.Det.in d.l.1.nu.1. ver.secunda conclus. Fallit in 4.casib.quos not.Maria.Soc.iunior in d.l. 1.numero 143.

Nunciatio noui operis facta per eum qui non habet ius nũciandi, ligat, & nocet iustè ædificãti.l.1.§. sed si is.ff.eo.l.prætor ait.ff.eo.cap.2.extra eo.

Fallit in 6.casib. quos no.Ias.in l.1.nu.3.ff.de no.ope. Fallit in 3.casib.quos not.Plot. in repe.l.si quando. C.vnde vi.nu.121.Ampliatur & limitatur per Viu. in suis conclus.ver.nunciatio.

Nuncians qui possidet, non habet necesse adire iudicẽ, nec in nunciatione, nec in prosequutione.Hanc regulam ponit Ruyn.& eam limitat in 3.casib. in l. 1. §.nunciatio. ff.de nou.op.nunci.numero 17.

Quis non potest tollere propria authoritate opus factum.l.de pupillo. §.opus.ff. de nou.op.hanc regul. facit Bar.in l. 1. §.nunciat.ff.de nou.op.nunc.

Fallit, vt per Ruy.in d.§.nunc.nu.27.vbi Ias.facit regulam contrariam, etiam cùm limitat in 3. casi. & vbi nunciatio est facta per eum modum, per quem possessio non amittitur, possum propria auctoritate ædificatũ in fundo à me possesso tollere. Fallit in 4. quos not.Horma.Det.in l.1.§.nunciatio.ff.de nou. op.nunciat.nu. 4.

Morte nunciantis extinguitur nunciatio.l.non solum. §.morte.ff.de no. op.nunc.

Fallit in 3.casibus, quos not. Ant.Rub. in d.§. morte. numero 22.

Nunciati hæres non tenetur ad impensas restaurationis operis, quare in tali restitutione versatur pœna, & in pœna hæres non succedit.l.pen.ff.eo.ff.de priuat.delict.

Fallit in 3.casibus, quos no.Ant.Rub.in dict.§. morte. numero 31.

Simplex conductor, vt est colonus vel inquilinus nunciare non potest.l. j.§.si ego.ff.de nou. op. nunciat.

Fallit in 4.casib.quos not.Alexand.in d.§.si ego.nu.3. Don.Fina, lib.1.

¶Nvnciatio soluitur morte nunciantis..no. l.non solum.§.morte.ff. de oper. noui nunciat. Hostiens. eodem titulo, numero 11. l. prætor.§.hoc interdicto ff.eodem.Ias.dic.§.morte. numero octauo. Horm. numero 23.Crot.numero 14.Rubeus numer.10.Ratio est quia pendet à voluntate, quæ morte desinit esse.l.iiij.ff. loc. capitu.si gratiose.de rescrip.vj.l.cẽtesimis. de verborum obligati. Cyn.l.fin.C.de contra.empt.Specu.titulo, de loc.§.vj. dixi super. conclu. 67.Ea enim quæ sunt facti non transeunt ad heredes, nisi de his fuerit facta expressa mẽtio.l.diem. §.1. ff.de arbit.Horman.d.§.morte.numero 34.l.stipulatio.§.si quis.ff.de verborum obligati. Secundò modo soluitur nunciatio per rei alienationem. Roma.l. stipulationes non diuid.columna 17.ff.de verborum obligation.quia quando facto meo desinit esse meum interesse, desinit etiam competere actio, quæ ad illud competebat.l.& ideo.ff.de condition. furt.nisi de successore, vt dictum est, mẽtio facta sit in nunciatione.l.prima.§.fina.ff.de oper. no. nunc. Iaso.d.§.morte, numero quarto. Tertiò extinguitur furore.l.qui seruum.ff.de acq.hæred.l. qui furere.ff. de stat.homi.l.iudex.ff.de iudic. Quia deficit voluntas. Horman. dicto §. morte. numero trigesimo. Quartò finitur si denuncians dat se in arrogationem, quo casu transeunt omnia in patrem, qui eum arrogauit.Aret.l.qui seruum.ff.de acquir.hæredi.l. qui liberis.§.testamento.ff.de leg. 3.Quintò soluitur morte prælati, si proprio nomine nũtiauit, secus autem si nomine dignitatis.leg.cum post.§.primo. ff.de admi. tutor. Rubeus dicto §. morte. numero 36.Sextò hoc idem, morte tutoris.idem dicto loco. numero vigesimoquinto.l.de pupillo.ff.de op.no. nunc.Septimò soluitur per mortem ciuilem, primò per excommunicationem, quia deuenit ad eum casum, à quo incipere non potest, idem per deportationem.l.in metallum.ff.de his quibus vt indig.Rubeus dicto §.morte.numero centesimoquinquagesimo. Quæ omnia procedunt in persona nũciantis. secus autem in eius persona, cui nunciatio facta est, nam extenditur ad successores tam vniuersales, quã singulares, quia nunciatio fit contemplatione rei.l. de pupillo.§.nunciationem.ff.de oper. no.nunciat. Vnde in seruitutibus, quæ cõpetũt ratione rei, sententia

tentia datur prædicto.l.qui in aliena.§.fi.ff.de neg. gest. Secundò declaratur, vbi est satisdatum, gloss. l. prætor ait.§.hoc interdictum.ff. de oper.no.nunc. Tertiò fallit, vbi nuncians petiit nunciationem cõfirmari à tutore,& nunciatus contradixit. l. de pupillo. §.qui opus.ff.eodem titu. Quartò, vbi in vita aliquid de opere factum esset, tunc enim morte nũciatus nunciatio non soluitur, Rubeus dict.§. morte.nu.107. Med.tract.2.p.

¶Nvncivs referens, facit vt ei in minimis præstetur fides etiam si non in scriptis relatio fiat. Med. reg.5.

¶Nvncivs relationem habet ad mittentem, ideo consequitur eadem priuilegia si mittatur per aliquam ciuitatem ad principem, sicuti si mittatur à principe ad ciuitatem.gl.l.2.§.legatis.ff.de iudic.di xi super.amp.47. Med.reg.9.

¶Nvncivs ad vnguem seruare debet eius mandati formam. Doct.Com.l.diligenter.ff.mandati.Asi. in praxi.iudi.§.3.cap.37.nu.3.Ias.l.qui Romæ.§.Cal limacus.nu.14.ff.de verb.obl.Bal.l.vnica.col.19. C. de confess. Med.re.7.

¶Nvncio creditur in his, quæ non pertinent ad officium suum cum de modico agitur. Innoc. c. 1.de fid.instr. Doct.com.c. post cessionem.de fid.instru. Bald.& Cin.l.pacta nouissima.C.de pact. Abb.cap. cum ecclesiis.de maior. & obed.c.1.de cler. peregr. Asin.in praxi iud.§.9.cap.4.nu.1.in terminis. Med. reg.5.

¶Nvllitas simplex venit in decreto quod disponit vt dici non possit de nullitate, secus procedit in geminata nullitate. Barbat. consi.38. col.7.volu.1. quem refert Anton. Corse.in tract.de verb.Gemin. numero 20. Med.reg.3.

¶Nvllitati sententiæ potest quis pacto renuntiare, & sic se adstringere, vt de ea non possit agere vel excipere. Ita notat Angel.in repetit. §.qui prouocauit.in l.tale pactum. ff.de pact. in versicu.iuxta prædicta quæro, & consuluit idem in consi. cxcvij. incipien. A. & B. facit text.& gloss.in l.si creditoribus. C.de seruo pignor.dat.manu. facit quod notat Bart. in l. properandum, j. C.de iudic.& Imo.in c. pen.de iudiciis.

Limita in 4.casibus, vt per Philip.in c.dilecto. de appel.in quæst.50. B.Dias reg.498.

¶Nvllitati sententiæ potest quis pacto renunciare,& sic se adstringere, vt de ea non possit agere, vel excipere, Angel.in l.tale pactum,§.qui procurauit,ff.de pact.Imo.in cap.penult.de iudic.

Fallit in 4.casib.vt per Philip.in c.dilecto, de appellat. quæst.50.

Nullitas quæ à statuto excluditur, non tamen intelligitur quæ prouenit ex defectu iurisdictionis, gloss. in Clement.1.de seq.poss.

Ampliatur in 7.casib.& limitatur in 10.à Port. libr.4. suarum concl.reg.24.

Partes possunt per partes renunciare nullitati sententiæ, no.DD.in c.de causis, de off.deleg.

Fallit in 4.casib.vt per Fel.in d.c.nu.12.

Nullitas ita deuoluit causam, sicut appellatio.

Fallit in 4.casib. secundum Fel. in c. literis, de off.deleg.nu.8. Don.Fina,lib.3.

¶Nvllvm.l.quod nullius.143.

Nullus etiam actus quandoque pœnam sustinet.C. de sacros.Eccl.l.nemo martyres. iuncta glo. De adul.l. eum qui duas Bart.in l.vbi pactum.C.de trans.

Quod nullius est, id ratione naturali occupanti conceditur.Caius De ac.re.do.l.3. Riisvvich.

¶Nvllvs delinquere præsumitur regulariter.l. merito.ff.pro soci.cum simili.

Fallit, quando delictum esset sibi fauorabile.l. vt vim. ff.de iust.& iur.text.est in l.singu.in glo.qui nunciasse.§.si pater.ff.de iure dot.d.Alex.in cons.lxx.in prima par. S.Ian.re.197.

¶Nvllivs entis nullæ sunt qualitates.c. ad dissoluendum.de desponsat.impub.cum gl.ver.accusari. not.l.quidam.§.1.ff.de iur.Codic.audiẽtiam. de eccle.ædificand.l.nam,& sub conditione.ff. de iniust. rup. Med.re.6.

¶Nvmerata pecunia. Multa sunt singularia præcepta circa pecuniam numeratam.
ff.si cert.pet.l.certi.§.si nummos.
ff. de postu.l.rogasti singularia.
ff.de in lit.iuran.l.nummis.
ff.ad l.Falc.l.in quarta.
ff.de leg.2.l.cum pater.
ff.de admin.tut.l.quoties.§.sicut. Az.ru.124.

¶Nvmervs minor inest maiori.l.j.§.si stipulanti.ff. de verb.obli.l.idem.§.si plures.& ibi hoc.de arb.l. si vnus.§.cum mihi decem.de pac.vbi Bar.

Fallit, quando agitur de obseruantia mandati. gloss.c. plus semper.de reg.iur.lib.vj.

Fallit, nisi actum faciens protestetur, quòd intendit consentire in maiore summa, non in minori. Ange. in §.item quæro.leg.ex facto.ff.de vulga. vbi etiam Paulus Castrensis. S.Ian.reg.199.

¶Nvmervs. Pluralis locutio, duorum numero est contenta.c.pluralis,de reg.iur.

Fallit vt per Dy.in d.c.pluralis. Don.Fina,lib.5.

¶Nvptiae: pater quemadmodum transiens ad secundas nuptias tenetur reseruare successionem aliis liberis primi matrimonij, si succedit alicui filio, ita in matre succedente alicui filio, ipsa transeunte ad secundas nuptias tenetur reseruare liberis primi matrimonij, Barto.& Saly.leg.fœminæ.C.de secundis nupt.Bapt.in tract.de correl.num. 94. Boer.deci.vigesimatertia.num.7.Decis.Pedem.115.nu.10. Med.reg.9.

¶Nvptiae. Vlpian.lib.xxxvj.ad Sabinum.
Lex xxx. al.xxxj.

Nuptias non concubitus, sed consensus facit.

Affectione, sequente tamen ductione, fit matrimoniũ: coniunge l.15.de condit.& demonstr. Viuien.

¶Nvptiae.l.30.nuptias non.l.in contrahendis.

Pubertas non ex annorum numero, sed ex dispositione corporum æstimatur. De sponsa.puberes.

Idcircò filios filiásue concipimus atque edimus, vt eorum earúmue diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus. De ver.sig.l.210.§.fi.

Nupta non videtur, quæ virum pati non potest. Quando di.leg.ce.l.pe.

Nihil interest ex iustis nuptiis cognatio descendat an verò non. Nam & vulgò quæsitam sororem quis vetatur vxorem ducere. Scæuo. libro 1. Reg. De ritu nup.l.54.

Matrimonij causa ancilla manumissa à nullo alio vxor duci potest, quàm à quo manumissa est. Rufi.libr.1. Reg. De ritu nup.l.51. Riisvich.

¶Nvptiae nullæ sunt vbi cõsensus deficit.l.nuptias cũ gloss. Dec.& Cagnol.ff.de reg.iur.l.patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur.c.fi.de sponsduorum.d.c.ad dissoluendum.cum glo.ver. accusari.l.cui.ff.de cond.& dem. Med.re.6.

¶Nvptiae soluuntur morte, §. deinceps. Auth.de

nupt. Ange.l.nam Demosthenes.nu.3.ff.de legibus, dixi super.concl.66.Alexand.l.si marito.ff.sol.matr. Brix.q.54.not.c.fraternitatis.de frig. & mal. dicam infer.versi. sponsalia. Med.tr.2.p.

¶ Nuptiarum appellatione de primis intelligi debet, vnde non veniunt viduæ in dispositione, quæ se nubant.Car.consilio 49.doct.in rub.de se.nupti. sicuti cum de vidua fit mentio,de ea, quæ primo vidua est,intelligi debet.Bald.consi.42.lib.5.l.matrimonij.ff.qui & à quib.l.filiæ. ff.solu. matr.Do.l.fin. C.de indic.vid.tol. Med.re.4.

¶ Nuptiarum conditio non solùm de primis sed etiam de secundis intelligitur.l. hæc conditio. ff.de cõd.& dem.Old.consi.16.&tot.tit. de incestis nup. Med.reg.2.

¶ Nurus socero obedientiam præstare debet,ad debitum honorem:secus contra. not.l.fi.ff. de accept. l.pen. C.de ind.vid.tollenda.Bapt. in tracta.correl. col.11.dicam in seq.limit. Med.reg.9.

REGVLARVM IVRIS CIVILIS ET PONTIFICII,

Liber Decimustertius.

O



Bedire parentibus liberi debent, sed non econtra: doc.l.veluti.ff. de iust.& iure.c.2.de maio.& obed.glo. rub. C. de reb. cre. Medic. reg.9.

Obesse. vide Prodesse. Riis.

Oblatio cum consignatione debiti,liberat debitorem, & impedit cursum vsurarium,ius pignoris soluit, & trásfert periculum in creditorem.l.acceptam. C. de vsur.l.si creditrici, & l.ex prædio.eod.tit.

Fallit,quando non fit cum auctoritate iudicis loci rei offerentis,& in loco à iudice deputato. Bald.in d.l. acceptam.in xiij.q.vbi alij.

Fallit, quando fit in sacculo, Regula tenet, quando fit in pecunia numerata. Bart. in l.cum secundus. ff.de condict.& demonst.& Bal.in d.l.acceptam.in xj.q.

Fallit, quando fit in loco non idoneo ad electionem boni patrisfamil.si à iudice non eligatur.Bar.in l. si solutus.ff. de solu.Bal.& alij in d.l.acceptam.

Fallit,quando fit de tribus immobilibus de se patentibus: quia ista non requirunt consignationem. Bart. in l.secũda.C.quando & quibus quar.pars deb.ii.x. S.Ian.reg.200.

¶ Oblatio libelli est de forma iudicij, qua sublata redditur iudicium nullum. licet de Simo.cle.sæpe. de verb.signi.l.pen.C.de arbitr. Doct.com.l.1.ff.de edendo.tot.tit.de libelli oblat. Vant.in tract.de nullitat.in tit.de nullit.sent.ex defectu iurisd. nume.18. com.dicit. Med.re.7.

¶ Oblatio, quæ fieri debet alicui Ecclesiæ de bonis testatoris, intelligi debet de prima, non autem ad alias tenebitur hæres, nisi se ita velle expresserit testator:dixi suprà Ampl.65.cõc.simi.l.1.C.de abolit.l.si is. C.ad sen.cõs.Tur.l.mulie.§.1.ff.eo.l.si quis ex argentariis.§.fin.vbi doct.com.ff.de edend.l. nouatione.C.de fideiussor. Med.re.3.

¶ Oblatio verbalis impedit distractionem pignoris.l.si prius.C.de distr.pig.

Fallit, quando distractio pignoris esset facta per verbalem oblationem,d.l.si prius.

Fallit, quando sit pignoratum, & traditum creditori. arg.l.creditorem.& ibi Bal.C.si anter.credi.

Fallit, quando talis oblatio non sit facta à debitore. d. l.si prius.

Fallit, quando oblatio verbalis facta prima creditori à secundo creditore cum protestatione de non vendendo impedit distractionem pignoris. l.fin. & ibi Bal.C.si ante.credi. S.Ian.reg.199.

¶ Oblationes non tenentur facere Christiani ex præcepto,nec ex debito in dominicis diebus, vel festiuis, in ecclesiis parrochialibus, nec in aliis. Ita concludit S.Thomas.ij.ij.in quæst.lxxxvj. in arti. j. quem refert & sequitur Calcaneus in consi. lvij.de quo per Ioan.And.& Card.Floren.in rub.de parroch.& vide l.iij.& iiij.tit.xx.par.ij.

Limita in quatuor casibus.vt per sanctum Thom. vbi suprà,quos remissiuè sequitur Calc.in loco iam alleg.& ponit Abb.in d.rub.de parroch.& Syluest.in verb.decimæ.§.secundò quæritur. B.Dias reg.499.

¶ Oblationes tractantur.C.de vsur.l.cœptum. Riisvvich.

¶ Obligare quis non potest vnum ex suis hæredibus,ad vniuersum debitum in contractibus.l. continuus.§.fi.& l.cum qui ita.§.j.ff.de verb.obl. vtputa si T.promittit dare Sempronio ducat. 100.ad libitũ,obligans se,& omnia bona sua,& hæredes suos vtique eo defuncto debito non soluto, hæredes si plures sunt,omnes pro rata tenebuntur.l.pro hæreditariis.C.de hæred.actionib.& l.tale pactum.§.fin. ff.de pact.cum aliis infinitis.

Fallit hæc regula in vltimis voluntatibus ad effectum, vt hæres grauatus potest cohæredes,vel ex testamẽto,vel iudicio familiæ erciscundæ,ad vniuersum debitum compellere exsoluendum. Iux. dict.l. pacto successorum.C.de pact.& l.seruo legato. §. si testator.ff.de legat.j.Bald.in d.l.ij.C.de hæred.act.nu.6. Bart.in l.iij.in prin.ff.de liber.legata.& l.ij.eod.tit.

Fallit, quando debitum est indiuiduum, quoniam hæredes tenentur in solidum.vt in l.in executionibus. §.ij.ff.de verb.obligat. hoc idem in omni seruitute. vt dicit gl.in versic.secunda.d.§.ij.

Fallit, quando relinquitur aliquod pro forma, & forma est quid perfectum ex omnibus suis partibus.aliàs non est forma:secundum Bal.in d.l.ij.num.4.C. de hæredit.act.

Fallit si res,quæ debet restitui ab vno,ille teneatur in solidum.l.si duo.ff.de posit.& l.iij.§.si hæres.ff.com moda.& hoc,quando dolus committitur, & ista materia tractatur amplè in l.stipulationes non diuidũtur.ff.de verb.oblig.& ibi Bar.& Moder.

Fallit v.quãdo pollicitatio est facta ad honorem, apud gentes pro republic.l.j.ff.de pollici.§.si quis. & l.ex pollicitatione.ff.eod.tit.

Fallit vj.in materia alimentorum, quæ vel voluntate defuncti,vel iudicis auctoritate petuntur, secundũ opinionem gl.in d.l.pro hæreditariis. C. de hæred. act.& l.iij.in prin.& §.j.ff.de alimẽ.& hoc propter facilitatem exactionis.l.solent.ff.de annu.leg.

Fallit vij.in actione funeraria, quæ contra hæredes bonorúmve possessores,cæterósque successores datur in solidum & intentatur,Deci.cons.clvij. numer.2.

& l.

& l.at si quis.§.fi.ff. de relig.& sump.fun.

Fallit propter rerum connexitatem, nam mandatum generale est ad omnia cōnexum, & non potest pro parte reuocari. l. cum duo. ff. de in diem addict. & l.j.ff.de procurat.

Fallit in seruitutibus, quæ diuisionem non recipiunt, ex quo proportionabilis vtilitas, ad quam sunt inuentæ à iure in parte assignari non possunt. Bald.in d.l.ij.nu.3.de hæred.act.

Fallit in vsu, quia est inuentus ad sustentationem vitæ, qui si minuitur, corrumpit subiectum, & cibaria, nō secundum naturam exhibita, corrodunt subiectum. & sic vsus aquæ personalis est, & ad hæredes non transit, de primo est text. in l.vsus pars.ff.de vsu.& habit.de secundo est text.in l.vsus aquæ.ff.eod.tit.

Fallit ratione possessionis in solidum constitutæ, apud vnum, nam ille in solidum tenetur, quia tota obligatio discurrit in vnum, ac si vnus solus esset hæres, quia velut debitor indiuiduus tenetur ex asse.l.iij.§.hæres.ff.commoda.

Fallit fauore dotis, & vltimæ voluntatis.l. cum qui ab vno.ff. de leg. ij. vbi consensus creditoris ad vnum inducit obligationem ad alios: vtputa, sicut inter viuos possum delegare vnum promissorem creditori meo. Ita in vltima voluntate, secundum Bald. in d.l.ij.nu.6.C.de hæred.act.

Fallit etiam, quando intentatur actio, quæ non scinditur per partes, vt l.in executione. §. pro parte. ff.de verb.oblig.

Fallit ratione euitandæ absurditatis, l.si non sortem.§. si centum. ff. de condi. indeb. & l. fundus ille.ff.de contrah. empt. quia non fit compensatio de specie ad quantitatem, secundum §.si centum.quod no.

Fallit, quando actio personalis est vnita cum actione reali, quia tunc sequitur possessorem fundi, vt doc. in l.eadem.§.Cato.ff.de verb.oblig.

Fallit, quando hæreditaria portio est incerta, & in pendenti, & creditores re indiuisa non possunt actiones sibi competentes intentare, prout in l. controuersia.ff.de transact.

Fallit etiam ratione repellendæ varietatis.l.neminem. ff.de legat. ij. & l.legatarius.ij. respon. ff.de legat.j. quia legatarius non potest in partem legatum acceptare rei insolidum legatæ, & in partem repudiare. Nouel.reg.119.

¶ OBLIGARE non potest clericus futuros reditus sui beneficij: saluo quantum sit, pro tertia parte sibi de iure tangente, & deducto eo, quod sit pro sustentatione & alimento suæ vitæ. Ita Inn.& Mod. in c. peruenit.de fideiuss. in verb. redditibus.in gl.Bald. in l.spem eorum præmiorum.C.quæ res pign.obli. poss.& Bald.& Alber.in l.stipendia.C.de execu.rei iudic.& ibi Bal.Ang.& Sali.Decis.in c.reprehensibilis.nu.28.de appel.

Fallit j. quādo obligatio tendit ad beneficium & subsidium suæ ecclesiæ, vel commodis Reipublicæ. Ita quod seruire possit indigentiis suæ patriæ vel commodis suæ ecclesiæ, quia in supradictis casibus, bene potest clericus redditus sui beneficij obligare & hypothecare, secundum Boer.quæstio. ccxxvj. num.2.

Fallit etiam, quando obuentiones & fructus beneficij obligantur laico, vel seculari, & non personæ ecclesiasticæ, prout in c.xvij.sessio.xxiij. & l.fi.C.qui res pigno.oblig.possunt. Bald.consil.cccxx.magnifica. num.2.vol.iij.Boe.q.ccxxiij.nu.3.

Fallit etiam, quando sunt detenti aliqua infirmitate, vel corporali necessitate, vt in c. vnico.de cle.non resid.in vj.& Doct.in ca.cum non deceat. de elect. eo.tit.Old.cons.cxvij. & Bal.in l.si ea.C.de cond.in ser.Bar.& doct.in l.quæsitum.ff.de leg.iij.Bal.in l.j. C.de iis quib.vt indig.Boe.q.xvij.nu.5.6.& 7.

Fallit etiam in seruitoribus Papæ, qui licet sint absentes, percipiunt tamen fructus suorum beneficiorū, quos ipsi possunt obligare pro suis vrgentibus necessitatibus, secundum Boer.d.q.xvij.num. 8. alleg. tex.in c.bonæ.de postul.præla.& Abb.Ioan.And.& Ant.de Butr.in c.cum dilectus.de cleric.nō residen. & possunt assignari creditoribus, ex quo fructus beneficiorū sunt tēporales, secundum Boer.q. ccxxvj. num.3.ad fin.d.q.

Fallit, quando imponeretur aliqua gabella, vel taxa in communi pro refectione pontium vel viarum, quæ per currus, & plaustra destruuntur: tunc clericus poterit obligare partem suorum redituum agentibus pro communi pro publico beneficio tuendo, secundum Deci.in c.sanctæ Mariæ.nu.272.de const.Bal. in l.ad instructionem.C.de sac.san. eccle. Feder.de Sen.cons.ccvij.nos. Nouel.reg.116.

¶ OBLIGARI consilio. Bonifac.Reg.lxij.

Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur.

Dynus Muxell.hoc tit. Viuien.

¶ OBLIGARI. Rem alienam ignorante domino rectè obligari posse, & obligationem tenere.

In Aut.eo.§.si quis infi. Azo, ru.104.

¶ OBLIGATVR in iudicio reus actori, ex quasi contractu, & econtra.leg.tertia. §. idem. ff.de peculio. gl.auth.qui semel.C.quomodo, & quādo iudex.Ias. leg.quod dicitur. numero 36.ff.de verbor. obligat. Bald.leg.voluntatis. numero 7. ff.de rebus dubiis. Med.reg.9.

¶ OBLIGARI non potest pupillus sine tutoris authoritate, §.1.Inst.de autho.tuto.

Fallit in 3.casib.quos not.Ias.in l.morte, ff.de acquir. hæred.nu.8.& seq.

Obligatio sui natura est perpetua, & non finitur ipso iure, & partium conuentione, sed ope exceptionis, leg.eum qui ita, §.qui ita stipulatur, ff.de verborum obligatio.

Fallit in 3.casib.quos not.Ias.in d.§.qui ita, nu.1.& seq.

Obligatio ad interesse dicitur esse diuidua, l. stipulationes non diuiduntur, ff.de verb.oblig.

Fallit in 2.casib.quos not.Ias.in d.l.nu.7.

Obligatio dandi est præcisa, nec succedit obligatio ad interesse, d.l.stipulationes non diuiduntur.

Fallit in 6.casib.vt per Ias.d.l.nu.23.duas alias limitationes ponit in l.fundi, §.hæc stipulatio, ff. de verb. obligatio.

In obligatione dandi si debetur quantitas, tunc obligatio est diuidua, quoad obligationem, quare diuiditur inter plures hæredes, & quo ad solutionem, quare solutio partis liberat à parte, l.1.§.1.ff. de verbo.oblig.l.in executione, §.1.ff.eo.l.stipulatus. §. 1. ff.de solu.

Fallit in 3.casib.quos not.Ias.in l.stipulationes non diuiduntur, ff.de verb.oblig.nu.26.

In obligationibus facti non tenetur quis præcisè ad factum, sed soluendo interesse liberatur, l.si quis ab alio, ff.de re iud..l.stipulationes non diuiduntur, ff.de verb.oblig.

Fallit in 10.casib.quos not.Ias.in d.l.stipulationes, nu. 32.fallit vt per Baptist. à Vil.concl. 14.in litera O. fallit in 3.casib.quos not.Soc.reg. 62.

Sufficit præstatio triennalis ad inducendam obligationem in casu fauorabili.l.1.C.de fideicom.l.si certis annis,C.de pact.

Fallit in 8.casib. quos no.Ias.in d.l. si certis annis, nu. 4.& seq.

Obligatio,vel onus,augetur, aucta re,ex qua, vel propter quam aliquid debetur, l.& contra,ff.de vulg.& pupil.l.paterfamiliàs,§.duob.ff.ad l.Falcid.

Fallit in 6.casib.quos not.Alb.Bru.in tracta. de aug.& dimi.fol.14.versic.decimatertia conclusio.

Obligatio est mater actionis,gloss.in §.1.Instit.de act. vbi Iaso.limitat in 2.casib.colum.2. versi. ista tamẽ conclus.

Obligatio dandi in contractibus imminentis, succedit ad interesse, nec est præcisa, l.naturalis,§.1.ff.de præ.verb.l.1.in fi.ff.de rerum perm.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 2. per Iason. in d.l.stipulationes non diuiduntur,col.14.

Obligationis conditio non mutatur per personarum mutationem,l.2.§.ex his,ff.de verb.obl.l.executione,§.pro parte,ff.eod.l.2.C.de fruct.& lit.expens.

Fallit in 2.casib.quos no.Ias.in d.l.stipulationes,nu.7.

Obligatio nõ perit mortua persona, cui aliquid competit,vel fuit concessum, aut relictum, vel promissum,sed ius competens transit ad hæredes,l.1. C. vt act.ab hæred.

Ampliatur in 8.casib. & limitatur in 19. ab Albe.Bru. in tract.de inter.& perempt.in 11.con.nu.57.

Mulier se obligare non potest,l.1.ff.ad Vellei. fallit in multis casib. quos no.ibi gloss. & Alex.in l.in repudianda,ff.de acq.hæred. Aret.in §. item qui in iudicio,de excep.

Seruus nec obligare,nec obligari potest, l.in personã, ff.de reg.iur.vbi Dec.limitat in 2.casib.

Obligatio operis faciendi regulariter inter hæredes non diuiditur,sed quilibet insolidum tenetur, tanquam ad indiuiduum. hanc esse communem opinionem attestatur Mar. Soc.iunior. in l.stipulationes non diuiduntur,nu.321. vbi limitat in 2.casib.

Vniuersitas non obligatur, l.sed si dolo,§.1.ff.de dolo.

Fallit in 4.vt per Io.Bolo.in l.vinũ.ff.si cer.pet.nu.20.

Obligatio generalis non comprehendit,quæ in specie quis minimè obligaturus fuisset, l. obligatione generali,ff.de pigno.iunctis ll.seq.

Fallit in 3.casib.quos no.Por.l.2.suarum conc.reg.45.

Obligatio personalis vniuersalem, non singularẽ fundi successorem sequitur,l.1.§.si hæres,ff.ad Treb.

Fallit in 2.casib.quos not.Soc.re.276. fallit in 8.casib. vt per Ripam in d.§.si hæres.nu.2.& sequen.

Fallit in 8.casib.vt per Paris.conf.32.nu.117.vol.1.

Obligatio personalis, & instantia contra successorem non transeunt, l. 1. C.si cer. peta. c. quare verò, extra de iud.

Fallit in 5.casib.quos no.Soc.reg.277.

Obligatio quare contrahitur, non potest in plus contrahi,quàm datum sit,l.si tibi. in prin.ff. de pact.

Ampliatur & limitatur per Dec.in l.rogasti, §. si tibi, ff.si cer.pet.in 3.notab.

Obligatus ad dandum aliquid in genere, præstando partem non liberatur in totum, nec in illa parte: hanc esse communem opinionem testatur Alciat. in l.2.§.1.ff.de verb.oblig.nu.55.

Ampliatur & limitatur in vno casu,per Baptist. à Villa.conc.11.in litera Q.

Obligatio ad interesse, & sic ad pecuniam dicitur diuidua, & ideo contra hæredes promissoris agi potest proportione hereditaria. Bar.in l.stipulationes non diuiduntur,ff.de verb.oblig.

Fallit in 2.casib.quos not.Soc.reg.63.in additio.

Impossibilium nulla est obligatio,l.impossibilium, ff.de reg.iur.

Fallit vt no.Dyn.in c.nemo potest,de reg.iur.

Obligatio de agendo nomine proprio, inter hæredes diuiditur,not.in l.stipulationes non diuiduntur, ff. de verb.oblig.

Fallit in 3.casibus quos not.Alciat.in l.4.§. Cato, ff.de verb.oblig.nu.171.

Pater non obligatur ex cõtractu filij. Fallit in 4.casib. quos ego notaui in §.actiones,inst.de actio.

Nomine alieno,vel ob alterius vtilitatem quando aliquis contrahit,vtrum obligetur dominus tantum, an contrahens tantum,an vterque: declarat Bart.in l.si pupilli,§.item si procuratori,ff.de neg.gestis. Don.Fina,lib.1.

¶ OBLIGANS omnia bona sua præsentia, & futura, non censetur ea obligare bona,quorum causa veniret puniẽdus. glos.est in auth.de restit.in vers.si verò contigerit.Ita Bal.in l.voluntas.in fin. verbis. C. de fideicom. vbi dicit, quòd in generali sermone non continentur prohibita.& in cap.j.§. imperialẽ. in j.versic.sed nunquid si cõtrahit. de prohib.feud. alien. per Fed.in vsib.feud. Alex.cons.clviij.numero 6.vol.ij.Barb.in c.Raynal. de testa. & Bal.in l. j. ad fi.ff.de re.diu.

Amplia,vt nec ea quidem,quæ quis in specie non esset obligaturus.l.obligatione generali. ff. de pignori. cum aliis si.

Amplia ij.quòd seruo pignori dato,non venit eius peculium.vt l.j.§.j.ff.de pigno.& ibi Bal.

Amplia,vt in generali etiam donatione non veniunt suppellectilia,secundum Corne.cons. clxxvj.d.vol. ij.Matth.sing.cxxxvj.nu.3.

Fallit hæc regula,quando quis non haberet nisi vnicã rem tantum,quia eo casu censetur etiam illam obligare,ad hoc vt obligatio non efficiatur inutilis, & frustratoria.Ita Bal.in l.liberti.C.de op.libe.vbi filia nullum ius habet in bonis patris & nullũ ius habet nisi dotis,censetur illud ius dotis cedere, necesse cessio redatur inutilis.Ita Gera.sin.35.No.re.123.

¶ OBLIGATIO non causatur ex confessione, nec ex præscriptione longi temporis,sed probatur iam inducta, Bald.in l.si ex cautione.in x. quæstio. C. de non num.pec.& in l.generaliter.C.eod.tit.

Fallit in mutuo,& in dote.l.assiduis.C.qui po.in pig.

Fallit,quando confessio emanaret ab administratore. Bal.auth.si quando.C.de constit.pecu.

Obligatus ad factum præstãdo interesse liberatur.l.stipulationes non diuidunrur.ff.de verb.obl.

Fallit,quando iuramentũ interuenit.glos.in verb.necesse.l.si quis pecuniam.ff.de condict.caus.da.

Fallit fauore vltimæ voluntatis.l.fideicommissa.§.fin. de legat.iij.& ibi Bart.& in d.l.stipulatione, & in l. vnica.C.de sen.quæ pro eo quod. S.Ian.reg.203.

¶ OBLIGATIO,Arbitrium.Vlpia.lib.xxviij. ad Sab. Lex xxiij.

In personam seruilem nulla cadit obligatio.Generaliter probandum est, vbicunque in bonæ fidei iudiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris eius conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendũ esse.

Scilicet ciuilis,quæ nec actiuè,nec passiuè cadit in seruum. Coniunge l. 7. hæc venditio. de contrahen. empt.l.serui.de act.& oblig.l.nec seruus. de pecul. ciuiliter enim seruus non obligatur, nec ciuis &c. iure

iure tamen naturali, quo liber est, naturaliter obligatur. G. Viuien.

¶ OBLIGATIO Paul. lib. iiij. ad Plautium. al. Vlpian. Lex clxxj. l. cxxxj.

Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio quod præstiterit.

Veluti si procurans tuum negotium soluerit, actione negociorum gestorum à te poterit exigere: non tamen ideo tuo creditori est obligatus. hæc regula inseritur l. suprà iter. §. apud ferocem. de aq. pluu. arcend. quia melius est non soluere, quàm solutum repetere. l. fin. C. in quibus caus. in integr. resti. non sit necess. & l. j. quãdo liceat vnic. sine iud. se vindic. Viuien.

¶ OBLIGATIO, stipulatio. Pau. lib. x. ad edict. Lex cxv. al. cxvj.

Si quis obligatione liberatus sit, potest videri [a] accepisse. Nõ potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione summoueri.

ADDIT. a cepisse, in P. Florent.

Ex tit. de calumniatoribus. coniunge l. 2. eod. tit. quæ idem penè principium habet. Viuien.

¶ OBLIGATIO & stipulatio. Obligatus pro alio, antequam soluat, agere potest.

27. quæst. 1. de notari.
ff. de neg. gest. l. si quis mandato.
ff. mandat. l. Lucius Titius Publio.
ff. commun. diu. l. si socius serui.
ff. famil. ercisc. his consequenter. §. sumptum.
ff. de hæred. vel act. vend. l. 2. §. vltimo. 32. q. 1. si quis vxorem.

Obligatus pro alio, &c.] Fideiussor quidem antequam soluat, agere non potest: quasi non aliter videatur impleuisse mandatum fideiussionis, quod est de se obligando, & soluenda pecunia. ff. de cond. indeb. l. indebitum. Officium ergo tale intempestiuè: nam potest reuocare, quia adiuuari, vt ff. commod. in commod. §. 2. nec enim perfectum mandatum est hoc, vt ff. mand. l. si mandato, nisi in casibus: id est, quando damnatur, vel quando diu stetit in obligatione, vel cùm reus bona sua dilapidabat, vel si hoc specialiter conuenit. C. mand. l. si pro ea. & ff. mand. l. Lucius. Est ratio: quia principalis debitor est obligatus in solidum, & prior excutiendus: aliàs autem etiam antequam quis soluat, agere potest, vt ff. de neg. gest. l. si quis mandat. Nec obstat quod legitur. ff. de pecul. l. sed & si. §. vlt. quia ibi pater vel dominus loco fideiussoris habetur pro filio & pro seruo. ff. de verb. oblig. l. cum filius. in 1. responso.

ADIECTIO.

Videtur quòd hoc solummodo possit reprobari per l. quæ est ff. de pecu. Marcell. sed ibi non agebat, sed conueniebatur. Sed hoc non valet: quia in agendo cui subuenitur, multo fortius in excipiendo. Vnde dicimus, quia fideiussor quod ad hoc, est habendus: nec enim habet priuilegium deductionis, nisi cùm aliquid ei abesse cœperit. ff. de verb. obl. l. cum filius. Idem dico in nominis alienatione, scilicet vt vtilis non quæratur, nisi vbi lex dixerit, sed necessaria sit cessio. arg. Cod. de act. & obligat. l. 1. ff. de pecul. l. si Sticho. Et est hoc generale in omnibus innominatis contractibus, nisi in subsidium: puta si is qui promisit, sine hærede decesserit. vt in eadẽ l. 1. C. de act. & oblig. dicitur. Causa. Azo, rub. 14.

Obligatione principali sublata, tenet accessoria.

C. de sacrosanct. Ecclesiis iubemus.
C. quod cum eo qui in alien. l. dominos.
I. de redhib. Rub. item.
C. de bon. matern. l. 1.
C. de prædiis min. l. & si is.
C. de præscrip. 30. ann. l. cum notissimi.
C. de luit. pig. l. 2.
ff. de arb. l. si pupilli.
C. quib. mod. pig. vel hyp. l. 1. §. cum venditor.
ff. de rei vendic. l. sin autem. §. si homo
ff. de verb. oblig. l. si pupillus.
ff. de solut. l. cum quis. §. vlt.
ff. de pact. l. quod dictum.
ff. ad Maced. l. sed & si pater. §. non solum.
ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. qui.
ff. de neg. gest. l. sed videamus.
ff. de consti. pec. l. item illa. §. quod adiicitur.

Sublata principali non durat accessoria.

ff. si quis caut. l. si seruus. & l. si eum. §. qui iniuriarum.
ff. de reg. iur. l. cum prin.
ff. de pact. l. & hæredi.
C. de vsuris. l. eos qui. in princ.
C. de his qui non do. ma. l. vlt.
ff. de rei vend. l. redemptores. §. 1.
ff. de leg. commiss. l. penult.
ff. de pecul. l. 1. & 2.
ff. de verb. oblig. l. si pupillus.
ff. de arbitris. l. aduersus sententia.

Regulare est, sublata principali tolli accessoriam, vt ff. de reg. iur. l. cum principalis. & de pecul. leg. l. 2. & C. de ll. & cõst. l. non dubium. Distinguitur tamen, vtrũ tollatur principalis ipso iure, an per exceptionem. In primo casu obtinet Rubr. iam dicta: scilicet obligatione principali sublata, &c. recipit tamen exceptiones, quæ in ista Rubrica continentur. In secũdo casu, siquidem eadem ratione posset dici inutilis accessoria, qua dicitur inutilis principalis: eodẽ modo tollitur accessoria, quo principalis. vt C. de remiss. pigno. l. debitum. alioquin durat accessoria, licet principalis vitietur. vt ff. quibus mod. pig. vel hypot. sol. l. 1. §. cum venditor. & C. de luit. pign. l. 2. Azo, rub. 14.

l. 38. §. fi. contrà l. 42. §. in obscur. Riisvvich. paratit.

¶ OBLIGATIO. Consensus. L. 36. Vlpian. lib. 45. ad Sabinum.

Nihil tam naturale est, quàm eo genere quidquẽ dissoluere, quo colligatum est: ideo verborum obligatio verbis tollitur, nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur.

Hæc regula velut Amphion totum Iuristarum orbem circumuoluit. Iunge c. 1. de regu. iu. in 6. l. 101. omnia, l. 196. ferè quibuscunque, l. 8. iura sanguinis, Institu. quibus mod. toll. ob. §. 1. §. fi. C. quando lic. ab emp. dis. l. 1. C. de repu. Auth. contrà filij, in fi. de accepti. l. an inutili, de acquir. possess. l. quemadmodum. Instit. de rer. diuis. §. ferè. COLLIGATVM EST. Hoc est obligatum, contractum, alligatum, astrictum, de petit. hære. l. si promissor, §. penultim. C. ad Vel. l. 22. VERBIS. Hoc est, habita in contrarium stipulatione, atque acceptilatione soluitur ciuiliter, & solutione, naturaliter, de accepti. l. an inutilis, leg. in diem, l. si ex plu. de sol. l. penul. l. prout. de ac. & ob. l. obligamur, §. verbis, iũcta l. 1. §. si quis. ita & l. seq. de verborum obligatio. Et procedunt hæc omnia quando necessariò in conficiendo actu aliquid requiritur, vt Bar. Deci. & alij docent. Et quando vin-

culum est antea inductum, arg. l. fin. C. qui admit. Iason no. C. quando non pe. tem. par. nu. 18. CONSENSUS. De pac. l. ab emptione, de rei vend. l. emptio, C. de do. l. si quis argentum, C. de pig. l. maior. Secus in spiritualibus, de præla. c. inter corporalia, C. de repu. l. consensu. Item de sol. l. perpetuo, l. pen. arg. cc. de pec. l. non statim. CONSENSU. De ac. & ob. l. in quibuscunque. d. l. prout, C. quan. li. ab em. dis. l. 1. de rei vend. l. 3. Ac multò magis obligatio ex consensu orta verbis tollitur, quibus consensus scilicet accedat, veluti nouatione, vt docet hic Faber. Rationem habet Arist. in Topicis, quòd eadem in vnaquaque re sunt destructionis initia, quæ sunt constructionis. Hinc colligitur eandem solennitatē requiri in destruendo actum quàm in construendo. facit, C. de præd. min. l. si ad resoluendum. Notat Iason in l. quod iussit, ver. secundò principaliter, nu. 21. de re iud. Riisvvich. paratit.

¶OBLIGATIO consilij. Socius. Vlpian. libr. xxx. ad Edict. Lex xlvij. al. xlviij.

Consilij nō fraudulēti nulla est obligatio. Cæterùm si dolus, & calliditas intercesserit, de dolo actio competit. Socij mei socius meus socius non est.

Ex tit. mandati. vid. l. 2. & vid. iiij. distinct. cap. fin. in fine. & l. ij. §. fin. mandat. Dans consilium quamuis nō expediens non tenetur: Quia liberum cuique est experiri an expediat. Sed dolo interueniente, de dolo teneor. G. Viuien.

¶OBLIGATIO dandi in contractibus innominatis succedit ad interesse, nec est præcisa. Text. in l. naturalis. §. j. de præscript. verb. & in l. j. ad fi. ff. de rerum permut. gloss. in l. cum precibus. C. de eodem titu. gl. in l. vnica. C. de sentent. pro eo, quòd inter.

Amplia vno modo, & limita dupliciter, vt per Ias. in l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verbo. oblig. B. Dias reg. 502.

¶OBLIGATIO dicitur alienatio, secundum communiter Docto. in l. fin. C. de reb. alien. nō alien. & l. qui post. C. de legat. Alexand. consi. cxlxix. num. 5. volum. vj. vbi prædio legato si testator post testamentum prædium obligaret, vtique testamentum quo ad prædia legata, robur & integras vires retinet, quia pignoratio æquipollet alienationi, vt l. j. §. eam rem. ff. quæ res pign.

Fallit hæc regula in statutis, quæ restringi debent, & nomine alienationis non venit pignus, secundum Areti. eximie domine. consi. cxxv. Soc. consi. lxxv. circa præsentem. Bal. in c. j. §. aut si libellario, in fin. vbi dicit, quòd obligatio bonorum impropriissimè dicitur alienatio, & meritò non habet locum in statutis, secundum Aretin. in cons. xiiij. inci. viso, quia regula locum habet de iure communi, secundum Deci. consi. ccccccxlv. nu. 6. & 9. & prohibita alienatione videtur etiam prohibita hypotheca. d. cons. nu. 5. & prohibitus extra familiam alienare, non potest extra familiam hæredem facere. Decis. cons. ccccclxxxj. nu. 2. quod not. Sed tu vide ea, quæ latè scripsi in tract. meo, de ordin. procedendi. in vers. alienari. nu. 5. & de iur. protho. §. j. nu. 199. vsque 213. quod not. Nouel. reg. 124.

¶OBLIGATIO est mater actionis, gl. est. Institut. de actio. in prin. ver b. actio. in medio gloss.

Limita dupliciter, vt per Iaso. ibi, versicu. ista tamen conclusio. B. Dias reg. 501.

¶OBLIGATIO facta per artificem alicui ratione industriæ personæ, extincta persona, cessat, & ad hæredes non se extendit. l. inter artifices. ff. de sol. l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. re. Bart. in l. si sit stipulatus, in fi. ff. de verborum obli. Rom. sing. ccccccclxx. Fel. in c. quoniam. §. is autem. numero 5. de officio delegat.

Fallit hæc regula, nisi hæredes promittentis essent eiusdem artificij, quia licet sit electa industria personæ, attamen transit ad illius hæredes. Ita Alber. in l. inter artifices. ff. de sol. Pet. Due. & reg. clxxviij. limita ij.

Fallit etiam, quando hæres promittentis esset eiusdem conditionis, & virtutis, vt doct. quando potest obligatus seruire per substitutum æqualis conditionis, prout voluit Bart. in l. j. C. de præpo. agen. in rebus. l. xij. vt c. fi. & c. iis cui. de offic. deleg. in 6. Rom. in l. j. ff. de in ius voc. & sing. I. Nouel. reg. 118.

¶OBLIGATIO facti non obligat quem præcisè ad factum, sed soluendo interesse liberatur. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbor. oblig. & in l. si quis ab alio. ff. de re iudicata.

Primò fallit, quando obligatio ad factum inducitur à lege præter propositum principale eius, qui obligatur: quia tunc potest præcisè compelli ad factum. l. si cum exceptiones. §. sed & si quis. & ibi Barto. ff. quod metus causa. & idem Barto. in l. j. §. j. ff. de no. oper. nun.

Secundò fallit, vbi quis obligatur ad factum ex dispositione testatoris: quia tunc præcisè tenetur, nec soluendo interesse liberatur. l. fideicommissa. §. fin. ff. de legat. iiij. & ibi Bar.

Tertiò fallit, quando est tale factum, quod de facili potest expediri, quia tunc præcisè compellitur ad factum: vt per Ioan. And. in addit. Specu. in tit. de rebus eccl. non alien. B. Soc. re. 338.

¶OBLIGATIO facti soluitur morte. hoc idem obligatio ad interesse. dixi super. concl. 29. & concl. 24. & concl. 67. Secundo modo tollitur obligatio quælibet solutione eius, quod debetur. Institut. quibus mod. tol. obliga. in princip. dixi ego in tract. de cōpen. in procem. numero 1. l. nihil. C. de solut. Tertiò tollitur præscriptione. l. omnes. C. de præscript. 30. annor. Quartò tollitur pacto, Bart. l. legitima. ff. de pact. & not. l. quod licet obligatio soluatur morte, eius tamen effectus transit ad hæredes. Doct. le. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verborum obligationibus. Quintò acceptilatione, nouatione, & contrario consensu tollitur obligatio. §. 1. §. præterea hoc amplius. Instit. quib. mod. tol. obligat. Medices tract. 2. p.

¶OBLIGATIO indefinitè facta vniuersaliter intelligitur, quando ex mente contrahentium verisimiliter intelligi potest. Ang. l. si ita. ff. de fideiu. l. si ita stipulatus. ff. de verbor. obligatio. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. oblig. lim. 26. in fi. item facta de bonis suis intelligi debet, vt veniant etiam ea quæ bona fide quis pos. cum titulo iudicis decreto. Bal. l. si finita. nu. 4. ff. de damno infe. idem l. certi iuris. n. 13. C. locati. Rom. sin. 636. nu. 1. Lucas l. omnes: nu. 23. C. de dec. lib. x. Med. re. 2.

¶OBLIGATIO ad interesse, & sic ad pecuniam, dicitur diuidua: & ideo ad quemlibet ex hæredibus promissoris agi debet pro portione hæreditaria. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verbo. obligat.

Primò fallit, quando interesse petitur iure actionis & obligationis: vt per Bar. in l. ij. §. ex his. ff. de verbo. obl. secùs autē, quando interesse veniret accessoriè per officium iudicis necessarium: quia tunc cēsere-

tu

tur indiuiduum, vt per Bart. in dicto loco.

Secundò fallit, quando ageretur ad interesse ratione moræ commissæ, secus si ratione doli in faciendo circa speciem restituendam: quia tunc competit actio in solidum in quemlibet committentem dolum. l. 1. §. si apud duos & l. si duos. §. si lancem. ff. depositi. B. Soc. reg. 339.

¶ OBLIGATIO ad interesse, & sic ad pecuniam, dicitur esse diuidua: & ideo contra quemlibet ex hæredibus promissoris agi debet pro portione hæreditaria. Text. est vbi notatur in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig.

Limita dupliciter, vt per Ias. in d. l. stipulationes. nu. 7. vbi primam dicit singularem. B. Dias reg. 504.

¶ OBLIGATIO ad interesse regulariter non succedit in obligatione dandi. l. vbi autem. §. fin. ff. de verb. oblig. cum simil.

Fallit in contractibus bonæ fidei. Regula tenet in contractibus stricti iuris gloss. est Institu. de actio. in §. actionum.

Fallit in contractibus bonæ fidei. l. naturalis. & ibi Bal. ff. de præscript. verb. & in l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod interest. & in l. stipulationes non diuiduntur. vbi Bar. plenè & alij. de verb. oblig.

Fallit in actione emptio. l. j. & ibi Barto. & alij. ff. de action. empti.

Fallit, quando est dandum reuocabiliter. Barto. in l. si pœna. de verb. oblig.

Fallit, quando vnus contrahentium est obligatus ad dandum, alter ad faciendum. Alex. in cons. 66. in 4. parte. Areti. in l. qui Romæ. ff. de verborum oblig. S. Ian. reg. 202.

¶ OBLIGATIO inserta in instrumento publico est probatio probata, & nō requiritur aliqua alia probatio, & eo stante, debitor tenetur ad debiti solutionem & satisfactionem, secundum I. Gal. Decis. q. 4. & Boer. q. 154. numero 9. Roman. singular. cccccclxxix. & in consi. ccccxlvj. & Marsil. in l. pen. num. 170. ff. de quæst.

Fallit j. quando in d. instrumento nulla esset inserta causa. l. non nudis. C. de probat. & c. cùm venissent. circa med. ibi faceret quòd sibi placeret, de instit. vbi concludunt ibi Doctor. quòd obligationes & promissiones generales de lo ben faremo non obligant. Boc. quæst. 153. num. 37. text. in l. 2. §. circa. ff. de dol. mal. except. & ibi glos. vbi loquitur de stipula. & promis. sine causa.

Fallit, quando instrumentum est fictum, & simulatum & non factum, secundum stylum & consuetudinem regionis. l. venditores. C. locati. l. 2. C. de pact. inter empt. & vendi. Barto. & Bald. in l. 2. C. de rescind. vend. latè Cæp. in suo tracta. de contract. simulat. numero 15. Guid. Pap. quæst. cccccxvj. numer. 2. Boe. q. clxxxiij. nu. 16. alleg. Ias. in l. pacta nouissima. C. de pact. & Bal. in l. per retentionem, nu. 2. C. de vsur. Alex. cōs. 122. vers. ideò prima facie. vol. 2. Barb. cōs. 5. in prin. vol. 1. gl. not. in l. generali. C. de tab. l. x.

Fallit etiam, quando in instrumento appareret de errore manifesto apposito per notarium, sicut etiam error adiectus in sententia impedit executionem sententiæ, vbi incontinenti ex actis apparere potest de ipso errore. Ita Io. de Imo. in ca. cum Berta, extrà de re iudi. Guid. Pap. q. 50. num. 2. ver. maximè quando nullitas, ita etiam inficit instrumentum, vt ex eo nullam meretur executionem, quia vbi error est, ibi consensus non adest. vulga. l. consensui. §. fin. ibi non videntur consentire, qui errant, ff. de regul. iur. I. Nouel. reg. 120.

¶ OBLIGATIO. l. 131. nemo ideò obligatur. l. 190. l. 36. nihil tam naturale. l. in omnib. ob. 101. omnia. 185 cùm ampliùs. vide Geminum.

De facti obligatione tractant in l. stipulationes non di. De verb. ob.

Obligatio est mater actionis. de proc. l. licet. §. ea.

Naturaliter obligamur ad antidora. de pet. hæ. l. sed et si lege. §. consuluit. de fideiuss. l. si testamento. de hoc tractatur in l. frater. de con. ind.

Non potest quis ad pœnam personalem se obligare. Ad leg. Aqui. l. liber.

Transeunt obligationes generaliter ad hæredes. C. de const. pec. l. 1. & ibi Bal. Vide inf. Tempus.

Vltra id quod accipit neminem obligari posse cōstat. Diocl. C. de non nu. pec. l. 9.

Quando quis tenetur ad duorum alterum, sub alternatione vtrum voluerit præstando liberatur. de rescrip. c. inter cæteras. De verborū signifi. l. Hæc verba ille aut. 124. de iu. do. l. plerunque. §. fin. Exc. De con. & de. l. per fideicom. l. sub diuersis. De leg. 2. l. Lucio. Et cùm duo insolidum tenētur. De con. ind. l. planè.

Damasus. Reg. 6. in Brocard.

De ciuili obligatione tractāt in l. Iulianus. De con. in.

Onus & obligatio augetur aucta re, propter quam aliquid debetur. De vul. l. & contrà.

Abesse alicui id videtur, in quo obligatus fuerit. De neg. gest. l. si quis mandato. l. 2. Mandati. l. inter causas. §. abesse. §. si is qui fideiussori. De leg. 1. l. planè. in fi. Brocard. 14. Azo.

Agere potest obligatus pro alio antequam soluat. 27. q. 1. denotari. Neg. gest. l. si quis mandato. Man. l. Lucius Ti. Broc. 1. rub. 14. Azo.

Extra id quod agitur, tacitè obligatio nascitur. Com. l. si is qui. in fin. De con. ind. l. si in area. Brocard. 14.

Plus non contineri in stipulatione, quàm in obligatione. De vsur. l. si stipulatus. Vt le. no. ca. l. 1. §. si quis sub. De verborum obligat. l. qui sic stipulatur. Brocard. 14.

Sæpè committitur, & in se resoluitur obligatio. Vsuf. quemad. ca. l. 1. §. habet. Si cui plus quàm per legem Falcid. l. nisi dolo. §. quæsitum. Rempu. sal. fo. l. 4. §. si Procurator. Brocard. vltim. rubric. 14. Notaui in Reg. 189.

Vbi de obligando quæritur, propensiores esse debere nos, si habeamus occasionem ad negandum. Vbi de liberando ex aduerso, vt faciliores simus ad liberationem. De ac. & ob. l. Arrianus ait. 46.

Non tollitur obligatio per sententiam. Inst. de exc. §. item si. Riisvvich.

¶ OBLIGATIO naturalis geminata parit actionem, Docto. commu. l. fin. C. ad legem Falcidiā. Matthe. not. 38. l. 1. §. debitum. l. qui autem. §. fin. ff. de const. pec. §. de constituta. vbi Are. Faber. & Ias. inst. de act. Bald. l. antiquæ. C. ad Velleia. l. cum qui. C. de const. pec. Euer. in loco à vi Gemin. numero 8. Anto. Cors in tracta. de verb. Gem. numero primo. Felin. cap. si cautio. de fide instrum. Alexand. Ias. Ripa. Alba. & commu. Docto. Rubr. de verbor. oblig. Med. reg. 3.

¶ OBLIGATIO nulla est re perempta cum materia, & forma. not. Docto. cōm. leg. 1. C. de iur. Emphyt. item si mortua est persona, cuius industria fuerit electa. leg. inter artifices. ff. de sol. Felin. cap. quoniā. §. is autem. numer. 5. de off. deleg. Rom. sing. 670. idem cons. 417. Med. reg. 6.

¶OBLIGATIO nulla est vbi deficit essentialis forma, ita in terminis Ripa per re.istam.l.nemo potest. nu.29.ff.de leg.1. Doc.com.inst.de obli.in prin.in ver.secundum nostræ ciuit.iura. Med.re.7.

¶OBLIGATIO, vel onus augetur, aucta re: ex qua, vel propter quam, aliud debetur. Probatur ista regula in l.& si contra.ff.de vulga.& pupil.notatur in l.paterfa.§.duobus.ff.ad leg.Falcid.scripsit eam, corroborat & limitat sex modis Albert.Brun. in tract.de augment.& dimi.mone.versicu.decimatertia conclusio. B.Dias reg.500.

¶OBLIGATIO personalis, & instãtia contra successorem non transeunt.l.1. C.si certum peta.& no.in c.quia verò.extrà, de iudi.

Primò fallit in casu d.capit.quia.extrà, de iudi.in quo transit in odium succedentis scienter in vitium: ibi not.

Secundò fallit, quando esset inchoata cum filio: quia transit ad patrem, ex quo succedit in bonis: vt l.tam ex contractibus.ff.de iudi.ex eo, quia hodie pater succedit vt hæres.vt in authen.de hære.quæ ab intestat.§.si autem.

Tertiò fallit, quando fuisset inchoata cum defuncto sub nomine dignitatis, vel administrationis: cum tunc transeat in successorem in dignitate, vel administratione: secùs autem si non sub nomine dignitatis, sed procuratorio, secundum Imo.in d.ca.quia.& ibi circa hoc dic vt habetur in cap.2.vt lite pendente.in 6.

Quartò fallit, quando fuisset inchoata cum procuratore: quia tunc transit, vt in l.qui nomine.ff.de procurat.

Quintò fallit, quando mortuo accusatore cõstaret de crimine accusati per eius confessionem: quia tunc si crimen remanet impunitum, inde poterit prosequi illum impunitum & illum punire.l.quamuis. C.de adult.secundum Innoc.& Io.And.in d.c.quia extra, de iudic. B.Dias reg.340.

¶OBLIGATIO personalis non sequitur singularem successorem, nec fundi possessorem.l.ea lege. C.de condictio.ob causam.Ias.in consi. lxxxviij.in præsenti.volum.3.Alexand.cons.12.num. 6. vol.4.l.3.§.opus.ff.de alie.iud.mut.causa facta.Barto.in l.fin.in fi.ff.de contrah.emp.& Affl.decis.62.nu.5.quia obligatio personalis, non dicitur alienatio, secundum Alexand.cons.18.nu.4.vol.5.Cæp.cons.13.num.1.in consi.ciuilib.

Fallit in iure consequendi legitimam, quæ actio est personalis ex lege, & non realis.l. actionũ.ff.de act.& obl.& datur filio super omnibus bonis hæreditariis, quia est quota bonorum.l.Papinianus.§.quarta.ff.de inoffic.testa.Bart.in l. generaliter.§.in iis. C.de secund.nup.ergo sequitur obligatio personalis bona hæreditaria, tu itaque cogita.

Fallit in tribus casibus positis à So.in regula 336.Quas limitationes considera, quia subtiles sunt.

Fallit etiam, quando sine determinatione quantitatis cõceditur alicui posse cedere lapides in fundo, quia nõ est obligatio propriè, sed censetur seruitus vsus, & ita intelligitur tex.in l. Mela.§.fi.ff. de ali.& cib.leg.& ita Cy.in rub.C.de vsufr.No.re.117.

¶OBLIGATIO personalis vniuersalem nõ singularẽ fundi successorem sequitur, vt l. 1.§.si hæres.ff.ad Trebe.cum simi.

Primò fallit in possessore rei feudalis, vt possit compelli ad præstandum iuramentum fidelitatis, quasi quodammodò sit ius reale.ita tenet Ange.in dicta l.j.in §.si hæres.ff. ad Trebe.alleg.l. omnes.§.fina. cum glos.in verb.ciuem.ff.de vsufr.quemadmo.caue.sed Io.de Imo.& Ludo.de Rom.in dicto §.si hæres.dicunt quòd nec ille tex.nec etiam glos.hoc dicit: quia illa glos.loquitur in hærede seu successore vniuersali, de quo non est dubium, vt habetur per Cy.in l.1.C.de noua.& ponit Iacob.& alij in l.ff.solut.matr.Bar.in l.debitorem.C.de pact.in c.dilecti.de maio.& obedientia.

Secundò fallit in casu.l.pen. secundum Ang.ibi.ff.de acquir.hæredit.

Tertiò fallit in subsidium.l.j.§.si is qui.ff.ad Trebe.& plenè not.gloss.in eadem l.in §.fi.in gloss.magna.& de materia vide plenè, per Ange.in l.si debitori, per illum tex. C.si aduer. cred.etiam per Bald.in l.j.C.communia de legat.in verbo, not.hic de dictione super.vbi singu.dicit quòd si statum disponat, quòd in causis vertentibus super instrumentis procedatur omni modo, non habebit locum si agatur non contra debitorem, sed contra tertium possessorem per d.§.si hæres.quod dictum sequitur etiã Petr.de Anchar.in repet.cap.canonum statuta.de cõstit.in verb.cõtra istam extensionem, &c.pro quo bene facit, quod voluit Ioann.de Imo.in l.fi.in penu.chart.in verb.aduerte tamen inquantum dixi.ff.à quibus ap.non licet, & faciũt no.per Bal.in repet.l.creditores.in 4.quæst.principali.in versi.item dubitatur, quia de successione vniuersali. C.de pign. B.Soc.reg.337.

¶OBLIGATIO statim cum oritur, moritur.

ff.de don.inter vir. & vx.l.si sponsus.§.concessa.

Et l.quod autem.§.vl.& pen.

I.de pœn.Rub.pœna semel.

ff.de nouat.l.si Stichum.§.si quis ita.

Obligatio statim, &c.) Hoc potius est nota, quàm generale.

Obligatio in se resoluitur, & sæpius committitur.

ff.de vsufr.quem.caue.l.1.§.habet autem.

ff.si cui plus quàm per l. Falcid.l.nisi dolo.§.quæsitum.

ff.rem pup.sal.for.l.4.§.si procurator.

ff.de verb.ob.l.si sic stipulatus.§.vlt.

ff.de solut.l.sub conditione.

Obligatio in se, &c.) Obligatio dicitur solui vel resolui, cum semel fuit commissa, & ipsa iterum resurgit vt ad aliud committatur: sicut & cum homo semel corpus & animum suum ad aliquid applicat faciendum, & cũ illud factũ fuerit, tunc voluit corpus suũ & animum, & soluit se, siue expedit ab eo quod fecerat, vt aliud aggrediatur. Circa hãc secundam cõmissionem distingue, vtrum sit stipulatio pœnalis, an talis quæ contineat interesse. Prima tãtum semel committitur, nisi actum fuerit vt sæpius committatur, vt ff.de arbit.l.si duo.§.vl. Secunda sæpius committitur.vt ff.de verb.oblig.l.si sic stipulatus.§.vlt. hoc ideo, quia sæpius interesse potest. In pœnali verò stipulatione non inspicitur quid intersit.vt inst.de inut.stipu.§.alteri. Quòd dixi sæpius commit.verum est ad aliud, nõ ad id in quo semel est commissa, vel ad eiusdem rei æstimationem, vt ff.de hær.vel act.vend.l.venditorũ exhæredi.in prin.& planè notaui in d.l.si Sixti stipulatus.§.vlt.

Vsuræ circa stipulationem non petuntur.

ff.mand.l.idémque.§.si quis Titio.

ff.de præscript.verb.l.Titius.

C.de vsur.l.quamuis.

Vsuræ

Vsuræ citra,&c.)Hoc speciale est in fœnebri pecunia, secus in contractibus bonæ fidei, vt ff.depos.l. Lucius.& de vsur.l.cum quidam.§.ex locato.C.depos. l.2.Item duo assignantur specialia,ff.de vsur.l.etiam & de nau.fœno.l.periculi.Azo,rub.14.

Tacita obligatio. Id ei abesse videtur,in quo mihi quis obligatus fuerit.

ff.de neg.gest.l.si quis mandato,& l.2.
ff.de maior.l.si cui.
ff.mand.l.inter causas.§.abesse.& §.si is qui fideiussori.
ff.de leg.1.& l.planè.in fin.
ff.si quad.paup.fec.l.2.contr.
ff.de pecu.l.Marcellus.

Id ei abesse videtur,&c.) Hæc Rub.exposita est suprà, in illa Rubrica,Obligatus pro alio,&c.

Extra id quod agitur,tacitè obligatio nascitur.

ff.commod.l.si is qui.in fin.
I.de dat.& concess.Rub.5.
ff.de cond.indeb.l.si in area.
I.de oblig.quæ ex recon.§.1.§.is quoque.

Hoc non tantum in delicto soluto, sed in omni quasi contractu dici potest;nec enim id agitur inter partes, vt ex quasi contractu nascatur actio,vt ff.de ac. & oblig.l.ex maleficio.§.1.2.3.& 4.

Non contineri plus in stipulatione,quàm in obligatione.

ff.de vsur.l.si stipulatus.
ff.vt leg.no.ca.l.1.§.si quis sub conditione.
ff.de verb.oblig.l.qui sic stipulatur.
ff.de leg.1.si legati.

Non contineri,&c.)Hoc si præcedens erat obligatio, & stipulatio subsequitur, ad idem interponitur.

Vtrunque promissorum sub disiunctione esse in obligatione.

ff.de pact.l.si vnus.§.si cum mihi decem.
ff.de leg.1.l.huiusmodi.§.si Titio Stichus.
ff.de verb.oblig.l.si duo rei.
ff.de condit. indeb.l.cum is.§.vlt.
ff.quand,dies leg.cum illud.in prin.
ff.de minor.25.ann.l.ait.§.hodie certo.
ff.qui & à quibus.l.cum hæreditas.

Vtrunque promissorum,&c.)Verum est,vtrunque esse in obligatione,alternatiuè tamen, vt ff.de min.l. & si sine.circa princ.licet quidam cōtradicant,asserentes vnum tantum esse in obligatione: si quæras quod,respondent se nescire, nec dicere possent.ar. pro eis dici potest.ff.quando dies leg.ced.l.cum illud in princ.secus in re iudicata,vt ff.de re iud.l.miles.§.1.& C.de nox.act.l.2.

Adiectio.

Albericus dicit,sub alternatione sententiā ferendam,

Vbi nudè promittitur.

ff.de verb.sign.l.sancimus.
ff.de euict.l.si dictum fuit.

Vbi nudè promittitur.)Nuda promissio vno modo dicitur inefficax obligatio:vt suprà eo.dixi,in illa Ru. ex nudo pacto,&c.alio modo dicitur nuda, licet sit efficax,quæ non est munita fideiussorum vel pignorū datione:& ita appellatur nuda cautio.nomine enim nudæ cautionis,fideiussor non venit,vt ff.man. l.si mandato Titij Calpurnius.§.vlt.

Obligatio conditionalis non purificatur: & sic conditio.per pactum fuerit remissa.ff.de consti.pec.l.id quod sub conditione. Quis proprium suum gerendo negocium,alium obligat.

ff.de negot. gest.l. si pupilli.§.sed & si quis negocia.
ff.qui pot.in pign.l.si prior.
ff.famil.ercis.l.si pignori.
ff.de vsufruct.l.si absente.

Obligatus in genere, interitu speciei liberatur, vt de act.nox.& de pecu.

Contra.

C.de cond.infer.l.cum quidam.Azo,ru.14.

¶Obligatio tanta est in termino referente quanta fuit in termino relato.Bald.l.si prior.ff.solu.matr.not.l.1.C.de sent.quæ sine certa quanti. Bald.l.si defensor.§.qui.ff.de interro.act. Ripa l.ait prætor §.si iudex.nu.1.ff. de re iud.no.l.certum. ff. si cert. pet.l.vbi autem.§. illud.ff.de verb. oblig. Ias.l.qui sic.columna 2.ff.eod.l.hæc venditio.§. huiusmodi. ff.de contr.empt.l. quem hæredi.ff.de reb.dub.l.si defensor.§.qui interrogatur.ff. de interro.actio. Med.re.10.

¶Obligatio tantum oritur ex parte promittentis in pollicitatione,& stipulatione.l.1.ff.de polli.l. 5.§.stipulatio. vbi Iaso. numero 6.ff.de verborum oblig.doc.com.rub.ff.eodem. vbi Alba.nume.86. dixi ego in meo tracta.de defin.p.2.defin.46.nu.15. & defi.45.num.17. Med.reg.9.

¶Obligatio oritur, & parit actionem in minimis,quando interuenit iuramētum.dixi suprà, ver. actio.& in ver.iuramentum Euer.latissimè in sua centuria in loco à vi energiæ,seu efficacia iur.Med. regul.5.

¶Obligationis conditio non mutatur per personarum mutationem. Textus, in l.2.§.ex his.ff.de verb.oblig.& in l.in executione.§.pro parte.eo.ti. & in l.2.C.de fruct.& lit.expen.

Limita duobus modis,vt per Iaso.in dict.§.ex his.numero 3. B.Dias reg.503.

¶Obligationis liberatio fit per vnicum implementum,Anch.c.non potest.col.2.de præb.6.idem cons.404.per l.dotis promissio.ff.de iur.do.l.inter socerum.§.fi.ff.de pact.dotal.l. matrimonij. ff.qui, & à quib.l.cum pater.§.pater.ff.de le.2.l.1.§.si cui. ff.vt l.nom.cau.l.fi. ff.de bon.auth. iud.pos.l.sciendum.ff.de verb.obl.gl.& Bald.l.ab emptione.ff.de pac.glo.l.Pom.§.sed & si ver.de rato.ff.de procur. l.si cum fundum.§.tradat.ff.de contr.emp. Barto.l. Clodius.ff.qui pot.in pig. hab.authen. sacramenta puberum.C.si adu.vend.docto.Com. permisceri.§. species.ff.de acq.poss.Tiraq.l.si vnquam.ver.susceperit.nu.191.C.de reuoc.don. Med.reg.3.

¶Obligationem non inducunt verba generalia prolatam ad complacentiam alicuius; Abb.ca.cum venissent.nu.5.de instit.itē obligatione generali nō veniūt ea, quæ verisimiliter in ea nō cōprehenduntur,l.obligatione.ff.de pigno. Tertiò non veniunt serui,neque bona se mouentia,Bart.l.quintus.§.argento.ff.de auro & arg.leg.l.qui potest.de auth.tu. Quartò nō veniunt res prohibitæ alienari,Bal.l.voluntas. C.de fideic.l.1. C.quæ res pign.obli.poss.Alex.l.si constante.col.12.ff.sol.mat.quintò non veniunt bona hæredis.l.Paulus.ff.de pigno.Cy.l.assiduis.C.qui pot.in pign.habeantur. Sextò nec bona patris prodigi assignata filiis pro alimentis,& legitima,Bal.l.2.C.si quis in frau.patr.Septimò nec bona quæsita post obligationē, Bal.l.cum tabernā.ff. de pign.Octauò,neq;bona,quæ in potestate,seu dominio directo obligantis non sunt,vt emph.feu.ius patr.& similia,vt superius dictum est. Med.re.1.

¶Obligationibus dandi, nō succedit obligatio ad in

ad interesse: sed obligatus tenetur præcisè dare, & sic dominium transferre. Text. est, quia ad hoc, secundum Ias. ibi tota die allegatur in fundi. §. hæc stipulatio. ff. de verb. obl. tenet Bar. in l. stipulationes non diuiduntur, & in l. vbi autem. eod. tit.

Limita octo modis, quarum sex limitationes ponit Iason in dicta l. stipulationes non diuiduntur: aliàs duas ponit idem Ias. in dicto §. hæc stipulatio. B. Dias regu. 505.

¶OBLIGATIONIBVS facti succedit obligatio ad interesse, ita Barto. in l. stipulationes non diuiduntur. in prin. in decima opposit. & in q. ix. ff. de ver. obl. & Pont. in l. hæreditatem. ff. de donat. Cor. cõs. cclvj. primus A. & B. volum. 4. Soci. in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. num. 3. ff. de verb. oblig. Soci. in Regu. 337. qui ponit tres fallent. quas omnino vide & considera infrascriptas.

Fallit de iure cano. vbi si in obligatione facti interuenit iuramentum, iurans præcisè tenetur ad factum. Ita Anto. But. in cap. fin. extrà ne prælati vi. suas. & Cor. d. cons. 256. l. 6. vol. 4. quod not.

Fallit etiam fauore libertatis. Ita Soc. in d. §. Flauius. num. 3. ff. de verb. obli. alleg. tex. in l. liber homo. §. decem. il secundò. ff. de verb. oblig.

Fallit quoque, quando quis per eam obligationem à statuto introductam obligaretur ad aliquod merum factũ, quia cum statuta sint stricti iuris, vtique tenetur præcisè ad obseruantiam d. obligationis, quòd no. Dec. cons. 645. nu. 62. vol. 2. Are. cons. 14.

Fallit, quando quis habet modum, facultatem, & commoditatem tradendi, quia eo casu potest cogi ad tradendum præcisè. Ita Bart. & gl. in l. j. ff. de act. empt. & l. ex empto. in prin. ff. eo. ti. Bal. in l. fi. C. de pac. Ang. Aret. cons. 28. vers. plus dicit Bal. Dec. no. cõs. 501. nu. 2. vol. 2. quod not.

Fallit 5. quando quis est obligatus vigore testamenti ad aliquod factum, quia obligatus ex dispositione testatoris, ad factum præcisè, eo tũc astringi potest. tex. est in l. fideicommissa. §. fi. ff. de le. 3. Dec. d. cõs. num. 2. vers. 3. ex alio capite. Dec. cons. 274. num. 6. quod not. tene menti. Nouel. reg. 122.

¶OBLIGATIONIBVS facti, non tenetur quis præcisè ad factum, sed soluendo interesse, liberatur. Tex. est in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbor. oblig. & in l. si quis ab alio. ff. de re iud.

Limita quatuor modis, vt per Iaso. in d. l. stipulationes vbi dicit, quòd alias quatuor limitationes ponit Alexand. ibi, & alias quinque Bald. in addit. ad Specu. in ti. de interesse, versicu. & nota quòd aut merum factum, & dicit quòd alio modo limitat Roma. in qua limitatione licet non fuerit ausus decisiuè se affirmare, refert tamen Abba. in duobus eam tenentẽ contra Anto. B. Dias re. 506.

¶OBLIGATIO. Pompo. lib. v. ad Sabinum.

Lex xiiij.

In omnibus obligationibus, in quibus dies non [a] apponitur, præsenti die debetur.

ADDIT. a ponitur in Pand. Florent.

Nisi locus adiectus, spatium temporis inducat, quò illò perueniri possit, & habetur idem. l. eum qui Kalendis. §. quoties. de verb. oblig. cum simil. alleg. in gl. ad idem tex. l. si dies in princip. quãd. dies lega. ced. §. omnis. Inst. de verb. oblig. G. Viuien.

¶OBSCVRVM cum aliquid in controuersia est, sequimur minimum in eo, cap. in obscuris. de reg. iu. 6. ampl. 1. procedere hoc dictum in contractibus. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Cagn. l. semper. nume. 12. ff. eo. Dyn. d. c. in obscuris. num. 7. l. fideiussorem. ff. mand. leg. fin. ff. de præt. stip. l. si quis venditor. ff. de ædi. edic. l. si stipulatus. l. si ita. ff. de ver. ob. Cyn. l. cum quidam. C. de ver. sig. l. si ita. §. fi. colum. 3. ff. de leg. 3. l. Mæuius. §. duobus. ff. de leg. 2. Ias. §. in bonę fidei. inst. de act. secundò hoc idem ampli. in vlti. volun. vt hæres dicatur minus grauatus, quàm fieri possit. l. si ita relictum. de leg. 2. l. qui concubinam. §. cum ita. l. nummis. ff. de leg. 3. Doct. com. §. sed generaliter. insti. de legatis, Ias. §. præterea. inst. de act. Bart. l. legato generaliter. ff. de leg. 1. l. cum certum. ff. de vin. tri. & oleo leg. l. si domus. ff. de leg. 1. Din. d. cap. in obscuris. numero 8. Cagn. d. l. semper. numero 10. ampli. etiam. Tertiò & vltim. loco in iudiciis tam ciuilibus quàm criminal. not. l. inter partes. ff. de re iudic. Felin. cap. aduersario. colum. 4. de except. Dec. cons. 43. & sic in delictis quod est minimum sequimur. Fe. cap. quo ad consultationem. de re iudic. l. absentem. ff. de pœnis. l. si præses. ff. eo. Barto. l. 2. §. exercitus. ff. de his, qui no. infamia, Inno. cap. cum dilectus. de fid. instru. sed in hac 59. ampl. huius reg. nota quæ scripsi in meo tract. de leg. & stat. p. 2. q. fi. & p. 3. q. 18. & seq. Rom. cons. 12. Ancharan. cousilio 219. Alexand. cons. 162. volum. 2. & quia vt dictum est minimum iudicatur arbitrio iudicis, non potest in hoc dari, reg. firma. glo. l. 2. ff. quod cum eo. Barto. l. scio. ff. de in integr. rest. gl. & Flor. l. res bona. ff. de contra. empt. tamen ponam hîc nonnulla quæ pertinent ad declarationem huius dicti, & primo parum, & nihil æquiparantur. Cæphal. consilio 179. numero 16. Cor. cons. 29. volum. 3. Mars. sin. 276. Ias. l. cætera. numero 7. ff. de leg. 1. auth. qui rem. numero 15. C. de sacr. sanct. Eccle. Socin. Inn. l. stipulatio hoc modo. numer. 23. ff. de verborum obliga. l. naturaliter. §. nihil commune. numero 301. ff. de acquir. pos. Soc. cons. 108. colum. 2. volum. 1. Cagn. l. imaginaria. num. 12. ff. de regu. iur. & l. fin. numer. 242. C. de pactis. Crauetta. cons. 46. numero 13. Mars. l. furem. nu. 8. de Sicar. & in pract. Crim. 4. & quia. num. 6. Ber. in rubr. de iur. patr. nume. 102. secundo not. quod modica summa dicitur vsque ad duos aureos, l. si oleum, & l. seq. ff. de dolo. Tertiò minima causa dicitur, quæ ad sumptus iudiciales non sufficit. c. de appellationibus, de appellat. quartò quandoque dicitur vsque ad decem libras auri. §. illud auth. de appellat. quintò dicitur aliquando vsque ad quadraginta aureos. l. 1. C. de defens. ciuit. Sextò dicitur minima id est tertia pars totius. l. si quis in suo. ff. de inoffi. test. Septimò minima dicitur respectu maioris partis, Spec. in ti. de dolo. §. illud. vers. sic concipe, octauò dicitur minimum id est non maximum. l. si quid venditor. ff. de ædi. edic. Nonò duo millia quãdoque cum donat Rex dicitur ipse modicum donare, gl. & Bar. l. sed & si. §. 1. ff. de iudic. glo. & Bar. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arm. Bald. l. insulam. 2. oppos. ff. de ver. oblig. Decimò minimum tempus dicitur spatium decem mensium. l. 2. C. de secund. nupt. quandoque decem dierum. l. promissor. §. 1. ff. de const. pec. quãdoque viginti. l. j. §. hæc. ff. de itinere actúque priu. item quandoque quatuor mensium. l. si debitor. ff. de iudic. Med. reg. 5.

¶OBSCVRVM. vide Dubia. l. 82. in obscura. vol. 140. c. cùm sunt. c. inspicimus. vide Paria, Possessor.

Sermo obscurus contra proferentem interpretari debet. De pact. l. veteribus. De contrahen. empt. l. Labeo. De ser. vrb. præd. l. si arborem. §. hæc lex, & il.

Bart. Riisvvich.

¶ OBSCVRVM. L.ᵃ42. Vlpianus libro 26. ad Edictum. a al. 41.

Non debet actori licere, quod reo non permittitur. §. In re obscura melius est fauere repetitioni, quàm aduentitio lucro.

A reo ad actorem argumentatur, l. nam §. iusiuran. l. si seruus, iuncta l. sed etsi ser. de iureiurand. Iunge l. 168. fauorabiliores, scilicet in eo quod. de iureiuran. l. 34. §. fin. de proc. l. post litem, iuncta l. quæ omnia. in 6. cap. nō licet actori, 32. l. in iudiciis. Auth. præcep. præs. const. 17. §. deinde conueniens, 9. q. 4. cap. 2. C. de prox. sa. scri. l. in sacris, l. 3. §. & quoniam, 3. quæst. 9. cap. nullus, de iurisd. l. nemo, Auth. vt omnes ob. §. hoc considerantes, de prob. l. verius, C. de in integr. restit. l. petendæ, de mutuis peti. cap. 2. cum gloss. Econtra de proc. l. post litem, l. per omnia. Excipe. C. de episcop. l. cum clericis, de iud. l. solemus, l. si quis intentione, qui satisda. cog. l. de die, de except. do. l. purè, 5. C. de dila. l. si quando. quorum legatorum, l. 1. §. quia. Contrà l. 197. cum par, l. nemo prædo. ACTORI. De accusatore idem intelligit Faber. REO. Nec vtriusque successoribus iud. sol. l. iam tamen, 5. §. penult. arg. l. 5. de po. ac. ad legē Aquil. l. scientiam, in fi. de con. ob tur. cau. l. 3.

§. In re. De interpretatione benigna in damno euitando, secundum Accurs. Deci. & Ra. ne obstet l. 34. in eo quod vel, l. 35. semper in sti. l. in pati. l. seruum, §. fina. de min. l. si seruum, §. sequitur, de verborum obligation. C. de cond. ind. l. fin. C. de iu. del. l. fin. §. si verò, de eo quod cer. lo. l. 2. §. proinde, de rei ven. l. Iul. §. si in area, ibi nisi de damn. infect. l. Proculus, de his qui in frau. cre. l. qui autem, arg. l. fi. de iur. fis.

¶ OBSCVRA. Ne obstet l. quod à quoquam inf. FAVERE. scilicet illi qui repetit suum, quàm qui actione prosequitur lucrum, non ex ea ipsa re, quæ repetitur, sed aliunde adueniens, C. de bon. quæ libe. l. cum opus. Exc. Arg. de do. inter virum & vxorem, l. 33. §. præsentiam, in fi. & §. sed si ambo 2. Riisvvich. paratit.

¶ OBSCVRVM. In obscuris minimum est sequendum. c. in obscuris, de reg. iur.

Fallit vt per Din. in d. c. in obscuris.

In obscuris inspicimus, quod est verisimilius, vel plerunque fieri consueuit. c. inspicimus, de reg. iur. vbi Dinus limitat, & declarat. Don. Fina, lib. 5.

¶ OBSCVRA. Bonifac. Reg. xxx.

In obscuris minimum est sequendum.

Vide super hanc reg. Dinum Muxellan. satis dilucidè tractantem. Viuiennus.

¶ OBSCVRA. Vlpianus. Lex ix.

Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur.

Vide cap. in obscuris. in sexto. eod. tit. Viuienn.

¶ OBSCVRA. L. 115. Paulus lib. 9. ad edictum.

In obscuris inspici ᵃ solere, quod verisimilius est, aut quod plerumque fieri solet.

ADDIT. a al. solet.

Interpretatio à verisimili. Sim. loc. l. si in lege, libro 6. cap. 45. inspicimus. Iunge l. 129. §. fina. Inst. qui manu. nō pos. §. idem 32. q. 1. c. si quis acceperit, de frig. c. 1. de fid. inst. inter dil. Exem. de prob. l. si pactum, 9. in fi. de pact. l. 7. §. quod ferè. VERISIMILIVS. Quod ex consuetudine contrahentium disponentis, & regionis cognoscitur, de con. & d. l. cùm seruus, ad fi. Zas. cons. 2. to. 1. nu. 2. de leg. 1. l. si seruus pluriū, §. fi. de vsur. l. qui semisses, §. fi. qui test. fac. pos. l. hæredes palam, in fi. de pig. ac. l. vel vniuersorum, sup. l. 35. semper. Consuetudine autem deficiente, ex antecedentibus & consequentibus, natura actus vel personis coniicitur, de leg. 1. l. cùm seruus pluriū, §. fi. Locati. l. ea, qui po. in pig. l. insulā vendidi, de ver. obl. l. Titia, §. 1. de an. leg. l. si cui annum, de ali. leg. l. pen. de vsu & hab. l. plenum. §. equidem, C. de inof. test. Auth. non li. de iud. l. si quis intentione, sup. l. semper in stip. conciliat l. in omnibus, sup. Lorio. axio. 91. PLERVMQVE. Inf. l. ea quæ rarò 69. Nā plenius tractanda sunt quædam, quoniam quotidiana sunt, & plerūque accidunt, & sæpissimè vsu veniūt, de lib. leg. l. legati, de vsuc. l. iustè, ne quid in lo. pu. l. 2. §. meritò, Io. Bellonus de argumentis legum, c. 15. de argumento à communiter accidentibus. Ad fi. ad l. Falc. l. pretia. Riisvvich. parat.

¶ OBSCVRVM. Bonifac. Reg. xlv.

Inspicimus in obscuris, quod est verisimilius, vel quod plerunque fieri consueuit.

Dyn. in cap. contra eum. eod. tit. Viuien.

¶ OBSTARE. Vlpian. libro 62. ad edictum.

Lex xxix. al. clxxxvj.

Quod ipsis qui contraxerunt, obstat: & successoribus eorum obstabit.

Ex tit. de reb. auth. iudic. possidend. Viuien.

¶ OCCASIO. Vlpianus. Lex cxxix.

Capienda occasio est, &c.

Vide legē seu regulā incipientē, Rapienda. Viuien.

¶ OCCASIO. l. 129. capienda, vide Delictum.

Qui occasionem damni præstat, ipse damnum fecisse videtur. Pau. ad l. Aqui. l. 3. §. pe. Brocard. Azo. 87.

Meliùs est occurrere in tempore, quàm post exitum vindicare. C. lib. 3. tit. 27. l. 1. §. 1. Riisvvich.

¶ OCCASIO. 168. L. 129. Idem lib. 1. ad Plautium.

Rapienda occasio est, quæ præbet benignius responsum. §. Quod factum est, cùm in obscuro sit, ex adfectione cuiusque capit interpretationem.

ADDIT. al. Capienda.

OCCASIO. Id est, interpretatio & causa. Sim. ad leg. Aqui. l. qui occidit, §. in hac, secundū Card. ad Cle. causam, de elec. & Cagn. Iunge sup. l. semper in ob. l. 157. semper in dub. l. 153. §. in re dubia, de pœn. l. si Præses, de re iud. l. inter pares, de arb. l. diem, §. si plures, de cond. inde. l. dominus testamento. Secus de test. tu. l. duo. Rationem habet Oldendorp. fol. 368. Iustinus. Vtendum occasione & rapienda incremēta virium.

§. Quod factū. De interpretatione à sentētia proferētis. & affectione facientis. Sim. sup. l. in ambiguis, 87. Exc. §. fina. l. si seruus plurium, de leg. 1. Iunge l. 113. in ob. C. de leg. l. cùm alienam, C. de inoffic. test. l. 3. C. de inst. & sub. l. generaliter, §. cùm autem, C. de sic. l. 1. Riisvvich. paratit.

¶ OCCASIO Affectus. Paulus lib. 1. ad Plautium.

Lex clxviij.

Rapienda occasio est, quæ præbet benignius respōsum. Quod factum est, cum in obscuro sit, ex adfectione cuiusque capit interpretationem.

ADDIT. al. Capienda. Viuienn.

¶ OCCASIO leuis interdum est magni ponderis. l. ergo. §. si ex die. ff. de fideic. liber. cum gl. vers. modica data occasione, Bal. c. per tuas. col. 1. de prob. le. in vsucapione. ff. de diuers. temp. præscr. Med. re. 5.

¶ OCCASIO damni. Qui occasionem dat damni, dānum dedisse videtur.

PRO.

Ext. de homicidio. c. de cætero.

Ext. de testibus. c. sicut.

86. dist.

86.dist.c.pasce.
1.q.1.c.placuit.& c.vnusquisq.
33.q.5.c.de occidendis.
50.dist.c.studeat.& c.hi qui.& c.sæpe.
27.q.2.c.si tu abstines.
D.ad l.Aqui.l.qui occidit.
D.ad l.Cor.de sica.l.nihil interest.
D.vi bon.rap.l.penu.§.si quis.in fin.

CONTRA.

Ext.de conces.præb.c.quia diuersitatem.
Ext.de diuort.c.significasti.
33.q.5.de occidendis.
D.de seruo corrup.l.Neratius.
D.de fur.l.verum.
D.de actio.empt.l.si sterilis.§.cùm per venditorem.

SOLVTIO.

In præmissa regula supplendum est, Qui occasionem damni dat cum culpa. Et sic soluitur cap.illud, de occidendis.Item is,qui occasionem damni dat cum culpa,videtur dedisse damnum,si dedit occasionem proximam:secus si remotam,dict.l.Neratius.Quando autem aliquis dat occasionem mortis: quantum tum ad inductionem irregularitatis, distinguitur: quia si dabat operam rei illicitæ,imputatur ei:si verò rei licitæ,& adhibuit diligentiam quam debuit, non imputatur ei, ext.de homic.cap.ex literis.& cap.tua nos.& cap.vltim. Dicta autem lex, si sterilis, loquitur in contractibus, & non in delictis. Damas.reg.41.

¶OCCIDERE alium est licitum etiam pro rerum defensione,gl.in l.vt vim,ff.de iust.& iur. Bar.in l.furem,ff.ad l.Corn.de sica.

Ampliatur in 3.casib.vt per Ias.in d.l.vt vim,& limitatur in 4.videas Dias re.507.

Pater non potest committere alteri, vt occidat filiam suam adulteratam.Bal.in l.accusationibus, C.quod metus causa, l.officium, ff.com.diui. Fallit vt no. Dias reg.134.

Occidere licet furem nocturnum. Fallit vt per Mars. in l.si vt allegat,ff.de sica.

Filius occidens patrem,& pater filium, de parricidio tenetur,l.1.ff.de parricid.

Ampliatur & limitatur per Carer.in praxi.cri.in trac. de homi.num.128. Don.Fina,lib.4.

¶OCCIDERE alium est licitum etiam pro rerum defensione.glos.est in l.vt vim.ff.de iusti. & iur.no. Barto.in l.furem.ff.ad l. Corne.de sicar.hanc opinionem approbat lex nostri regni, in ordi.reg.lib. 8.tit.13.l.4.hanc etiam sententiam tenet Ioan.Villemati in repet.l. diuus.ad l. Corn.de sicar.ff.& vide Syluest.in verb. excommunicatio.lo 6.in 4.notabili.vers.nonò in eod.

Amplia tripliciter,vt per Iaso.in dicta l.vt vim.vers.in glos.ibi:& vide Ioan. Villemati vbi suprà, qui ampliat dupliciter.

Limita quatuor modis, vt per eundem Ias.vbi suprà, post Anan.in cap.2.& in cap.suscepimus, de homicid.& tandem residet in opinione dictæ glossæ,quę est communis secundum eum. Sed opinionem Io. de Ana.in locis suprà allega.defendit, Fortuniùs Garcia in dicta l.vt vim.vbi etiam respondit fundamentis Ias.adductis pro communi: & vide Iacob. Boullen. in repet.§.famosos.l.capitalium.ff.de pœ. vbi etiam decem fundamentis confirmat opinio. Ioann.de Anan. & respondet ad fundamenta vrgentia pro contraria parte, & residet in opinione prædicta,licet dicat quòd opinio glos.& Barto.est communis:& vide Philipp.in dicta l.vt vim. B. Dias reg.507.

¶OCCIDERE furem licet domino pro defensione rei suæ nisi esset ei subtracta modica res. Mathesi. sing.39.not.l.si ex plagis.§. tabernarius.ff.ad legem Aqui.Ange.l.1. C.vnde vi. Mathes.not.127.refert Thom.Gram.§.tutor autem.nume.9.inst.de auth. tutor. Med.reg.5.

¶OCCIDERE licitum est aliquem dum se incontinenti defendit, glos.1.c.vnde vi. Barto.& Doctor. com.l.vt vim.ff.de iust.& iur.Cyn.& Bald.l.cum antiquitas.C.de test.Doct.clem.si furiosus.de homicid.Doct.c.olim.de rest.spo.Bal.c.2.de vit. & hon. cler.item no.quòd vulneratus, qui illico moritur: præsumitur ex eo vulnere mortuus, Ias.latè in l.licta.numer.20.ff.si cert.peta.quia quæ incontinenti fiunt,&c. Med.re.5.

¶OCCIDENS aliquem dicitur homicida, licet vnicum homicidium commiserit,& hoc propter atrocitatem Criminis,vnde vt homicida puniri omninò debet,regulariter tamen quis non efficitur talis vnico actu: vnde mercator non dicitur, qui semel tantum fuerit mercatus aliquid, glos.l.1.§.merces. ff.de trib.Bar.in proœm.ff.numero 10.& in l.legatis.ff.de leg.3.l.mariti.§.qui quæstum. ff. de adult. Bald.in rubric.de const.numero 8. Cor.cons.23.volum.3.Aret.§.introduxit.num.2.inst.quod cum eo, Alexand.l.imperator.numero 10. ff. ad Trebe.Fe. c.clericus.numero 5.de iud. Dec.c.1.nu.29.eod.tit. Petr.in trac.de duob.fratr. quinta p.numer.34.latè Stracha.in tra.de Mercat.q.1.num.6.vbi cum com. conclùdit quem vnico actu mercatorem non dici. Med.re.7.

¶OCCIDENS hominem tenetur ad expensas medicorum, & ad expensas operarum interfecti, id est, habita retione ad tempus quod occisor viuere potuisset.l.fina.ff.de iis quæ deiec. vel effund.& ad æstimationem operarum,& ad artem, quam exercere solitus erat, secundum formam l. hæreditatum.ff.ad legem Falcid. Ita Spec.in titu.de iniur. & damno dato. §. sequitur. versicu. sed nunquid. cum sequen.prout in crimine falsi.vt l.qui nomine. ff.de fals.& hoc quando proceditur ciuiliter, secus verò, quando criminaliter virtute legis Corneliæ de sicar.quia vna tendit ad vindictam, altera verò ad persecutionem rei familiaris. Ita Cyn.in l.si non conuicij.quæst.xv.C.de iniur. Socin.cons.146.volum.1.

Fallit regula iis,quæ eueniunt in pura rixa,quæ casualiter euenit.nam si occiditur vnus & cõstat postea de vulnere illato per vnum ex pluribus ibidem adstantibus,non tenētur alij,secundum cons.Salyc.& Ancharan.in consilio ccxvj.numero 5.& Cassa.cõs. 58.licet pro parte.& Thom. Grammati.decis.25. num.5.& 6.

Fallit in homicidio commisso ad necessariam defensam,quia naturale quippe est,vt in crimine, quis se defendat.vulga.l.vt vim.ff.de iusti.& iure. Flori.in l.scientiam.§.qui cùm aliter.ff.ad leg.Aqui.etiam per fas,& nefas:quia natura viuendi ratio, dulcedo est.arg.qui cum maior.§.v.ff.de bon.lib.& huic defensioni nec Papa, vel Imperator derogare potest,secundum Clem.pastoralis, de re iud.& aduersus pericula ratio naturalis permittit se defendere, quia arma & manus sunt instrumenta apta, & generata ad tutelam corporis, prout sunt vngues & ro-

& rostra auium ad subsidium naturæ, & ad defensam corporis, pariter & in homine. prout latè dixi in tract. meo ad defensam in causis criminalibus, in princip.

Fallit etiam in omnibus delictis casu, & non ex proposito commissis, prout doct. omnes in dict. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. & ibi Florian. & Ang. in vers. & d. Tit. se defend. num. 2. & 7. in suo tract. C. & in pract. mea. ad defens. nu. 105. I. Nouel. re. 109.

¶ OCCIDENS parentes punitur pœna parricidij leg. Pompeiæ: ita è contra parentes occidentes liberos. l. prima. C. de his qui par. vel liber. occid. per hanc regu. de qua decis. Pedem. 140. nume. 7. Fel. in proœmio decretal. num. 10. Ronchegal. l. eandem. nume. 43. ff. de duobus reis. Decis. Pedem. 115. numero 10. Med. reg. 9.

Occidens, sententia lata contra occidentem, non præiudicat ei, contra quem proceditur ope, vel auxilio, Ange. & Barto. l. si his. §. hoc tamen. de furtis. Ange. & Salice. l. I. C. de raptu Virgin. Alexand. l. sæpe. numero 44. ff. de re iudicata. dixi sup. amplia. 121. Med. regula 8.

¶ OCCVLTANS se ne ad ipsum citatio perueniat, sententia inter alios acta, præiudicabit ei etiam, ita in terminis Tiraq. in tract. res inter alios acta. limit. 12. Inno. & Host. c. ad petitionem. de accus. Monac. c. Romana. §. contrahentes. de foro comp. 6. Alex. l. contumacia. Fall. 9. ff. de re iudi. Marant. in tract. de ord. iud. par. 6. nu. 33. Med. re. 8.

¶ OCCVLTA, & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum. Stephanus 2. q. 4. consuluisti. Riisvvich.

¶ OCCVPATIO. Occupantis est melior cōditio. De trib. l. non enim. Cc. de leg. 1. l. si plurib. in fi. De pro. l. plurib. De duob. reis. l. 3. De rei vend. l. inter eos. De nox. l. si quis. De pec. l. si verò. Brocar. 5. rub. 52. Vide Debitum. Riisvvich.

¶ OCCVPATIO. Caius lib. xxiiij. ad Edictum prouinciale. Lex cxlvij. al. cxc.

Semper generalibus specialia insunt.

Quòd nullius in bonis est, occupāti conceditur. Et feræ bestiæ, pisces occupantium sunt. Viuiennus.

¶ ODIVM. c. Odia restringi, fauores ampliari oportet. in vi. De pœ. l. si de interpre. De lib. & post. l. cùm quidam. de ac. & ob. l. Arrianus.

Conuerti in fauorem odium non debet. De hær. inst. l. quoties. §. si quis nomen. Et econtrà. C. de legibus. l. quod fauore.

Alieno odio non debet prægrauari alius. Nam peccata suos auctores tenere oportet. C. de pœn. l. sancimus. De inoff. test. l. si quis testamento. §. Legis. De Reg. iu. in vi. c. non debet.

Longè grauius est æternam quàm temporalem offendere maiestatem. C. de hæret. Aut. Gazaros. Riisvvi.

¶ ODIVM soluitur morte: vnde si filius priuetur patria propter odium patris, eo mortuo restituatur ipse. Bald. l. 2. C. qui ad libert. peru. non poss. cōc. l. j. C. si rector prouinc. Bellam. c. cum ecclesia. num. 8. de causa possess. & propr. numer. 6. Ruin. consil. 122. numero 7. volumine 5. Decius consilio 456. numer. 12. Doct. Commu. l. Titia. §. vsuras. ff. de leg. 2. Din. l. j. §. qui in perpetuū. ff. si ager vectig. vel emphyt. l. omnes populi. colum. 7. ff. de iust. & iur. l. si seruus. ff. de public. in rem act. l. in omni. ff. de adopt. l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. voluntas. C. eo. l. fin. C. de iniur. Albe. in tract. stat. par. 4. p. 62. Amp. etiā si statutum dicat, quòd sint perpetuò banniti, Ang. l. incola. col. 10. ff. ad munic. Flor. leg. si quis. ff. de noxal. Alexan. consil. 20. vol. 2. consil. 207. volumine 6. Aret. leg. Pomponius. §. fin. ff. de acqui. hæred. Corne. consil. 50. vol. 4. consil. 90. vol. 3. Felin. capitulo, ex parte. col. pen. de foro compe. cap. quæ in ecclesiarū. col. 12. de consti. Ias. leg. 1. col. 13. de offic. eius. Marsil. leg. final. col. 6. de quæstio. Secundò ampl. vt odium inductum in vsurarium soluatur eius morte. capitulo, cùm tu. de vsur. cū gl. versic. donec. BAL. Rubr. C. eod. col. 2. Laurent. capitulo, consuluit. col. 4. de vsur. Ioan. And. capitulo quia. eod. titu. Romā. consilio 404. Dummodo vsuræ præteritæ restituātur. leg. 1. C. de æd. leg. prætor ait. §. is etiam. ff. eod. dixi super. concl. 14. Med. tract. 2. part.

¶ ODIO alieno neminem pergrauari, l. si quis in suo, §. legis, ff. de inof. test.

Fallit vt per Dyn. in capitulo nō debet, de reg. iur. fallit in 3. casibus, vt per Bello. in suis conclu. ver. alterius odio.

Odia restringi, fauores ampliari debere, leg. cum quidam, ff. de lib. & posthu.

Fallit vt per Dy. in c. odia, de reg. iur. Don. Fin. lib. 5.

¶ ODIVM. Bonifac. Reg. xv.

Odia restringi, & fauores conuenit ampliari.

Muxellan. egregiè, hoc loco cum Dec. Viuienn.

¶ ODIOSA non comprehenduntur in generali dispositione, capitulo statutum. de elect. 6. leg. cū quidam. ff. de liber. & posth. leg. si vnus. §. pactus. ff. de pactis. l. Arrianus. ff. de act. & obligat. Alex. l. cætera. §. sed etsi quis. ff. de leg. 1. Bart. l. 2. §. exercitij. ff. de his qui not. infamia, Ioan. de Plat. le. quemadmodum. C. de agricol. & cens. lib. ij. BALD. leg. 1. quæst. 4. C. de liber. præter. odia enim restringi, fauores autem cōuenit ampliari. c. odia. de reg. iur. Medic. re. 1.

¶ OFFENDENS stipulatorem, vel eius personam repræsentans non tenetur ad interesse. leg. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obliga. & leg. cum pœna. ff. de arbitr.

Amplia, etiam si non offendatur repræsentans stipulatorem, sed etiam extraneus expressus in stipulatione: quia tunc non attenditur interesse: leg. stipulatio ista. §. alteri. de verb. oblig.

Primò fallit, quando est stipulatus pœnam sibi, quando non daretur illi tertio: quia tunc cōmittitur pœna, dato quòd omnino intersit dari illi tertio: vt in d. §. alteri. vt probatur in l. arbiter intra certum. & ibi BART. & BAL. ff. de arbi. & BART. in l. j. ff. de iur. fis.

Secundò fallit quando pœna fuit apposita nudo pacto iuxta contractum, quia tunc nō potest agere ad pœnam, nisi sua interesset. leg. seruus. ea leg. ff. de seru. exportandis.

Tertiò fallit, in pœnis iudicialibus, vel prætoriis, in quibus cōsideratur an intersit, aliàs peti nō possent. vt probatur in l. ij. & ibi Ang. ff. si quis in ius vocanon ierit. & gl. in §. alteri. in verb. ei. Insti. de inuti. stipu. & BAL. in l. & si post tres. ff. si quis caut.

Quartò fallit, quando pœna est adiecta stipulationi accessoriè, non autem principaliter, vt in stipulatione de iudicio sisti sub pœna, &c. quia talis non potest committi nisi intersit. leg. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. intelligendo vt per Bart. in leg. qui cum. ff. eod. tit. & ita voluerunt Rapha. & Fulg. in l. fin. ff. si quis caution.

Quintò fallit, nisi petitio pœnæ fundetur super aliqua causa finali: quoniam si in illa causa non vertitur interesse partis, nulla potest committi pœna. ita nouiter limitat Petr. de Anchar. in consil. lxvj. quod con-

si.incip.pro clariori decisione.

Sextò fallit in curia mercatorum, vbi non potest peti pœna vltra quàm realiter & effectualiter intersit: vt per Ang.in cons.219.incip.arbitra.d.Pet.nã & Aret. §.Cato.de verb.oblig. B.Dias reg.308.

¶ Offendens in vno factus est omnium reus.Iac. Apost.cap.2.cap.defleat.de reg.c.1.c.si. de pœnit.di stinct.5.vnde dubius in fide infidelis est,& errans in vnico articulo,hæreticus dici potest, secundũ Diuũ Thomam.2.2.quæst.5.artic.3. in corpore vnde sumi tur. Med.reg.5.

¶ Offensio soluitur morte,not.capit.fin. de dona: Ripa l.fina.numero 256.C.de reuoc.dona.Dixi ego in tractat.de regul.iur.Regu.8.numero 106.& super conclus.56.not.capitulo quamuis. de sent.& re iud. l.iniuriam.ff.de iniuriis.Iul.Clar.§.donatio. quæst. 21.Angel.l.his solis.C.de reuoc.dona.Doct.l.omni modo.C.de inoff.test.l.1.vbi Doct.C.de inoffi.do. Med.tra.2.p.

¶ Officialis dum est in officio cum subditis con trahere non potest.l.nõ licet.ff.de contrah.emptio. & l.vnic.C.de contract.iudi.

Primò fallit, quando contraheret non per se, sed per vniuersitatem,cui præest.l.Caius.ff.de vsur.

Secundò fallit, quia in loco originis potest contrahe re:vt in l.præsidis.ff.si cert.petatur.secundum vnam lecturam.

Tertiò fallit,cùm contraheret cum nõ subditis: vt not. in d.l.præsidis.

Quartò fallit: quia causa necessitatis potest contrahe re:d.l.vnica.C.de contra.iudi.&c.

Quintò fallit,quia palàm,& publicè potest contrahe re:glos.in d.l.non licet.de contrahen.empt.licet Ri car.teneat contrarium.

Sextò fallit, quando conceditur à rege vel à principe, vt possit contrahere,vt d.l.licet.& d.l.j.C.de cõtra. iudic.

Septimò fallit,quando esset officialis perpetuus, vt d. l.præsidis.si certum petat. B.Dias reg.342.

¶ Officialis si malè iudicat ex imperitia,non ex cusatur.Angel.in l.j.C.de iis qui la occul. Bal. in l. mancipia.C.de ser.fugiti.

Fallit,quando assessor esset datus à superiore, secundũ id,quod not.Baldus in l.j.C.de pœna iudi. qui mal. iudica.

Fallit in assessore approbato pro Doctore in studiis generalibus, per id, quod not. Salic. in l.fin. C.de pœn.iudi.qui ma.iudic.

Fallit in assessore etiam non doctore,sed exercitato in aliis assessoratibus,in quibus se bene gessit, nam of ficialis excusatur.Sali.in d.l.fin. S.Ian.reg.206.

¶ Officialis regulariter duplici officio fungi nõ potest. l. parte. & ibi gloss.& Baldus.C.de proxim. sacri. libro xij.& in l.prima de præpo.agen.in re.eo dem lib.

Fallit,quando potest vtrique officio deseruire, & am bo sint compatibilia.Bar.in d.l.j.Bal.in l.constit.C. in §.ideoque.

Fallit ex causa,quòd nedum potest duplici officio fun gi,sed etiam triplici,secundum Barto.in l.fina.C.de execu.& ratio.lib. x. Specu.in titu. de censi.§.ij.A ret.in l.doli clausula. de verb.oblig. & in l.plurium. de acqui. possess. in j. not. l. dominicus labeo.ff.de testam. S.Ian.re.210.

¶ Officialis regulariter non debet recipere mu nera à subditis.l.j.C.de contra.iudi.habes gl. & Do cto.in l.eos.C.si cert.petat.

Amplia,etiam quòd non debet ire cœnatum foras cũ subditis,secundum Aul.Gel.in libro secundo,capi tulo cxxiij.

Fallit,quando vellet recipere esculenta, & poculenta: quia potest ea tantum recipere,habes glos.in capit. statutum.§. insuper. de rescriptis. Alexan.in l.fin. post Bar.ad leg.Iulia.repet.& in l.j.§.diuus.ff.de va ri.& extraordina.cogni.glo.nota.xj.quęst.iij.capit. non licet. S.Ian.re.207.

¶ Officiali creditur extra suum officium cum de minimis agitur.Docto.com.cap.post cessionem.de probat.Inn.ca.1.de fid.inst.Abb. cap.cum ecclesiis. de maior.& obed.& cap.1.de iud.Bal.l.pacta nouis sim.colum.fin.C.de pact.Bal.l.diuus.§.cum autem. de offi.proc. Med.re.5.

Officialis non est syndicandus si non obseruauerit iu ra in leuibus.Bal.l.quamuis.ff.de cõd.& dem.idem l.obseruare.§.proficisci,& cap.cum te de re iud.Ias. leg.1.C.vt omnes iud.tam ciui. quàm crim. colum. 2.conc.simil.Doctor.l.omnem.C.ad sen.cons.Ter tul. Medi.re.5.

¶ Officiales non possunt mutuare, nec alios con tractus facere,durante officio eorũ.textus in l.prin cipalibus,ff.si certum petat.vbi vide per gloss. con cordantia iura.

Amplia hanc regulam vnico modo,& limita x.modis, vt per Ias.in d.l.principalibus. B.Dias re.508.

¶ Officiales non possunt mutuare, nec alios cõ tractus facere, durante eorum officio,l.non licet, ff. de contrah.emp.l.1.C.de contr.iud.

Fallit in 7. casibus, vt per Socin.regula 278. Fallit in 10.casibus,vt per Iason.in l.principalibus, ff.si certũ petatur,vbi etiam ampliat in 6.casibus,vt dicit Lan cil.in tract.de præto.§.1.nume.nono.Fallit in 6.ca sibus,vt per Pet.Duen.regul. 31. Fallit in 7.casibus, vt per Dec.in dicta l.principalibus,vbi etiã ampliat in 8.casibus.

Officialium vel famulorum excessus dominis imputa tur,l.1.§.famuli, ff.de publ.leg.1.§. ait prætor, ff. de vi,& vi armat.

Fallit in 9.casibus,vt per Fel.in capit.Petrus,de homi. columna 2.

Officium publicum pupillus gerere non potest, l.Lu cius,§.pro infante,ff.ad muni.

Ampliatur & limitatur, vt per Dec.in l. fœminæ, §. item impubes,ff.de reg.iu.

Contra officialem fugientem iuratur in litem.

Fallit in 2.casib.vt per Plot.in repet.leg.si quando, C. vnde vi,num.632.

Officialibus debetur salarium residui temporis, doct. in l.diem functo,de off.asses.

Fallit in 4. casibus vt per Ripam,in tract.de peste, in princ.num.120. Don.Fina,lib.3.

¶ Officium horarium. Qui in dicendis horis cano nicis,& aliis officiis diuinis discrepat à consuetudi ne propriæ metropolitanæ ecclesiæ, sex mensibus priuatur, cõmunione si hoc accidat ex contemptu. xvij.distinction. de his. Viuiennus re.32.

¶ Officium iudicis potest implorare, timens ab aliquo offendi,vt ipsum compellat ad præstandam cautionem.Ita Bart.in l.illicitas.§. ne potentiores. ff.de offic.Præsid.& in l.sanctum.ff.de rerum diuis. & in l.denuntiamus.C.de iis qui ad ecclesi.confu.& in l.qui bona.§.damni.§.de dam.infect. & ibi Ang. Bal.in auth.habita.C.ne fil.pro pat.in l.fin.ff. de of. præfect.Vigi.Abb.Panor.in rubri.de treug.& pace. vbi Felin nu.10.

Limita

Limita & declara istam regulam ix. modis, vt Felin. in d.rub.num.10. B.Dias reg.508.

¶OFFICIO iudicis præscribitur spatio triginta annorum:notat gl.in leg.sicut. C. de præscriptio.xxx. vel xl.annorum. in verbo, persequutione. & in leg. querela.C. de fals.

Primò fallit,quando officium iudicis succedit loco exceptionis,quia tunc est perpetuæ vitæ.

Secundò fallit, quãdo officium habet causam ex iure, quod in futurum semper instat.

Tertiò fallit ratione subiectæ materiæ, pro qua competit, quia secundum eam aliquando prorogatur in longius,aliquando durat breuius. Iura & alia in fauorem huius regul. & restrictionum suarum vide per Bal. in tract. rescript.in iij. parte partis principalis.in xxx.q.princ. B.Dias reg.509.

¶OFFICIVM iudicis regulariter non imploratur, quando per statutum tollitur omnis defensio, Ancha.in clem.j.de except.& in clement.de prohi. sequest. moder. in capitulo iudicis officium. de offic.iudic.

Fallit, quando factum esset ita notorium quòd iudex suppleret ex seipso non ad petitionem partis, vt si est euidens calumnia vel prauitas, secundum Bal.& Alex.in l.planè.ff.de peti.hære. S. Ian.re.211.

¶OFFICIVM iudicis. Officium non postulatum iudex non tenetur impartiri,l.4.§.hoc autem iudiciũ, ff.de damno infecto.

Ampliatur & limitatur in 6. casibus, vt per Rip.in dicto capitulo.

Fallit in 35.casib.vt per Soc.reg.197.Fallit in multis casib.vt per Viuium in ver.iudex non potest.

Officium iudicis præscribitur spatio 30.annorum, gl. in leg.sicut,C.de præs.30.vel 40. anno.leg.querela. de falsis.

Fallit in 3.casib. vt per Balb.in tractat. præs. in 4.part. partis prin.q.30.

Officio duplici potest quis fungi extra iudicium, vel in iudicio iurisdictionis voluntariæ, vbi est impedimentum iuris vel facti, capitulo ex literis, de probat.

Fallit in 4.casib.vt per Feli.in d.c.num.14.

Officium iudicis potest implorare timens ab aliquo offendi,vt ipsum compellat ad præstandam cautionem. Bar.in leg.illicitas,§.ne potentiores, ff.de off. præsid.leg.sanctum,ff.de rerum diui.

Fallit in 9.casib,vt per Feli.in rub.de treg. & pace,numero 10.

Vbi verba legis ad iudicem referuntur, oritur officiũ iudicis.Bart.in l.1.de cond.& demo.

Fallit in 6.casib.secundũ Dec.in l.si soror, C.de collat.

Quando imploratur officium iudicis afferendus est libellus,sicut in actionibus. leg.4.§. hoc autem iudicium,ff.de damno infecto.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 2. in dic. §. numero 38.

Officia non sunt perpetua.doct.in capitu. significauerunt,de iud.

Fallit in 6.secundum Fel.in d.c.num.11.

Ex officio ad priuatam vtilitatem etiam in criminalibus iudex procedere non potest, nisi petatur, capitulo innotuit,extra de elec.leg.3.§.hoc autem iud.ff. de domno infect.l.cùm postulasset,eod. tit.

Fallit in 7.casib.vt per Soc.reg.200. Don.Fin.lib.3.

¶OFFICIVM suum nemini debet esse damnosum. l. sed & si.ff.quemadmod.testam.aper.leg.si seruus.§. quod verò.ff.de furtis.leg.sancimus. C. de pœnis.l. non debet.ff.de reg.iur.itẽ not. quòd officialis non tenetur in syndicatu de eo,quod gessit mãdante suo superiore.leg.liber homo.ff.ad leg.Aquil.Alex.leg. non solum.ff.de iniuriis.Cepolla Caut.69.leg.iniuriarum.§.si quis.ff.de iniuriis,Angel.l.liberorum.§. accusantur.ff.de infamibus. Bald.leg.non ideo. C. de accusat. Med.re.8.

¶OFFICIVM suum nemini debet esse damnosum. De fur.leg.63.§.quòd verò.De testa.leg.sed si quis.

Tantundem in bonæ fidei iudiciis officium iudicis valet,quantum in stipulatione nominatim eius rei facta interrogatio.ff.lib.3.tit.5.l.7.

Qui officium gerit,non debet committere id, quod alium ex officio prohibet facere. Si ser.ven.leg.altius.

Duplici officio quis fungi nõ potest regulariter.C. de prox.sa.scri.l.patres. De adop.l.si consul Rom. De pact.l.si plures.§.nam.

Remoto officio,remouetur etiam præmium.C.de ep. l.si quis ad declinandum fal.§.omnibus.

Olim.Ex eo quod olim fuit pręsumitur modò esse.16. quæst.5.cap. in parochia. C. de rei vend.l. partum. De statu ho.l.pe.Broc.Azo,rub.10. Riisvvich.

¶OFFICIO duplici potest quis fungi, extrà iudiciũ, vel in iudicio iurisdictionis voluntariæ,vbi non est impedimentum iuris vel facti Istam regulam tradit Felin.in capitulo ex literis.de prob. quam ibi limitat quatuor modis. B.Dias re.511.

¶OFFICIO iudicis,quod expediri potest,potest fieri partibus absentibus Pontan.Rub.de Arbitr.num. 22.Marsil.l.de vno. numero 82.ff.de re.iud. Bald.l. non dubium.col.6.C.de legibus.Innoc.capitul.dudum.de præscr.Bal.l.neque.C.de proba.l.quinquaginta.ff.de excusat.tutor. Med.re.8.

¶OFFICIVM soluitur morte:vnde mortuo prælato, cui coadiutor datus erat,soluitur & officium coadiutoris,capitulo grandi.de suppl. negli.prœl.6.Baldus & Ripa leg.ex facto.numero 11.ff.de vulg. Ioan. Andr.capitulo statutum. numero 4. de rescr.6.not. l.Lucius.ff.de fideic.libert.not.l.generaliter. C. de episco.& cler.l.tutelas. ff. de capit.dim.not.l.solet. ff. de tutel. leg. si quis. C.de offic.præfe.præt. Doctor. Com.leg.diẽ functo.ff.de offic.assess.vbi Bart. Bal.Paul.Alexan. Ias. & Dec. Hosti.in Summa, de offic.ord.numero tertio.Curt.leg.more.numer.76. ff.de iurisd.omn. iud. Bellam. cap. ad nostram. il 2. numero 2.de iureiur.c.cùm venisset, numero 12.de testa.Dixi super.concl.31. Secundo modo soluitur per renunciat.capit.1.de renunc.Tertiò,per dispositionem.capit.veritatis. de dolo. Quartò per translat.capitulo si quis.21.quæstio.secunda. Ex qua concl.infertur,quòd successor non tenetur ad malè gesta per antecessorem, no.l.prouidendum. C. de decur. libr.10.Bald.l.filiofamiliàs.§.fin.ff.solu. matri. nec etiam ad debita præcessoris,nisi officij causa facta essent,Bart.l.1.numero 10. C. ne ex delicto def. nec habet arbitrium concessum præcessori, Bart.l. meminisse.quæst.fin.de offi.proc.Si tamen erit successor in officio nuncij,poterit exequi commissionem factam præcessori,Ang.Auth.ad hæc, vt nulli iud.item potest interpretari sententiam eius, Feli. capit.cùm venissent.col.1.de iud.Tertiò potest punire præcessorem, Doctor.leg.quamuis.ff.de reb. dub.Quartò expedire potest omissa per præcessorem,& iudicare ex iisdem actis, Doctor.leg.consentaneum.C.quomodo & quando iudex. Doctor. leg.sed & si.§.ædium.ff.de iud.l.qui in alterius.ff.de

reg.iur. Med.tra.2.par.

¶OFFICIA & dignitates.L.2.Vlp.lib.1.ad Sabinum. Fœminæ ab omnibus officiis ciuilibus,vel publicis remotæ sunt,& ideo nec iudices esse possunt,nec magistratum gerere,nec postulare, nec pro alio interuenire, nec a procuratores existere. §. item b impubes ab omnibus officiis ciuilibus abstinere c debet.

ADDIT. a al. procuratrices. al. curatores. b al.impuberes. c al.debent.

A personis aptè orditur sequens Institutionum ordinem,iunge l.in multis 10.de statu homin.l.7.de bo. poss.inf.l.qua tutela.Exo.18.Ciuile officium dicitur tam publicũ quàm priuatũ,Ar. Ad Vel.l.1.de mun.l. honor,§.munus.l.1.§.personalia.CIVILIBVS,id est,virilibus.de proc.l.alienam,distinct.32.capitulo fin.23.ca.sacratas,capitulo,mulier,de cohabi.cleric. capitu.j.in fin.de pœnit.capit. noua,de arb.capit.4. ET PVBLICIS, id est, muneribus personalibus,de verborum significatio.l.munus tribus,de mun.l.3.§. corporalia. Sic non obstat de censi.l.ætatem, de interdictis.l.relegatorum,in fi.de sen.l.fœminæ, C.de mun.l.penultima. Excipe, nisi aut nullam aut sexui conuenientem habeant administrationẽ,C.de mul. in quo lib.10.l.1. IDEO.Quia iudicare est ciuile,& publicum officium,de mun.l.fin.§.iudicandi,de op. va.mun.l.Prætor,1.& 2.respon.de cap. dimin.l.amissione,§. fina.cum leg.seq.de iud.l. Quippe iudicare facit,de tut.l.fin.C.quando mu.off.tu.l.1. de testa. l. pater,de edendo, l.fœminæ, de iniu.l.2. IVDICES. De iud.l.duodecima,§.non, C.de recept.arb.l.fina. inf.quæstione septima, cap.tria, quæst.5.c.mulierẽ, nisi iure hæreditario,priuilegio Principis, aut consuetudinis hoc ei competit,de arb.c. dilecti, vt Decius docet.MAGISTRATVM GERERE,dict.§. corporalia. Ext.de arb.capit.dilecti,de iud.l.4.POSTVLARE.De postu.l.j.§.sexum.Exc.de post.l.j. §. fina.PROCVRATORES ESSE, scilicet in iudicio,de proc.l.neque fœminæ 54. vbi Alexand.l.fœminæ,C.eodem titulo,l.alienam, C.de negoc.gest. l.2.Exempla alia de testa.l.qui testamẽto,§.mulier. de edẽd.l.penultima.de iu.fis.l.deferre, de po.act.l. mulieri,distinct.23. cap.sacratas, de pœn.cap.noua, 33.quæstio.5.c.mulierem,Instit.de hære.qua. §.cæterùm,Institut.de adopt. §.fœmina,de testam.tu.l. pater, qui feudum dare poss. §. hoc autem,de feudi cogni.cap.1.Auth.non el.se.nu.§.1.Auth.de nupt.§. cùm nos,de iniur.l.1.l.2.C.de adult.l.1. vt l.non cõtest.c.j.de adult. capit.penultim.de foro competen. ca.ex parte,de Sena.l.fœminæ. Plura vide apud Petrum Bomelium,Decium,& in pulcherrima Franci tabula.Exc.nego.gest.l.3.§.j.ad Tur.l.j.§.accusationem,de iure fis.l.deferre,de pig.act.l.mulieri.de lib. ho.ex.l.3.§.sed si iniu.C.commu.de manu.l.fin.§.id man.l.si fideiussor,§.quidam.Latius Deci.PROCVRATORES.De tu.l.antepenul.l.fin.C.quando mulier tu.l.1.nam mulierem à mollitie deriuant Lactãtius, M.Varro,& Alciatus. Aliæ rationes sunt apud Platonem de rep.lib.5.vel de iust.libro 31.de legib. lib.34.Aristot.2.Polit.ait:Mulieres ad administrandam Rempublicam in idoneas. item libr.1. Mulieris consilium inualidum,pueri autem imperfectum esse,ad fin.de tu.& cu.l.scire oportet. Riisvvich. paratit.

§.Impubes.OFFICIIS,scilicet & dignitatibus administrationem habentibus,& non hæreditariis, de suppl.negl gent.in sexto capitulo secundo, cum gl C.de milit.test.l.fin.de elect.in vj.cap.ex eo,ne obstet,l.fina.C. de test. milit. ABSTINERE. De iure immun.l.secund. §. impuberes , de decu.l.non tantùm,Arg. Ad municip.l.luctus,§.pro infante,de mu ne.leg.ad Rempub.de postu.leg. prim. §. pueritia, C.de falsa mo.leg.prim. §.impuberes.Ratio, Instit. de excu.tu.§.item maior,Institut. quibus nõ est per miss.fa.test.§.præterea, de iud.l.12. §. non. Plato de legib.7.Arist.7.Physic.lib. Riisvvic.parat.

¶OMNE quod est in relato,dicitur esse in referente.l. si ita.ff.de cond.dem.l.penultim. C.de sentent.quæ sine certa quant.l.in testamẽto.ff.de cond.& demõ. l.secund.ff.de hæred.instit.Deci.consilio 63. nume. 6.Alexand.consilio 9.numero 12.volumine quinto, Domin.capitulo prætereà.25.distin.capitulo,homicidium.50.distinct.Ias.l.Marcellus.numero 14.ff.ad Trebellia.l.placet.numer. 22.ff.de liber.& posthu. Alexand.l.ait prætor.§.si iudex.num.2. ff.de re iud. Medi.re.10.

¶OMNES quod tangit ab omnibus debet approbari. Reg.lib.6.c. quod omnes. C. de au.præ.in fin.vide Commodum,Obligatio.

Non ex opinionibus singulorum,sed ex communi vsu nomina exaudiri debere Seruius fatetur. De sup. leg.l.Labeo.& gloss.j.leg.cùm quidam. De sup.leg. Riisvvichius.

¶OMISSVS casus dispositioni iuris communis relinquitur. De lib.& post.l.commodissimè. De fideicõ. l.7.volũtatis.de iud.l.cum Prætor.12. Riisvvichius.

¶OMISSIO modicæ solemnitatis non vitiat dispositionem nisi aliàs dispositio careret forma.l.j.in fine ff.de vent.inspic. gloss. & Bald.l. rem non nouam. C.de iudic.glos.c.nostrates.30.q.5.Bart.leg.si opus. ff.de oper.nou.nũc.Doct.com.l.1.ff.de lib.&posth. Fel.c.cum dilecta.de rescr.

¶ONVS, & emolumentum. Ad quem spectat onus,& emolumentum.

PRO.

12.q.2.c.caritatem.
16.q.6.c.de lapsis.
Ext.de simo.c.cùm sit Roman.
Ext.de sepult.c.nos instituta.
Ext.de his quæ fi.à prælat.c.quanto.
Ext.de ecclesiast.ben.c.vnico.
Ext.de præb.capitulo,cùm secundum Apostolum.
D.de reg.iur.l.secundum naturam.

CONTRA.

Ext.de cleri ægro.c.1.
30.q.3.c.constituit.
D.de nego.gest.act.leg.si negotia absentis.

SOLVTIO.

Prima regula vera est:ad quem spectat onus,& emolumentum,nisi aliud culpa inducat. Nam si geram noua negotia absentis,& ignorantis, lucrũ pertinebit ad absentem,sed damnum agnoscere non tenetur, quia ego fui in culpa,noua & insitata negotia inchoando,d.l.si negotia.Econuerso obtinet regulã, Ad quem spectat emolumentũ,& onus:fallit tamen in casibus,vbi scilicet is,qui debet habere emolumẽtum, sine culpa sua efficitur inhabilis ad onus subeundũ.ext.de cler.ægrot.c.1.Item fallit propter fragilitatẽ sexus in muliere,quæ vocatur ad successionem manumissi à se,nec tamen suscipere tutelã cogitur.Inst.de leg.pat.tut.in fin. Damas.reg.75.

¶ONVS non augetur aucta re,circa quam,vel in qua aliquid onerosum versatur,vel debetur.

Istam regulam tradit Brunus,cum quinque limitationibus,in

nibus, in alleg. tract. de augmen. moneta. B. Dias reg. 512.

¶ONVS, Commodum. Bonifa. Reg. lv.

Qui sentit onus, sentire debet commodum: & contrà. L. post perfectam. C. de peric. & commod. rei vendit. & l. id quod. ff. eod. Viuiennus.

¶ONVS. Qui sentit onus, sentire debet emolumentum. c. qui sentit. de reg. iur.

Fallit vt per Din. in d. cap. qui sentit. fallit vt per Damas. reg. 58. Don. Fina, lib. 5.

¶ONVS. Bonifac. Reg. lxxvij.

Rationi congruit, vt succedat in onere, qui substituitur in honore.

L. filium. §. si legata. ff. de legat. præstand.

¶ONVS. Neminem multiplici onere prægrauãdum, l. nauis, §. cum autem, ff. ad l. Rhod. de iactu.

Res transit cum onere suo. fallit vt per Damas. re. 103. Don. Fina, lib. 5.

¶OPEM præstare dicitur, qui stat armatus, tempore quo maleficium committitur, etjam si arma non mouet. ita Bal. in l. data opera. versic. item notando. numero 19. C. qui accusa. non poss. Ioan. Andr. in capitulo perfodiens. de homicid. Bart. in l. iij. §. armis. numero 1. ff. de vi & vi arma. Anc. cõs. cxij. nos. Bart. num. 4. Felin. in cap. sicut. nu. 5. versic. & adde, quòd illud dicitur præstare. de homicid.

Fallit, quando quis esset præsens, & assistit alicui simpliciter, quia tunc aliquo modo opem ferre non dicitur, Bart. in l. j. §. si in eo. ff. ad Syllan.

Fallit etiam, quando quis assisteret maleficio post delictum commissum, quia non dicitur opem præstare. Ita Bart. in leg. non solùm. §. si mandato. & leg. si quis in graui. §. fin. ff. ad Syllan. & l. furti. §. opem. ff. de furt. num. 6.

Fallit itidem, quando tractatur de crimine hęresis, vbi præstans opem punitur etiam post actum commissum, vt capit. excommunicauimus. §. credẽtes. extrà de hæret. nam appellatione fauoris etiam comprehenditur qui post actum fauorem præstat, vt Abb. in clemen. j. de pœn. & quod dicitur de hæresi. Idem videtur in aliis atrocissimis delictis, prout in raptu, crimine legis maiestatis, in crimine imprimendæ, vel formãdæ monetæ, at l. prima. C. de iis qui latro. occult. vel dicamus, quod in dictis casibus, ita sit per leges expressum, quod not.

Fallit etiam in casu pacis ruptæ, etiam, quòd ignoraue rit pacem ruptam, & hoc ob pacis priuilegium, ratio, quia in excessibus dans operam rei illicitæ tenetur etiam vltra intentionem, vt not. Bart. in l. diuus. ff. de sica. & cap. fi. de homic. in vj. & Ang. in §. fi. in auth. de eccl. tit. vbi instruit formare inquisitionem contra auxiliantem, vt dicatur, quòd præstitit auxilium scienter, quod not. Rom. consi. xxvij. præmissa, in prin. quòd tu not.

Fallit itidem, quando cooperans mittit manum delicto faciẽdo aliquem actum, secus verò, si nihil egit. vt in capit. sicut dignum. §. illi etiam, iuncto §. præcedenti. de homic. & fuit opinio Dini relata per Sali. in l. vnic. C. de rapt. virg. Ang. in l. is, qui opem. & l. furti. §. ope. ff. de furt. Anch. consi. cxvij. & Bar. in l. si quis rem, la ij. §. si Titium. ff. de furt.

Fallit quoque, quando verba legis, vel statuti sunt scripta in personam, vt si dicatur si quis fecerit, vel percusserit, nam præstans opem non dicitur propriè delictum cõmittere. Ang. Bar. & Marsi. in d. l. is qui opẽ. ff. de furt. Ang. in ver. astitit. ver. ij. in suo trac. C. Alex. consi. cxl. videtur. vol. ij. Bar. in leg. hæc verba. ff. de adult. & in l. aut qui aliter. §. fina. ff. quod vi aut clam.

Fallit etiam, quando l. aliter disponit de persona delinquentis, & aliter de præbente auxilium, quia à dispositione legis non est aliquo modo recedendum, vt doct. in d. l. is qui opem. & l. vnic. in fi. C. de Nili agg. non rumpen. Fel. in capitul. sicut dignũ, de homici. Hypp. consil. xviij. nu. 28. & latè Angel. in l. j. C. de Nil. ager. nõ rump. & cõsilio clxxij. quod not. l. Nouell. re. 513.

¶OPEM præstans punitur vt faciens. Glo. in clemen. j. verbo, defensauerit. de pœn. Docto. vbi allegant iura in cap. j. de offi. deleg.

Amplia tripliciter, & limit. septem modis, vt per Fel. ibi. B. Dias re. 513.

¶OPINIO & Negociatio.

Al. Plus est in re, quàm in veritate.

In Instit. de leg. §. si quæ rem suam.
C. de iur. & fact. ig. l. cum fal.
ff. si pars hær. l. is scien.
ff. mand. l. siue Titij.
ff. de crim. expi. hær. l. si rem.
ff. de cõtrah. emp. l. quod tamen. & l. si in empt. §. item.
ff. de iur. & fact. ig. l. qui igno.
ff. mand. l. inde. & l. pater. §. quoties.
ff. de acqui. poss. l. 1.
ff. de furt. vulg. l. si quæ pio.
ff. pro emptore. l. 2. in prin. §. cum isti. & §. Cel.
ff. pro do. l. 1. in fin.
ff. de iniur. l. cum. §. si in.

CONTRA.

C. de restit. l. 1.
ff. quib. mod. vsusf. am. l. is qui.
ff. iud. sol. l. 3. §. 1.
ff. de contrah. emp. l. si in empt. §. item it.
ff. de vsucap. l. nunquam. in fin. & l. si fur. §. 1.
ff. pro suo. l. vlt. & l. eum qui. §. cùm aliquis.

Plus est in re, &c.) Et cõtrà, vt in ista Rub. dicitur. Plus est in re, quàm in opinione: id est, magis attendere debemus veritatem, quàm opinionem: nisi veritas opinioni est contraria, id est, contrarium inducit effectum. Attende tamẽ, si opinio alicuius singularis personæ, an vniuersitatis, si personæ, magis est veritas attendenda, quàm opinio: nisi res super qua quæritur, fuerit talis, vt opinionem exigat interuenire, vt est in vsucapione: & tunc non magis vnum quàm alterũ, imò æqualiter vtrunque consideratur, id est, & quòd res sit insusucapibilis: itẽ quòd præcessit causa, nisi in casibus, & quòd putat sibi licere vsucapere: alioquin, si non ita putat, magis specto opinionẽ, vt noceat, quã veritatem, vt prosit. vt ff. de vsucap. l. nunquã. §. vlt. & l. si fur. §. 1. & ff. pro suo. l. vlt. & pro emptore. l. 2. in prin. & §. si à furio. & est ius faciendũ super eo quod dicit, Plus nõ sit, &c. æqualiter enim vtrũque cõsideratur: quia si res pupilli vel furiosi, nũquam cõtingeret vsucapio. vt ff. de acqui. rer. dom. l. bonæ fidei. §. nec interest. & de publ. l. cũ. Et ita specto veritatẽ cũ opinione. Ideque in repudiatione hæreditatis: quia & ibi est necessariũ, quòd verè possit repudiare, & quòd putet se posse repudiare. Sic ergo cõsideratur vtrũque. Si autẽ nõ putet se posse repudiare, cũ possit, specto magis quod est in opinione, vt noceat. vt ff. de acquir. hær. leg. is qui. & l. hæres. & leg. sed si de sua. §. sed & si cũ. Si verò vniuersitatis sit, opinio magis attenditur quàm veritas. vt C. de testamentis. leg. 1. & de senten. & inter.

l.2.& de off. præf.l. Barbarius. & ad Maced.l.si quis pa. Nec ad rē pertinet, quod legitur in ff.de min.l. Illud & leg.eum.& t.iud.sol.l.3. Itē nō obstat, quòd legitur in ff.quib.mod.vsufr. amit.l. is qui. quia ibi non ex opinione, sed quia suo iure non vtitur, patitur dispendium. Quod autem legitur ff.de contrah. empt.si in empt.§.item si empto.non obstat: quia & ibi veritas consideratur, vt quantum ad rem, semper nulla sit venditio: licet quantum ad contrahentes, propter bonam fidem sic videatur esse aliqua, vt decipiantur. vt in ff.de cōtrah.empt.§.vlt. Azo.ru.58.

Precium seu Commodum, non ex re, sed ex negotiatione.

C.de rescind.vend.l.si ea.
C.communia vtriusque iud.l.si parea.
ff.de bonis, quæ lib.l.cùm opor.§.sin autem.
ff.de distr.pig.l.si maritus.
ff.mand.l.ex mand.
ff.de hær.vel ac.vend.l.si venditor ex.
ff.de redhib.l.bouem.§.si quæ.
ff.ad l.Falc.l.hæres.§.si ex.
ff.de vsur.l.videamus.§.si ac.
ff.de donat.inter vir.& vx.l.si autē.l.si defunc.

CONTRA.

ff.fam.herc.l.non est.
ff.de con.ob caus.dat.l.si pro.
ff.de neg.l.si quæ ne.
ff.de pet.hær.l.si post.§.ait.
ff.de pecul.l.eo tempore.§.seruus.
ff.pro socio.l.socium.
ff.de pig.l.cum tab.
ff.de redhi.l.cum manda.

Commodum seu precium, &c.& cōtrà.] Illud certum est, precium rei non esse ex re, sed ex negociatione. vt ff.de hær.vel act. vend.l.vēditor.ex hær. & ad l.Fal.l.3.& vt in hac Rub.dicitur: nec enim est naturalis accessio, vt fructus: & ideo licet quis sit mihi ad rem astrictus, non tamen ad precium: vt in prædicta l.de hær.vel act.vend. nisi sit obligatus ex cōtractu, quē meo nomine instituit, puta gestor. vel procuratio. vt ff.de procur.l.qui proprio.§.vt in certis.& de neg.gest.l.sin autem.§.pen. & l.si quis ali.& t.mād. l.idémque.§.2. Vel instituit meo nomine, & suo: puta quia socius est. vt ff.pro socio.l.socium, vel nisi in iudicio vniuersali teneatur. vt ff.de pet.hęr.l.si possessor. Nec obstat, quod legitur in ff.de pig.leg.cùm tabernam. quia ibi sequentes merces, non quia ex priorū pecunia sint emptæ, sunt obligatæ, sed quia debitor & eas obligasse videtur in prima pactione, hoc in precio, aliud in commodo, quod ex ipsa re prouenit, puta fructu. vt C. fam.her.l. non est.& de vsur.l.videamus, §.ex causa. Et differunt fructus ab vsuris: quia vsuræ non ex re sunt, sed propter rem præstantur. lex autem de cond. ob caus.da.in ff.l.si pro.item de redhibit. leg.cum man. non faciunt ad causam. Azo, rub.58.

¶ OPINIO communis etiam in minimis debet seruari, ac sequi. docet Mathesi.in tract.de elect.ver.opin. latissimè Neuiz.in Sylua nupt.lib.5.& sequē. Doct. com.c.1.de cōst. Alciat.in tract.præsump.par. 1.reg. 51.Dec.l.vt vim.ff.de iust.& iur.dicit hoc idē esse in opinione glossæ.dixi ego in meo trac.de leg.& stat. part.2.quæstio.16.num.6.& sequent. Med.reg.5.

Opinio Doctoris nulla est, sine le.vel ratione, ideo dici solet, quòd intelligi debet secundū legem, quam allegat Bartolus l.non solum.§.liberatio.ff.de liber. leg. Alber. leg. sed licet. ff. de officio præs.l. illam. C. de collat.§.consideramus.authē.de triente, & semisse. Iaso.l.Præses.columna 1.de transactio. Neuiz. in sylua nupt.libro 5.numero quinto. Euer. in loco à l.cessāte.nu.1.dixi ego in meo tract.de leg.& stat: p.2.quæst.fin.numer.8.not.cap.is qui.de sent.exco. Med.reg.6.

¶ OPINIO & veritas. Quòd opinio non præiudicat veritati.

PRO.

3.q.7.c.infamis.§.tria sunt.
15.q.1.c.illud peræquè.
Ext.de iur.patron.c.consuluit.
Ext.qui fil.sint legit.c.cum inter.
Ext.de pres.non bapti.c.vlt.
Ext.de sent.excommun.c.si verè.
D.de offi.præsid.l.Barbarius.
D.de solut.l.vero procuratori.
D. pro empt.l.quod vulg.& l.2.
D.de iu.& facti igno.l.regul.§.qui ignorauit.

CONTRA.

Ext.de bigam.c.nuper.
Ext.qui fil.sunt leg.c.referente.
Inst.de leg.§.si quis rem.
Instit.de vsucap.§.error autem.
D.de vsucap.l.si fur.§.1.
D.de leg.3.l.1.in prin.

SOLVTIO.

Distinguendum hîc est. Opinio de aliqua re, vel est omnium. & tunc aut est emendabilis apparente meliore, atque sic cedit, & euanescit comperta veritate, 8.dist.c.si consuetudinem: aut re minimè integra emendari non potest, & sic opinio publica loco veritatis manet. vt, si aliquis cōiungatur affectu matrimoniali in facie ecclesiæ cōsanguineæ suæ: licet postmodum appareat nullum fuisse matrimonium, tamen propter publicam opinionē perinde habetur, ac si verum fuisset matrimonium, & filij legitimi reputabuntur. d.c.cum inter. Opinio autem singularis personæ non præiudicat veritati, vtputa, si coniungatur quis consanguineæ suæ, & ignoret illam esse consanguineam suam, ecclesia autem sciat, propter opinionem singularem non reputatur matrimoniū, nec filij erunt legitimi. d.capit. referente. fallit tamen in vsucapionibus, vbi opinio singularis personæ pro veritate habetur. d.l.quod vulgò.& in maleficiis.d.c.nuper. Damas.reg.115.

¶ OPINIO vltima videtur approbari, quando statutum.l.gloss.vel doctor plures opiniones enumerat. Notat Bald.& Ang.& text.ibi in l.si idem cum eodem.§.fin.de iurisdict.omn.iud.ff.de probat.gl.in l. qui filium.§. Sabinus.ff. ad Trebel.notat Bart.in l. bona fides.ff.de posi.per illum text.

Limita tripliciter, vt per Ias.in dicto §.fi. quem refert describēdo easdem limitationes Neuiz. in sylua nuptiali. B.Dias, reg.514.

¶ OPINIO vltima videtur approbari, Bald.& Angel. in l.si idem cum eadem.ff.de iurisd.

Fallit in 3.casibus, vt per Iaso.in d.l.si idem.§. si vna actio.

Communis opinio vel error facit ius. l.fina.ff.de off. præto.

Fallit in 3.casib. vt per Bello.in litera C.in ver.communis opinio.

Opinio non præiudicat veritati. fallit vt per Damas. reg.25.

Opinionem communē iudex sequi debet.l.1.ff.de quæst.l.minimè.ff. de legib.

Amplia

Ampliatur in 7.casibus,& limitatur in 17.à Lancillo. in tract.de off.præto. in causis ciuilibus, numero 21. videas latè apud Viuium.ver.iudex in iudicando. Ampliatur in 3.casibus,& limitatur in 6.à Ioan.Bolog.in l.1.ff.si certū petatur,nu.43.Donat.Fina,li.5.

¶Opinionem referens alicuius doctoris, secundū ipsam eius dictum est intelligendum. Barto.& cō. Doct.l.non solum.§.liberatio.ff.de liber.leg.dictū enim doctoris est intelligendum secundum legem quam allegat,& nihil allegāti non creditur.l.illam. C.de collationibus.§.consideramus.auth.de triente,& semisse.dixi ego latè de hac re in tract.meo de leg.& stat.2.p.q.16.per totum. Med.reg.10.

¶Opponere non potest qui bis idem aliquid facit, nam vbi interuenit geminatio ibi præsumitur plena deliberatio.Auth.vt nulli Iudicum. §.& hoc,col la.9.Bal.in cons.scisma.posito in Rub.c.si quis aliquē test.prohib.Euer.in loco à vi Gem.nu.1.Ceph. cons.192.nu.19. Goza.cons.1.nu. 37.consi.70.nu.7. Fel.c.si cautio,nu.31.de fid.inst. Med.re.2.

Pactum geminatum de non petendo tollit ipso iure obligationem,sed non simplex. Doctor.commu.l. legitima.ff.de pact.vt dicam in sequen. Ampliat. Med.reg.2.

¶Oppositum in opposito idem operatur quod propositum in proposito.De leg.3.l.fi. De leg.1.l.quia quantum.l.8.si ex toto.C.de nu.l.cùm proponas.2. Riisvvich.

¶Optio serui.l.78.actus.leg. Riisvvic.

¶Ordinarius potest causas meri, vel misti imperij delegare ex causa infirmitatis, sicut ex causa absentiæ. Communis est conclusio Doct.in l.j.ff.de offic.eius cui man.est iuris.& ibi ita dicit communiter teneri Ias.in prin.licet Fulg.ibi & Roma.aliter sentiant.Et tu,Hispane,poteris extendere cum ista regula l.xviij.tit.iiij.par.iij.quæ quando ordinarius vocatur à rege,vel iustè abesse debet, permittit talium causarum delegationem.

Amplia dictam conclusionem,non solùm si infirmitas sit propria ipsius iudicis,imo si sit filiorum, vxoris, vel suorum.arg.gl.in c.communis.in verbo, suorū. xxiij.distinct.quam gl.commendat Abb.in c.querelam.de procur.& Alex.in l.quæsitum.ff.de re iud.& per illam gloss.motus ita in specie extendit istam regulam Ias.in d.l.j.in prin.licet non referat prædictos doct.illam commendantes.

Limita quatuor modis vt per eundem Ias.vbi suprà. B.Dias re.517.

¶Ordinarius vnus ex duobus datis simul, potest sententiā interlocutoriam ferre sine alio. Glos.est, quæ sic communiter intelligitur secūdum Alex.ibi, in l.si vni.ff.de re iud.voluit Bal.in l.cum magistratus.C.quan prou.non est neces.

Limita dupliciter secundum Alexand.vbi suprà, quas limitationes transcripsit Feli.in c.causam matrimonij.de offic.deleg.in princ.

Primò, in interlocutoria habente vim diffinitiuæ: & hæc limitatio fuit Bart.d.l.si vni.

Secundò,quia non potest talis ordinarius sine alio citare ad audiendam sententiam diffinitiuam, vt per eos,vbi suprà. B.Dias re.515.

¶Ordinarits vnus ex pluribus procedere potest,quia habet insolidum iurisdictionē: tenet Bal. in l.j.ff.de offi.Procōsu.Abb.in c.prudētiam, super gl.verbo,teneatur.de offi.delega.

Limita tripliciter,vt per Feli.ibi. B.Dias re.516.

¶Ordinarii litteris creditur sine subscriptione testium vbi de modico præiudicio agitur. Calder. consi.3.de fid.instr.Dec.c.cum causam.de probat. conc.quia cum de minimis agitur admittūtur etiā fictæ probationes,Dec.consilio 175. Bald.auth.sed iam necesse.C.de donat.ante nup. Abb.c.super.de testib. Marsi.l.fi.colum.fi.ff.ad leg.Cor.de sic.Med. reg.5.

¶Ordinatio non nocet sententia lata contra ordinatorem,quādo agitur ad pœnam, quia respectu pœnæ non est connexitas iuris creati, secus è cōtra; vt si sententia lata fuerit vt ordinans ordinare non potuerit,non erit ordinatus. Abba.ca.quamuis.nu. 22.de sent.& re iud.in termin.huius regulę.vbi Fe. num.10. Med.reg.8.

¶Ordinato præiudicabit sententia lata contra ordinatorem,quando scilicet lata esset super defectu potestatis ordinandi,seu ordinantis, quia in his, à quibus causa habetur præiudicat sententia inter alios lata.Docto.capit.quamuis. de sent.& re iud.c. tantis.81.distinct.not.ca.ad petitionem.de accusat. l.adulter.§.si eo.ff.de adulteriis.& est com.opi.Ale. l.sæpe.num.54.ff.de re iud. Med.re.8.

¶Ordo.vide Dubia.Dd.in l.2.§.prius.De vul.l.prolatum.C.de sen.

In coniunctis ordo non attenditur.Alphenus De pec. leg.l.quidam testamento. Riisvvic.

¶Ordo scripturæ est attendendus.fallit vt not. Benincasa.Institu.de act.in princip.numer. 109.fallit in 4.casibus,vt declarat Felin.in c.cùm dilecta; de rescript.num. 7. & an & quando attendatur ordo scripturæ,videas Barto.in l. Gallus.§.1.ff.de liber.& posthum.Marsi.in singu.672.Cagno.in proœ.ffo rū. numero 120.Maranta de ordi.iud.in 3.parte,numero 108.

Ex ordine arguitur prorogatiua.gloss.not.in c.quorūdam,in verbo, prædicatorum,de elec.lib.6.

Fallit in 4.casibus,vt per Euerardum per centum modi.arg.nu.15.in loco ab ordine. Do.Fina,lib.5.

¶Ordo si non seruatur, quando pro forma est, corruit actus.capitu.cum dilecta. de rescr. Doc.com. l.prolatam.C.de sent.& interl.omn.iud. Marāta in tracta.de ordi.iudic.in procemio.nu.12.Euer.in loco ab ordine.numero 4.dixi ego in tracta.de leg.& stat.in procem.num.7.eodem pacto dicitur modus, Paris.consi.19.nu.8.lib.2.Grat.con.107.nu.7.vol.2. Med.re.7.

¶Ordo iuris est seruandus in possessoriis. glos.est in capitulo consultationibus. in verbo nisi prima.de offic.deleg.

Primò fallit, quando in isto possessorio concurrunt quatuor concurrenda:quia tunc potest procedi iuris ordine non seruato. Bald.in l.incerti. C.de interdic.

Fallit contra inuasorem contumacem.Bald.in dicta l. incerti.

Fallit,vbi periculum est in mora,secūdum Bald.in disputatione accusatus,&c.de quarum fallen.veritate vide latius per Feli.in d.ca.cōsultationibus,in versi. glo.in verbo,&c. S.Ian.re.214.

¶Ordinem scripturæ esse seruandum.

In Aut.de hær.quæ ab intest.defer.§.si quis ex.

In Aut.de hęr.& falc.§.si quis autem in hoc.Az. rub.104.

Contrà,maiori parti concedendum.

In Aut.de hær.& falc.§.si quis autē. Az.ru.104.

¶Oratio.In oratione vniuersali semper intelligi-

tur excepta persona loquentis.

Fallit vt per Marsi.in l.1.§.si seruus,ff.de quæstio.nu.2.

Ambigua oratio interpretatur secundum intentionē proferentis.declara vt per Deci.consi.77.& in rub. de edendo,in fi.Alexan.in l.si finita,§.Iulianus,ff.de damno infecto. Soci.re.237.

Oratio indefinita æquipollet vniuersali, videas suprà in ver. indefinitum,in prima conclusione. Donat. Fina,lib.5.

¶ORIGINE inspecta procedit semper, vt posito vno de correlatiuis ponatur alterum. docto commu.rubric.C.de reb.cred.gloss.l.hæredem.ff.mandati.l.2. ff.de adopt.gloss.clement.1. versicu. æternaliter.de summa Trinit.& fid.Cath.gloss.magna.l.fi.C.ne fideiuss. dot.dent.glo.penultima,capitulo sunt.de elect.6.Ripa l.si plagij.num.11.ff.de verb.oblig.Soc. l.moribus.numer.102.ff.de vulg.rubr.ff.de acq.pos. numer.93. Med.reg.9.

¶ORIGINALE est relatum exempli, & quicquid dicitur in vno,in altero repetitū videtur, & quoad vim dicitur idem referens quod relatum,re ipsa tamen longè diuersa sunt,quicquid dicat Bald.l.vnū. C.de testam.facit capitu.quoniam cōtra.de probat. Ripa l.admonendi.numero 148.ff.de iur.iur.not.l. Titia.§.fi.versic.perinde.vbi Docto.com.ff.de verborum obliga.l.sed si lege.§. perinde.ff.de pet.hæred.Tiraq.in tractat.de leg.connub.glos.7.nu.187. Medic.reg.10.



REGVLARVM IVRIS CIVILIS ET PONTIFICIJ,

Liber Decimus quartus.

P



ACTVM, quòd debitor bonis cedere non possit, nō valet, cùm ad carcerem se obligare videatur, quod est contra bonos mores: vt l.alia.§.elegāter.ff.sol.mat.vbi etiā per Bart.& Cy.&Bal.in l.j. C.q. bo.ce.pos. vbi refert id qd per Iac.de Aret.consultum fuit:facit quod habetur in auth.imo.C.de act.& ob.vbi idē voluit Ric.Mal.

Primò fallit,quando debitor dilapidauit omnia bona. l.creditor fisci.in fi. ff. quæ in frau.cre. & pro hoc vltra Bart.facit quia ex delicto vel propter dolum in cōtractu commissum perdit quis beneficium,ne condemnetur,vel ne cogatur vltrà quàm facere potest.l.si rem.ff.de re iud.l.ij.§.j.ff.sol.mat.

Secundò fallit, quando tempore contractus debitor sciebat se non esse soluendo.l.pretiū.ff.de iure dot.

Tertiò fallit,secundum Ang.in d.§.eleganter. quando debitor vellet cedere bonis,nec acceptare velit inducias quinquennales:vt l.fi.cum ibi not.ff.qui bo. ce.pos.

Quartò fallit,secundum ipsum quando acceptauit inducias quinquennales:quia tacitè videtur renuntiasse facultati cedendi bonis:vt ibi per glo.

Quintò fallit, secundum Imo.in d.§.eleganter,quando statutum prohiberet cessionem bono. & hoc voluit Barto.per plures rationes in l. Titio.§.ij.de condi.& demon.

Sextò fallit,quando debitor præcisè tenetur ad factū: quia tunc potest cedere bonis, per Cy.in j.q.C.qui bo.ced.pos.

Septimò fallit,quando debitor negat debitum: quia ad hoc vt possit cedere bonis, requiritur quòd confiteatur à prin.aut quòd negans conueniatur & cōdemnetur,vt est tex.in l.fi.ff.de ces.bo.vel ex postfacto cōfiteatur vel neget:& hoc est quod subtiliter sentit Bal.in d.l.j. C.qui bo.cede.pos.quia multùm facit quòd negans maritum perdit beneficiū: de quo in l.maritum.so.mat.& est tex.in l.sed hoc ita.§.fi.de re iud.

Octauò fallit,quando persona est affecta, nō respectu alicuius præstationis,sed officij:quia tunc cessio bonorum nihil sibi prodest.l.si quis vniuersale. C.de epi.& cle.secundum Bal.ibi in fin.

Nonò fallit,quòd sicut in foro pœnitentiali non habet locum beneficium in condemna.vt exigatur vltrà quàm facere possit, & secùs sit in contentioso, vt est gl.no.in c.cum tu.in versi.facultatibus.extrà, de vsu.& ibi Abb.Sicu.ita videtur quod bonis cedere non possit,sed dubium facit:nam faciliùs denegatur primum tanquam beneficium specialius.ar.l.eius militis.§.militia missus.ff.de mili.testa.sed non videtur debere consequi dictum beneficium post cessionem,ne condemnetur vltra quàm facere potest:licet secùs in contentioso: vt est glos.no.in d.c. cum tu.ver.facultatibus.extrà,de vsu.& ibi Abb.& ita dici videtur quòd non possit cedere bonis,iuxta l.qui bonis.& l.j.ff.de ces.bo.& hoc casu loquitur gl.& Abb.in d.c.

Decimò fallit, nam non potest quis cedere bonis in præiudicium reipu.vt l.nemo cedere. C. de exact. tribu.lib.x.

Vndecimò fallit,quando quis est obligatus ex instrumento guarentigiæ,quod habeat executionem paratam, contra quam guarentigiam possit opponi exceptio cessionis bonorum: nam per huiusmodi cessionem bonorum debitor non liberatur: dicta l.j.C.qui bo.ce.pos.& ita dicit Ang.in l.nemo carcerem.C.de exac.lib.x.in sua repetitione, sed diceret aliquis quod Bal.in d.l.j.tenet contrarium,dum dicit,quòd stante statuto, quòd instrumentum guarentigiatum mandetur executioni per carcerē, vel aliam institiæ viam,quæ placuerit creditori, potest cedere bonis: per no.in d.l.fin.§.in computatione. C.de iure deli. quia non potest videri beneficium sublatum cessionis:sed dicas quod Bal. & Ange.in diuersis casibus loquūtur in terminis, nec ob.Ang. & Bar.nec gl.nec Ang.in aposti.in d.§.in computatione,vbi tenet quòd stante statuto quòd instru. confessionatū habeat executionem contra debitorē & eius bona,intelligitur nisi hæres fecerit inuentarium,& sic statutū recipit interpretationē à iure cōmuni.l.ij.C.de noxa.cum si.nam eadem ratione videtur interpretandum, nisi cedendo bonis: quia exceptio cessionis permissa à statuto in terminis simpliciter, confirmat regulam statuti in non exceptuatis.l.nam quod liquidè.ff.de penu legat.& si statutum remouet vniuersaliter omnem aliam exceptionem,& cessionis bonorum, quod facere potest:vt dixi suprà in v.fallen.cum per huiusmodi factum suum deludat creditorem & statutariā dispositionem,dictum verò Baldi non præsupponit statutum recipere aliquā exceptionē quæ habeat cō-

firmare

firmare regulam in non exceptuatis, & ratio vera dicitur in terminis suis: licet Pau. de Cast. in d. §. eleganter improbauerit Bal. contra quem dicit vidisse Florentiæ seruari, & quod ibi omnes fauent dicto Bald. malè dicit.

Duodecimò fallit, si maritus est conuentus de dote, constante matrimonio: quia non potest cedere bonis, sicut non habens beneficium, ne condemnetur vltrà quàm facere possit, & sic etiam dicto casu receditur à quibusdam aliis regulis, per ea, quæ dixi in d. §. eleganter. & in d. l. si constāte. per alios: nam dicto casu non potest facere mulier eum incarcerari eo non existente soluendo, facit text. in l. si cùm dotem. §. si autem in sæuissimo. ff. solu. mat. per doc. in d. verb. d. l. constante. & si cessat ratio propter quā fuit inuentum beneficium cessionis bonorum. causa euitandi carceres. C. qui bo. ce. pos. l. j.

Tertiodecimò fallit, quando non vult præstare cautionem, quòd si ad pinguiorem fortunā peruenerit, satisfaciet in solidum, aliàs quatenus facere poterit: imo debet de vltima causa cautionem offerre. l. vnica. §. cum autem. de rei vxo. act. vbi text. in fi. loquitur conditionaliter per ablatiuum absolutum, per quem text. etiam solenniter limita l. maritus. & l. si miles. ff. solu. matri. nam si vult gaudere illo beneficio: debet cautionem præstare, & vltra etiam offerre, & quod præstare deberet & etiam cautionem: vt voluit Raph. Cumanus in d. l. maritus.

Quartodecimò fallit, secundum quosdam quando nō confecit inuentarium: quia præsumitur eum esse malignum, & sic esse in dolo, vt in authen. de hæred. & Fal. §. sancimus. ideo non potest cedere bonis vt suprà, in prima & secunda fallen. Tu autem super hoc casu diligenter aduerte, quia si facit inuentarium, propter tale inuentarium non potest personaliter capi, vt tenet Bald. & moder. in l. fi. in §. in computatione. de iu. del. ergo tunc. non est opus beneficio cessionis bonorum, ne propter non confectum inuentariū videatur & dicatur adeo delinquere, quòd perdat beneficium cessionis, per d. l. j. quæ indistinctè loquitur, & lex ponit remedium, & beneficium ad euitandum seruitutem carceris, & vlterius potes imaginari plures alios casus, in quibus quis non potest cedere bonis, videlicet in omnibus, in quibus nō potest quis personaliter capi, & incarcerari: quia tunc cessat ratio inductiua facultatis cedendi: vt d. l. j. C. qui bo. ce. pos. & dicta locum habent in clerico qui regulariter cedere potest: vt in c. dominus. extrà, de solu. & habet beneficium, ne exigatur vltrà quàm facere possit: vt est glo. In l. miles. in prin. ff. de re iud. & etiam ecclesia quæ similiter bonis cedere potest, vt solet allegari text. fin. in authen. vt determinatus sit numerus clericorum. in §. cùm verò demonstrabiles. ibi secundum Adria. omnem infelicissimam causam, &c. Ex quibus etiam dico, quòd sicut in duabus primis fal. Bartol. potest renuntiari per pactionem beneficio cessionis bonorum, eadem ratione & in aliis fallentiis prædictis, sicut est in eisdem: sicut etiam dicimus valere pactum, vt creditor possit capere debitorem propria autoritate, iuxta ibi notata, hoc accommodari potest ad antedictas fallentias, &c. idem sequitur eadem ratione, vt valeat pactum, quod obliget ad crimen publicum vel priuatum, secundum l. v. ff. de adulte. & facit, quia hæc pacta dictis casibus concordant iuri communi. l. legitima. de pact. cum ibi not. per poss. & doctor. & in habentibus symbolum facilis est transitus. l. in rem. §. item perforationem. ff. de rei ven. & l. sed cum paruo. ff. de bon. pos. & quia cōstat ratione quod non est contra bonos mores. B. Socin. reg. 342.

¶ PACTVM. l. 73. neque. 28. Nec. 46. §. priuatorū. 133. in contrahenda.

Cùm duo sub alternatione debentur, si super vno paciscatur quis, & super altero pactus videtur. De pact. l. si vnus. 28. §. si cùm mihi. De cond. institu. l. qui sub. §. si quis. Cc. de rei vend. l. Paulus, Brocard. 3. rub. 96.

Ne ex pacto actio nascatur. Vlpian. de pact. l. 1. §. idem respon.

Ad hæredes pactum non transit. De leg. 1. l. apud. §. si quis. De verb. oblig. l. stipulatio ista. §. si quis ita. Cc. de pact. l. 7. §. pactorum. C. vt ab hæ. l. 1. Broca. 1. dict. rubric.

De nudo pacto Dd. in l. 7. §. sed cùm de nulla. De pact. tractant, vt de pacto, de hæreditate viuentis. in l. fin. C. de pact. De retrouendēdo. C. de pact. inter empt. l. 2. vide BONUM, ALIENUM. Riisvvich.

¶ PACTVM factum de hæreditate perdenda non valet. l. fi. de suis, & legitimis, & l. pactum. C. de colla. & c. quamuis. de pact. in vj. l. si quando. C. de inoff. testamē. & ibi ponitur ratio, sed nō generalis: quia in filiis tantùm. aliam ponit Bar. in l. stipulatio hoc modo. de verbo. obli. Sed contra eam facit text. in l. j. C. de pact. aliam ponit Bald. in l. pacta quæ cōtra. eo. titu. Aliam ponit Bal. in l. quamuis. C. de fideicommis.

Primò fallit, quando habet admixtum delictum: vt in l. j. §. si vel parens. ff. si quis à par. fue. ma. secundum vnum intellectum.

Secundò fallit, quando recipit suum debitum ab illo qui renuntiat: vt in d. §. si vel parens, secundum aliū intellectum.

Tertiò fallit, quando pater paciscitur de non succedēdo filio: quia potest, quia non est contra sed præter ius naturale: vt dicit Bal. in d. l. quamuis.

Quartò fallit, secundum Ange. in repeti. sua d. l. stipulatio. quando pactum non est inter patres & filios, sed fit inter alias personas de hæreditate: quia tunc dicit quòd valet prout occurrit in Esau qui remisit iura sua primogenituræ fratri suo Iacob. sed hoc dictum reprobat Rapha. & concor. Moder. in l. de quęstione. C. de pac. sed posset responderi dictæ legi, de quæstione, quòd ibi non erat pactum de perdenda possessione.

Quintò fallit, quando interuenit iuramentum, vt in c. quamuis. de pac. in vj. B. Soci. re. 345.

¶ PACTVM factum ab ingrediente monasterium de retinendis bonis propriis, non valet, & ingressus remanet purus. Glo. est in authen. ingressi. C. de sac. sanct. eccles. & in authen. de monachis. §. illud. & in l. si pater. la j. glos. ij. ff. de adopt. & in cap. solet. xxxij. quæst. ij. tenet Innoc. Hostiens. Ioan. Andræ. & Anton. in cap. fin. de cond. appos. vbi hanc dicit Anto. communem opinionē. & idem dicit Imol. cap. cum M. de constitu. vide Ias. qui refert quinque opin. in hoc, & tandem ita concludit in d. authen. ingressi. cum tribus sequent.

Limita suprà scriptam communem sententiam tripliciter, vt per eundem Ias. in dict. authen. B. Dias reg. 521.

¶ PACTVM in continenti factum contractui inesse dicitur, nam illud minimum momentum non curatur, & quæ in continenti fiunt dicuntur inesse. Do. com.

com.vbi Iaſ.nume.24.lecta.ff.ſi cert.pet.l.in bonæ fidei.l.petens.C.de pact.l.iuriſgẽtium.§.adeo.ff.de pac.Bart.l.contractus.C.de fide inſtr.etiam ſi poſt vnum diem fiet, quia vna dies non dicitur magnum interuallum.l.ſi ex duobus.ff.de duob.reis. Barto. l.§.1.ff.de verborum obliga.l. Paulus.ff.de re iudic. gloſſ.& Barto.leg.in operis.ff.locati, & hoc etiam quia ex propinquitate temporis præſumuntur partes ita ab initio conueniſſe.leg.1.§.quæ onerandæ. ff.quarum rerum act.non detur.concor.ſimi.gloſſ. l.ſi ventri.§.fina.vbi Doctor.commu.ff.de priuileg. cred.Barto.le.pen.§.ſi vir.ſo.l.matri. Cin.& omnes l.ſi quis poſt.quæſtio.2.C.de bon.præſcr.Alber.l.ſi tibi.ff.ſi cert.pet.Bal.leg.per diuerſas. C.man.Cur. Sen.conſilio 55.columna 3.no.l.cum antiquitas.C. de teſtam.l.hæredes palam.§.vno.ff.eod. Corn.conſilio 319.lib.3. Med.reg.5.

¶Pactvm factum cum relatione ad aliud, ſi de relatione non conſtat, pactum redditur nullum, niſi exprimatur, quid ſeruandum ſit. Iaſo.l.admonẽdi.nu. 39.lec.2.ff.de iur.iur.dicit hoc idem in omnibus cõtractibus, conc.ſimi.l.ait prætor.§.1.vbi Alex.nu.2. Ripa num.5.ff.de re iud.l.inſtitutio.ff.de cond.inſt. Iaſ.l.Marcellus.nu.14.ff.ad Treb.Soc.conſ.170.nu. 33.volum.2. Med.re.10.

¶Pactvm factum in contractu nuptiali, quòd ſoluto matrimonio, duæ partes dotis reſtituantur heredibus mulieris defunctæ, tertia retenta, quia ita lege Senatus 1420.cautum reperitur, & minimè ſunt mutanda quę certam ſemper interpretationem habuere.l.minimè.ff.de legibus.& eſt tex.in l.ij. C.de iure dot.& l.quamuis. C.de pac.conue.& Bar.& in conſ.cxxvj.& l.debitor.§.fi.ff.ad Treb.& maximè ſtãte generali cõſuetudine in hac ciuitate vſque ad hæc tempora obſeruatiſſima virtute d.legis 1420.

Fallit hæc regula in vidua, vt in fine d.l.1420.& hactenus ita ex conſuetudine obſeruatur in hac ciuitate.

Fallit etiam quando tale pactum initum eſt inter contrahentes de tota dote reſtituenda in caſu ſoluti matrimonij per mortem coniugum, quia contractus ex conuentione partium legem accipiũt, & contractus matrimonij in dubio intelligitur factus ſecundum loci conſuetudinem mariti. Affli.deci.ccxxvj. num.1.& 10.quod tu no.

Fallit etiam, quando in ciuitate eſſet ſtatutum de lucrando tertiam partem dotis, prout eſt in multis locis Italiæ, vt in ſpecie conſu.Bald.in conſi.cij .volu. iiij.& idem Bal.conſ.cxxiiij.quæſtio.eo.vol.per totum.quod no.

Fallit quoque, quando maritus non ſupportat onera realia matrimonij, prout faciunt & facere debent viri ſuſtinentes onera matrimonij, ex fructibus dotis, prout Bald.conſi.liij.quædam d.Richabella.numer.2.volum.v.& docto.in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir. ff.ſolu.matri.

Fallit itidem, quando maritus occidit vxorem deprehenſam in adulterio, prout Roma. ſingu.cccxv.incip.propter adulterium.Gerar.ſingu.xl. Marſi.ſingu.ccxxxiiij.paria delicta.& latè in praxi crimi.§. vj.numero 149.Boer.deciſi.cccxxxviij.in princ.Iaſ. in l.fideicommiſſum.C.de fideicommi. numero 4. Quæ ſupradicta locum non habent, in iij.caſibus, vt infrà dicam, ſi mulier adulterium committit de conſenſu, & voluntate viri, ſecundò, ſi vir viuente vxore concubinas retinet, quia paria delicta. Tertiò, ſi poſt commiſſum adulterium cum ea ſe reconciliauerit mores approbando, vt l.viro atque vxore.ff.ſoluto matrimoni.gloſſ.ibi & doct.quod not. I.Noue.re.148.

¶Pactvm factum per patrem filio, quòd non poſſit eum exhæredare propter ingratitudinem, valet.l. omnimodo.C.de inoffi.teſta.

Primò fallit, vbi non remitteretur ingratitudo præterita, ſed futura: quia tale pactum inuitat ad delinquendum.l.cum ventre.& ideo non valet.ff.de pac. dota.l.quidam decedens.ff.de admini.tuto.

Secundò fallit in caſu l.ij.C.de libertis, & eorũ liberis.

Tertiò fallit, niſi remaneret incapax hæreditatis in genere, non obſtante tali remiſſione, ſecundum Imo. & Gemi.in c.ij.de pact. B.Soc.re.347.

¶Pactvm contra formam iuris factũ eſt ipſo iure nullum.l.cum precario.ff.de precar.l.pacta quæ cõtra.C.de pactis, Doc.com.l.nemo poteſt.ff.de leg.1. l.pen.C.de pact. Med.re.7.

¶Pactvm de hæreditate certo modo diſponenda vel diuidenda non valet.l.fi.C.de pact.& l.quidam de iure.§.fi.ff.de dona.

Primò fallit, ſi interueniret conſenſus illius, de cuius hæreditate agitur, & in eo perſeueret vſque ad mortem, per dictam l.fi.C.de pact.

Secundò fallit, quotieſcunque fit pactum ſuper hæreditate incerti hominis: vt probatur in l.iij.ff.pro ſocio.

Tertiò fallit, quotieſcunque tale pactum fieret in conſequentiam alterius contractus liciti præcedentis: vt eſt caſus in l.ſi ſeruum.in prin.de act.empt.

Quartò fallit, vbi fieret pactũ ad liberandũ paciſcentem, putà quia filius daret certum quid creditorib9 hoc pacto quòd ipſum non moleſtent ſi contingat eum ſuccedere patri.l.& ſuum.§.filius.ff.de pact.

Quintò fallit, vbi hæreditas veniret, acceſſoriè: vt quia in hæreditate vendita continebatur ſubſtitutio pupillaris.l.ij.§.illud.in verbo, maximè.ff.de hære.vel actio.vendita.

Sextò fallit in patre emancipante filium, & accipiente aliquid in præmium emancipationis.l.j.§.ſi vel parens.ff.ſi quis à parente fuerit manumiſſus.

Septimò fallit in filio ſpurio, vel naturali legitimato: quia tempore quo legitimatur, poteſt facere pactũ de non ſuccedendo patri: vt per Bar.in l.quæſitum. ff.de adopt.ſequitur Roma.in l.qui ſuperſtitis. de acq.hæreditate.

Octauò fallit, quando filius paciſcens accepiſſet tantũ à patre, quantum aſcendebat ſua legitima: quo caſu valet pactum, ſecũdum alium intellectum per d.§.ſi vel parens.& per Bald.& Ang.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.de verbo.oblig.& per Bar.& Bal.in l.fi.C.de pac.contrarium tamen tenuit idem Bal.in l.pactum.C.de colla. B.Soc.re.344.

¶Pactvm de hæreditate viuentis nõ valet.tex.in l. fi.C.de pactis.& in l.quidam in iure.§.fi. ff.de don. Nat.in repet.cap.quamuis, de pactis, lib.vj.limita quinque modis, vt per eum ibi.

Primò ſi ille de cuius hæreditate agitur conſentiret.d. l.fin.dummodo in tali conſenſu perſeueret vſque ad mortem, vt ibi.

Secundò fallit, vbi fieret pactum ſuper hæreditate incerti hominis l.iij.ff.pro ſocio.

Tertiò fallit, vbi tale pactum diſponendi de hæreditate fieret in conſequentiam alterius contractus liciti præcedentis.l.ſi ſeruum.in principio.ff.de ac. empt.

Quartò fallit, vbi fieret tale pactum ad liberandum paciſcentem: puta, pater habet multos creditores, & fili-

filius in vita patris dat certum quid creditoribus, hoc pacto, quòd ipsum non molestent, si contingat eum succedere patri. l. & eum. §. filius. ff. de pactis.

Quintò fallit, vbi talis hæreditas veniret accessoriè, puta vendo hæreditatem in qua erat annexa substitutio pupillaris, ad quam venditor sperabat venire ex pupillari, certè in hac venditione hæreditatis potest fieri pactum de hæreditate pupilli viuentis, quæ venit accessoriè. l. ij. §. illud. in vers. planè. in verb. maximè. ff. de hæred. vel act. vend. & ita Bald. in d. l. fi. Vide tamen eum ibi, qui contra hanc limitationem facit ponderationem. Dias re. 524.

PACTVM initum inter partes vt non liceat appellare, valet. l. j. §. j. ff. à quib. appel. non licet. l. fi. §. fi. C. de temp. appe.

Limita dupliciter vt per Ioan. Crotum in repet. l. nemo potest. ff. de leg. j.

Primò, in causa criminali. Alleg. glos. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. & Bald. in dict. §. fi.

Secundò in procuratore etiã habente mãdatũ cũ libera. allegat Bal. vbi suprà, & An. in d. §. j. Dias re. 520.

PACTVM initum cum vna persona, etsi hæredis mentio non fiat, an ad hæredes porrigatur, ista difficultas est ardua, & disputabilis propter varietatem docto. inuicem contendentium: nam alij tenuerunt partem negatiuam, quidam verò affirmatiuã. Tu dic, quòd est tex. in l. fi. C. de contrahẽd. & commit. stipu. & l. si pactum. ff. de probat. l. viam veritatis ignoras. C. locat. l. ij. C. de pact. inter emp. & vendi. & l. iuris gentium. §. pactorum. ff. de pac. & l. si vnus. §. ante omnia. ff. eo. titu. l. si necessarias. §. de vendendo. ff. de pign. ac. Bal. in consi. xxxviij. proponitur. volu. iij. Idem consi. lxx. versi. j. nume. 7. Idem consi. cxij. volu. ij. in prin. & consi. ccclxviij. volu. v. circa med. Bar. & Soc. in l. à testatore. ff. de condi. & demon. Deci. consi. dclxxx. versi. circa primum, nume. 10. Bald. in c. ex parte decani. de rescri. communiter tenent quòd pacta actiuè & passiuè transeunt in hæredes, etiam quòd de illis nulla fiat mentio, licet Bald. in consi. ccclxviij. aliter senserit, & tenuerit, quòd pacta personalia ad hæredes non transmittãtur. Tiraquel. in tracta. de vtroque retract. in §. j. gl. vj. nu. 1. vsque 40. & tene opinionem Bald. in consi. cxij. in prin. quòd si natura verborum, & natura cõtractus & res in contractu deducta hoc patiatur, quòd sit transmissibile ad hæredes ttansmittitur. Aliter non.

Fallit, si in pacto adiecta sit dictio taxatiua, tãtum, vel solum, quia tunc non extenditur ad hæredes, secundum Bert. consi. clxxxiiij. vidi casum. vol. j. Bar. in l. j. ff. si quis iusd. non obtemp. Bar. & Ang. in l. si sic stipulatus. la ij. ff. de verbo. obli. Deci. consi. xxviij. Rom. consi. ccccl vj. in proposito.

Fallit etiam, quando pactum fuit appositum in contractu societatis, quia natura contractus non est, quòd transmittatur ad hæredes, quia morte soluitur. l. societatẽ. §. dissoluitur. & l. verum. §. fin. ff. pro socio. Corne. consi. liiij. nume. 6. volu. j. & consi. lxj. vbi a. eo. volu. j.

Fallit quoquequ, ando est facta demonstratio personæ per dictionem ipse, vel per gemina. tu tu. secundum Bald. consi. ccciiij. nobilis vir. volu. v. & docto. omnes in l. filiusfa. §. diui, & ibi Iaso. Ange. Ripa. ff. de leg. j.

Fallit in conditionibus potestatiuis, secundum Soc. & doc. in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verbo. obli. quia cùm sit collata ad arbitrium alicuius, illa facultas morte expirat, secundum communiter omnes docto. & Cagno. in rep. l. ij. C. de pact. inter empt. & vendi. q. xj. per l. si quis arbitratu. ff. de verborum obliga. cum simi.

Fallit similiter in pactis temporalibus, quæ ad hæredẽ nullo iure transeunt, tex. est & ibi Iaso. Angelus & Alexan. numero 2. in l. episto. §. de inofficioso. ff. de pactis, rationibus ibi adductis per docto. quod not. I. Noue. re. 154.

¶PACTVM inter virum & vxorem, de inuicẽ succedẽdo, valet. tex. est in l. licet inter priuatos. C. de pac. & in auth. sed hodie, in fine. ibi pactis instrumẽtorũ in omni casu seruãdis. C. de ad. doc. in l. si pater puellæ. C. de inoffi. test, Ias. in l. ex hoc iure. num. 51. ff. de iustitia & iure. Bal. consilio xxix. nu. 1. vol. v. dicit pactum vim l. habere. l. Cæsar. ff. de publica. & l. penu. C. de dona. inter vir. & vxo. Deci. consilio ccij. nu. 5. Oldra. cons. cxxxix. ad habendam, versi. ad se, secundum.

Amplia, vt d. regula habeat locum appositis pactis in donatione reciproca, secundum Castren. in dicta l. pater puellæ. & ibi Bald. & Iaso. numero 6. Roma. singula. dcccxx. prohibiti. Oldrad. consilio cxxxix. prout etiam de donatione remuneratoria, quæ insinuatione non indiget. Romanus consilio xxvj. numero 3.



Fallit in vj. casibus positis per Cassanæum in consue. Burgund. rub. iiij. §. vij. quos omnino vide.

Fallit etiam in locis maritimis, vbi datur beneficium ex forma statu. viro & vxo. succedendi inuicem ex inueterata consuetudine quæ vim pacti habet, secundum Bald. cons. clxxxij. num. 5. volum. j. & Deci. cons. dlxxxvj. num. 6. I. Noue. reg. 149.

¶PACTVM de litigando coram incompetenti iudice, non facit illum competentem: & paciscens conuentioni stare non cogitur. tex. est in l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. iud.

Limita decem modis, vt per Alex. ibi. B. Dias re. 519.

¶PACTVM de non petendo factum à creditore reo principali prodest fidei. l. fi. ff. de pac. vnde si postea pactum sit, vt à reo pet. pos. non censetur sublata excep. quæsita fideiussori ex priori illo pacto de nõ petendo, tanquam scilicet concepta sit, & perfecta illa liberatio priore illo pacto quicquid postea actum sit, nisi ipse fideiussor posterior actioni consentiret. l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. l. cum hærmes. C. locati. l. nouatione. C. de fideiussor. simile Lanfrancus c. quoniam contra. col. 6. de probat. Cur. Sen. cons. 27. Mates. no. 172. Med. re. 4.

¶PACTVM nudum non producit actionem, l. legem, C. de pac. l. iurisgentium, §. sed cum nulla, ff. de pac.

Ampliatur in duobus casibus, & limitatur in 15. à Soc. trac. fal. regu. 9. Fallit in 8. casibus, vt per Felin. in c. Antigonus, ff. de pac. Ampliatur, & limitatur, vt per Viuium in suis conclusio. ver. pactum. fallit regula de iure canonico, nam producit actionem. Sublimitatur hoc in 4. casibus, vt per Socin. in d. l. legem. Ampliatur ista limitatio in 4. casib. & limitatur in 2. per Iaso. in d. §. sed cum nulla, numero 4. Ampliatur, & limitatur ista limitatio per Viuium, in ver. pactum, fallit principalis regula in 17. casibus, vt per Iaso. in d. §. sed cum nulla. Item oritur actio ex pacto nudo in ligis, & triegis: hæc limitatio Ampliatur, & limitatur in 4. casibus, vt per Pet. Duen. reg. 16.

Item oritur actio in donatione. Ista limitatio ampliatur in 8. casib. & limitatur in 3. à Pet. Duen. reg. 19.

Expa-

Ex pacto nudo oritur exceptio, l.iurisgentium, §. sed cum nulla, ff. de pact. l.1. §. id quod natura, ff. ad l. Falcid.

Ampliatur in 6.casib.& limitatur in 7.à Petro Duen. reg.265.

Pactum nudum vestitur rei traditione, l.legem, C.de pact. l.si intra, vbi Bar.& alij, ff.de pac. l.rebus, C. de rerum permutat.

Fallit in 2.casibus, quos not. Fra. Cur. in l.legem, C.de pact. numer.1.& in l.si certis annis, C.eod. numer.2. Fallit in 3.casib. quos not. Iaso. in l.in traditionibus, ff. de pact.

Pactum nudum appositum in continenti, iuxta contractum, vestitur cohærentia contractus, l.in bonæ fidei, C.de pact. l.iurisgentium, §.quinimò, ff. de pac. l.petens, C.de pact.

Ampliatur in 10.casib.& limitatur in 10.à Ioan. Bolog. in l.lecta. ff.si cert. petat. num. 9. Fallit in 2.casib. quos not. Franc. Curt. in d.l.in bonæ fidei. Ampliatur in 3.casib.& limitatur in 10.à Iaso. in d.§.quinimò, num.3.& in d.l.lecta, numero 2.& seq. Ampliatur, & limitatur per Dec. in d.l.bonæ fidei. Fallit in 5.casib. quos no. Socin. in d.l.lecta, nume.15. Fallit in tribus casibus, vt per Alexand. in d.l.in bonæ fidei, nume.2.

Ex pacto nudo apposito ex interuallo, iuxta contractũ non datur actio, d.l.petens. C.de pact. & l.iurisgentium, §.quinimò, ff. de pact.

Fallit in multis casib. quos no. Fran. Curt. in d.l.in bonæ fidei, num.9. C.de pact.

Pactum affirmatiuum de succedendo alicui affirmatiuum nullius est momenti, l.stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verborum obliga. l.cum donationis, C. de transactio.

Fallit in 3.casibus quos not. Alexan. in l.pactum quod, C.de pact. numer.2. Fallit in 5.casib. quos not. Fran. Curt. in d.l.pactum, num.3.& sequen. Fallit. in 4.casib. quos not. Soc. reg.66. in add. ampliatur, & limitatur in 4.casib. vt per Baptist. à Villa. conclus.1. in litera P.

Pactum de succedendo inuicem non habet vim vltimæ voluntatis, l.licet inter priuatos, C.de pact.

Ampliatur in 4.casib. quos no. ibi Franc. Curt.

Pactum debitorum inuicem conuenientium non nocet creditoribus, l.2. C.de pactis, l.debitorum, C.eo.

Fallit vt not. Franc. Curt. in d.l.debitorum, numero 8.

Pactum super hæreditate viuentis certo modo diuidẽda, & disponenda, inter ipsos paciscentes, absque consensu ipsius viuentis, de cuius hæreditate agitur, nullius est momenti, & efficaciæ, c.non est obligatorium, de regu. iur. in 6. l.quæstione, C.de pact. Ampliatur in 6.casibus, & limitatur in 7.à Ias. in d.l.de quæstione, nume.5. Fallit in 5.casib. quos not. Geor. Natta. in c.quamuis, de pac. in 6. Ampliatur, & limitatur in 4.casibus, vt per Baptist. à Vi. conclu.1. in litera P.

Ampliatur in 15.& limitatur in 16.à Io. Bolo. in l.si. C. de pact. num.1.

Fallit in 4.casib. quos no. Franc. Car. in d.l.de quæstione, num.5.

Fallit in 8.casib. quos not. Soci. in tract. fallent. reg.65. in addit.

Fallit in 5.casibus quos not. Viuius in suis conclu. ver. pactum.

Pactum de perdenda hæreditate, id est, de non succedendo, non valet, l.pactum dotali, C.de pac. l.ex eo. C.de inut. stipu. l.cum donationis, C.de trãsact. l.fi. C.de pact.

Fallit in 5.casib. quos not. Franc. Curt. in l.de quæstione, C.de pact. num.33. Fallit in 7.casib. quos not. Ias. in d.l.pactũ dotali. Fallit in 6.casib. quos no. Geor. Natt. in repet. c.quamuis pact. de pact. in 6. sed si super eo fuit iuramentum interpositum, valet. Fallit hoc in 11.casib. quos no. Cro. in l.stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. num.22. Fallit prin. regula in 6.casib. vt per Ias. in d.l.de quęstione, nu.27.

Inter pacta & transactiones nulla est differentia: hanc esse communem opinionem attestatur Fran. Curt. in l.si de certa, C.de transact. vbi limitat in 2.casib. numer.4.

Pactum de lucrãda dote, si maritus decesserit superstite muliere, non valet, not. in l.2. ff. solut. matrim.

Fallit in multis casib. quos no. Crot. in d.l.2. nume.21. & sequent.

Validum est pactum inter partes, quòd non liceat appellare, l.1. §.1. ff. à quib. app. non licet, l.fi. §.fi. C.de temp. appe.

Fallit in 2.casib. quos no. Crot. in l.nemo potest, ff. de leg.1. nu.38.

Pactum, quòd quis nõ possit rem suam propriam alienare, non valet, l.ea lege, C.de cond. ob causam, l.si ita quis, §.ea lege, ff. de verb. obli.

Fallit in multis casib. quos notaui suprà in tit. de alienat. in concl. incip. Alienatio non potest impediri.

Pactum factum possessori hæreditatis non prodest, neque nocet vero hæredi, l.si quis paciscatur. §.cùm possessor. ff. de pact.

Fallit in 2.casib. quos not. ibi Iaso. nu.1.& seq.

Pactum principalis debitoris prodest fideiussori, l.& hæredi patris, §.in his qui. ff. de pact.

Fallit in 5.casib. quos no. Ias.& glos. in d.l.in his. nu.1.

Pactum de non petendo, factum extraneo non valet, nec ratum haberi potest. communis est opinio, cũ glo. in l.idem in duobus, §.personale, ff. de pact.

Fallit in 3.casib. quos not. Iaso. in d.§.personale, nu.3.

Pactum de non petendo, nõ tollit ipso iure actionem, l.si vnus, §.pactus ne peteret, ff. de pact.

Fallit in 6.casibus, quos not. Iaso. in d.§.pactus, numero 14.

Pactum de non petendo elidit ciuilem obligationem, cùm producat exceptionem, l.creditori, C.de pact. l.3. §.1. ff. de lib. legat.

Fallit in 5.casib. vt per Io. Bolog. in d.l.iurisgẽtium, §.pactus, ff. de pact. nu.33.& seq.

Pactum de non petendo tollit obligationem naturalem ipso iure. l.Stichum, §.naturalis, ff. de solu. l.fi. in fi. ff. de iureiur. l.fideiussor obligari, §. fideiussor. ff. de fideius.

Fallit in 5.casib. quos not. Iaso. in d.§.pactus, nu.14. ver. vltimo. Fallit in 5.casib. vt per Ioan. Bolog. in d.§. pact. nu.32.

Si ex forma statuti non posset mulier se obligare nisi interueniente consensu duorum propinquorum, non posset etiam facere pactum de non petendo debitori, nõ seruata forma statuti. Bart. in l.Mæuia, §.1. ff. solu. matr.& hanc esse communem opinionẽ tradit Ias. in d.l.si vnus, §.pactus.

Fallit in 5.casib. quos not. Ias. in d.§.pactus, nu.21.& sequen.

Pactum factum cum vna persona, non extenditur ad aliam, l.si vnus. §.ante omnia, ff. de pact.

Fallit in 2.casibus, vt per Iason. in d.§.ante omnia, numero 1.

Pactum factum super vna re, non extenditur ad aliam.

d.l.si vnus.§.ante omnia.

Fallit in 3.casibus,vt per Ias.in d.§.ante omnia,nu.8.

Non valet pactum factũ ab ingrediente monasterium de retinendo bona propria,sicut non valet promissio,vel pactum,quando quis fit Monachus, sub promissione sequendæ Abbatiæ,vel alterius dignitatis, c.cùm ad nostram, vbi gloss.fin.de electio.hanc esse communem opinionem testatur Iaso.in d.Auth.ingressi,C.de sacro.eccl.

Fallit in 3.casib.quos no.Ias.in Auth.ingressi,nu.37.

Pactum initum inter patrem,& filium, super hæreditate patris nullam inducit obligationem, l.stipulatio hoc modo concepta,ff.de verb.oblig. l. ex eo,C.de inut.stipu.

Ampliatur in 4.casib.& limitatur in 4.à Ias.in l. pactũ quod dotali.C.de pact.nu.1.& seq.

Pactum seu conuentio inter partes, ꝙ debitum non possit probari,nisi per instrumentũ,non valet.Ang. & Imol.in c.si diligẽti,de for.comp. Bal.Pau.de Castro in l.pactum inter hæredes,ff.de pact.

Fallit in 2. casibus,quos no.Iaso.in Auth.iubemus, C. de iud.

Pactum nudum non vestitur calore iudicij,l.siue apud acta,C.de iudic.transf.l.si præcedenti, §. Lucius. ff. mand.

Fallit in 2.casibus,vt per Rip.in l.1.numer.22. ff.de verbo.oblig.

Pactum de litigando coram incompetenti iudice non facit illum competentem,& pasciscens conuentioni stare non cogitur,l.si conuenerit,ff.de iurisdict.

Fallit in 10.casibus,quos not.Alex.in d.l.si conuenerit.

Pactum de succedendo, non obstante ingratitudine inter patrem & filium,valet,l.omnimodo,C.de inoff. testa.

Fallit in 3.casib. vt per Geor. Nat.in rep.c.quamuis pactum,de pact.libro 6.Fallit in 3.casib.vt per Soc.reg. 67.in addit.

Pactum ambiguum contra venditorem interpretandum,l.in contrahenda,ff.de reg.iur.

Fallit in 4.casib.quos not.Ias.in d.l.in contrahenda.

Pactum de quota litis,non valet, & paciscentes puniũtur,gl.& Bal.Sal.& Aret.in leg.litem,C.de proc.

Fallit in 2.casib.quos not.Plot.in repet.l.si quando,C. vnde vi.nu.535.

Pactum de stando iuramento partis,valet, & præiudicat:communis est opinio,vt refert Ias.in l.iusiurandum,quod ex conuentione,ff.de iureiurand.

Fallit in 8.casibus,quos refert Plot.in repe. d.l.si quando,nu.740.

Pactum,quod debitor bonis cedere non possit,non valet,arg.l.alia,§.eleganter,ff.solut.mat. vbi per Bart. Cyn.& Bal.in l.1.C.qui bon.cede.poss.

Fallit in 14.casib.quos not.Soc.reg.279.

Pactum de hæreditate perdenda,nõ valet,l.fi.ff.de suis & legitimis,l.pactum,C.de collat.c.quãuis,de pact. in 6.l.si quando,C.de inoff.test.

Fallit in 5.casib.quos no.Soc.reg.280.Fallit in 5.casib. vt per Ioan.Bolog.in l.fi.C.de pact.nu.107.

Pactum per quod tollitur libera testandi facultas,non valet,l.ex eo, C.de inut.stip.l.stipulatio hoc modo concepta,ff.de verb.oblig.

Ampliatur in 10.casib. & limitatur in 6.à Dec.in l.pactum,quod dotali,C.de pact.vbi Ias.ampliat,& limitat in 4.casib.

Fallit in 4.casibus,vt per Soci.reg.66.in addit.Fallit in 6.casibus,vt per Geor.Natta in rep.cap.quamuis.de pact.in 6.Fallit in 5.casibus,vt per Franc.Cur.in d.l. pactum,nu.3.

Pactum,quòd donatio non reuocetur prætextu ingratitudinis,non valet:hanc esse communem opinionẽ testatur Baptist.à Villa.vbi limitat conclus.12.in litera P.

Pactum de hæreditate certo modo disponenda, vel diuidenda,non valet,l.fi.C.de pact. l. quidam de iure. §.fi.de don.

Fallit in 8.casib.quos not.Soci.reg.65.in addit.

Pactum per quod renũciatur exceptioni simulationis, non valet. hanc esse communem opinionem testatur Ripa in l.nemo potest,ff.de leg.1.

Fallit in 3.casibus,vt per eundem in dicta l.nemo, numero 68.

Pactum non valet,nec consuetudo,vel statutum, si videntur spiritualia vendi. hanc opinionem cum 4.limitationibus ponit Ripa in c. cum M. Ferrariensis, de const.nume.177.

Pactum de amittendo beneficio,si nõ fecerit tale quid valet. Fallit in 3.casibus,quos not.Fel.in c.P.& G.de off.del.nu.5.

Pactum super principali re appositum, iuxta contractum,vel pactum de appenditiis contractus,resoluitur,resoluto cõtractu,l.cùm emptor, ff. de resc.vend.

Fallit in 3.casibus,quos no. Io.Bolog.in l.petens, C.de pact.num.75.ver.circa primum.

Si pactum est factum de retrouendendo,si vnus ex hæredibus vult redimere partem suam, nõ admittitur.

Fallit in 2.casibus, secundum Crot.in l.4.§. Cato. ff.de verb.oblig.nu.11.

Partis priuatorum ius publicum non tollitur. Fallit,vt colligitur ex distinctione Barto. in leg.ius publicũ, ff. de pact.Fallit in 5.casib.quos not.Ias.in d.l.ius publicum. Don.Fina, lib.1.

¶ PACTVM nudum geminatum parit actionem.l.1. §. penult. ff.de constit.pec.Doctor.commun.vbi Are. Faber.& Ias.§.de constituta.inst.de act. Doct.com. l.fi.C.ad l.Falc.c.per tuas, de arb.Anto.c.cum contingat.de iur.iur.Alexand.l.iurisgentium.§.sed cùm nulla.ff. de pac.Cor.conf.68.vol.3.Alb.in rub.de verbo.oblig.nu.114.vbi Ripa.num.30. Alex.& Ias.in addit.ad Bar.l.cum scimus.nu.7.C.de agrico. & censi. lib.x. Med.reg.2.

¶ PACTVM nudum non vestitur calore iudicij, vt in l.siue apud acta.C.de transact. & in l. si præcedenti. §.Lucius.in verb.pactus.ff.mandati.

Limita dupliciter,vt per Ripam in l.j.in prin. ff.de verbor.oblig.

Primò, vt non procedat in casibus, quibus pacto nudo promittitur aliquid,quod tendat ad coadiuuandum iudicium: vtputa de iudicio sisti, de iudicato soluendo,& expensis restituendis,quod declarat, vt per eum ibi.

Secundò limita,in pacto nudo habente implicitam cõfessionem de iustitia,sententia cõtra se lata. B.Dias reg.518.

¶ PACTVM nullum est sine consensu partium.l.1. ff. de pac.dixi ego in trac.defin.part.2.defin.46. nu.1. item, pactum cum taxatiua duntaxat redditur nullũ nec transit ad hæredes.Bart.l.si sic.ff. de verbo.obli. Ias.l.si tibi.§. si quis. ff.de pac. item pactum de detinendo ad hæredes non transit. Alexand.l.alia.§.eleganter.ff.solu.matr.sed extinguitur morte paciscentis.l.si licet.ff.qui satisd.cog.Alexand. l. postulante. ff.ad Trebel.Feli.c.rescr. de iur. iur. hoc idem est de pacto limitato ad tempus.l.epistola. §.de inoffic. ff. de pac. Med.reg.6.

¶ PACTVM redimẽdi, seu de retrouendendo præscribitur annis xxx. Ita voluit Ioan. Fab. in l. cum notissimi. C. de præscri. ann. xxx. Paulus de Castro consil. 429. in prin. Ias. in l. petens. nume. 10. versi. circa ista. C. de pact. Boer. deci. 351. num. 6. Ange. consi. lv. Ancha. consi. 331. visis, versi. iij. est aduertendum, Boer. q. 183. nu. 5.

Fallit quando in contractu posita esset dictio, in perpetuum, vel quandocunque, secundum docto. tenentes quòd dictio quandocunque arguit tempus in infinitum. Fulg. consi. clvj. stante statuto Lucannæ. Corn. cons. cxcix. h. volum. 2. Bald. Ias. & Sali. in l. petens. C. de pac. Tiraquel. in gl. x. de retract. conue. nu. 34. vbi multa accumulat.

Fallit etiam, quando dictio quandocunque semper, vel in perpetuum esset apposita ad vitã alicuius T. vel A. tantum, quia eatenus vita illorum se extenderet, vniuersalis prædicta restrictionẽ pateretur. Ita Bert. consi. 184. vidi casum, in ij. dubio, volu. j. de iure respondit, Bart. in l. j. ff. si quis iusd. non obtemp. tex. in l. non solum. §. tale. ff. de lib. leg. Tiraquel. in §. j. gl. vj. nu. 2. & 3. de retrac. conuen.

Fallit etiam, quando in pacto redimẽdi apposita essent illa verba, quod ille talis tãtùm posset redimere infra annos x. quia ad alias personas & tempus vltra præfixum non se extenderet. Ita no. Bald. in consilio ccciiij. nobilis. volumi. v. & Iason. in rep. §. diui. versicu. pro ampliatione, numero 97. ff. de leg. 3. & Rip. numero 3. Tiraquel. in §. j. gloss. vj. numero 24. & 25. de retrac. conuentionali, vbi multa congregat. I. Nouel. reg. 150.

¶ PACTVM de retrouendendo quandocunque appositum in contractu emptionis & venditionis aliis concurrentibus facit præsumi contractum simulatum, vsurarium & fœneratitium. tex. cum gloss. in c. ad nostram, extra de empt. & vendi. cap. illo vos. de pigno. & ibi doct. in summa Ber. Inno. Host. & Gof. de pignore, in fin. communiter tenent, quòd paruitas pretij, pactum de retrouendendo & quòd emptores soliti sint fœnerari, facit præsumi contractũ fœneratitium. Ita Cæpol. in tract. de simu. contr. numer. 105. Roma. consilio ccccxxij. pro pleniori, per totum. Corne. consilio cxvij. Cast. consil. cccxxxvj. idem in eo. consilio v. & doct. in l. emptione. C. plus valere. quod agitur, quàm quod sim. Archidia. capi. plerique. xiiij. quæstio. 3. & doct. in cap. conquestus. de vsur. Dec. consilio 692. num. 2. & consilio cccix. numer. 5. Abb. consilio lxxvj. in j. volum. num. 2. Inn. cons. lv. & consi. 99. in quæstio. v. Alex. consi. cix. nume. 17. vol. 4. Bald. in c. j. in prin. de feud. dat. in vim. l. comm. in fi. vbi not.

Amplia d. regulam vt locum habeat si pactum apponitur tempore emptionis & venditionis, & sic tempore dictæ conuentionis, secus si ex interuallo. Corne. in consilio cxxxiij. h. volum. j. Gramma. decis. lxxvj. numer. 7. & 8. Boer. decisio. 183. & v. & contra naturã actus, quia insolita arguunt simulationem, Corne. consi. 288. a. volum. 3. & Cæp. in trac. simul. contrac. in prin. ibi principa. no.

Fallit hæc regula, quando in celebratione emptionis & venditionis nulla interuenit dolus, lęsio vel fraus, sed emptor emit iusto precio fundum prædictum & tempore venditionis remanet in possessione pacifica rei venditæ, & soluit annuas grauedines pro fundo vendito illustrissi. Duc. Do. & non est solitus fœnerari, nec ad vsuram dare, de quibus omnibus latè Cæpo. in d. tract. versic. 3. num. 13. & 19. quia eo tunc pactum retrouendendi non est sufficiens pro se solũ maculare contractũ, doct. in d. c. ad nostram, & locis suprà citatis.

Fallit quando in cõtractu apposita fuit dictio semper, & quandocunque, vel in perpetuũ, quia eo casu hæredes venditoris poterunt semper redimere & recuperare possessionem venditam & hoc propter duplicitatem illarũ dictionum semper & in perpetuum: quia illæ dictiones geminatæ arguunt voluntatem, vt volunt doct. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. Et aliàs iudicatum fuit ann. 1549.

Fallit etiam, quando ex communi vsu ciuitatis tolleratur, quòd fiant liuella super fundis, seu proprietatibus vrbis in ratione quinque vel 6. duc. pro c. absque aliquo pacto retrouenditionis, quia tunc carent scrupulo occultæ simulationis, & super illis competit agnatis & vicinis ius prælationis, prout latè dixi in tractatu meo de iure protomis. I. Nouel. reg. 15.

¶ PACTVM in societate appositum quod lucrum, & damnum inæqualiter diuidatur, non est improbabile, secundum Corne. consilio ccxxxiij. viso diligenter vbi a, quoniã maximè alter immittit in societate plus altero. Ita Nic. de Matthare. & Bald. in l. j. quæstio 4. C. pro Soci. Deci. in l. si pascenda pecora. numer. 5. C. de pac. quia contractus ex conuentione legem accipiunt. l. j. §. si conuenerit. ff. deposi. & similiter quòd lucrum & damnum æqualiter diuinatur, licet plusquam alter vnus immiserit in societate. Ita Deci. in d. l. pascenda, numer. 7. C. de pac. alleg. Corne. consilio 187. vbi eo. volu. 3. quia habet instar fraternitatis, secundum naturam societatis, si omnia in idem communicantur, l. si societatem vniuersorũ. cum l. seq. ff. pro Soci. quæ supradicta locum non habent, quando vnus plus contulit altero in societate, & aliter conuentum nõ est, secundum Cor. consi. 85. vbi 9. in fi. vol. 3. quod no.

Amplia regulam, vt quãdo alter ex sociis ponit in societate plus pecuniæ, siue operarum vel rei maioris existimationis debet proportionabiliter & correspectiuè plus lucri percipere, secundum Corne. consil. clij. ad euidentiam 3. volumi. & consilio ccxiij. b. eodem volum. Bal. in auth. ex testamento. C. de bonis quæ lib. in prin.

Fallit regula, quãdo capitale positum in societate est æquale, secũdum Corn. consilio cccxj. vbi b. volum. 3. & inst. pro Soc. §. j. Ange. cõsilio cxiij. quid autem si fuerit, quia æquale debet esse & lucrum, iuribus prædictis.

Fallit etiam, quando contrahitur societas, vel vniuersorum bonorum vel rerum cum aliquo, quia dotes vxorum contrahentium nullo modo includuntur, secundum Barth. Soc. in cõsilio xlj. numero 8. in consi. ciuilibus.

Fallit etiam cum Saracenis, hæreticis, & hostibus, cum quibus nulla nobiscum nobis potest esse societas seu participatio lucri, secũdum doct. & maximè Innoc. in capit. quod super iis, de voto. & vo. re. Deci. consilio lj. numer. 3. & Bald. cõsilio ccccxxviij. num. 11. volum. vj. Felin. in cap. Ego enim, de iureiur. & vide decis. Boer. num. 179. numer. 7. sunt enim leges, & decreta, quæ prohibent eorum commercium, & eis deferri aliquas res, prout in capitu. ad deliberãdam. c. significauit, & c. quod olim. de Iudæis. & l. secũd. C. quæ res expor. non debent. I. Nouel. reg. 152.

¶ PACTVM soluitur morte quãdo ita paciscenti adhæret, vt sua ipsius natura obligatio hæredem attingere nõ possit, Barto. l. eadem. ff. de verborum obligati. l. si

gatio.l.si fideiusserit.ff. qui satisd.cogantur.l. postulante.ff.ad trebel. Doct.l.iurisg.§.pactorũ.ff.de pac. Vnde in hæredem non transfertur pactum, quod quis capi possit, Abb.capitu. compromissum, numero 7. de arbitr. dixi super. conclusio 20. regulariter tamen ad hæredes extenditur, Dec.l.hæredem, numero 6.ff.de reg.iur.conclusio.71.numer.3. Socin. consilio 24.numero 3.volumine 3.Tiraquel.in tractat.de retract.§.1.gloss.6. numer.1.§.1.Auth.de iure iu.à mort.præst.Paulus consilio 197.nume.2. volum. 2.Gemini.c.2.numer.10.de iur.cal.6.Socinus consilio 60.numer.18.volum.1.consilio 24.numero 7.volum.4. Med.tract.2.par.

¶ Pactvm,& stipulatio.L.[a]32.Vlpian.lib.42.ad Sabinum. a al.l.31.

Verum est, neque pacta, neque stipulationes factum posse tollere, quod enim impossibile est, neque pacto, neque stipulatione potest comprehendi, vt Vtilem actionem aut [b] factum efficere possit.

Additio. b al.pactum.

De cap.l.12.§.fractæ, de acquirenda possess.l.1.§.si vir. Authentic.de æqua.do.§.1.ver.quæ igitur, est pac.l. 50.ex qui cau.ma.l. denique. Impossibile.S.facto.Stipvl.C.de con.sti.l.non moriturum. Vtilem.Id est efficacem stricto iure:sic non obstat l.si quis ita stipulanti,de euict. Possit. S. mirum non sit id quod re vera est.Ita non obstat, l.nõ dubium, C.de legib. Ratio j.l.145.impossibilium,l.178.ea,ad fi.5.sed nec iure ciuile infirmari. Riisvvich.parat.

¶ Pactvm factum de succedendo cum eo, de cuius hæreditate agitur non valet.l.ex eo.C.de inut.stipul. l.fi.C.de pact.cum simi.

Primò fallit, quotiescunque tale pactum esset approbatum à statuto, vel consuetudine: vt per Bald.in l. cum Archimedoram. C.vt in possessio. leg. de quo tamen per Moder.Bonon.in l.pactum. C.de collationibus.

Secundò fallit in militibus tendentibus ad bellum, inter quos valet pactum de inuicem succedendo. l.licet. C.de pactis.

Tertiò fallit, vbi pactum de succedendo non tollit directò facultatem testandi, sed reseruatur alia forma disponẽdi de bonis.l. quidam cum filium.de verbo.oblig.iuncta glo.magna in fi.secundum Ro. in l. stipulatio hoc modo.eo.tit.

Quartò fallit, vbi pater, cui pactum factum est, decederet intestatus:nam tunc valet inter liberos: quia nihil refert quomodo declaret voluntatem suam, in l. fi.C.famil. ercisc. B.Soc.reg.346.

¶ Pactvm de succedendo non obstante ingratitudine inter patrem & filium, valet:text.in l.omnimodo. C.de inoffi.testa.& tenet Nat.in repet.c.quamuis pactum.de pactis,lib.vj.

Limita tripliciter hanc regulam, vt ibi per eum.

Primò fallit, vbi non remitteretur ingratitudo præterita, sed futura, puta, si dicatur, quòd non obstante ingratitudine committenda, filius succedat patri, quia tale pactum inuitat ad delinquendum, ideo non valet.l. conuenire.ff.de pact. dotal.l.quidam decedens.ff.de administr.tut.capit. vt famæ.de sent.ex communic.

Secundò fallit in casu l.ij.C.de lib.& eorum liber. vbi liberto propter ingratitudinem in seruitutem reuocato, non potest remitti talis ingratitudo, nec à domino dari libertas, principe inconsulto.

Tertiò fallit, quando non obstante tali remissione, virtute delicti commissi, ille remanet incapax hæreditatis in genere & iure succedendi, per l.j. C.de hær. instit. secundum Ioan.de Imol.& Gemin. in d.cap. quamuis.

¶ Pactvm de non succedendo non valet. text. in l. ex eo.C.de inutil.stipul.& in l.cum donationis.C.de transact.& in l.fi.C.de pact.& in l.pactum quod dotali.Cod.de collat. Georgius Nata in repe.capitulo. quamuis pactum.de pactis. libro vj, vbi ponit tres rationes.

Limita sex modis, vt per eum ibi.

Primò, vbi tale pactum à statuto vel consuetudine esset approbatum. Ita singulariter Bald.in l.cum Archimedoram. C.vt in poss. leg. per capitu.mulier. & per capit. filij.si de feudo fuer. contro. inter dom.& agnat. in vsibus feudorum. Vide tamen Nat. ibi, qui in contrarium allegat Bald. & Modern. Bononienses, in quorum opinione residere videtur, & respondet ad fundamenta Bald.in dict.l.cum Archimedoram.

Secundò fallit in militibus tendentibus ad bellum, inter quos valet pactum de inuicem succedendo. l.licet C.de pactis.

Tertiò fallit ad pias causas, secundum Bald. singulariter in l.fi.C.de pact. quia si valet fauore armatæ militiæ, vt prædixi, fortius valebit fauore cœlestis militiæ.l.milites.cum gloss.C.locati.& est glo.in l.milites.§.j. ff.de re iudicat. Et vide eundem Nat.loco præalleg.vbi saluat opi.Bald.

Quartò fallit, si pactum de succedendo est iuratum, secundum Bal.in c.j.§.moribus si de feu.fue.contr.inter dom.& agna. Vide tamen Nat.vbi s.dicentem in contrarium esse veritatem.

Quintò fallit, vbi pater, cui factum est pactum de succedendo, intestatus decederet, nam inter liberos tale pactum erit seruandum: quia inter ipsos non refert quomodo pater, vel per epistolam, vel aliter, declarat suam voluntatem, vt secundum illam filij succedant.l.fin. C.famil. erciscund.quod est notandum, si ponamus, quòd pactum contineat filios debere succedere portionibus inæqualibus, & sic aliter quàm ab intestato successissent, quo casu filij ex pacto succederent, non autem æquali portione.

Sextò & vltimò fallit, vbi per tale pactum de succedendo, directo non tollitur facultas testandi, sed reseruatur alia forma disponendi de bonis, per text. in l. quidam cum filium.iuncta gl.magna circa finem. ff. de verb.oblig.secundum Ludo.in d.l. stipulatio hoc modo. B.Dias reg.522.

Pactum de successione futura est illicitum.

Pro.

C.de pact.l.vlt.

C. de inutil.stip.l.ex eo.

Ext.de concess.præb.c.nulla.& c.ex tenore.& c.relatum.

Contra.

Ext.de præb.& dig.c.relatum.

Ext.de concess.c. proposuit.

D.pro socio.l.3.§.de illo.

Solvtio.

Dicunt quidam quòd in genere potest fieri promissio beneficij non vacantis: vt puta si dicat quis, promitto tibi beneficium, argumen.illius leg. D.pro socio. leg.3.vbi valet pactum de futura hæreditate in genere, Sed hæc solutio reprobatur, extr.de concess.præbend.c.vlt.Alij dicũt, quòd cum consensu illius per

sonæ, cuius beneficiũ promittitur, valet promissio. C. de pact. l. postquam. Sed nihil est quod dicũt: quia dicit decretal. quòd non valeat promissio beneficij non vacantis, ne aliqua inde oriatur obligatio, cùm sit contra decreta Lateranensis concilij. d. c. ex teno re. Quidam tamen dixerunt, quòd licet promittens non obligetur ad aliud beneficium, teneri tamen ad interesse. Damas. reg. 70.

¶ Pactvm de futura successione inter fratres reciprocum de iure est validum. text. est in l. licet. C. de pact. Alexand. consilio lxxxiij. numero 15. volu. 2. l. certi condictio. §. quoniam. ff. si certum peta. & con silio xx. numer. 3. volum. 3. & consilio xxviij. num. 8. volum. 3. in terminis, & licet aliqui teneant, quòd illa lex loquatur in militibus, attamen communis opinio est, quòd tale pactũ valet. Ita tenet Boer. dec. cciiij. num. 15. & 16. & no. glos. notabi. in c. quamuis, de pact. in 6. versi. improbet, & l. pactum quod dotali. C. de pact. Deci. consi. dcxiij. num. 2. & consilio ccxxv. nu. 1. & 2. quod no. Old. consilio cxxvij. viso in strumento pacti, vbi concludit valere, sed periculosum fore omnibus.

Amplia d. regulam vt si promissio de futura successione fieret post mortem contrahentium, quia eo casu esset donatio facta causa mortis, quæ valeret, secundum Alexand. in consi. xxviij. ponderatis, numero 8. volu. 3. & communis opin. docto. in l. stipulatio hec modo concepta. ff. de verb. obli. & Bar. Ang. & Sali. in l. pactum quod dot. C. de pact.

Fallit fauore matrimonij, maximè quando adest consuetudo, vt Ioan. And. Anto. de But. in capit. j. vt lite non contesta. Decis. consi. ccxxv. numer. 1. Bald. in c. j. §. filij nati. si de feud. fuer. contro. inter do. & agn. Guid. Pap. q. cclxvij. pactum. vbi in terminis Bellã. consi. xvij. in fi.

Fallit in pacto de succedẽdo in parte hæreditatis, quia de alia parte poterit testari, & sic non impeditur libera voluntas testãtis, secundum Bal. in l. fi. vers. sed quid si donat. C. de pact. Alex. cons. xxix. nu. 20. vol. v. Deci. consi. ccxxv. nu. 1.

Fallit in testamento, secus in contractu, cum sit contra bonos mores, attamen cum iuramento valet & tenet iuxta dictam dispositionem capit. quamuis. de pac. in 6. & Alexand. d. consilio xxviij. numer. 8. vol. 3. quod no.

Fallit etiam in pacto facto ad piam causam, secundum Deci. in l. licet. nu. 4. C. de pact. alle. Bald. in l. fi. versi. venio ad secundam quæstionem. C. eod. tit. Anch. cons. 39. propter clariorem. I. Nouel. reg. 151.

¶ Pactvm, Obligatio, Contractus, eorúmque communia.

Pactum non transit ad hæredes.
C. de legat. l. apud Iul. §. si quis.
ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. si quis ita.
C. sine cens. vel reliq. l. 1.
ff. de seruit. rust. præd. l. pecu.
ff. de pact. l. si quis decem. §. si quis pa.
ff. de seruit. l. mater filiæ.

Contra.

ff. de pact. l. iuris gentium. §. pactorum.
ff. de pigno. l. si neces. §. pe.
ff. de probat. l. si pactum.
C. vt ab hærede. l. 1.
C. de contrah. & commit. stip. l. vlt.

Pactum non, &c.] Quando pactorum beneficium detur hæredi, vel contra hæredem, dic plenè, vt notaui in distin. 7. de actionibus. Azo, rub. 96.

Aliquando etiam lite contestata non transit ad hæredes.
ff. solut. mat. l. si marito. §. si volunt.
ff. de oper. lib. l. si operas.

¶ Pactvm. Cum duo sub alternatione debẽtur, si super vno paciscatur, & super altero pactus videtur.
ff. de pact. l. vnus. §. si cum mihi.
ff. de cond. instit. l. qui sub cond. §. si quis.
ff. de libera. lega. l. non solum. §. si is qui.
Contrà, ff. de rei vend. l. Paulus.

Cum duo, &c.] Hæc est nota.

Quando ex alieno pacto vtilis.
C. de vsur. l. accept. in fin.
C. quand. ex facto tutor. l. 2. §. vlt.
ff. de neg. gest. l. si pupil. §. si quis.
ff. de seru. vend. l. 4. §. 3.
ff. de const. pec. l. 5. §. vlt.
ff. manda. l. si manda. §. si procur.
ff. de pact. dot. l. cùm dos.
ff. de verb. obli. l. si ita stipul. §. Chrysogonus.

Quando ex alieno pacto, &c.) Hoc plenè suprà exposuimus. Azo, rub. 96.

Rerum inhonestarum nulla societas.
ff. famil. hercis. l. cætera. §. mala.
ff. pro soc. l. nec potest qui sepel. §. 2.
ff. de fideiuss. l. si à reo. §. vlt.
ff. de tut. & rat. distra. l. 1. §. si plures. in fin.

Rerum inhonestarum, &c.) Hæc est nota.

Qui promisit inducere socium, quandocunque se induceret, quamuis hoc faciat ea ratione, quia velit ad curiã proficisci, tamen socium inducet.
ff. de testam. milit. l. in fraudem. in fin.
In Auth. de alie. emphy. & pa.

Contra.

ff. de testam. tut. l. pater.
ff. de solut. l. cùm quis.
ff. de re iud. l. à diuo. §. etsi post.

Qui promisit, &c.] Hic videntur signari contraria arg. huic m. quæ tamen non multum faciunt ad causam, nec etiam videntur bene posse aptari: dico tamen, quòd teneatur inducere propter verbum, quandocunque indefinitè prolatũ. vt ff. de seruitu. vrb. præd. l. si seruitus. Azo, rub. 96.

Non tenetur, si non facit, quod facere conuenit.
ff. de pet. hær. l. ei qui. §. 1.
ff. locati. l. quæro. §. item.
ff. de pact. rescri. §. si pacto
ff. pro socio. l. si conuenit.
ff. de pact. dotal. l. si pater.
ff. vnde vi. l. 1. §. si pacta sit.

Contra.

ff. de separ. l. 1. §. illud.
ff. depos. l. si hominem. §. quoties.
ff. de furt. l. interdum, §. furtum.

Non tenetur, &c.) Qui conuenit aliquid facere, tenetur si id non facit: vt in hac Rubrica & prætor ait: Pacta seruabo. Nec obstat, quod dicitur in contraria Rubrica. ff. de separ. l. 1. §. illud. quia illud est propter iustissimam ignorantiam, vt ibidem dicitur. Quod autem dicitur de furt. l. interdum. §. furtum. & ff. depos. l. hominem. §. quoties: non video quid ad rẽ faciat. Azo, rub. 96.

Locatio sine pecunia esse potest.
ff. locati. l. & hæc distinctio. in fin.
Non potest.
ff. locati. l. 1.

Locatio,&c.)Non obstat,quod legitur in ff. locati.l.& hæc distinctio. §.illud. quia ibi impropriè ponitur verbum locare:vt C.locati.l.si olei. Azo,ru.96.

Res sacra vendi potest.

ff.de contrah.empt.l.pacta.

Non potest.

ff.de cont.empt.l.& de sacra.

Res sacra,&c.]Hoc distingue:vt ff.de contrah.empt.l.& liberi hominis. Azo,rub.96.

Liber homo potest emi à sciente.

ff.de liber.caus.l.liberis.§.si duobus.

CONTRA.

ff.quib.ad liber.proclam.l.vlt.

Liber homo,&c.]Hoc ideo, quia alius erat ignorans: alioquin contrà,vt in contraria Rub. Azo,ru.96.

Vsurarius vendere potest vsum.

ff.de vsu & habit.l.diuus.in fi.

Nequaquam potest vendere.

ff.comm.diuid.l.item quam.§.1.

ff.de vsu & hab.l.sed neque.

Vsurarius,&c.Solutio. Non vendit,nisi in casibus: vt in hac Rub.& vt notaui in Instit.de vsu & habitat §. minus.

In quibusdam casibus habet tantum, quantum vsufructuarius.vt ff.de vsu & habitat.l.diuus.& l.fundi. & de vsu ear.rer. quæ vsu consum.l.5.§.vlt.& l.antepe. Azo,rub.96.

Prædium minoris sine decreto vendi & obligari potest.

C.de oper.pub.l.pen.

C.quando decret. opus non est leg.secunda,& tertia.

C.de episc.& cler.l.orphana.in fi.l.quasi.& Auth.sed liberi.

C.de adm.tut.l. vlt.§.defensione.

Non potest.

C.de præd.minor.l.inter.

Prædium minoris,&c.]Certum est,quòd sine decreto alienari non potest,nisi in casibus:vt in hac Rub.& in contraria. Azo,rub.96.

¶ PACTIO,& obligatio. L.28.Pompon. libro 16.ad Sabinum.

Nec ex Prætorio,nec ex solenni iure priuatorum conuentione quicquam immutandum est, quamuis obligationum causæ pactione possint immutari, & ipso iure,& per pacti conuenti exceptionem, quia actionum modus vel lege,vel per Prætorem introductus, priuatorum pactionibus non infirmatur, nisi tunc,cùm inchoatur actio,inter eos conuenit.

Al.Vna lex est cum præcedenti leg. Iunge l.46.neque pign.§.priuator.17. de pac.l.ius pub.37.§.1. si paciscar.l.§.tibi.§.1.§.quinimò,l.ius agnationis,C.de testa.l.testandi.de admi.re.ad ci.per.l.2.§.ius Reip.C.sine cen.l.1.l.2.de religiosis.l.20.Nerat.de foro cõpeten.capit.si diligenti. PRAETORIO. Exem. De verbo.obligatio.l.in conuentionalibus,de prær.sti.l.1.§.fin.l.in prætoriis.SOLENNI. Exem.C.de inut.stip.l.2.Exc.De verbo.oblig.l.si ita.19.PRIVATORVM.Arg.C.de mono.l.1. C.de admin.rer.ad ciuit.pertinẽ.l.2.§.ius reip.de mag.cõ.l.1.§.si inter.OBLIGATIONVM CAVSAE. Id est, qualitates, & accidentia ipsius contractus.Ratio, quod conuentio & contractus à voluntate contrahentium (quæ est priuata & singulorum)formam accipit,adeò, vt iuris ciuilis, leg.12.tabularum, & aliarum legum populi Ro.auctoritas,quæ solennis, & publica est, ei non accedat, nisi contractu iam perfecto. Macrob. Satur.c.6. Faber statum & modum causæ intelligit, de mor.cau.do.l.vbi ita,27.vt le.no.ca.leg.1.§.si quis sub qui & Græcorum interpretationum refellit, de pac.l.1.§.pe.de act.l. obligationũ ferè,de pac.l.7.§.quinimò,arg.sol.mat.l.1.Inst.de rer.di.§.cùm in suo Secus in pœnalibus,de inuti.stipu.l.quod ex causa. IMMVTARI.Non tamen in persona hæredum, de verbo.oblig.l.2.§.1.inf.l.23.contractus, de pact.l.in emptionib.43.C.de tem.& re.in fi. IPSO IVRE. De ac.& ob.l.obligationum ferè,de pact.l.28.§.pactus. Ratio,C.de pac.l.in bona fi. PER PACTI.Pacti conuẽtione per exceptionem, d.l.7.§.si cum nulla. MODVS.Conciliatio l.si quis crediderit,de re iud.si conuenerit,14.pro em.Vide Old.de ac. & ob.l.obligationum ferè, §.placet. Nisi Græci videntur legisse, Ne si,vel,Nec si cùm inchoatur (vt & quidam Codices habent) pactio, hoc est, in initio contractus potest intelligi aut reponi pro actio,obligatio,vt in l.3.§.idem scri.de pecu. de pac.7.§.quinimò, & seq. INFIRMATVR. Quæ tamen naturalem aliquando producunt obligationem. de cond.in l.frater, de nouat.l.1.C.de præd.min.l.etsi is,de verbor.obligat.l.stipulatio ista,§.alteri,ad Vel.l.2.§.1.ad Mac.l.1.Secus.C.de temp.& re.ap.in fu.arg.cc.de pact.l.paci-sci.cc.soluit.Old.ad fi.5.Nominatim & expressè.Faber,ne obstet l.non rectè,§.pe.C.de fideiuss.d.l.obligationum ferè.§. siue in tradendo,iuncta.l.si fundũ,sub §.qui fundum,de leg.1. Riisvvich.paratit.

¶ PACTIO. Quod non potest pactio, potest stipulatio.

C.locat.l.si tibi.

C.de iur.dot.l.auiæ.

ff.de relig.l.quòd si locus.

C.de vsur.l.quamuis.

Quod non potest pactio,&c.] Potest & alius casus addi,in C.de vsur.l.quamuis.item alius,vt ff.de ser.expor.l.seruus. §.ea lege.& l.si venditor.§.vlti. Casum autem qui est in C.locat.l si tibi.non multum approbat ad hoc probandum:quia ibi non dicit,quòd pactum fuerit in rei traditione appositum : nec ego id intelligo,& ita quod non fuit vestitum, nulla datur ex eo actio.Potest & ecõtrariò assignari, quòd plus possit pactum quàm stipulatio, sicut est in mutuo: quod alij stipulari nequeo, pacisci verò possum. vt ff.de reb.cred.l.certi condictio.§.quoniam.&§.si nũmos.& de contra. empt.l.si fundus ille. & in Inst.de inut.stip.§.quòd si quis.& sunt ista specialia.aliàs enim sicut pactum est nullum, ita & stipulatio: & si stipulatio tenet,& pactum.item,si non tenet stipulatio,nec pactum. vt ff.de pact.l.iuris gent.§. si paciscar.in fin.§.ibi & si stipulatio sit interposita, &c.& ff.de reg.iur.l.quo tutela.§.vlt. Azo,rub.13.

Quandoque pactum pro stipulatione interpretatur.

ff.de iud.l.solemus.

ff.qui sat.cog.l.de die.Rubr.1.

ff.de contrah.empt.l.si in empt.Rub.1.

ff.locat.l.ea lege.

ff.de verb.ob.l.continuus.§.cum ita.

Quandoque pactum pro stipulatione interpretamur.] Regula est,contra stipulatorem, venditorem, locatorem interpretãdum esse,vt ff.de pact.l.veteribus & de verborũ obligatio.l.quicquid, & de contrahend.emp.l.Labeo.fallit tamẽ in iudiciis,duplici ratione:ne semper dicat reus se de hoc non sensisse,& quia iudicium redditur inuitum. vt ff. de iud.l.solemus.& l.si quis intentione, & de verb.oblig. l.inter.

§.stip.& similiter solui potest,quod dicitur ff.qui satis.cog.l.de die.quia & ibi loquitur in iud.Illud non dico speciale,quod legitur,vt ff.de contrah. empt.l. si inept.quia distinguendum est, an venditor apponat legem:nisi tūc obtineat,quod dictum est,an emptor. & tunc fit interpretatio contra eum : dum tamen meminerimus,eum semper videri apponere legem,ob cuius vtilitatem est dicta.& ita solui potest quod dicitur in ff.qui pot.in pig.l. insulam. Non placet illa distinctio, vt in re principali cōtra venditorem, in re accessoria contra emptorem fiat interpretatio: quia in accessoriis,puta seruitute,dicit lex contra.vt ff.de pact.inter empt.l.cū in lege.Item , non obstat quod legitur in ff. locati ea lege.quia ideo ibi fit interpretatio pro locatore,ne corrūpatur alia regula,quæ est in C.de ll.& const.l. quod fauore. nam si illud pactū quod sui fauore locator apposuit, non esset appositum, certum esset quòd vel tenetur restituere , licet pluris locasset. nunc ergo non tenetur. Item,nō obstat quod legitur ff.locat.l. in lege.Nam ibi fit ideo interpretatio contra conductorem , ne secunda pactio nil operetur:cum enim primò dictū esset ne cederet.& id videbitur comprehensum, vt & alium facere non patiatur:quia si pateretur,facere videtur.vt ff.de his qui not.infam.l.quid ergo. §.certè.Cum ergo illud prima clausula contineatur, non videtur repetitum in secunda: sed magis aliud adiicitur, scilicet vt det operam ne alius faciat ne nil operetur.vt ff.de leg.1.l.si quando. Similiter responderi potest ad l.de verb. obligat.l.cum qui Kal.1.Rubr.& l.continuus.§.cum ita.quia si non de proximo intelligeretur tempore,non magis posset dici de 2. quàm de tertio,& ita in infinitum: & ita nulla esset. Vnde eligitur proximum tempus.

ADIECTIO.

Si enim aliter non posset valere stipulatio,nisi secundum stipulatorem interpretemur : tunc secundum stipulatorem est interpretandum , vt res potius valeat,quàm pereat.

Quòd non potest stipulatio,potest pactio.
ff.de contrah.empt.l.fundus.§.quod.
ff.si cer.pet.l.certi.§.quoniam.

Pacta contra ius facta valent.
In Decret.12.q.4.in mal.
ff.si quis caut.l.& si quis.§.vlt.
ff.de pact.l.pacisci.
ff.de nou.op.nun.l.1.§.potest.& §.pen.
ff.de dam.inf.l.si finita.Rubr.1.
ff.de excep.l.an inutili.Rubr.1.

CONTRA.

In Decret.14.q.4.innocens.
C.de sac.san.eccl.l.iubemus.
C.de legib.l.non dubium.
C.de pact.l.pacta.& l.pactum quod.
C.de inof.test.l.si quando.§.1.
C.de rei vx.act.l.rem in præsenti.§.illud etiam generaliter.
C.de pact.dot.l.ex morte cuiuscunque.
C.de repudiis.l.consensu.§.pactiones.
ff.de pact.do.l.conueniri non potest.
ff.de distract.pig.l.si creditor.§.vlt.
ff.solut.matr.l.alia.§.1.
ff.de precar.l.cum precarium.

Pacta contra ius facta,&c.] Verùm est,quòd pactio cōtra ius facta , quę ius fieri prohibuit,nulla est,vt C. de legib.l.nō dubium.C.de pact.l.pacta quę.Si autē non prohibuit, sed cum quis beneficium habet sibi indultum, per pactum remittit, tenet ex certa conscietia,vt ff.si quis caut.l.sed & si quis.§.vlt.nō enim est contra legem:imò secundum legem. vt ff.de ædi. edict.l.quæritur.§.pen. C.de pact. l.pen.nec obstat quod legitur in ff.de pact.l.pacisci.quod enim dicit contra edictum,ita expone: id est, contra beneficiū ab edicto indultum.vel dic cōtra,id est,præter.vt C. de reb.cred.si cert. pet.l.nec filius. Azo,rub.13.

Ex nudo pacto quod est contra ius,non oritur actio.
C.de pact.l.pacta quæ contra.
ff.de verb.oblig.l.generaliter Titia.

Ex nudo pacto,&c.) Vide quæ notaui in d.ll. pacta.&l. generaliter.& l.Titia. Azo,rub.13.

Pacta impossibilia, vel sub impossibili conditione,non valent.
In Decret.dis.4.erit.
ff.de pact.l.iurisgen.§.prætor ait pacta. & l. ius autem agnationis.
ff.de reg.iur.l.verum est,neque pact.

Pacta impossibilia,&c.) Hîc ponitur impossibile,pro difficili.vt suprà illa Rubrica,Quis obligatur ex impossibili. Azo.rub.13.

Pactis priuatorum ius publicum non lædi, & non licet renunciari his,quæ tam pro se, quàm pro communi vtilitate sunt introducta.
Decret.d.17.consilia.
C.de recept.l.vlt.
C.de epis.& cler.l.si quis in hoc.
C.de rapt.virg.l.1.
ff.si quis caut.l.sed & si,§.quæsitum.ibi, continet speciale pactum.
ff.de precaria,l.cum precario.

Sed ibi non fecit pactum de non petendo , tunc enim tenetur, sed concessit ad tempus , & interim mutat voluntatem: ideo, quia cum vnum speciale pro eo cui conceditur , inducatur, scilicet ne teneatur nisi de dolo & lata culpa, hoc contra eum inducunt . vt ff.de iureiu.l.cum qui.ex quibus ex caus.maior.l.1.ff. de precario.l.quæsitum.§.illud. C.de lib.caus.l.nec si. Sed non sunt ibi verba pacti,vt diximus suprà, de iur. & fact.igno.l. cum testa.Sed quid si verba pacti vel testamenti essent expressa:puta,quia dixit libertinum venire ad me.dicit Io.eos non sequi libertatem,quia non sunt verba idonea.arg.contra.de con stit.pec.l.Titius.§.quidam.& ff.de confess.l.certum.
C.de inof.test.l.si quando.§.1.
C.de vsufr.l.si vsufr.
C.de Iudæ.l.Iudæi.
C.de iur.iur.propter ca.l.2.§.sed & quasi contra publicam vtilitatem, vt Instit. de pœn. tem.litig.in prin.
C.de testa.l.testandi.
C.de testib.l.parentes.
C.ad Vell.aut.siue à me.
C.de Latin.liber.toll.l.1.§.illo proculdubio.
C.de fideiuss.l.non rectè.
C.de rei vx.act.l.rem in præsenti.§.& cum lex Iulia.
C.vt in pos.scire debetis.
C.debit.ven. pig.imp.non.l.1.
C.de quæstion. l. seruos.ibi,non fuit pactum.
C.ad Trebel.l.iubemus.
C.de collat.l.pactum.§.de bonis mortui.
ff.de postulando.

Quos prohibet & publica vtilitas, ne impunita [illegible] malef-

malefícia.vt ff.ad l.Aqu.l.ita vulneratus.
ff.de transact.l.cum hi.sed speciale est.
ff.ad l.Falcid.l.quod bonis.§.1.
ff.de procur.l.filiusfa.§.pen.
Hoc ideo,quia contra publicam vtilitatem.
ff.de pact.l.iurisgentium.& l.pactum. & l.iurisgentium.§.& generaliter.
ff.de vsufr.l.sed etsi quid inædificauerit. §.vlt. & l.Proculus.
Sed expone litem vt ibi diximus,& maximè in d.§.vlt.
ff.de admin.tut.l.quidam decedens.
ff.de const.pec.l.eum qui.§.1.
ff.de pig.act.l.ideo qui.& l.pen.& l.3. speciale est ibi.
ff.de pact.dot.l.si pater.§.1.

SOLVTIO.

Speciale est ibi:vel quasi contra pub.vtilitatem est, ne impediantur nubere,quòd publicè interest.
ff.solut.matr.l.1.
C.de patr.potesta.l.abdicatio.ibi, non fuit pactum.
C.de pig.l.vlt.
Speciale est ibi,ne creditores in diuitiores nimiã suam extendant auaritiam.
ff.de lib.caus.l.2.& 3.Rubrica.
Non tantum est renunciantis,sed etiam mãdantis causa est,vt Leo.l.quoniam.
ff.solut.mat.l.alia.§.eleganter.Rubrica.
Hoc ideo,quia contra bonos mores,vti dicitur.
ff.qui test.fac.pos.l.3.& 6.
ff.de leg.1.l.nemo potest.
ff.de pecul.leg.l.vlt.
ff.de don.l.si patronus.
ff.de re iudic.l.quidam coniun.
C.de sentent.pas.l.2.
ff.de verb.obligat.l.si conuenit.Rubrica, speciale est.
ff.de act.& oblig.l.obligatio.
ff.de mag.con.l.1.§.si inter.
ff.de iudic.l.neque pignus.§.priuatorum.& l.nec ex prætorio.
C.de Episc.& cler.si quis in conscrib.& aut.generaliter.
C.de pact.l.vlt.& pen.
C.de fideiuss.l.iure nostro.
C.de temp.& rep.l.vlt.§.vlt.
ff.de iniu.l.si iudex circumuento.
ff.de ædil.edict.l.quare.§.si venditor.
ff.de recept.arb.l.diem.§.si quis litigato.
ff.ad Vell.l.si mulier.
ff.de verb.sign.l.in itinere.
ff.de donat.inter vir.& vxor.l.si sponsus.& l.si vxor.
ff.de no.op.nunc.l.1.§.potest.

Pactis priuatorum,&c.]Si vocas publicum vtilitate & auctoritate,sine dubio nõ potest legi.vt C.sine ins. vel reliquis.l.1.& 2.& ff.de pact.l.inter. Si verò auctoritate tãtum,& non vtilitate vocas publicũ:nam & illud publicum appellatur,vt in Institu. de excus. tut.prima Rub. distingue vtrum vtilitate renunciantis,an communi vtilitate sit statutum, si fauore renũciantis tantum,vel vtilitate,id est,dicentis tunc,siue de priuilegio quis habet beneficium, siue de publico iure. Si aliquod ius ex aliquo contractu competat,renunciare potest: nisi sin cabus, qui notantur in C.de pact.l.pen.vt probatur in C.de pact.per tot.& in ff.de trans.in C.& ff.de nouat.& accep.in C. & ff.Et ita intelligitur cõtraria Rubr.Si verò cõmuni vtilitate aliquid statuatur,non licet alicui renunciare ei iuri,vel pacto immutare. vt ff.de admi.tut.l. quidam decedens.& de oper.liber.l.cerdonẽ.& de iur.iur.prop.cal.da.l.2.§.sed quia. Et ita intelligitur hæc Rubrica,& secundum hanc eandem distinctionem intelliguntur sequentes duæ Rubr.

ADIECTIO.

Hæc distinctio potest reprobari per l.quæ est ff.de feriis & dila.l.1.§.1. Vnde credo fore distinguendum, an contineat præceptum vel prohibitiones,an permissionem quod est dicere , aut consistit in præcepto,vel prohibitione:& tunc non est licitum renunciare.aut in permissionibus:& ideo licet. vel,ita ius quoddam est generale: & tum licet alicui * renunciare.vt ff.de posthu.l.quos prohibet. Speciale, odio fauoréve indultum:& tunc licet, maximè cũ in fauore. Azo,rub.13.

ADDIT. al.remittere.

Quod fauore alicuius inductum est, ad eius iniuriam retorqueri non debet.
C.de rei vx.act.l.rem in præsenti.
C.de legib.l.quod fauore.
ff.de trans.l.cum hi.§.ea.
ff.de Carb.edict.l.§.diuæ.
C.de fid. instrum.l.plures.
ff.de pericul.rei vend.l.si vina.
ff.locat.l.sed addes.§.si dominus ea lege.
C.de quæst.l.pridem.

Hîc multa assignantur contra primùm, ff.de trans.l.cũ hi.§.ea.sed illud non contingit, quòd eius fauore sit factum, sed quia acida & mucida non erant in obligatione deducta:& per hoc fuit ius commune , non priuilegium,secundum assignatum,ff.quod quis.iur. l.1.sed ibi ad postulationem fuit datum,hîc mera liberalitate indultum.argum.C.de petit. bon. sub. & ff.quod quisq.iur.l.3.Tertium est Institu. de aucto. tut. §.neque tamen. sed certè aduersari poterat ibi incisè,vt ibi dicit, vel saltem inutilibus sumptibus fuit vexatus.vt ff.de mino.Item contrà,ff.de iur.aur. annul.l.2.sed ideo illud contingit, quòd impetrãdo ius,illud tali priuilegio videtur renunciare,imò melius, non priuilegium erat in libertis, sed patronis tantum.Item contrà,C. de Iud.l.die sabbati.

ADIECTIO.

Solutio.Vt omnibus dem vnam generalẽ solutionem, verum est:quia quod fauore,&c.nec fallit regula illa,nisi constitutio vltrà processerit,sicut in illa C.de Iudæ.l.die sabbati.facit C.de quæstionibus.l.pridẽ contrà.sed illud cõtingat ratione perplexitatis,quia pro eo non posset torqueri, quin & contra eum torqueretur,quia omnẽ veritatem debet docere. Cætera,quæ videntur contraria,solue prout latius notaui in d.l.quod fauore. C.de leg.bus Senatusconsult. & ff.eod.l.nulla. Vbi plenè dixi,& contraria solui.
Azo,rub.13.

Formæ iuris prætorij per pactum non derogatur,
C.vt in poss.leg.scien.
ff.de verb.oblig.l. in conuentionibus.
ff.de postul.l.quos prohibet.
ff.de op.libe.l.cerdonem.
Nec formæ iuris ciuilis.
ff.ad l. Falcid.l.quod de bonis.1.
ff.de don.l.si patronus.
C.de quæst.l.seruos.
ff.de procur.l.filius,§.miles.

Formæ iuris prætor.&c.] Hæc Rubrica,cum sequent.

suprà proxima Rubrica est exposita. Azo, rub. 13.

Pacta contra naturam actionis valere.

ff. de pact. dot. l. si mulier.
ff. commodati. l. 1.

Ex his duabus legibus habes, ex deposito & locato dominium transire.

ff. de post. l. Lucius Titius.
ff. locati. l. ex in naue Saupheij. §. 1.
C. de pig. act. l. quæ fortuitis. & l. pignus.
ff. de pact. l. iurisgentium. §. sed cum nulla.
ff. de præscr. verb. l. naturalis. §. sed si facio.

Contra.

In Decret. 30. q. 2. solent.
ff. de pac. dot. ab. res. §. vlt. l. 2. & l. Pomponius.
ff. pro socio. l. adeò.
ff. de precario. l. cum precarium.

Pacta contra naturam act. &c. & contrà.] Certum est, singulares actiones proprias sortiri naturas, & certa & designata in eis venire, quæ per pacta augentur & diminuuntur: puta, in contractibus non præstantur casus fortuiti. Ex pacto aliud dici potest. vt C. com. l. 1. idque in culpa assignari potest. vt ff. de poss. l. 1. §. si cõuenit. & §. sæpe. Illud etiã accidit, quod natura depositi est, item locationis, vt remaneat dominium penes deponẽtem & locatorem suum. si tamen aliter inter contrahentes conueniat, ratum erit. vt ff. depo. l. Lucius & loca. l. in nauem. Hoc regulare est: fallit autem, quoties contra publicam vtilitatem pactum interponitur: vt in non restituenda dote. vt ff. de pact. dot. l. 2. vel restituenda, dicitur aliter quàm præcipiat lex. vt ff. de pact. dot. l. de die. nã & publ. interest, &c. vt ff. solu. matrim. l. 1. Item fallit propter summam captionem vitandam, ne socij hæres prorsus inutilis in societatem succedat. vt ff. pro socio. l. adeò. & ff. de aur. & arg. leg. l. si vxori mũdus. Item fallit in precario. vt ff. de precario. l. cum precario. fortè ideo, quia cum vnum speciale inducatur pro eo quod precario rogauit, l. scilicet ne teneatur, nisi de dolo, & lata culpa: licet sua gratia tãtum accipiat, quod aliàs reperitur falsum. consentaneum fuit, alium contra eum induci, scilicet vt possit quandocunque reuocari. vt ff. de precario. l. quæsitum. §. illud. & t. commo. l. si vt certo. §. 1. & §. interdictum. l. in reb. commo.

Adiectio.

Valet hæc Rubrica, an partes testium iusiurãdum possint remittere. Azo, rub. 13.

Vtriusque partis consensu aliquid de iure relaxari.

D. de testa. l. si non speciali.
C. de episc. & cler. Auth. generaliter.
In Auth. vt clerici. l. apud propr. ep. §. 1.
In Auth. de test. §. quoniam verò legem.
ff. de feriis. l. 1. §. 1. §. si feriæ.
ff. de in ius voc. l. quamuis. §. vlt.
ff. de procur. l. filius. §. miles.
ff. de re iud. l. si conuenit.
ff. ad S.C. Turpil. l. vlt. §. item.
In Lombar. de iis qui falsam cartam. l. 2.
C. de temp. & re. app. l. vlt. in fi.
C. de iur. iur. prop cal. l. 2. §. sed quia veremur.

Vtriusque partis consens. &c.] Hæc Rubrica exponenda est secundum distinctionem, quam feci eo. pactis priuatorum, &c. Et vt in simili notaui, C. de iur. iur. pro. cal. l. 2. §. sed quia veremur. Azo, ru. 13.

Ex nudo pacto vtilis competit actio.

ff. de pact. dot. l. inter socerum. §. conuenit.

Contra.

C. de pact. l. legem.

Ex nudo pacto, &c.] Generale est, ex nudo pacto actionem non nasci: vt C. de pact. l. legem. fallit tamen in casibus, in constituta pecunia, in donatione, in dotis pollicitatione, & in vsura nautica ciuitati promissa, & accessione frumenti. vt Institut. de act. §. de pecunia. C. de donation. l. si quis argentum. §. sin autem. & de dotis promissione. l. ad exactionem. ff. de vsuris. l. etiam. & de naut. fœn. l. periculi. §. vlt. & C. de vsur. frumẽti. item ex pacto quo quid promittitur ciuitati ob honorem decretum vel decernendum, aliàs enim non parit actionem. Nudum enim est pactum, quod nec re, nec rei interuẽtu, nec verbis, nec literis, nec consensu, nec contractus cohærentia est vestitum. Et de hoc dixi in d. §. de pecunia.

Adiectio.

Vestitur enim pactum prædictis sex modis: id est, re, vt in mutuo, vt Institut. quibus modis re contrahat. in princ. & per totum. verbis, vt in stipulatione. Instit. de verb. oblig. in prin. literis, vt cum quis scripsit se debere pecuniam, & post biẽnium in chirographo. Institut. de lit. oblig. in princ. consensu, vt in venditione. Institut. de oblig. ex consens. rei cohærentia. vt si pactum fiat in continenti ff. de pact. l. iurisg. §. quinimò. rei interuentu. vt in do vt des, facio vt facias, facio vt des, do vt facias. vt d. t. de pac. l. iurisg. §. sed & si in alium. Et latè notaui in d. §. quinimò in princ. Causa. Azo, rub. 13.

Lex, pactum, seu conuentio, sunt synonyma.

ff. de actio. empt. l. si per emptorem. §. quòd si fundum. & leg. si mercedem. §. si habitatoribus.
ff. commu. de seru. præd. vrb. & rust. l. 2.
ff. locat. l. ea lege.
ff. de reg. iur. l. contractus.
ff. depos. l. 1. §. si conueniatur.

Lex, &c.) Quid propriè sit lex, dicitur ff. de leg. l. 1. & 2. & Institut. de iur. nat. §. lex. sed impropriè ponitur quandoque pro quolibet legitimo pacto, eo quòd vt lex debet seruari, vt C. pro socio. l. penu. ff. pro socio. l. vlt. Azo, rub. 13.

Ex pacto non agitur præcisè vt quid fiat vel detur, sed ad interesse.

ff. de hæred. vend. l. 2.
ff. de act. empt. l. 1.

Contra.

C. de præscrip. verb. l. cum præ. & l. quoniam.
18. q. 2. Eleutherius.

Ex pacto, &c.) Solutio. Præcisè ad actionem vel factum agi potest, secundum quod petitori placeat, nisi iusta causa interueniat. ff. de nou. ope. nunc. l. stipulatio. §. siue autem. de aq. plu. arcend. l. si tertius. §. officium. & de procur. l. sed & hæc. §. defendere. & l. filiusfamiliàs. §. vltimo. & ita de facto consulti Bononiæ omnes Doctores responderunt. Excipitur in casibus, in quibus lex dat facultatem reo liberandi se præstito interesse: vt in actione ex empto. ff. de acti. empt. l. 1. quanquam Marc. & Albericus ibidem contradicant. Et hoc si res vel factum sit in obligatione: quãdoque enim solum interesse est in obligatione: vt si agatur acti. præscript. verbis, ex innominato cõtractu. ff. de rerum permutatione. l. 1. & 2. in fine. & hanc solutionem innuit lex, ff. de rei vend. leg. qui restituere.

ADI

Adiectio.

Est differẽtia, an factum vel datum sit in obligatione. Vbi datum est post moram, non succedit obligatio ad interesse.ff.de verbor. obligatio. l. stipulationes non diuiduntur.Item alia differẽtia,ff.de verb.obligat. l.continuus.§.vlt. Azo,rub.13.

Non potest remitti pacto ius ei competens.

Sed neque dignitatis imperium quis amittit, à se abdicando,vt ff.de off.præs.l.legatus. C. de liber.caus.l. nec si volens. C.de duobus re.Authen.hoc ita. C.de thesau.l.1.lib.10.ff.de testam.l.qui in potestate.

ff.de precario.l.cum precario.
ff. de distract.pig.l.si creditor.§.vlt.
ff.de vsufruct.l.sed etsi.in fin.

Non potest remitti pacto, &c.) Ius quidem competens pacto remitti potest, vel non : vt plenè dictum est in illa Rubrica,Pactis priuatorum,&c.nec obstat quod legitur C.de duobus reis. Aut. hæc ita, quia ibi non vitiat talem conuentionem, si vnus ex reis renunciet illi beneficio, vt pro parte in se detur actio,vnde tenebit. Ita non obstat quod legitur ff. de vsufruct.l.sed etsi quid.& §.vltimo.quod enim dicit, non consentiente fructuario imponere potest, verum est,nisi consentiat,vt durat vsusfruct.vt si dicat:consentio,saluo iure meo. ff.quibus modis pig. vel hypo.soluitur. l. si debitor. §. si vendendo.quod autem legitur de precario,cum precarium,solutum est suprà in Rubrica, pactum quod contra naturam,&c.quod legitur ff.de testamentis.l.qui in potestate. solutum est suprà de pactis priuator, &c. Nam,vt dixi, statutum est de bono publico & iure.ff.eodem.l.tertia. Item non obstat quod legitur C.de liber. caus.nec si velit: quia nullum ibi fuit pactum,sed sola scriptura: vel quia fauor libertatis ibi illud speciale est,& cõtra regulam communem:quia licet thesaurum in meo quærere possum, alij tamen id concedere non possum. C.de thesaur.l.1.Similiter ff.de solut. l.fugitiuus seruus. & sic ff. de vi & vi armat.l.cum fundus. Azo,rub.12.

Obest mihi pactum,de iure competitiuo factum.

ff. de pact.dot.l. cum dos.& l.Atticilinus Proculo suo salutem.§.cum inter.
ff.de pact.l.& hæredi.§. filiafamiliàs.
ff.de don.l.quidam.§.donationem. & l.fi.in fi.
C.de pact.l.1.
ff.quib.app.non licet.l.1.§.si quis ante.
ff.de acceptil.l.an inutilis.in prin.& §.fin.
ff.de minor.l.3.§.si quid minori.

Contra.

ff.de acquir.hæred. l.is qui hæres.& l.is qui putat.& l.qui patri.
ff.de leg.2.l. si ita sit scriptum. §. si sub conditione.
ff.de op.leg.l.homine legato.
ff.de donat.l.si pater.
ff.ad leg.Falc.l.quod de bonis.
ff.de reg.iur.l.qui potest.§.quis.
ff.quorum legat.l.1.§. quod ait prætor.
C.de colla.l.pactum.
C.de inof.test.l.si quando.§.vlt.
ff.de pact.dot.l.2.
ff.de pact.l.si vnus.§. pacta.
ff.de act.emp. l.si quis seruum.
ff.solut.matr.l.alia.§.2.
C.de pact.l.1.

Obest mihi pactum,&c.)Illud certum esse debet, non solùm præsentia, sed etiam futura iura pactis posse remitti & concedi.C.de donat.l.sponsus.ff.de pact. l.& hæredi.§.filiumfamiliàs.C.de pactis.l.prima.ff. de mino.vigintiquinque annis.l.3.§.si quis mi.Et ita intelligitur hoc generale.aliud autem est in repudiatione:nam repudiamus ea tantum, quæ si vellemus quærere,possemus.ff.de re iud.l.qui potest.§.1.Et est ratio,quia pactum nititur voluntate &obligatione, repudiatio non vnius tantum voluntati,& nulla nititur obligatione.& ita soluuntur plereque leges cõtrariæ Rubricæ:scilicet illa quæ est. ff. quorum legatorum.l.1.§.quod ait prætor.& ff.de acquir.hæred.l. is qui.& de leg.2.l.si ita §.si sub cõditione,& de opt. legat. l.hominem. Pactis remitti posse dixi, legitimis non improbatis aliqua speciali ratione, & ita soluuntur cõtraria.ff.solut.matr.l.alia.§.2.& de pac. si vnus.§.pacta.& in tit.C.de inoffic.testa.l.si quando.§.1.& ff.de pact.dotal.l.2.

Adiectio.

Hæc solutio reprobatur per legem. ff.à quibus appell. non licet.l.1.§.si quis ante.Sed illud ideo: quia quod sequitur legitimum factum,& obligat,scilicet sententia, vel propter autoritatem rei iud. vel propter odium litium. Causa. Azo,rubr.13.

Pactum de futura successione valet.

C.de pact.l. licet.l.vlt.
ff.de hæred.vel act.vend.l.2.§.vlt.
ff.de act.empt.l.si qui seruum.
ff. pro socio.l.3.§.de illo.
ff.ad Trebell.l.ex facto.
ff.de hæred.institu. l. quidam cum filiusfamiliàs.

Contra.

C.de pact.l.vlt.
C.de don.int.vir.& vx.l.si ex voluntate.
ff. de dona.l. quidam.§. 1.& l.si pater.
ff.ad l.Falc.l.quod de bonis.

Pactum de futura,&c.] Pactum de futura successione, improbatur ob improbabile votum captandæ mortis alienæ,vt C.de inut.stip.l.ex eo. Excipitur, nisi ille consentiat,de cuius successione agitur. C.de pac. l.vltim. Est autem pactum de futura successione, quando quis de sua hæreditate tota,vel quota eius portione, vel duo de hæreditate eius, purè vel sub conditione paciscuntur,vt succedant,vel non succedant. C.de inof. testa.l.si quãdo.§.illud.& C.de colla.l.pactum.Et est hoc notandum:quia licet alij consentire possim,non tamẽ ego de mea hęreditate paciscor.vt C.de pact.dot.l.hæreditas. secus si promitto me daturum cum moriar. vt act. C.ob hæred.vel contra hæred.l. 1.quia non id agitur per pactum, vt mihi succedas. est tamen circa hoc distinguendum vtrum de hominis certi hæreditate duo paciscantur,aut incerti.Si de incerti,tenet.ff.pro socio.l.3.§. de illo.Si de certi, siquidem hoc agatur vt succedat, non tenet,vt dictum est.Si verò id agatur,vt vnus alteri,quod ad se peruenerit,restituat, tenet.ff.de act. emp.l.si quis seruum. Azo,rub.13.

Pactum pro traditione accipitur.

C.si quis alteri vel sibi.l.2.
C.de acq.possess.l.1.
C.de iure dot.l.profectitia.in prin.
ff.si seru.vend.l.si à te.
Instit.de rer.diuis.§.interdum.

Pactum pro traditione, &c.] Melius dixisset, Patientia pro traditione habetur, vt ex legibus subiectis apparet.

ctis apparet: etiam ita, si possessio vel proprietas sit penes patientem, alioquin licet habeat venditor distrahendi & alienandi potestatem, fortè non transferret proprietatem: quia necessaria est inductio in possessionem. C. de distr. pig. l. qui prædium.

Periculum ex pacto suscipi potest.

C. commod. l. 1.
C. de pign. act. l. quæ fortuitis.
ff. locat. l. item quæritur. §. si gemma. & l. si quis demum. & §. si quis vitulos.
ff. commod. l. si vt certo. §. nunc videndum. & §. commodatum autem.
ff. de pact. l. iurisgen. §. si paciscar. & §. sed & si quis.
ff. de reg. iur. l. contractus.
ff. mandati. l. & Aristoni.
ff. depos. l. 1. §. sæpe.
ff. de annal. excep. l. vlt.
ff. de contrahend. emp. l. fistulas. §. vlt.

Contra.

ff. si quis caut. l. sed & si. §. quæsitum. & §. vlt.
ff. commun. præd. l. in tradendis.
ff. de acq. hær. l. si quis mihi bona. §. iussum.
ff. de ritu nupt. l. generali mandato.
ff. de pœnis. l. moris est.
ff. de falsis. l. 1. §. item. & §. is qui.
ff. de vsur. l. quod in stipulatione.
ff. loca. l. si merces.
ff. de arb. l. si ita die.
ff. de transact. l. cum hi. §. qui trans.

Periculum ex pacto, &c.] Casus fortuiti periculum, pacto speciali, casibus nominatim expressis recipi potest: generale verò pactum non proficit, quo magis de fortuito casu non teneatur. ff. si quis caut. l. sed & si quis. §. quæritur. plus enim debet operari specialis casuum nominatio & exceptio, quàm generalis: vt in contraria Rubrica cōtinetur. Si verò per pactum quis se velit obligare ad omnem rei diligentiam & culpam, etiam generale proficiet pactū. & ita intelliguntur ll. contrariæ Rubricæ. vt ff. commod. l. sicut. §. commodatum & depos. l. 1. §. sæpe. Et hoc secundum B.M. contra naturam idem in casibus fortuitis, quod in culpa dicebat, vt plenè notauit in d. l. sed & si quis. §. quæsitum. Azo, rub. 13.

Licitum est specialiter, quod non licet generaliter.

ff. commun. diuid. l. in hoc. §. si conueniat.
ff. de pact. l. si vnus. §. illud.

Renuntiationem vim pacti obtinere.

ff. de min. l. destitisse.
ff. ad Turpil. l. destitisse. & l. qui destitit.
ff. de iud. l. destitisse.
ff. de accus. l. hi tamen.
C. de pact. l. postquam.
C. qui accus. non possunt. l. accusationem.
ff. de min. in integ. rest. l. si inter. r.

Renunciationem, &c.) Sed hoc aliquando verum est, scilicet ad ea quæ in ll. subiectis continentur: non autem simpliciter verum est, vt dixi s. eod. Rub. Obest mihi pactum. Azo, rubr. 13.

Pacta turpia non debent seruari.

ff. de in ius voc. l. adoptiuum patrem.
C. de pact. l. pacta.
ff. de pact. l. si vnus. §. pacta.
ff. de verb. ob. stipulatio hoc modo.
C. de inut. stip. l. 2.

Pacta turpia, &c.) Si pactum turpe contineat id dari vel fieri, quod lex improbat, ipso iure nullum est. ff. de verbo. obliga. l. generaliter. Si verò non sit turpe, turpiter tamen sit conceptum: puta, promisisti mihi per metum, quod dares decem: dare quidem non est turpe, sed quia turpiter concepta est stipulatio, nascitur actio, si eliditur per exceptionem. C. de inuti. stip. l. dolo vel metu. Azo, rub. 12.

Pactum vnius vel stipulatio, alteri prodest.

C. de pac. l. deb.
C. de transact. l. 1. & l. transact. placitum.
C. per quas perso. l. 1.
C. de iur. dot. l. si genero.
C. res inter alia facta. l. si cum fratre.
C. de inut. stip. l. si cum. l. vlt. inter.
C. de don. l. cum res.
C. de reb. cred. l. nec filius.
Instit. de inut. stip. §. si quis alij.
ff. de pact. l. si tibi. §. si pactus. & l. hæredi. §. nos autem.
ff. de pac. dot. l. inter. §. cum per se filia.
ff. de op. no. nunc. l. de pupillo. §. si plurium.

Contra.

1. q. 5. quicunque.
ff. de pact. l. si vnus.

Pactum vnius, &c.) Hoc regulare est, vt ff. de reg. iur. l. quoties. §. vlt. Fallit tamen in casib. l. nominatis. vt ff. solut. matr. l. Caius. & C. ad exhib. l. si res & notatur j. eod. quot modis, &c. hoc secundum B.M. verò ex equitate sui cordis dicebat dari vtilem actionē, ex pacto alterius. Azo, rub. 13.

Quando quis facit quod conuenit ne faceret, non videtur contra pactum facere.

ff. locat. l. quæro, §. item locatorem.
ff. quæ res pig. obl. possunt. l. Aristo. §. 1.
ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. §. cohæredes.

Quod quis facit, &c.) Generale quidem est, legitima pacta seruari: vt ff. de pac. l. iurisgentium. §. prætor. sed quandocunque contrarium est: vt in legibus subiectis apparet. Et quare? quia videntur inesse tacitæ conditiones: vt in eisdem continetur. Vnde verius dici potest, pacta seruari propter tacitam conditionem quæ inest. ff. l. quæro. §. inter. vel quia ex persona alterius quis nititur. vt ff. quæ res pign. l. Arist. §. primo, vel quia per eum qui debuit facere, non stat, vt ff. de verbor. oblig. l. qui Romæ. §. cohæredes. vel quia turpe continetur in stipulatione, vt C. de inut. stip. l. 2. Et ita intelligitur Rubricæ allegatio. Azo, rub. 13.

¶ Palla altaris. Presbyter, qui mortuum clericum inuoluit in palla altaris, pœniteat decē annis & mensibus quinque, diaconus verò triennio & dimidio. De consec. dist. j. nemo per ignorantiam. Viuien. re. 27.

¶ Pallor, & trepidatio in præsentatis, & carceratis est indicium fallax, & debile, sed iudici arbitrariū: quia sæpe videmus, quòd homines de proprio honore soliciti, dum se in carceribus conspiciunt, nihil aliud cogitant, nisi quem labem sit carceratio allatura, & quæ futura sit hominum opinio, & ob id discretus iudex debet animaduertere esse circunspectus, secundum Bal. in l. presbyteri. C. de epis. & cle. nu. 2. quia dicit Lucas de Pen. in l. quoties. nu. 42. de dignit. l. 12. quod erubescere, pallere & incōstanter loqui, sunt signa malæ conscientiæ, & secūdum Ouid.

O quàm difficile est crimen non prodere vultu.

Et vide Gramma. vot. xxx. nu. 4. & 5. & idem Lucas in l. qui. nu. 12. C. de cur. publi. l. xij.

Fallit hæc regula in homine à natura pallido, quia p[illegible]

fiditas cum sit à natura est inuariabilis, & immutabilis, nisi vltra palliditatem euenirent accidentia signa & indicia proxima delicto obiecto, qui tunc esset aliud præsumendum, secundum ea de quibus in l.fina.ff.de act.& obliga.in fi.considerando tempora causas, & personas. I.Nouel.reg.144.

¶ Papa diem functo, potestas data conseruatoribus expirat quo ad negotia nondum cepta.text.in capit. hac constitutione officiorum. de officio delegat. in vj. & ibi Anchara.in ix. not.& Ioan.Fab.in §.item si adhuc.inst.mandat.nume.1. & Guid.Pap.quæst.247. in princ.

Fallit si conseruator esset delegatus ad vniuersitatem causarum vel legatus de latere, vt cap.quamuis. extrà, de offi.deleg.& ibi Deci.num.1.& idem in legato de latere qui proconsuli æquiparatur.vt in c.2.de offic.legat.in vj. sed legati proconsulum iudices dare possunt, ergo subdelegare etiam possunt, vt l.legatus.ff.de offic.procons.& ibi Bart.& Bald.in terminis hoc tenet in l.à iudice, in princ.C.de iudic.& ibi Alber.& latè Deci.in c.si pro debilitate.nu.18.de offic.deleg.quod not.

Fallit etiam in inquisitoribus hæreticæ prauitatis, qui videtur habere ordinariam potestatem, & Papa defuncto non expirat eius iurisdictio, & hoc fauore fidei, nam in ordinariis regulariter non expirat officium per mortem superioris, vt in cap.2. de of.lega. in vj.Ita Dec.cap.in causam matrimonij.num.42.de off.dele.

Fallit etiam si causa fuit commissa sub nomine appellatiuo, quia per mortem pontificis transit ad successorem, secundum Deci.in c.quoniam Abb.num.13. vers.iij.de offi.deleg.& maximè, quando in delegatione causæ dictum fuisset ad beneplacitum sedis apostolicæ, quia per obitum Papæ non expirat commissio, per c.si gratiosæ.de rescrip.in vj.& ita not.& tene menti.

Fallit etiã in executore super gratia dato à Papa: nam eo defuncto non expirat eius iurisdictio exequendi per obitum superioris.Ita tex.in c.si super gratia.de offi.deleg.in vj.& do.Dec.in c.relatum.nu.21.de offic.deleg. I.Nou.reg.130.

¶ Papa potest dispensare super quolibet iuramento per viam commutationis, dispensationis, vel totalis relaxationis.Ista conclusio describitur à Felin.in c. ij.de sponsa.pro qua refert Specul.S.Thom.Card. Archid.Florent.Anto.Imol.& Abb.in c.quanto.de iureiur.& plures alios.

Limita hanc conclusionem tribus modis, vt per Felin. vbi s.

¶ Papa ex causa potest interpretari ius diuinũ, constitutione, vel rescripto, licet non in totum tollere, tex.in c.licet.de feriis.& in clemen.præsenti.de censibus, & in capit.quamquam.de censibus, in vj.& in c.non minus.de immu.eccles.Ioan.Andr.in c.cum ad monasterium.de stat.monac.& in regula, semel Deo.de reg.iur.in vj.Felin.vbi plura, & ibi referens S.Thom.in cap.quæ in ecclesiarum.de constit.num. decimonono.

Limita tripliciter per Deci.in d.c.quæ in ecclesiarum. nu.15.

¶ Papa restituit famæ clericos, & laicos subditos, alios verò non.Innoc.communiter omnes notant in c.cum te.de re iud.Archi.& Dom.in §.hinc colligitur, ij.quæst.iiij.S.Thomas ij.ij.quæstio.lxvij.artic. vlt.in fine.

Limita hanc regulam duobus modis, vt per Felin. in d.c.cum te.

Primò, nisi casu, quo Papa indigeat isto infamato ad clericatum, quo ordinato, cessat infamia.

Secundò limita, nisi restituat laicum non recognoscentem superiorem in temporalibus. B.Dias reg.526.

¶ Papae auctoritas in iuramento, regulariter censetur excepta.c.uenientes.de iureiur.doct.omnes in c.constitutus, de rescri.vbi Felin.ponit aliqua dicta, quæ infert ex hac regula.

Amplia tripliciter, & limita quadrupliciter, vt per eũ ibi, cum duabus sequent. B.Dias reg.528.

¶ Parci. Parcitur rusticitati, & imperitiæ.

In Instit.de mil.tes.in prin.
In Instit.de inut.stip.in prin.
C.qui admit.ad bon.poss.l.quicunque.
C.de testamentis.l.vlt.
ff.de fideic.lib.l.cùm verò.
ff.qui satis.cog.l.de die.§.minori.
ff.de probat.l.cum de in.
ff.de eden.l.1.§.vlt.
ff.si quis in ius voc.l.2.§.1.
C.de interdic.l.1.
C.de rei vxo.act.l.rem in præs.§.& vt in ple.
C.de iurisd.om.iud.l.si quis doli.
ff.ad Syllan.l.si quis in gra.§.quis igno.

Contra.

C.de in ius voc.l.venia.
C.de interdic.ma.l.1.
C.de fals.mon.l.1.
ff.ad l.Aquil.l.ita.

Imperitiæ, &c.) Imperitiæ & rusticitati parcitur, vt in ista Rubrica continetur. Fallit tamen, vbi quis est imperitus iuris naturalis: vel vbi quis se obligando, non adimplet quod pollicitus est facere, vt C.de mino.l.venia.& ff.ad l.Aquil. Idem iuris est, & ita intelligitur contraria Rubrica. Et hæc plenè discussimus, ff.de iur.& fact.ignor. Lex autem quædam signata, C.de fal.mon.l.1.§.duas autem. contraria Rubrica non facit ad contrariam, sed ad primam Rubr. Azo, rubr.70.

Puerilitati parcendum.

ff.de nox.l.electio.§.neque.
In Decre.24.dis.fraternitati.

Antiquitati & senectuti parcitur.

C.de ed.instrum.l.vlt.

Puerilitati, &c. Antiquitati, &c.) Hæ duæ sunt notæ, nũ recipiunt contrarietatem. Azo, rub.70.

Adiectio.

Aliquid ad quod iure cogi poterat, vel spontè confitenti.

Causa.

ff.de dolo.l.eleganter.§.si dolo.
ff.de al.iu.mu.caus.fac.l.3.§.vlt. Azo, rub.70.

Potior est conditio maris, quàm fœminæ.

In Aut.vt liti.iur.in prin.
C.de arb.l.vlt.
C.de reputa.l.consentio.
C.de don. ante nup.l.si à sponso.
C.de obse.patro.præstan.l.2.
ff.de stat.hom.l.in multis.
ff.de oper.liber.l.sicut.
ff.de iur.fisci.l.differre.
ff.de accus.l.qui accus.
ff.de re iud.l.2.
ff.de fid.instr.l.si ita.
ff.ad l.Iul.de adul.l.1.
In Inst.de adopt.§.sed illud.

In Inst

In Instit. de testamentis. §. testa.

CONTRA.

C. ad l. Iul. maiest. l. quisque.
ff. de fideiuss. tut. l. 1.
In Aut. cum de app. co. §. causæ.
In Aut. vt nulli iu. §. si verò quis.
C. de his qui ven. æta. l. 2.
ff. de reb. dub. l. si fuerit. in fin.

Potior est maris, &c. & contra.) Regulare est, vt potior sit maris, quàm fœminæ conditio, vt ff. de stat. hom. l. in multis. Videtur tamẽ in casibus aliud esse, vt in crimine læsæ maiestatis: quia non est verisimile, propter fragilitatem sexus, vt tam enorme moliantur delictum, vt C. ad l. Iul. maiest. l. quisquis. Idẽ etiam in suspiciendo negocio, quod masculo iniungitur, fœminæ propter fragilitatem remittitur. vt ff. de fideius. l. 1. & in Aut. cum de app. co. §. causas. Et ita intelligitur contraria Rubr. Azo, rubr. 70.

Plus militi, quàm minori parcitur.
ff. quib. ex caus. inter. re. l. si quam.

Aliquando minus.
ff. de interro. iniu. fac. l. de æta. §. 2.

Parcendum minoribus, & subueniendum.
C. si aduer. delic. l. vlt. & l. licet.
C. de fals. mon. l. 1.
C. quib. ex caus. infa. l. pr.
C. ad Syll. l. in pu.
ff. de eden. l. 1. §. vlt.
ff. ad Turp. l. immerito.
ff. de minor. l. si quis minor. §. 1. & 2.
ff. de bon. lib. l. qui cum ma. in prin.
ff. de pub. l. imperator. §. item.
ff. de quæstio. l. denique.
ff. de confes. l. certum. §. pen.
ff. de arbit. l. cum lege.
In Aut. de hær. & fal. §. vlt.

CONTRA.

In Aut. de temp. non so. do. §. generaliter.
C. si aduersus de. l. 1.
C. pro empt. l. vlt.
C. de pœn. l. in pu.
C. si aduers. ven. l. 1.
C. de exact. tributo. l. vlt.
C. de fid. instr. & iure hastæ fi. l. quicunque.
C. ne de stat. defunc. l. si mater.
ff. de mino. l. si ex. §. Papi.
ff. ad Syll. l. excipi.
C. de pact. pig. l. vlt.
ff. de dam. infecto. l. si fun. §. si pu.
ff. de relig. l. earum, qui. & l. si pœna. §. 2. & 3.
ff. quib. ex caus. in pos. eat. l. apud Iul.

Parcendum, minoribus, &c. & contrà.] Vt quæ sub ista Rubrica & contraria dicuntur, breuiter enarremus, sciendum est, minoribus circa præscriptiones & contractus subueniri, sed differenter: nam in præscriptionibus, in quibus olim lædebantur, non iuuabantur, hodie ipso iure conseruantur illæsi. Sed fallit in casu: vt in Aut. de temp. non solu. pec. §. generaliter. Sed in quibus lædebantur, & non iuuabantur, nec hodie. præscriptio tamen longissima 30. vel 40. ann. hodie currit à 24. an. vt C. in quibus cas. in integ. rest. non est nec l. vlt. & C. ne de stat. defun. l. si mater. & de præscrip. 30. ann. l. sicut in prin. An autẽ minor restituatur contra præscript. 30. ann. dubitabatur. ait enim Alb. non esse restituendum minorem. Ioan. contrà: & ego cum eo sentio: generalia enim sunt verba prætoris, Gestum esse dicetur, vt ff. de min. l. ait prætor. In contractibus autem subuenitur, si decipiatur sui facilitate, vel aduersarij calliditate. vt ff. de mino. l. non omnia. Quid in delictis? in illis distingue: vt notaui in summa, C. si aduer. deli. Azo, rub. 71.

Parcendum est mulieribus, & subueniendum.
C. quando imper. l. in priua.
C. de fals. mo. l. 1.
C. ad Vell. l. 1. §. quamuis autem sit.
ff. ad Turpil. l. 1. §. mulier.
ff. de edend. l. 1. §. vlt.
ff. de fals. l. diuus.
ff. de solutio. l. Stic. §. aliquando.
ff. quib. vt indig. l. 2. prope fi.
ff. qui sat. cog. l. de die. §. minori.

CONTRA.

C. ad l. Corn. de sica. l. vlt.
C. ad Vell. l. 3. §. si fine.
C. ad l. Iul. de adul. l. ædif.
C. ad Vell. l. si non. §. si mulier.

Parcendum est mulieribus, &c.] Mulieribus in plerisque casibus, propter fragilitatem sexus, vt in hac Rubr. dicitur: non tamen dico, semper esse parcendum, sed in casibus illis tantum, quibus inuenitur expressum. vt C. de iur. & fact. ig. l. vlt. Intelligitur contraria Rubrica. Azo, rub. 70.

¶ PARCI, & succurri. Paulus libro 4. Ad edictum. Lex cviij. al. cix.

Ferè in omnib. pœnalibus iudiciis, & ætati, & imprudentiæ succurritur.

Veluti minori ætati, in furto & damno, & c. maiori, imprudentiæ. Ex tit. de in ius vocando. & tit. ne quis eũ qui in ius voc. vi. l. j. §. impuberes, C. de falsa mone. l. infans. §. de sicar. Viuiennus.

¶ PARS. l. 190. cuius effect. l. 114. in toto. 121. §. refertur ad vniuer. l. 153. ea quæ in partes.

Meliùs est partem habere, quàm toto priuari. Inst. ad l. Fal. §. ex diuerso.

In omnibus rebus id perfectum est, quod ex omnibus suis partibus constat. De orig. iu. l. 1.

Etiam partis bonorum vsusfructus legari potest, si tamen non sit specialiter facta partis mentio, dimidia pars bonorum continetur. Vlpi. lib. 7. Reg. De vsuf. l. 43. Paul. Riisvvich.

¶ PARS. Maioris partis iudicio standum. Ad mun. l. quod maior pars. Quod cu. vni. n. l. nulli. De ser. l. super fundum. De elec. c. auditis. c. quia. Riisvvich.

¶ PARS, & totum. Idem est in parte quo ad partem, quod est in toto quo ad totum.
In Aut. de non elig. secun. nub. §. hoc autẽ quid sit. & §. si autem omnes. §. illud.
In Aut. de nup. §. quia ini. & §. quia ita.
In Aut. de temp. non solu. pec. Azo, rub. 104.

Contr. tollitur ex illa diffinitione: Vtrum omnia bona, an pars bonorum alicui auferatur.
In Aut. de non elig. sec. nub. §. ita. & §. illud quoque.
In Aut. quomodo oport. Episc. §. sed non.
In Aut. de lenonibus.
In Aut. vt defunct. fu. §. 1.
In Aut. qui obli. res mino. hab. § vlt.

¶ PARS, & totum. Caius libro tertio Ad edict. Pro. Lex cxiiij.

In toto & pars continetur.

Adnecte regul. in sexto. in toto. cum simil. in gloss. ot. auto...

annotatis.& fac.reg.infrà,eodem. semper in generalibus spec. nam si quis fundum petens obtineat, vel cadat:& de parte cecidisse, vel obtinuisse creditur. Viuien.

¶ Pars maior collegij regulariter in gerendis per ipsum collegium sufficit. capitu. j. de his quæ à ma. par.capi.

Fallit, quando collegium admittit ad dandum vocem aliquem quando debet admitti nemine discrepante,secundum doct.ibi.

Fallit,quando collegium vellet facere contra statutum ab eo prius conditum.Innoc.in c.humilis,de maio. & obedient.Bal.in l.j.C.de auto.præstand.

Fallit,quando tractaretur de renũciatione libertatis.l. si quis seruum. §.pen.ff.de rei vend. Alex.in l.quod maior.ff.de municipa.

Fallit,quando maior pars collegij vellet ratificare extra collegium id,quod maior pars decreuisset. Ale. in d.l.quod maior.

Fallit, quando agitur de remissione vindictæ. Angel. in l.ij.in fin.ff.de verborum obligationib. Alex.in d.l.quod maior.

Fallit, quando minor pars habet iustam causam contradicendi.doct.in dict.l.quod maior.per glos.in c. cupientes.§.ij .de elect.in vj.

Fallit in tractatu vniuersitatis obligato,nota. glos.in l. ij. C.quæ sit longa consue. S.Ian.reg.206.

¶ Pars maior creditorum potest præiudicare regulariter minori parti creditorum in quota debiti remittẽda hæredi debitoris. l.mar.§.hodie.ff.de pac.

Amplia etiam in iudiciis,vel moratoriis concedendis. Paul.de Cast.& alij in d.§.hodie.

Amplia etiam citata parte minori,in d.§.hodie.

Fallit,quando creditor haberet hypothecam, l. rescriptum.de pact.

Fallit,quando minor pars haberet fideiussorem. Alex. d.§.hodie.

Fallit , quando debitor principalis viuit, Angel. d.l.si plures.ff.de pactis.

Fallit,quando hæres adiisset hæreditatem.Alexand.d. l.si plures.

Fallit, quando in vna parte , æqualibus tamen,de omnibus, esset coniunctus debitoris : quia præualet in qua est coniunctus debitori. l. Imperatores. & ibi Bald.ff. de pactis Roman.l.j. ff. de in ius vocan.plenius per d.Alex.d.§.sed hodie.

Fallit in maiori parte quæ in præiudicium minoris partis debitum non remittit,licet ipsa petere non possit,probatur in l.cum in eo.ff.de pact. S.Ian.re.204.

¶ Pars maior non sufficit si fiat aliquid ex dispositione,in qua omnes, & singuli conuenire debent.c. vbi periculum.§.item.ver.singuli.de elect.6.Barbatia. c.vnico.colum.17.de plus pet. Bald.l.si cui.§.si à filio.ff.de lega.1.Doct.c.cum omnes. de constitu.c. quod omnes. de reg.iur.6.vbi Din. & Boer.post gl. Med.reg.2.

¶ Pars vna potest aliam cogere ad concludendum in causa:hæc vniuersaliter intelligitur etiam coram arbitro. Cyn.l. si quis ex consensu. C.de episc.aud. gl.& Rom.l.1.in 3.col.ff.de arb.Fel.c.cum dilectus. de fid.inst.Marsi. sing.55. Guid. Deci.585.c.auditis. de proc. Doct. com. c. quoniam contra.de probat. auth.iubemus.C.de iud. Med.reg.2.

¶ Partis appellatione in dubio intelligitur de dimidia.l.nomen filiorum,§.portionis.ff. de verb.sig. gl.in l.etiam.de vsu.

Fallit in 5.casibus,vt per Diaz.reg.529.

Pars continetur in toto.l.in toto.ff.de reg.iur.c.in toto.de reg.iur.

Fallit vt per Dyn.in d.c.in toto.

Partis quo ad partem idem iuris est,quod de toto quo ad totum..l. quæ de toto.ff.de rei vend.l.an pars, & ibi Bart.ff.pro derelicto.c.pastoralis,in prin.de off. deleg.

Ampliatur in 2. casibus , & limitatur in 6. à Iaso.in l. qui sine.ff.de cond.sine causa. Deci.in l. cuius effectus.ff.de regul.iur.vbi limitat.Ampliatur in 3.casibus,& limitatur in 4. à Nicol. Euerard. in suis topicis.

Fallit in 3.casib.vt per Ias.in l.iurisgentium.§.adeò. ff. de pact.nu.3.

A parte meliori & potentiori fieri denominationem. l.cùm quæritur.ff.de statu homi.

Fallit vt per Damas.reg.144.

Partem non facit is qui nõ admittitur ad partem, nec admitti speratur,& ideò non impeditur ius accrescendi,l.planè.§.si duobus.ff.de leg.1.

Fallit in 6.casib.vt per Crot. in l.re cõiuncti.ff. de leg. 3.col.20. Don.Fina,lib.5.

¶ Partis quo ad partem idem iuris est , quod & de toto quo ad totum:vt in l.quæ de tota.ff.de rei ven. & in l.an pars.& ibi Barto. ff. pro derelict. & in l.si seruus eius.& ibi Moderni.ff.de acquir.hæred. in c. pastoralis.in prin.de offic.deleg.& vide glo.quæ allegat iura pro & contra,in l.qui scit.ff.de vsur.

Amplia dupliciter, & limita sex modis, vt per Iason. in l.qui sine.ff.de cond. sine causa. & vide Decium in l.cuius effectus.ff.de reg.iur.vbi ampliat tripliciter,& limitat quatuor modis.& Nicol.Euerardum, loco à parte in totum.vbi vnam ampliationẽ, & limitationes describit. B.Dias re.531.

¶ Partis,seu portionis appellatione, in dubio, intelligitur de dimidia.text.est in l.nomen filiarum. §.portionis.ff.de verborum signif.gloss.in l. etiam. ff.de vsufruct.

Limita primò, nisi iungatur cum aliquo termino denotante minorem portionem,quia tunc illam tantum includit.Ita limitat Philip.cap.ij.§. statuimus. de deci.lib.vj.per tex.ibi in prin.

Secundò limita, nisi verbum, pars, vel portio, iungatur cũ dictione aliqua,quia tunc verificatur in qualibet parte:glos.in clem.j.in verb.aut earum parte. de for.competen.Abb.in c.super eo.de eo qui cog. consan. vxoris suæ. Corset.in sing.pars. Philip. vbi suprà,&Felin.in cap.significãtibus.de lib.obla.post Abb.in cap.pastoralis.de offic.deleg.ex quo sic limitatur prædicta regula,& vide Ias.in l.j.C. de pactis. in l.generaliter.§.cum autem.C.de instit.& substit. Quam limitationem subintellige, quando subiecta materia patitur,quòd verbum pars,iunctum verbo, aliqua,possit probabiliter ad quamlibet partem referri quæcunque sit:secus si non patiatur.Ita intelligit Soc.cons.liij.in quarto vol.

Tertiò limita ex gloss.iiij.in c.maiores.xvj.quæstion. vij.quæ dicit, quòd si aliquis debet partiri, non intelligitur de dimidia.secus si debet pars dari.Ita restringit Fel.vbi suprà.

Quartò limita,nisi petantur duæ partes,quia non intelligitur de duabus dimidiis , sed de duabus partibus respectu tertiæ:notat Domin. post Anch.in c. indẽnitatibus.§. si verò.per illum tex.de elect.in vj. Ita limitat Felin. quem vide: & vide Corse.in singul. suprà alleg.

Quintò limita,nisi ex mente loquentis appareat quòd

appellatione partis, intendit includere minorem partem dimidiæ, vt probat text.in cap. j.de senten. excomm. in vj. secundum Domi. quem refert Philip.in dict.§.statuimus.

Sextò limita, quia ratione incertitudinis quandoque comprehenditur totum appellatione partis, vt in l.vxori.in princ.ff.de legat.tertio.vbi dicitur, quòd si testator legat vxori domus partem, in qua morari consueuit, & testator tam tempore testamenti, quàm mortis,totam domum in vsu habuit,tunc tota domus debetur ratione incertitudinis,secundum glo.ibi.Ita limitat Philip.vt suprà. B.Soc.reg.529.

¶PARTEM non facit is,qui non admittitur ad partem, nec admitti speratur, ideo non impeditur ius accrescendi:vt in l.planè.§.si duobus.ff.de leg.j.

Limita sex modis, vt per Ioan. Crotum in repet.l.re coniuncti.ff.de leg.iij. B.Dias re.530.

¶PARTIUM assertioni statur vbi de paruo præiudicio agitur. Abb.cap.fin. de prob. Dec. leg.si donatione.colum.6.de collat.quia in minimis inconueniens non est,in quibus etiam vni creditur testi.no. l si quando.C.vnde vi.c.fi.quod met. causa.gl.l.vbi. C.de iur.dot. Med.reg.5.

¶PAR.197.cùm par del.171.in pari causa.c.65.in pari delicto.vide Esse,Prohibitio.

Paria sunt non vendere,& modico pretio vendere. De leg.3.l.non dubium.

Paria delicta mutua compẽsatione tolluntur. So.mat. l.viro.in fi.

Imperium par in parem non habet.Ad Treb. l. ille.§. tempestiuum.De arb. l. nam & magistratus. De elect.c.innotuit.§.quamuis.

Paritas vinculi paritatem iudicis inducit.De leg.tu.l.si reliquero.Notaui ad rub.De reg.iu. Riisvvich.

¶PAR ius,Succedere. Bonifac.Re.xlvj.

Is,qui in ius succedit alterius, eo iure, quo ille,vti debebit.

Decius l.qui in ius. & l.quod ipsis.& l.inuitus. §. plerunque.ff.de eod. Viuien.

¶PARENTES. Parentum necessitatibus liberos succurrere iustum est.C.de alen.li.l.1. Vide lib.2. Gribal.de ratione studij. Riisvvich.

¶PARTUS sequitur ventrem. C.de rei vendic. l.partum. Riisvich.

¶PARUM,& nihil æquiparantur, & nihil deesse videtur quod parum deest. gloss.§.penultimo.versic.inter quos. de fide instrument.in authent. §.sed quia. inst.ad legem Fal.leg.2.ff.quod cum eo.§. sed quia. institu.de fid.com.hæred.c.de quarta.de præscript. dixi suprà ampl.132.Corne.consilio 29.lib.3. Med. reg.5.

¶PASSIO non concurrit cum actione circa idem in eodem subiecto. gloss. capit.debitum. de Bapt.c. fi.de inst.l.pe.ff.de arbi.not.l.vbi repugnantia. ff.de reg.iur. Med.reg.9.

¶PASTOR. Non potest esse Pastoris excusatio, si lupus oues comedit,& Pastor nescit. Greg.c.pen. De reg.iur. Riisvvich.

¶PATER. Ex notis Marcelli constat nec patribus aliquid ex castrẽsibus bonis filiorum deberi.Pomp. lib.sing.De cast.pec.l.10. Riisvvich.

¶PATER in aduentitiis habet vsumfructum.l.j.C.de bon.mater. & l.si viua.C.eod.tit. Old.consi.ccxiiij. factum.Roman.singu.cccix.pr.& sing.dxlvij.scis.l. cùm oportet.§.pen.C.de bo.quæ lib.& §.j.Inst.per quas perso.nob.acqui.

Fallit,si filius est emãcipatus,quia quæritur patri vsumfructus pro virili,id est,pro medietate,si vnus est filius.tex.est in l.si viua matre. C. de bo.mat. Rom. sing.cxlvij.scis. Old.consil.ccxiiij.factum, quia pater habet vsumfructum, & legitimam administrationem in bonis mater.vt l.j.C.de bon.mat. Corn. cons.j.vol.ij.

Fallit etiam,si pater efficiatur monachus, quia in totũ perdit vsumfructum. Sali.in authent.ingressi.nu.7. & 9.C.de sacr.sanc.eccl.Abb.Sic.in c.in præsentia. vers.sed circa hoc.de probat.& ibi Deci.nu. 255. & 256.Boer.decis.cxcvij.nu.10.

Fallit etiam in bonis feudalibus,in quibus pater nullũ habet vsumfructum.Bald.in l.si vxorem.in vlt.quæstio.C.de condi.inser.Boer.deci.cxcix.num.2.& 3. ratio est,quia fundum est seruitus,& daretur seruitus seruituti,quod est impossibile.vt l. j. ff. de vsufruct.leg. I.Nouel.re.135.

¶PATER licet alienationem inter filios fieri prohibeat,tamen vltra ipsos,nisi expressè dixerit, regulariter talis prohibitio non extenditur. glo.est repu. sing.in §.nos igitur.in auth.de restit. fideicomm.& idem tenent Dyn.Ray.Bart.& Io.de Imo.in l.si tibi homo.in §.diuus Seuerus.ff.de leg.j. Bal. & Salicet. in l.voluntas.C.de fideicommis. Bald.in l. Lucius. in prin.ff.de lib.& posth.& Bart.in l. Lucius in §. j. ff.de legatis tertio. & Bald.in l.quisquis. C. ad leg. Iul.maiest.cum aliis concordantiis.

Primò fallit,vbicunque pater non prohibuisset filios, sed liberos,ne alienarent,quia tunc huiusmodi prohibitio extenderetur etiam ad nepotes, & alios descendentes:vt not.Cyn.in leg.voluntas. C. de fideicommis.

Secundò fallit,quando testator non prohibuit filios, sed hæredem suum:quia tunc intelligitur prohibitus hæres hæredis:vt probatur in l.pater.§.Iulianus ff.de legatis tertio.& l. Lucius.argumen. à contrario sensu,de quo vide Bartolum in l.filiusfam.§.diuus Seuerus.ff.de legatis primo.& l.Lucius.ff.de legatis secundo.& per Cynum in dicta l.voluntas. C. de fideicommis.& per Ludo.de Rom.in l.si quis filium.ff.de acquirend.hæredita. & vide etiam textũ in §.penulti.in authen. de restitu. fideicommis. vbi dicitur,quòd licet hæres prohibeatur alienare fundũ,vt familia remaneat: dicta tamen prohibitio nõ extenditur ad quartum gradum,seu ad quartam generationem post testatorem:vt est casus in d. §. penulti.& ibi etiam per Angel.& Bart.in d.§.diuus. B.Soc.reg.351.

¶PATER cum aliquod consequitur priuilegium, nõ per hoc etiam filio conceditur, nisi contrarium expressè caueatur. Bald.leg.prima.C.de patr.qui fil.distrax. Med.reg.9.

¶PATER potest cõferre in filium titulo donationis rem stabilem,seu prædium pro bona summa, dummodò patri remaneat tantum, quòd alius filius, vel filij non possint excludi à querela, secundum textũ in l.ij.C.de inoffic.donat.Baldus in l.fi.C.de vsucapio.Guid.Pap.consi.xx.viso facto.nu.3.& cons.104. num.3.

Amplia, vt donatio inter patrem, & filium valeat, & teneat, dummodò iuramento firmetur, secundum Doct.& præsertim Bald.in dict.l.fina.de vsucapion. Guid.Pap.consilio cclxiij.incipien.honesta mulier. numero 2.versic.j.quia dicta donatio. Bald. in l. ij. versicu.contra primam partem.C.de inoffi. donat. numero 6.

Amplia,vt donatio facta filio in potestate constituto intui[illegible]

intuitu,& contemplatione matrimonij, valet & tenet Guid.Pap.consi.cxij.ex facti narratione.num.1. & q.cxlv.nu.2.Bald.in l. ij.C.de inoffic.donat.& ibi glos.& Guid.Pap.q.cxlvj.in princip.&.cons.xx.viso facto.nu.3.versic.& si fortè,&c.

Fallit etiam in donatione remuneratoria, seu ob causam, secundum text.in l. si pater. §.j.ff.de donat. & Bald.Sal.in l. cùm post diuortium. §. patrona. ff.de iure dot.& ibi Bar.Bal.& Iacob.de S.Geor.& Boer. q.xxvj.in princ.

Fallit etiam in donat.propter nupt.l.fina. C. cōmunia vtriusque iudic. & l.ij. C.de bonis,quæ lib.& l.illā. C.de collat.& Guid.Pap.q.cxlv.num.5. versicu. sed iuxta præmissa. & q.cclxxiiij. nu.1. & in authen.sed quæ nihil.C.de pact.conuent. I.Nou.re.132.

¶Pater quemadmodum cogitur præstare alimenta filiis suis, ita etiam filius cogitur alere parentes inopes. Bald.l. C.de patr. qui fil.distr.gloss.clem.1. versic.æternaliter.de summa Trinit.& fid.Cath.Decis.Pedem.140.nu.2. Med.reg.9.

¶Pater potest cogi obligare se, & sua bona pro restitutione dotis mulieris, cum qua filius est matrimonium contracturus, vbi aliàs non posset commodè cum alia, vel illa contrahere, in loco vbi non est in obseruantia, quòd pater teneatur ad constituendam donationem propter nuptias: voluit Bartol. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. ff.soluto matrim. vbi vide Imo.Rom. Paul.de Castr.& Alexan. de qua materia vide Lupum in repetitio. rub. de donatio.inter virum & vxorem.

Limita istam conclusionem sex modis,vt per Bal.Nouellum in tracta.de dote.vers.infertur ex prædictis. B.Dias reg.535.

¶Pater si dissipat bona sua,potest ei interdici administratio, & alimenta filio decerni, text.est cum gloss.in l.cum filio.ff.de legat.j. licet Doct.v.Salic. Bald. & Paul.de Cast. dicant, quòd aut pater dissipat bona sua propria, & libera:& possunt filij petere,quod assignentur tot bona libera, ex quibus viuere possint,secundum l.fina. C.de senten.pass.si verò dissipat bona fideicommisso subiecta. Tunc sibi bonorum aufertur possessio,& datur filiis: vt pater inde alatur, vt l.Imperator. ff.ad Trebel. Quamuis Bal.teneat in l.non potest.ff. de adopt.quòd eis dentur tantum pecuniæ pro alimentis de mense in mēsem,vt viuere possint,& hoc in principio cuiuslibet mensis,per l.fin.ff.de lib.agnoscen.Tu vide Ias.in l. si constante.quæst.vij.ij. par. in fin.ff.solu. matr. & Boer. decis. lxj. num.15.16.17.& 18. quod not.& no. G.de Lud.singul.lxxvj.& Bald.in l.filius.ff.de proc. num.1.vbi tenet, quòd si patris vita est deformis filio, ius concedit habenas administrationis filio, & Bald.in l.quamuis. C. de fideicom.nu.5. dicit,quòd si pater est dilapidator bonorū filij priuatur administratione, & potest filius agere contra patrem, & Socin. in consil. xxxiiij. volum.j.vers.iij.conclusio. quod not.

Fallit hæc regula,nisi pater dilapidaret facultatem intuitu,& contemplatione filij: quia eo casu filius cōtra patrem agere non posset, & quotidie videmus parentes magis cruciari de incommoditatibus filiorum, quàm de suis propriis: prout docet experientia,& alibi Bald.in l. Papinianus.num.1.ff.de inoffic.testam.dicit, quòd pater magis tenetur filio, quàm Imperatori,& tueri filium quàm seipsum, ob nimiam affectionem quam gerit erga filiū: vt quotidie videtur. I.Nouel.reg.135.

¶Pater & filius censentur vna & eadem persona.l. fi.C.de impub.& aliis substit.

Ampliatur & limitatur per Sebast.Sap.in dict.l.fin.nu. 6.fallit in 3.casib.vt per Iaso.in d.l.fi.num. 2.omnes casus in quibus pater censetur vna & eadem persona cum filio enumerat Marsil.in l.1.C.de rapt o.vbi latissimè videas. Don.Fin.lib.5.

¶Pater ad filium* emancipandum regulariter cōpelli non potest.l.nemo potest.ff.de adoptionib.In stitutionib.quibus modis patria potestas soluatur. §.filij. B.Soc.reg.353.

Additio.

* Filium.vide Iasonem in authentica, si qua mulier, de sacrosanct.eccl.nu.48. B.Vad.

Primò fallit in quatuor casibus enumeratis in gl.d.§. filij.& in d.l.nemo potest. putà, si agnouit legatum relictum filio sub conditione si emancipet eum: vt in l.si cui.ff.de cond.& demonst.

Secundò fallit,quando vitricus adoptat priuignū suū impuberem,& factus pubes doceat non expedire se esse in potestate patris adoptiui, vt l. nonnunquam. §.fina.cum seq.ff.de adopt.quem casum glo. illius l. extendit ad quemlibet adoptiuum.

Tertiò fallit,si pater prostituit filiā,imponēs ei necessitatem peccandi:vt l.si lenones.C. de episc.audi.

Quartò fallit,quando pater contra pietatem paternā afficit filium iniuria. l. fi. ff. si quis à parent. fuerit manum.

Quintus casus est,qui non numeratur in d.glos.videlicet,quando filius promisisset aliquid patri per stipulationem:nam potest tunc compellere vt ipsum emancipet per officium iudicis,vt est casus notabilis, secundum Doct.in l.virum.ff.de verb.obligat.cum similibus. B.Soc.reg.353.

¶Pater filium sua legitima regulariter priuare nō potest.l.si quando.C.de inoffi.testam.& l.quoniam in prioribus.ff.eod.tit.

Primò fallit,vbicunque pater ex causa onerosa omnia sua bona promittat alteri post eius mortem:nam cū legitima eius detrahatur post æs alienum.l.Papinianus.§.quarta.ff.de inoffi.testam.deductis illi bonis, vt æs alienum,nihil restabit filio,& sic filius hoc casu priuabitur legitima. ita tenet Dy.in l. hæreditaria.ff. de bon.auctor.iudic.pos.Sed Bart.ibi dicit nō esse bonum:quia adducit pactum de non petendo, iuxta dictum Aug.Qui vult,inquit, filium exhæredare,& alium instituere, ab alio quàm ab Augustino consilium quærat.c.de quo.not.glos.in. l. si quis ad declinandam,C. de episcop.& cleric.si tamen appareat de fraude,filius posset rescindere venditionē pro sua legitima: vt tenet Io. de Platea in §. item si quis. ad fin.Instit. de inutil.stipulat. & per Bart.in d.l.hæreditaria.

Secundò fallit,quando pater institueret filium in nuda proprietate,& alium in vsufructu,dummodo valor dictæ proprietatis æquiualet legitimæ:nam tunc etiam hoc casu habebit legitimam inutilē, ita tenet Augu.in §.prohibemus.per gl.ibi in auth. de trien. & semis.adde Bart.in d.l.hæreditaria. Sed iste modus non est verus,& contra tex.in auth.nouissima.& ibi gl.C.de inof.testa.vbi filius debet habere vsumfructum suæ legitimæ,de quo Bar.tangit in l. vxori meæ.de vsufr.legato.

Tertiò fallit, quando pater haberet in hæreditate solos seruos,& eos manumitteret:nam tunc filius ni-

hil habebit, vt probatur in d. §. prohibemus. alios casus, in quibus potest filium priuare, vide per gloss. not. in c. Quintauallis. de iureiur. & in §. aliud quoque. in auth. vt cùm de appella. cog. Adde, quòd in illis est casus, quo pater filiis, & filiabus potest denegare alimenta. & ibi hoc tenet Bar. in l. siquis à liberis. §. idem iudex. de lib. agno. & idem Bar. in l. si pactum. & l. fi. C. de lib. agno. & l. diuus. ff. ad leg. Pom. de parri. & idem tenet Io. Andr. & Petr. de Anchar. in d. cap. Quintauallis. de quo se remittunt ad Spec. in tit. qui fil. sint legit. vers. quòd si filia. & vers. seq. dicit tamen Spec. in ti. præal. quod si filia vult pœnitere de peccato, vt quia luxuriosa erat, & nunc vult seruare continentiam, pater debet eam alere. argu. c. ferrum. 50. dist. & hoc sequitur Bart. Io. de Imo. & Abb. in d. c. Quintauallis. qui plus dicit, quòd etiam pater tenetur eam dotare: quia causa dotis non est minùs fauorabilis quàm causa alimentorum: vt no. Cyn. in l. non ideo. C. de admin. tut. facit l. j. ff. solut. matri. & faciunt not. per Bart. in auth. ex complexu. C. de incest. nuptiis. vbi dicit, quòd pater potest relinquere filio spurio vsque ad quantitatem sufficientem in alimentis, & eodem modo filiæ spuriæ pro dote: quia sine dote non potest alicui nubere. B. Soc. reg. 355.

¶ Pater si filio aliquid donat, illud in legitimã non computatur, nisi dictum sit: vt in l. si quando. §. generaliter. C. de inoff. testam.

Fallit, nisi pater filio simpliciter dedit. ita Bart. in l. parente. ff. si quis à parent. fuer. man. facit illud quod ipse vult in l. cum quo. in fine, ff. ad legem Falcid. & in l. Titio centum. §. genero. ff. de iure dotium. Bart. Soc. reg. 354.

¶ Pater filiis naturalibus: legitimis existentibus, vnam vnciam tantùm legare potest. gloss. in l. cogi. in §. ij. qui ff. ad Trebellianum. quam glos. sequitur Ludouic. Rom. in l. ij. C. de natur. lib. & idem etiam tenet glo. in l. Lucius. in prin. ff. de vulg. & pup. quæ gl. iũcto tex. probat, quòd olim de iure Digestorum filius naturalis poterat in totum capere hæreditatem patris, & sic vltra vnciam, licet contrarium teneat gl. in l. Plautius. ff. de cond. & demonst. quæ tenet, quòd etiam hodie pater potest eis legare duas vncias existentibus legitimis.

Primò fallit, vbicunque filius naturlis esse vulgariter substitutus in totum, tunc filio legitimo repudiante, filius naturalis vulgariter substitutus poterit capere totam hæreditatem, ac & perinde erit si esset legitimus. Ita Bar. in l. si is, qui bonis. ff. de vulg. & pupil. quem sequuntur ibi Iacob. de Aret. Din. Bald. & Ang. & communiter omnes, & assignant rationem: quia sicut potest filius naturalis tantùm non existentibus legitimus & naturalibus capere vltra vnciam, vt in authenti. licet. C. de naturalibus liberis. Ita potest filius naturalis substitutus vulgariter in totum: quia tunc demum vocatur filio legitimo repudiante: quo casu perinde est acsi non extarent legitimi. arg. l. ij. §. fi. & §. si filius. ff. de bon. quæ lib. cum simil. B. Soc. reg. 352.

¶ Pater filiam dotare tenetur. l. filiam *. C. de dotis promissione. B. Soc. 348.

Additio.

* Filiam. Adde Corn. in cons. ccxlij. in litera M. in iij. par. & Felin. in j. c. quæ in eccles. statim post mediũ. de constitu. B. V.

Primò fallit, si filia esset Iudæa, vel hæretica: quia non tenetur illam dotare. gloss. est singul. in l. si verò. ff. de in rem verso.

Secundò fallit, quia non tenetur dotare filiam naturalem nisi si pauper. ita notat Bal. in l. si de iure. ff. de iure dotium.

Tertiò fallit, si pater esset egenus, & non posset eam dotare, secundum Ludouicum in l. j. soluto matrimonio.

Quartò fallit, quando accepit virum indignũ sine consensu patris. ita not. Lud. in d. l. j. aliàs Bald. in l. fin. C. de do. promis.

Quintò fallit, quando esset contractum cum viro sine dote: quia non tenetur illam dotare pater. Lud. in d. l. j. & ita dicit Bar. tenuisse. Sed Bal. tenet cõtrarium in auth. res, quæ. C. cõmu. de leg. B. Soc. re. 348.

¶ Pater ex iuris censura in bonis filij nasciturii habet vsumfructum, ex quo habetur pro iam nato, cũ de eius cõmodo agatur, l. qui in vtero. ff. de stat. ho. maximè in bonis aduentitiis, & profectitiis, gl. est not. in l. ij. C. de contrahen. & commi. stip. & l. j. C. de bonis mat. & l. cum oporteat. & l. non solum. C. de bonis, quæ lib. & patria potestate durante filius nudam habet proprietatem, quæ soluta per mortem patris, ad filium, vel filiam, pleno iure deuolui tur, secundum iura. vt Anc. in cons. cvj. nu. 1. in fine, & in consi. clxxvj. num. 1. ad fin. ver. verum filius vel filia, in hac. versic. ciuit. extat cap. viij. lib. iiij. statut. vrbis n.

Fallit, quando filius, vel filij, matre defuncta, eleuaret, vel eleuarent vadimonium in officio proprij, & in solutum acciperent dotis solutionem in bonis paternis debitoris d. dotis, pro summa, vt in sua vadia, quia eo casu pater nullum haberet vsumfructum in dictis bonis dotalibus, sic vt suprà in solutum habitis in dicta curia, prout in multis casibus & iudicatum & obtentum fuit.

Fallit etiam in patre ponente filium in hospitali, quia eo casu perdit omne ius & priuilegiuum, quod habet in filio, vt Bal. in l. ij. C. de filiis insãt. expositis, vbi dicit, quod si ciuis conspicit ciuitatem periclitantem & nõ subuenit, perdit ciuilitatis beneficiũ, & desinit esse ciuis. Ita Gerard. singula. ij. numer. 9. quod nota.

Fallit itidem, quando pater filium vulnerat, vel eũ malè tractat, quia eo casu pater cogi & cõpelli potest ad eum emancipandum, & in hoc perdit vsumfructum. Ita Guliel. de Lud. singu. nu. 24. alleg. text. in l. prætor edi. §. sed & si quis. in glo. in versi. atrox. ff. de iniuriis.

Fallit similiter, quando pater ingreditur monasteriũ, quia, eo viuente, filio legitima illico debetur, pro vt est tex. in c. cum scimus, de regulari. & glos. not. in c. transmissæ. in versi. more, extrà qui filij sint legit. & ibi Abb. idem in c. in præsentia num. 59. de proba. & ibi Feli. num. 55. Corset. in sing. suis. in versic. legitima. in prin. numero 1. Ias. in auth. nouissima. num. 8. C. de inof. testam. & in authen. si qua mulier. C. de sac. sanct. eccl. num. 50. Maria. Socin. iunior cons. lj. nu. 7. vol. j. de proba. Pari. in c. in præsentia. nu. 165. aliter sentit.

Fallit etiam in filio clerico, eo quod in bonis eorum aduentitiis nullum patri quæritur vsumfructum, vt in authen. presbyteros. C. de episcopis, & cler. & ibi Bal. & Saly. Dec. in d. c. in præsentia. num. 253. & 254. allega. Imo. & Abb. in cap. quia nos, de testamen. & ibi Anto. de Butr. & hoc per Decium traditur, pro cautela, vt filius efficiatur clericus ad hoc vt pater amittat vsumfructũ in bonis aduentitiis filij, etiam

in minoribus ordinibus constituti.

Fallit etiam, quando bona relinquuntur filiis, vel filiabus, ea lege, vel conditione aut ordine, vt nullo modo patri acquiratur vsusfructus, quia eo casu stante dispositione testatoris, vel testatricis, patri nil debetur, vt auth. item excipitur. C. de bonis quæ li. ex quo voluntas testatoris omnino est obseruanda. l. j. C. de sac. san. eccles. cum capitu. j. statu nostrorum. I. Nouel. reg. 155.

¶ PATER si instrumento donationis confiteatur se recepisse seruitia à filio, non statur in hoc eius confessioni, sed oportet quòd benemerita, seu seruitia probentur. gloss. est sing. in l. si donatione. C. de collat. & ponit Ioan. Lupus in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxo. vers. sed quarum. gl. not. etiam Ias.

Limita tripliciter, vt per eundem Ias. vbi suprà. Et vide eundem Ias. in l. frater à fratre. in lectu. ff. de condictio. indebit. B. Dias reg. 533.

¶ PATER de iure tenetur alere filios suos, indefinita debet vniuersaliter intelligi, vt teneatur etiam ad indumenta, & ad filias dotandas secundum facultatem patrimonij sui. l. verbo victus. cum l. seque. ff. de verb. sign. l. necare. l. si quis ex liberis. §. si quis. ff. de lib. agno. l. fi. C. de dot. prom. Rom. sing. 788. Soc. cons. 150. vol. 2. Corn. con. 77. vol. 2. Alex. consi. 134. nu. 30. lib. 6. cons. 83. vol. 4. quæ dos nõ debet esse minor legitima: quia succedit in locum alimentorum. l. fi. de dot. prom. Bal. cons. 323. nu. 3. lib. 3. Gramma. Dec. 101. nu. 29. Boe. Dec. 62. nu. 6. Dec. cons. 171. nu. 5. Sal. Auth. res quæ. C. com. de leg. Med. re. 2.

¶ PATER iure tenetur alimentare filios suos. l. necare. leg. si quis ex liberis. §. si quis ex iis. ff. de lib. agno. & filias dotare. l. fina. C. de dot. promis. cum infinitis.

Amplia, vt non alimentare, sed etiam tenetur ad indumenta, secundum glos. not. in dict. §. si quis ex iis. in versic. non tamen onera. & l. verbo. cum l. seq. ff. de verb. signif.

Amplia, vt nõ solùm filiam dotare teneatur, sed etiam si vidua remanserit, pater potest etiam compelli ad dandam eandem dotem secundo viro. Ita Roman. sing. dcclxxxviij. authen. & refert Ioan. Andr. in tit. qui filij sint legitimi. §. in hoc. in additio. ad Spec. in vers. Martinus de Fano. & Bald. Nouel. in tract. de dot. parte j. & parte vj. priuileg. xvj. Ias. in §. fuerat. de actio. instit.

Fallit, quando pater non habet redditus pro se alimẽtando: quia non tenetur eo tunc ad alimenta pro filiis. gloss. not. in l. si quis à liberis. §. fin. in vers. liberto. ff. de liber. agno. quia debet magis sibi prospicere quàm aliis, cùm prima charitas incipiat à seipso, secundum Bald. in l. vnic. C. de inoffic. dot. l. Iulianus. ff. si quis omi. causa testa. ita Afflict. dec. ccxcix. numer. 9.

Fallit quoque, quando filius habet conueniens officium seu exercitium; quia tali casu pater non tenetur alimentare filium, seu ad præstationem alimentorum. ita Deci. in capitu. Episcopus. numer. 10. de præbendis. Bartol. in l. si quis. §. 15. versi. sed si filius. in versicu. vt operis. ff. de liber. agnoscend. vel quãdo manibus propriis potest sibi victum quærere: quia eo tunc pater non tenetur: vt Deci. ibi. nume. 10. quod not.

Fallit, quando filia præter consensum patris matrimonium contraxerit: quia eo tunc pater non tenetur. Ita Boer. decis. cxxx. numero 8. citando Barto. Angel. & Doctores in authenti. in l. obligamur. §. lege. ff. de actionibus & obligationibus. & Doctor. in authen. res quæ. C. communia, de legat. Bald. Nouell. in suo tracta. de dote, circa medium. versicu. in fratre tamen eam alere tenetur. & Baldus in l. finali. C. de iure dotium. & pluries iudicatũ fuit anno 1562. in mense Octob.

Fallit etiam, quando filia esset hæretica: quia parentes eam dotare non tenentur, secun dum Alexand. post Bald. in l. ij. C. communia de legat. & gloss. in l. mater. C. de iure dotium, in versicu. mater. & l. cognouimus. C. de hæretic. Alexand. in l. prima. num. 21. ff. soluto matrim. & Carte. in tract. de hæretic. numer. 148. I. Nouel. re. 131.

¶ PATER potest filium exhæredare.

Fallit, quando ante mortem patris pœnituisset, isto casu pater eum exhæredare non potest, dixi cautela xxxv. pater filiam, &c.

Fallit, quando filius committeret ingratitudinem officio seu permissu superioris, argum. l. Gracchus. C. de adult. & cap. miles. xxxiij. q. iiij. & vide quæ not. doct. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. & in l. j. C. vnd. vi. & Nel. in tract. de banni. in j. part. secund. temp. in x. q. vbi habes in filio occidente patrem bannitum. S. Ian. reg. 220.

¶ PATER (si vult) potest in testamento relinquere filiæ spuriæ non solum alimenta, sed etiam dotem. ita Bar. in l. fi. ff. de iis, quib. vt indig. & hoc de iure cano. per d. cap. cum haberet, de eo qui dux. in mat. & fuit sing. Matth. Mat. cxlvj. no. & idem Bar. in l. Mæuius. §. duobus. iij. q. nu. 23. ff. de legat. ij. & l. vxorem §. pater naturalis. ff. de legat. iij. Bald. in l. mater. C. de iure dot. Abb. consilio xv. videtur princip. nu. 1. vol. ij. vbi tenet, quòd dos succedit loco alimentorum, & si potest alimentari filia spuria à patre, multò magis potest dotari: vt cõcludunt Docto. in auth. ex complexu. C. de incest. & inutil. nup. Bal. in cons. cccclvj. nu. 7. 8. & 9. vol. eod. & Abb. consil. 50. eod. vol. ij. Boer. dec. cxxvij. in prin. Dec. c. per tuas, de probat. nu. 1. & 2. & Anch. ccxxv. vers. super alio dubio, & dos à patre profecta, ad patrem redire dabet, non iure successionis, sed iure reuersionis, secundũ Abb. in d. cons. 50. nu. 4.

Amplia, vt non solùm spuriæ, sed etiam incestuosæ filiæ pater in testamento potest relinquere aliquid filiæ, dummodo dicat, quòd ex causa alimentorũ, vel pro ea dotanda, secundũ Guid. Pap. q. cclxxx. in qua refert fuisset iudicatum de anno 1430. & ita tenet Rom. cons. xliij. nu. 4. alleg. authen. licet. C. de natur. liber. I. Nouel. 134.

¶ PATER non potest committere alteri, vt occidat filiam suam adulterantem, seu adulteram: Bald. in l. accusationib. C. quod met. caus. & in l. ad officium. C. commu. diuid. & Paul. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. ff. solut. matrim. facit quod habetur in meis doctrinis magistralibus, doctrina incip. vindictam facere.

Limita, nisi pater hoc demandaret filiis suis, Bartolus in l. non solùm. §. si mandato. ff. de iniur. Salyce. in l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adult. quibus assentitur Felin. cap. si verò. lo j. versicul. limita. de sententia excomm. B. Dias re. 534.

¶ PATRIS sola præsentia, siue alterius, cui reuerentia debetur, non inducit iustum metum reuerentialem ad rescindendum actum, nisi probentur minæ, vel verba præcedentia. Barto. in l. prima. §. qui onerandæ. ff. qua. rer. actio non detur. & ibi Angel. idem Bartol. in l. ad Inuidiam. C. quod met. caus. Docto.

in l.interpositas. C. de transactio. facit quod notat Abb.loquendo in matrimonio, in c.veniens.lo j.de sponsal.Et de mariti reuerentia.ita not.Petr.de Rauen.in suo Alphab.aure. referendo Bartol. in d.l.ad inuidiam.

Limita hanc conclusionem quadrupliciter,vt per Nata.in repetit.cap.quamuis pactum. de pactis, lib.vj. B.Dias reg.532.

¶ PATER promittens x.pro filia,si post ei leget, animo compensandi dotem promissam legare videtur.l.si quis mandati.§.cum pater.ff. de legat.j. cum concordan.de quibus in gl.tex. in auth.præterea.in fi.l.iiij.C.vnde vir & vxor.

Primò fallit, secundum Oldrad. Bart. Bald. & Paul.in d.§.si pater. vbicunque in legato esset species relicta,& pro dote fuisset promissa quantitas, & econtrà. & intelligunt l. si pater pro filia. ff.de col.dot. Bald.in l.quoniam in prioribus. C.de inoff.testam. & in l.si vxor. C.de bo.auct.iud.poss.idẽ tenet Bal. in l. Nesennius. ff. de neg. gest. cum regulariter de quantitate ad speciem non fiat compensatio : vt in l.si conuenerit.in prin.ff.de pign.act.

Secundò fallit hæc limitatio, quia est contra §. si pater.& contra authen. præterea.in fin. C. vnde vir & vxo. vbi dicta iura non admittunt hanc distinctionem, & istam vniuersalem tenet Io. de Imo.in d.§. si pater.& in d.auth.præterea.

Tertiò fallit dicta regula,nisi filia esset cum aliis hæredibus extraneis instituta, vel etiam cum fratribus, qui ex parte tantum præcipui lucri percepissent quantum fuit legatum : & tunc dotem præcipuam habebit,nec compensabitur cum legato,vt in institutione relicta de ipsa filia. & ita tenuit Bal. Raph. & Ludouic. Roma. in d. §.si pater.& allegant text. sing.in l. fin. C. communia vtriusque iud.tamen in contrarium videtur glo.in d.l.Titia.§. qui inuita.in verb.verisimile.ibidum gl.maximè dicit in illa implicatiua,& etiam Imo.ibi.ff.de leg.ij.

Quartò fallit secundum Io.de Imo. in d. §. pater filiæ. & in d. §. cùm pater. vbicunque pater non dixisset filiæ, lego pro dote,sed simpliciter dixit,lego: quia tunc vtrunque debetur : vt in d.§.si pater. Sed contrarium tenuit ibi Bar.& scribentes : quia obligatus ex causa necessaria à l.inducta , prout est pater , qui ex necessitate tenetur dotare filiam , videtur legare animo compensandi , secundum d. auth. præterea. nam arctat patrem ad duo, scilicet ad coniungendam filiam in matrimonium:& ad dandum dotem: vt l.qui liberos.§.fi.ff.de ritu nupt. & not.gl.reputata singul.in l.obligamur. §. lege. ff. de act.& oblig. quam magis communiter sequuntur Doct. Bald.in auth.res quæ,C.communia,de leg. & Nic.in rub.ff. sol.mat.Bal. Imo.& Raph.in l.j.eod.tit. Bald.in l.fi. C.quæ sen.sine cer.quan.Bald. & Ang.in l.nupta.in princ.ff.sol.mat.& per Abb.in c.j.de adul.licet Bar. in d.auth.res,quæ. & in d.l. obligamur. tenent contrarium.Item pro hac opin.facit, quia pater simpliciter legans videtur sine dubio pro dote legare: vt sing.dicit Bart.l.quod autem in stipulatio. ff. de iure dot.per illum text. & probatur in l.tali.§. fi. coniuncta gl.ff.eod.tit.cum vulgarib.item,quia si dixit, lego pro dote, perinde est ac si dixisset, lego causa compensandi pro dote.text.est secundum Bald.in l. vnic.C.de rei vxor.actio. & hæc est communis opi. quam tenet gl.in d.§.si pater,in verb.eadem,& eam sequitur Di.& Iac.de Aret.Petr.Bar.Bald.& communiter omnes ibi,& Cyn. Bal.in l.filia. post gl.ibi.C. de leg.& est.de mente gl.fi.in l.cum pater.§.fi.ff.de iure dotium.

Quintò fallit dicta regula,vbicunque quantitas legati non concurreret cum quantitate dotis:quia tunc nõ præsumitur animus compensandi:& hoc tenet Pau. de Castr.in d.§.si pater.in lectura Bon.alleg. l. cùm centum.ff.de adim.leg. secundum Imo.Iac.de Are. & Bar.in d.§.si pater.sed istud non videtur verum per d.auth.præterea. vbi non attenditur an fuerint quantitates relictæ pares & dispares: quod etiam tenet Bal.in l. Titia.§.inuita.de leg.ij.Bald.& Imol.in d.l.cum pater.per l.Lucius.ff.de leg.ij.Bal. & Ang. & Imo.in d.l.si pater,ff.de col.dot. B.Soc.reg.349.

¶ PATER regulariter non tenetur pro filio, nec ẽ cõtrà. C.ne fil.pro pat.

Fallit,quando filius habet peculium, quia pater teneatur quatenus est in peculio.ff.per tot.de pecul.

Fallit,quando debitum filij est conuersum in rem patris:quia tunc tenebitur.ff.de in rem verso.S.Ianua. reg.222.

¶ PATER sicut regulariter non potest filios exhæredare,ita nec ipse potest à filiis exhæredari.d.§.causas.in auth.vt cum de appel.

Fallit,quando pater accusauit filium,excepto crimine læsæ maiestatis.

Fallit,si vitæ filij insidiatus fuerit.

Fallit,si vxori suæ,vel concubinæ se commiscuerit.

Fallit,si testari,in quo poterat,prohibuit.

Fallit,si non egit curam si esset furiosus.

Fallit,si captus fuit à Saracenis,& ipsum non redemit. hæc probantur in d.§.causas. S.Ian.reg.221.

¶ PATER non tenetur pro filio.Salic.l.si filius, C.ne fil.pro patre.Alber.1.p.stat.q.7.Bald.l.si qua pœna. ff.de his,qui sunt sui.l.si filius.ff.sol.matr.l.2.ff.si ex nox.causa agatur,Imol.l.cum filius.ff.de verbor. oblig.Doc.l.sancimus.C.de pœnis.Alex.cõsil.13.vol. 1.l.sæpe.nu.12.ff.de re iud. Med.reg.8.

¶ PATER tenetur pro filio,quatenus est in peculio.l. quod si Ephesi.ff.de eo quod certo loco.vt declarat Zasius in loco infrà citando.

Amplia & limita,vt per Zasium in §.actiones.institut. de actio. B.Dias reg.536.

¶ PATER tenetur dotare filiam ea dote, quæ non sit minùs legitima,habito respectu ad quantitatem patrimonij, consuetudinem regionis, si honestas,& qualitas personarum,& numerus liberorum id suadet.Soc.cons.cl.vol.ij.Corn.consil.lxxvij. vol.ij.in princ.& Socin.in cons.clxiij.vers.vnde concludendum est.Alex. consil.cxxxiiij.nu.30.& 31.in vj. vol. & in cõs.lxxxiij.viso statuto.vol.iiij.vbi dicit,quòd legitima est debita de iure naturali,& censetur quasi æs alienum, & in cons.vij. vol. ij. vbi tenet quòd non debet esse minus legitima : quia succedit loco alimentorum.leg.mater.C.de iure dot.& ibi Bal.& idem in l.fina.C.de dot.prom.Bal.consilio cccxxiij numero 3.volum in.iij.consilio ccccl j.in primo volum. statuto.& Salyc.in cons.ccccliiij.eo. volum. & latè Thom.Gramm.decis.cj.numero 29. vsque 50. Boer.decis.lxij.numero 6. & decisio. ciiij. numero 11. Bald.cons.clxxix.incip.1388.vol. eod. Dec. cons. clxxj.numero 5.& cons.xxvij.numer.2. Io.de Arno. sing.xxxv.Sal.in authen.res quæ.in ij. not. C. communia de leg.

Fallit, nisi per statuta circa legitimam aliter disponeretur:quia sicut ex iusta causa legitima per statutum potest limitari, ita & dos pariter potest ad certam quantitatem reduci. Ita Dec. consilio cvj. numero 3.

mero 3. versiculo 10. & vltimo, cùm dos sit quid vniuersale, eo quia à se potest recipere augmentum, & diminutionem, secundum Corn. consilio xlvij. b.vol.2.& cons.lxxvij.c.eod.vol.2. Mat.sing.cxx. & Campeg.in tract.de dote.in 1.par.q.4.

Fallit etiam in dote data filiæ, quæ si vsque ad mortem facultates sunt auctæ etiam dos augeri potest, secundum Philip. Fran.in c.quamuis pactum. vers.3. limit.de pact.in 6. quia dos succedit loco legitimæ: vt l. quoniam Nouella. C. de inoff. testam.Paul.de Cast.cons.206.aliàs cons.211.Boer.q.62.nu.6.Bal.in l.pactum.oppo.6.C.de collat.Nouel.re.133.

¶Pater viuens legitimam filio dare non cogitur: vt in l. prima.§.si impuberes. C. de collatio. bon. & not.gloss.in c. Raynutius. de testament. & no.Bart. in l.post emancipat.de liberat.legat.

Primò fallit, si dissiparet bona sua, quia tunc cogitur filio dare legitimam, eo etiam viuente. ita Bald. in l.2.ff.si quid in frau. pat. & in l.1.in 4.q.C.de inoff. dona.pro quo facit quod not.tenet Bart.in l. 1.in §. si in patris.ff.soluto matrim. & in l. si constante.in princip.ff. eod. vbi not.dixit, quòd si vxor alicuius decessit, remanentibus filiis hæredibus relictis, & dos remaneret apud patrem, qui dissipat omnia bona sua, quòd tunc filiæ poterunt agere contra patrem, vt eorum dos non consumatur, de quo habetur etiam per Bar. in l.fi. C. de sen.pas. vbi ponit an filij possint petere, vt pater remoueatur ab administratione, quando pater habet malos mores, & dissipat bona filiorum, vt habetur per Bal. & Doct.in l. Imperator.ff.ad Trebel. B.Soc.reg.335.

¶Patris delictum nocet filiis quo ad pœnam pecuniariam, si statutum de hoc expressè cauerit, secus autem quo ad pœnam corporalem, Bal.in l.1.C. ne fil.pro patre.Anch. cap.1.de const. lex tamen irrogat infamiam filiis ob delictum patris, videlicet ob crimen læsæ maiestatis, & ob crimen hæresis.l. quisquis. C. ad leg.Iul. maiest. Innoc.cap. grauem. de senten.exc.auth. Gazaros. C. de hæret. Din.capitu.non debet.cap.sine culpa.num.6.de reg.iur.6. Med.reg.8.

¶Patrem impunè filius occidere potest ratione hostilitatis: aliàs nunquam ei licet præiudicium inferre, & hoc ratione fauoris publici, doct.l.minimè. ff.de relig. Socin.in terminis huius reg. in reg.284. fall.14. Med.reg.1.

¶Patres. Quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinuentione non est præsumendum. Steph.5.2.q.4. c.consuluisti. De infan.vide Delictum, Dignitas, Filius, Vox.

Quicquid filius acquirit, patri acquiret, cum in eius sit potestate. Inst. per quas per.no.ac.in princ. De acqui.pos.l.qui seru.

Parco: Qui sibi non parcit, multò minus aliis parceret. De bo.eo.l.fi. Riisvvich.

¶Patria potestas soluitur morte, §. is verò. Instit. quib.mod.ius patro.potest solu.ibi, ij verò, qui in potestate parentis sunt, mortuo eo sui iuris fiunt, quòd intellige nisi auus viuus fuerit, nam eo viuente omnes in eius potestate sunt: Doct.Inst.de patr. potest.in princ. Ampl.procedere etiam in morte ciuili, vt per deportationem, l.1.§.fina.ff.de contr.tab. §.cùm autem. Institu. qui. mod.ius patr.potest.solu.si tamen restitutus fuerit, & ei omnia in pristinum statū restituentur.§.sed si.Insti.de eod.tit. Tertio modo soluitur per seruitutem. §.ius autem. Instit.de patr.potest.§.pœna. Inst.quib.mod.ius patr. pot.solu.l. quod attinet.ff.de reg.iur. Quartò soluitur banno, Doctor.Com.l.si cum dotem.§. si patri. ff.sol.matr.Doct.l.1.C.de hæred.inst. nisi statutum aliter se habeat, Baldus Auth.incestus. C. de incest. nupt.l.3. C. si pend.appel. mors interuen. Quintò soluitur per emancipationem.§.prætẽrea.Inst.quibus mod.ius patr.potest.solu. Sextò, per adoptionem, manumissionem, & arrogationem, Doctor. Inst.de adopt. Septimò, si filius fuerit factus sacerdos, monachus & episcopus, Baldus l.apud hostes. C.de suis & legit.Doct.l.Deo nobis. C.de episc. & cler.Auth.Episcopalis.C.eod.Octauò per dignitatis assumptionem, vt patritiatus, & similium, Bald.l. fin.§.necessitatem.C.de bon.quę lib.Doct.§.filius. Instit.de patr.potest. Quæ intellige vltimo loco dicta procedere quoad commodum tantum liberari, secus autem quoad incommodum, nam succedunt nihilominus in hæreditate, & retinent quæ sunt cōmoditatis familiæ, Doct.d.Auth.episcopalis. Bald. l.fin.§.necessitatem.C.de bo.quæ liber.cum simi. Med.tr.2.par.

¶Patria. Patriæ & parentibus parere tenemus. Pōpon.de iust.& iu.l.veluti. Riisvvich.

¶Pati debes, quod tu alij feceris, idem ab eo.

In Aut.de sanct.Epis.§.reuerendissimi.

Vnam personam vicem plurium sustinere.

In Aut.de sanct.epis.§.spectaculorum.

Ratione incertitudinis deferendum esse.

In Aut.de nup.§.sed captiuitatis.

In Aut.de sanct.Epis.§.si quis autem ad monasticam.

Vt sportulæ tantum à reo exigantur.

In Aut.de sanct.Episc.§.spectaculorum. Azo, rub.104.

¶Patiens habet relationem ad agētem, sicuti reus ad actorem, no.l.non debet.ff.de reg.iur. item not. quòd agentes, & consentientes pari pœna puniuntur.vulg.iur. Med.reg.9.

¶Patientia habetur pro consensu.glos.ca.sanctorum.lxx.distinct.

Fallit in casib.in quibus actus verus requiritur. Bald.l. licet.C.de iur.delib.

Fallit in iis, quæ sunt magni præiudicij. Bart.l.cum de in rem verso.ff.de vsur. reg.224.

¶Patientia habetur pro præcepto. De his qui not.infa.l.liberorum.in fin.Arg.reg.185.qui tacet.

Qui patitur, quod potest prohibere, ipse facere dicitur. De nox.l.2.d.l.liberorum.C.de sacros.Eccl.l.iubemus.§.œconomos.De iu.pa.l.adigere. Riisvvich.

¶Patientia. Multa tolerari facta, quamuis prohibita essent, ne fierent.

Pro.

9.q.2.c.Lugdunensis.
1.q.1.c.quòd quidam.
2.q.6.c.biduum.
7.q.1.c.episcopus in diœcesi.
14.q.6.c.comperimus.
Ext.qui cleri.vel vou.c.rursus.
Ext.de eo qui cogn.consanguin.cap.transmissæ.
Ext.de matrim.contrac.con.interd.eccles.cap. fin.

Contra.

10.dist.c.vides.
27.q.2.c.nuptiarum.
Ext.qui matr.acc.pos.c.videtur.
Ext.de sponsa.duor.c.tua fraternitas.

C.de leg.& consti.l.non dubium.§.1.
D.de verb.oblig.l.si stipuler.§.fin.

Solutio.

prohibita fieri, si fiant, non tenēt, si prohibitio habeat perpetuam causam prohibitionis, & quælibet prohibitio intelligitur habere perpetuam causam.d.l. non dubium, nisi constitutio prohibens exprimat prohibitum, neque id temerè.ext.de fil.presbyt.c. ad abolendam. Atque ita omnia contraria ferè conciliantur. In prohibitionibus autem circa matrimonium factis, vel faciendis contraria regula obtinet. Licet enim omnes casus ibi intelligantur prohibiti ne fiant, tamen si fiant, tenebūt: quia matrimonium res est fauorabilis.ext.de matrim.contract. contra interdic.c.2.& ideo prohibitio cōtra illud inducta est restringenda. Damas.reg.99.

¶Patronus qui variare in præsentatione potest, intelligitur vt semel tātum possit, Cald.consi.21.in tit.de iur.pat.Dec.cons.119. Regulariter tamen patronus variare non potest, vt in totum à primo discedat: accumulando tamen variare potest.ca.cum autem.de iur.pat.gl.c.cum vos.de offi.ord.Roch.de Curte.in tracta.de iur. patro. vers.honorificum.nu. 30.no.doct.c.quod semel.de reg.iu.6. Med.reg.4.

¶Patronum non excludit modica particula à bonorum pos.l.vt si.ff.de bon.libert. Anto. Cors.in trac.de Minim.nu.38.concor.simil.Bal.auth.quamuis.C.vnde vir & vxor. Corn.cons.63.lib.1.ca.licet causam. de probat. capitu. coram. de offic. deleg. Med.reg.5.

¶Patronum expellunt liberi in quacunque etiam minima parte instituti.l.si ex modica.ff.de bo.quæ liber.conc.l.si tamen.§.fi.cum gl.ff. de ædil.ed.l.ex facto.§.si quis autem.ff.ad Treb. Med.re.5.

¶Patrono inscio, nihil potest fieri in præiudicium iuris patronatus.Gemin.in c.quamuis. de rescript. lib.6.Abb.& omnes Docto.in ca.cum accessissent. de constit.cum similibus.

Primò fallit, nisi immineret necessitas, per quam pro vtilitate ecclesiæ episcopus moueretur ad disponēdum de beneficio patroni, aliter quàm eius natura exigat: quia etiā patrono inuito hoc poterit fieri. ita Abb.in d.c.cum accessissent.& ibi Fel.adde pro hoc benefacere glo.in c.j.x.distinc.quæ concludit, quòd vbi subest iusta causa potest episcopus parochiam diuidere inuito rectore, licet sine causa non posset, per quam gl.ita determinat Abb.in c.ad audientiam.de ecclesiis ædificandis.

Secundò fallit, in patronatu ecclesiastico: quia ipsi potest præiudicari, vt per Feli.in tract.quando literæ apostolicæ,&c.& per Rom.in cons.361.incip.in casu propositæ consultationis.

Tertiò fallit, in iure patron.quod habetur ex consuetudine, vel præscriptione: quia legatus de latere potest ipsi derogare: vt per Fed.cons.lxv.incip.infrascriptæ quæstiones.idem tenet Abb.in c.dilecte.de off.deleg.& Alex.in cons.lxxv.incip.viso puncto.in 4.vol.quamuis contrarium tenuerit Io.de Imol.& Bar.in d.c.cum dilectus. B.Soc.re.356.

¶Patronatus ius non acquiritur ecclesiæ non congruenter dotatæ, vt si modica fuisset dos, gl.ca. quicūque.16.q.7. Abb.cons.106.col.2.libro 2.Iaso. rubr.ff.solu.matr.col.7.idem auth.præterea. C.vnde vir & vxor.not.gl.in summa.63.disti. cap. piæ mentis.16.q.7.Innoc.& Docto.comm.rub.de iur. patr. Rochus de Curt.in tract.de iur.patro.versic. dotauit.colum.5. nouiss.in concil. Trid.sess.14.in decreto.de reform. capitu. 1. versicu. competente r dotauerit. Med.re.5.

¶Pauper ad testimonium regulariter admittitur: vt * est glo.in l.3.in prin.ff.de testi.& glo. in c.si qui*. extra, eod.tit. B.Soc.re.357.

Additio.

* In c.si qui. Vbi vide Feli.in vers.gloss.fi.ibi aliàs. cum sequen. B.Vadius.

Primò fallit, nisi esset suspectus: quia tunc debet repelli à testimonio, vt in dictis glos.

Secundò fallit in causa criminali: quia tunc etiam repellitur à testimonio, sicut pauper etiam repellitur ab accusatione, vt 2.quæstio.1.in princ. Et ita tenet Tancred.in præallegato cap.si qui.& istud sequitur Anto.de But.& communiter omnes scribentes ibi. Sed Ab.ibi tenet contrarium: dicit enim quòd non videt causam diuersitatis in hoc: nā paupertas reddit testem suspectum, quia timetur ne fuerit corruptus per producentē. Nam hæc ratio limitat etiam in causa ciuili: vnde ipse dicit pauperem nō esse admittendum ad testimonium, sed iudex secundum qualitatem personæ, & qualitatem causæ arbitrabitur quanta sit fides testi adhibenda. Et sic Abb. non facit differentiam inter causam ciuilem & criminalem,&c.

Tertiò fallit, cùm quis incidit in paupertatē propter vitium suum: quia tūc etiam non est idoneus testis, secūdum Bal.in c.præalle.si qui.quia hoc casu non solū rerum, sed etiam famæ suæ est prodigus, & videtur talis: vnde talis est expellēdus à testimonio: quia qui vitiosus in se præsumitur esse, multò magis in alium vitiosus erit.l.fi. C.de sent.pas.secùs in eo, qui incidit in paupertatē sine vitio, & tunc bene fauet: quia tunc talis bene esset idoneus, & dicit etiā ipse Bald.vbi suprà, ꝙ magis est credendum pauperi virtuoso, quàm diuiti vitioso, dicit tamen ibi quòd quando pauper nō est bonæ, aut malæ famæ, tūc bene admittitur ad testimonium, sed minùs ei creditur: quia qui deficit in fide tātùm numero suppletur. Allegat glos.notabilem & menti tenēdam in l.3.§.eiusdem quoque.in prin.in verbo, nunc.ff. eod.quare quando testes non sunt multùm: putà, quia deficiunt in fide, supplet numerus: putà, si quis probaret per tres, aut quatuor testes, qui non essent omnino integri, vnus testium suppleret defectum fidei.quam gloss.semper tenebis menti decidendo. dicit tamen Bal.quòd hæc omnia ibi remittuntur iudicis arbitrio: quia nō potest dari ista discretio quando dicatur plenè probatum, sed relinquitur in iudicis arbitrio.de hoc etiam est tex.melior quàm sit in iure, scilicet, quand dicatur plenè probatum in l.3.§.an magis scire potest.& in §.eiusdē.in pri. ff.de testib. Et vltra prædicta adde, quòd testis ad hoc, vt non dicatur pauper, debet habere tātum in bonis quantum est summa negotij, de quo vertitur ipsa quæstio: vt habetur elegantissimè in glos.sing. in §.si verò autem sunt.in auth.de hæred.& falc. quam alleg.Rom.in l.si constāte.in pri.ff.sol.matr. B.Soc.reg.357.

¶Pauperes non sunt in corpore puniendi propter leues abusiones.l.quicunque.col.2. C.de seru. fugit.not.l.illicitas. de offic.præsid.l. 2.§. fi. de his qui sunt sui. item pœna pecuniaria in corporalem transmutari non potest pro minima re, Bald. d.l. quicunque.col.2. C.de seruis fugit.Ias.§.pœnales. colum.8.inst.de act.quo casu limitatur regula, qui nō habet in ære luat in corpore: quia quælibet mi-

nima pœna corporalis est maior qualibet pœna pecuniarum.l.in seruorum.ff.de pœnis. Med.reg.5.

¶PAVPERTAS.vide lex.

Causa pauperis prius est tractanda, quàm diuitis.16.q.6.c.de lapsis.C.de episl.l.si quis ad declinandam.de Fal. Riisvvich.

¶PAVPERTATIS causa limitatur ius commune, gl.l.non obstante.ff.de iure fisci, & in c.primis.1.q.1.vnde pauperi non currit tempus vnius anni appellationis desertæ, Auth.ei qui.C.de temp.appel. item nõ tenetur ad onera personalia, Bal.auth.defuncto. C.ad Tertullia.l.in dictiones. C.de ann.& trib.lib.x. item excusat à pœna arbitraria, Bald.l.acceptam.q.23.C.de vsur.Areti.l.inuitus.C.de procura.col.3.item excusat à satisdatione, Specu.§.9.in tit.de primo, & secundo Decre.item non tenetur soluere mercedem notatio, glo.l.tam dementis.C.de episc.aud. Med.re.1.

¶PAX si fuerit inita cum aliquo, pro qua ex forma statuti aliquid solui deberet, si defecerit vnus nũmus non procedit concordia, Angel.l.si seruus.§.pluriũ.ff.si quis caut.Alex.conf.106.volu.3.conc. Ang.l.in executi.§.item, & Doct.com.ff.de ver.obl. Rom.l.2.ff.ad Syll. Med.reg.5.

Appellatione pacis non venit treuga, sed appellatione belli.

Fallit in 2.casibus, secundum Fel.in c.significauit, de iud.num.2.

Ad pacem seu concordiam nemo compelli potest.c.humilis, de treug.& pace.

Fallit in 7.casibus, vt per Felin.in dicto cap.humilis, numero 1.

Capitaneus guerræ non potest facere pacem.

Fallit in 3.casib.secundum Ias.in l.conuentionum, ff.de pact.num.7. Do.Fina, lib.5.

¶PACIS ratione limitatur ius commune: vnde ratione pacis matrimonium inter eos contrahi permittitur inter quos regulariter non permitteretur.cap.1.de sponsa.impub.6. Ioan.Andr.ca.actus legitimi.de reg.iur.6.vbi dicit quòd ratione pacis pontifex dispensare potest cum monacho, & moniali, vt virũ, vel vxorem accipiat, Soci.d.regu.284.fall.6. Me.reg.1.

¶PACEM qui cum proximo suo non facere iurat, anno vno pœniteat, & ad pacem redeat.

xxij.quæst.ij.qui sacramento. Viuien.reg.44.

¶PACEM tutor vel curator possunt super iniuria patri pupilli illata, componere, si modo id pupillo vtilius fuerit.hanc esse communem opinionem attestatur Fran.Turz.concl.32.

Fallit in multis casibus quos colligere potes ex dictis Croti.in l.4.§.Cato, ff.de verbor.oblig.nu.115.

Non sufficit habere pacem cum hæredibus occisi separatim.

Fallit in 4.casib.secundum Crotum, in l.4.§.Cato.ff.de verb.oblig.nu.107.

Pax debet fieri à maiori parte hæredum. Doctor.in d.§.Cato.

Fallit in 5.casib.secundum Ang.de Perig.in d.§. Cato, numero 59. Do.Fina, lib.4.

¶PECCATVM non dimittitur, nisi restituatur ablatum.Reg.in 6.

Peccati venia non datur, nisi correctis.Reg.in 6.

Defensor propriæ salutis in nullo peccare videtur. Gordia.C.de Sic.l.3.

Peccata suos teneant actores, nec vlteriùs progrediatur metus, quàm reperiatur delictum. Arcad.& Ho.De pœ.l.22.

Peculium.l.59. ex pœnalibus. Pendens Regu.130.§.quod pendet. Riisvvich.

¶PECCATVM minimum confiteri non est necesse, quia non est mortale, & mortale tantum peccatum materia confessionis est, Doct.capit.omnis.de pœn.& remiss.cautius tamẽ esset de eo se confiteri, præsertim, quando veniale peccatum geminatum esset, quia tunc disponit ad mortale.doct.d.loco. Med.reg.5.

¶PECCATVM veniale ex geminatione efficitur grauissimum.§.criminis.25.dist.Rom.l.si verò.§.de viro.in 16.casu.31. fallen.ff.solut.matr.Corset.in trac.de verb.Gem.num.57.Euer.in loco à vi Gem.nu.6.& seq.Alex.in add.ad Bar.l.cum scimus.nu.7.C.de agri.& censi.lib.11. Med.reg.2.

¶PECCATVR reus. Augustin. in libr. de pœnit. Reg.seu Cap.ix.

Defleat peccator: quia offendens in vno, factus est omnium reus.

Vid.hic Ioan.Andr.& Innoc. Viuien.

¶PECVLIVM. Pater tenetur pro filio, quatenus est in peculio, l.quod si Ephesi, ff.de eo, quod certo loco.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 6.vt par Zas.in §.actiones, Instit.de act.Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 5.vt ego notaui in d.§.actiones.

Pater in pœnalibus, de peculio non tenetur, l.ex pœnalibus, ff.de reg.iu.

Fallit in 2.casib.quos not.Dec.in d.l. Don.Fina, li.1.

¶PECVLIVM non debetur extincto eo, in quo constitutum erat.l.quid tamen.& l.seq.ff.quemad.vsusfru.amitt. Med.reg.6.

¶PECVLII actio.L.[a]59. Vlpian.lib.2.disputationũ.

Ex pœnalibus caussis non solet[b] in patrem de peculio actio dari.

ADDIT.a al.l.58. b actio in patrem de peculio dari.

Ex tit.de peculio.Exc.à §.actiones autẽ, §.de act.Iũg.l.94.filiusf.Rerum am.l.cõtra nurum, §.item cum, de pec.l.3.§.idem scribit. Sim. C.relig.l.fi.Inst.de nox.§.fi.de his qui deie.l.1.§.si filius. POENALIBVS.Conciliatio l.57.tam de iud. CAVSIS, scilicet, priuatis, ex maleficiis, vel quasi maleficiis ortis, ne obstet.de pe.l.3.§.fi.SOLET. Nã excipitur de pec.l.3.§.ex furtiua, §.idem scribit, §.fi.de his qui deiec.l.1.§.cùm seruus, de vi & vi, l.1.§.si filius, §.fi.de ed.ed.l.cum autem, l.23.§.si seruus. Rerum amotarum, l.3.§.si filiusfami.l.contra nurum, §.item cùm de cõd.fur.l.penulti.de ac.&ob.l.48.ex cõtractibus de cast.pec.l.ex castrensi, versic.si quando, C.de bo.quæ lib.l.fi.§.vbi. Riisvvi.parat.

¶PECVLATVS seruus dicitur ille, qui vnicum tantum nummum habuerit in peculio.l.si quid creditor.§.fi.de pec.Arch.cap.non debet.de præb.6.not.Doct.l.2.C.de resc.vend.conc.l.qui duos.§.fi.ff.de reb.dubiis. Bald.c.1.§.quin etiam.in titu.episc.vel Abb. Med.reg.5.

¶PECVNIA ante terminum peti non potest, vt in c.vnico, & ibi per Doct.extrà, de plus peti.

Amplia istam regulam habere locum etiam in debito conditionali.

Primò fallit, secundum Bal.& Alex.in l.pecuniam.ff.si cer.pet.nisi conditio esset purificata, pendente iudicio, per l.si rem.§.fi.de pig.actio.

Secundò fallit etiam in fisco, cui si quid debetur in diem, vel sub conditione, statim peti potest: & hoc proce-

procedit, quãdo esset necessitas rei publicæ, per tex. in l.1.C.de condic.ex lege.vbi Bald.notat.

Tertiò fallit, quando maritus vergit ad inopiam.l.vbi adhuc.C.de iure dotium.

Quartò fallit, quando debitor fugit.ff.quæ in fraud. cred.l.ait prætor.§.si debitorem.

Quintò fallit, quando debitor esset suspectus: cũ tunc ab eo peti possit eo inuito.ff.qui satisda.cog.l.si fideiussor.§.fi.ff.iud.sol.in omnibus, secũdum Host. & Io.And.in c.vnico.de plus peti. B.Soc.re.358.

¶Pecunia non est de rebus quæ seruando seruari potest, ex quo sequitur quòd potest sine iudicis decreto alienari, glo.in l.prima. §.fuit quæsitum.ff.ad Trebel.

Fallit in 2.casibus, vt per Iaso.in d.§.fuit quæsitum, colum.5.

Pecunia in statutis & materia odiosa capitur pro nummis tantùm, licet regulariter secus sit.l.2.§.creditũ. ff.si certum petat.

Fallit in 3.casib. vt per Ioan. Bolog.in d.§.creditum. num.8.& sequen. Do.Fina.lib.5.

¶Pecunia non est de rebus, quæ seruando seruari possunt: ex quo sequitur quòd potest sine iudicis decreto alienari.glo.est sing.in l.j.§.fuit quęsitum. in verbo, necessaria non est.vers.sed hoc non reperitur in adulto.ff.ad Trebel. Bald.in l.si curatorem habens. C.de in integr. restit.mino.& in l.sed si ex stipulatu.ff.de verb.oblig.in l.1.circa prin. ff.de reb. eor.Iaso.in d.§.fuit quæsitum.vbi refert, plures, qui tenent cum d.glos. Et eam confirmat & defendit.

Limita duobus modis, vt per Iasonem in dicto §.fuit quæsitum. B.Dias reg.537.

Licet ad faciendam semiplenam probationem, vel indiciũ de actu principali, requiratur vnus testis idoneus, & omni exceptione maior, secundum Bar.& Doct.in l.admonendi.de iureiu.tamen ad probandum indicium remotum, sufficiũt duo testes minus idonei, nec omni exceptione maiores. Bal.Saly.& alij communiter in l.cũctos populos.in fi.C.de summa Trinit. Bart.in l.1.§.quæstio.de quæst. Bru.in tract.de iudi.Soc.in cons.54.vol.1.M.Chærian.

¶Pecunia communis si non potest amoueri habet etiam locum in vno nummo, Ang.l.si quis dederit. §.prætor.ff.de acqui.hær.Bru.in trac.stat.super fœmi.art.9.num.110.Ant.Cors.in tra.de min.num.93. Med.reg.5.

¶Pecunia communis ab alio, quam à camerario solui non potest, fallit in exigua, Barto.l.fi. C.de can.larg.lib.10.not.l.diuus.ff.de bon.dam.conc.simil.Barto.l.mediteraneæ.C.de Ann.& tribus leg.si cui.ff.de ædil. edicto. glos.cap.testamentum.6.dist. Med.re.5.

¶Pecuniae formæ mutata censetur mutata substãtia, glo.extrau.vnica.de sent.exc.§.si verò.ver.taxetur in terminis. Med.reg.7.

¶Pendens. Vt aliquid sit in pendenti.

In Aut.de non elig. seruo nub.§.hæc autem.

In Aut.de nup.§.quia enim. Az.ru.104.

¶Pensio, vel merces augetur, vbi augmẽtum rei est in bonitate, seu reditu, & intrinsecum. Hãc regulam firmat Bru.in tracta.de augment. monet.versic. decimaquarta conclus.quam limitãt vndecim modis, periti in arte.vide suprà, in verbo, medici. B.Dias reg.550.

¶Pensio nulla debetur de re destructa pœnitus. Ægidius Boss.in tit.de remiss.merced.numero 61. Bart.l.si merces.§.vis maior.ff.locati.Doct.comm. c.quanto.de censi.Ioan.l.fi. C.de omni agro deserto.lib.11. Doct.consi.l.1. C.de iur. Emphy.dixi in trac.de defi.p.2.defi.50.nu.6. Med.re.6.

¶Pensio nulla est non seruata iuris, Abb.c.extirpãda, not.2.de præb.& dig.Doc.c.ad audiẽtiam.de rescript.vt quando sine causa cum labe simoniæ absque auctoritate superioris, imponeretur, Abb.ca. cum causam.de præb. Hiero.Gigas in trac.de pens. quæstio.5. Med.re.7.

¶Pensio potest in multis à Pontifice moderari, ac limitari absque citata parte, Caccialupus in trac. de pensio.quæstio. 24.num.4. Pontanus cons.28. quia quod potest fieri aliquo inuito multo magis eo ignorante fieri poterit, leg.qui potest.ff.de reg. iur. Med.reg.8.

¶Pensio soluitur morte pensionarij in totum, sicuti vsusfructus morte vsufructuarij.§.finitur.Inst.de vsufru.Hiero.Paul.in lib.pract.Cãcel.pag. 48.Gigas in tract.de pens.q.97.num.9.& q.12.num.1.& q.1. num.5.Caccial.in tracta.de pens.q.8. Secundo modo soluitur morte ciuili, vt per ingressum religionis post professionem.Gig.dict.loco, q.57.numero nono.Tertiò per contractum matrimonij.idem Hier. Gig.quæst.54.numero 4.Caccial.q.30. Quod dictũ declaratur quando esset reseruata alicui, vt clerico: per renunciationem, vel per titulum, cap.quòd à te.de cler. coniug. & hoc quando matrimonium fuit contractum per verba de præsenti, Rot.decis. 481.in antiq.& decis. 26. secus autem si de futuro contraxit, vel si vt laico assignata fuerit. Med. tract.2.part.

¶Perempta maiori parte rei, & dispositio, quæ erat in ea cessat, Docto.com.l.peculium.§.quadrigæ ff.de leg.2.l.seruum filij.§.si ante.ff.de leg.1.de cõm. attestatur, Albert.Bru.in tract.de inter.& perempt. conc.8.fall.5.num. 44. Bal.rubr. C.de per.& com. rei vend. Med.re.6.

¶Perfectum. vide Capere. Riisvvich.

¶Peierare. peierans in manu Episcopi vel in cruce consecrata: pœniteat tribus annis. Si verò in cruce non consecrata, vno anno. Qui verò coactus & ignorans ignorantia iuris, & postcà cognoscit pœniteat tribus quadragesimis. Qui verò coactus pro vita redimenda vel qualibet causa vel necessitate peierat (quia corpus plus quàm animam dilexit) tribus quadragesimis pœniteat.

xxxij.q.v.c.ij.& c.si quis coactus. Alij inducũt tres annos: & vnum ex his in pane & aqua. Viuie.re.22.

¶Perivrivm. Qui compulsus conditionaliter à domino scienter peierat: si liber sit, xl.diebus in pane & aqua, & hoc secund. glos.intellige vel continuè vel interpollatè pœniteat 7.annis sequen.non tamen in pane & aqua. Si verò seruus sit eius qui eum coegit, tribus quadrogesimis & legitimis feriis.

L.ij.iiij.& vj.xxij.quæst.v.qui compulsus. Viuiennus regu.21.

¶Perivrivm. periurus xl.diebus in pane & aqua ieiunet: & septem annis sequentib.pœniteat, & semper debet esse in pœnitentia.

Scilicet, interiori: 6.q.1.quicunque. Viui.re.20.

¶Perivrivm. Ex periurio aliquem puniri.

In Aut.vt lic.mat.& au.§.causas.

Contra.

In Aut.vt lic.mat.& au.§.℘ autẽ. Az.ru.104.

¶Perivrvs est infamis de iure ciuili. Ab.in c.quere cam. de iureiu.Bar.Ang.in l.Lucius.ff.de infa.gl. & Bal.c.

& Doct.in l.si quis maior.C.de transact. Bald.in l.2. C.de rebus cred.Luc.de Pen. in l.quoties. num. 18. de dignit.lib. 12.C.

Amplia,vt dicatur etiam,quòd est infamis infamia canonica, secundum Abb.in c.testimonium. versf.sed contra hunc,de testib.& ibi Felin. nu.21. & nu.20. versic.sed est difficultas.maximè gloss.in d.l.si quis maior.C.de transactio.

Amplia, itidem vt quantumcunque emendatus non admittitur in testem, neque in ciuili, neque in criminali. Ita Abb.in d.c.testimonium. vers. venio ad tertium.& ibi Felin.nume.19.6.q.1.c.infames.& l.j. C.de infam.lib.x.

Amplia quoque, vt periurus agere nullo modo possit, imò à limine iudicij repelli potest,secundum Fel.in d.c.dilecti.num. 2.de except.Spe.in tit.de actore.§.j.vers. item quòd est periurus Rom.singu. ccccxcix. incip. tu scis.Alex.cons.17.num.6.volu.3.& hoc durante prædicta infamia. Ita Feli.in ca. intelleximus. nu.6.vers.vtrum periurus.de iudic.

Fallit,quando periurus vellet agere in causa in qua iurauerat, quoniam repelleretur ab agendo propter periurium:quia frustra l.auxilium inuocat, qui in legem committit.ita Rom.sing.ccccxcix. Alex. cons. 17.num.6.vol.3. & Dec.in c.intelleximus. nu.80.de iudi:& in c.dilecti filij.nu.3.not.de excep.

Fallit etiam quando per summum Pontificem periurus adeptus fuisset absolutionem à iuramento & per iurio. Ita tenet Federic. consi.ccc. factum tale est. Affl.decis.ccxx.in causa.nu.19.Rota decis.297.licet. in nou.cum aliis ibi.

Fallit insuper,quando periurus fecit instrumentū cum creditore,& in eo interuenit iuramētum, petitáque fuit nullitas instrumenti per actorem coram iudice laico, seu seculari, eáque pendente subsequuta fuit ratificatio primæ obligationis, vtique ratificatio tollit allegationem nullitatis: vt probatur in l.fi.C. ad Mac.& l.licet.ff.de iudic.ita tenet Affl. dec.ccxx. num.19. vers.v.& vlt. I.Nouel.re.160.

¶PERMANENS actus facit vt dum eo in statu durat indefinita possit iterum, ac iterum sæpius iterari,Bald.in fin.C.qui bon. ced.poss. Tiraquel. l.Boues.§.hoc sermone.limit.24.ff.de verborum signif. Med.reg.2.

¶PERMISSA sunt omnia,quæ per legem prohibita non inueniuntur. Ex quibus cau.ma.l.necnon.§. sed quod egit. De prob. l.ab ea. De testi.l.1.§.1.De procu.l.mutus.§.conqueritur. C.de relig.l.statuas. Riisvvich.

¶PERMVTATIO permissa fieri hæredi à testatore, intelligi debet de prima tantum permutatione,Ias. in terminis cons.36.colum.fin.volum.3. simile leg. duo.§.1.ff.de arbitr.Doct.com. leg. si sic.ff.de verb. oblig. Med.reg.3.

¶PERMVTATIO nulla est vbi certa species pro certa non datur.l.quoniam. C. de rer.permut.alioquin esset contractus innominatus do, vt des.l. naturalis.ff.de præscr.verb.l.1.§.permutatio. ff.de rerum permut.Host.in summa,eo.tit.nu.2.Med.re.7.

¶PERMVTATIO.L.166.al.123. Vlpianus libro decimoquarto ad edictum.

Nemo alieno nomine lege agere potest.§. Temporaria permutatio ius prouinciæ non innouat.

LIB.14.] eodem ex lib.& Vlpia.deprompta est concordans l.8.de inoffi.test. Azo legit hanc congruentiori fortè ordine post l.omnes act.181. & intelligit quando quis agit alterius nomine, vt & Accurs.De ci.Cagnol.& quod ascribitur Commentariolū Placentino,& Vige.

C.si certum pet.l.cùm te,de neg.gest.l.38.soluendo,§. item si cum,§.fi.l.30.§.quanquam,de pro.ver.l.15.§. sed si facio,ibi sine quo exigi.Exemp.elegans,si ser. ven.l.4.§.competit,C.de act.hæ.l.3.C.de noua.l.7. Ratio,de in ius voc.l.quæsitum,de his qui.vt indig. l.tutorem,si vsusfr.pe.l.vti.Exc.primò de neg.gest. l.6.§.fin.C.de don.l.si filius,de proc.l.sed & hæ. C. eo.tit.l.exigendi.Secundò de lib.cau.l.1.l.2.l.3.Tertiò de appel.l.non tantum. Quartò de legit.tu.l.legitimus,de admi.tu.l.1.l.quidam, §.ex quo,C.in quibus cau.tu.ha.l.licet. Quintò C.de bon. mater.l.1. C.de hę.ven.l.9.de proc.l.1.68.quod procurator ex re.de ap.l.6.C.de noua.l.7.de pign.act.l.18.si conuenerit,C.quādo fis.l.2.de acqui.hæ.l.37.sup. hæreditas.Postremò si actoris intersit,de lib.cau.l.1.2.3.AGERE POTEST,scilicet,solenni formula, impetratis soléniter actionibus apud magistrū experiri.Cicero pro Murena,de of.præt.& Barbarius.Vnde legis actiones,de origin.iur.l.2.Ita Ramus. Sed Oldēdorpius interpretatur iuxta l.1.& fi. de off. eius, ne obstet l.solet,de off.procons.& l.cum, de iurisd. At Petrus Faber etiam de actibus legitimis eleganter intelligi posse scribit de off. iu. Alexan.l.1.de off. procon.l.2.§.fi.l.3.de adopt.l.25.§.fina.iuncta l. neque absens,24.de acqui.hæ.l.9.de accep.l.3.l.penul. C.de vin.li.l.penul. C.qui ma.nō pos.l.penultim.de manu.l.16.C.Com.de ma.l.1.§.fin.Exc.de acceptil. l.& per iusiuran.13.§.tutor,l.an inutilis, §.filiusfa.l. species,§.sed etsi seruo, de tut.& cur. l.1. de manu. vin.l.etiam,l.conditionis,§.plures.



§. Temporaria.Nam quæ facti sunt,& momentanea, imperium non habent, in ea quæ iuris sunt, vt est consuetudo,de his qui sunt sui, l.patre fur. Exc. de off.procon.l.obseruare,§.etiam.Secus in desuetudine,de legibus,l.de quibus,l.ea. Riisvvich.parat.

¶PERMVTATIO.Quæcunque beneficia ecclesiastica,dummodo vacent per resignationem,permutari possunt.fallit in 5.casi.quos no.Bened. Capra in suo tract.de permut.benef.nu.78.Don.Fina,li.1.

¶PERMVTATA res facit sortiri naturam rei, cum qua permutata est,item quod indefinitè circa rē disponitur transit dispositio ad rem permutatam, Bal. con.112.vol.1.Masuer.in tit.de societ.in §.item quæsitus,Alb.l.fi.ff.de neg.gest. Med.reg.2.

¶PERICVLVM euitandi causa receditur à regulis iuris.l.si quis offici.§.fin. ff. de rit. nup.item quando periculum est in mora potest debitor capi ordine iuris non seruato,Bald.l.consentaneum.C.quomodo,& quando iudex.Bart.l.creditores.ff.de priuileg. cred.gl.& Bald.l.fina.C. de feriis, glos.instit.de act. in princ.ver.iudicio. Med.reg.1.

¶PERITI in arte sua quando debent deponere in aliquo casu de aliquo actu suæ peritiæ,an plures vel ad minus duo esse debent.Doc.tenent, quod ad minus duo in conformitate,secundū Bar.in Procemio Digest.Sal.in l.cōparationes.C.de fid.instr.Fel.in cap. proposuisti.nu.7.ver.secunda conclusio,de probat. Fel.in c.significasti.nu.6.& 7.de homici.& tenetur iurare de credulitate tantū. vt Bar.in d.procе. Dig. in vers.sed aduerte.Bal.in c.proposuisti. de probat.

Fallit,quando peritus esset salariatus à populo,quia is solus sufficit.Ita Bar.in l.1.C.de pond.& auricu.lib. x.Felin.& Cal.in cap. proposuisti. de probatio. nu. 7.& 9.quod not.

Fallit etiam, quando partes acquiescerent de vno, secun-

secundum Rom.in l.1.§.fi.ff.de verb.oblig.& Fel.in d.c.proposuisti.& Bar.in d.proœ.Digest.vet.

Fallit etiam, quando vnus solus peritus esset in loco castri,vt Bar.in l.j.in fi.ff.de verb. oblig.& in l.si in rixa.ff.de sica. Abb.in d.ca. proposuisti.vers.nunc discutiamus,de probat.

Fallit etiam,quando tractatur de re multùm ardua, & ponderosa,quia plures esse debent,vt c.prætereà.de testib.& in hoc resident Ange.Abb.& Dec.in d.ca. proposuisti.num.23.de probat. Alexand.cons.xxx. visa scriptura.in fi.volum.j.& Barto.in l.iuris igno rantia.in 2.q. C.qui admitti. vbi inquit, quòd ille qui ignorat iura, debet consulere plures peritiores,quando sunt plures in loco, & si sunt plures periti,electio fieri debet de peritioribus.vt Ang.in l.qui luminibus. in pri.ff.de ser.vrb. prædior.quod not. I.Noue.re.159.

¶Perito in arte statur,dicit Barto.l.1.§.1.ff.de ven. inspici.& in proœmio Digestorum. & tenet Innoc. in ca.proposuisti.de probationibus & ad hoc bonus text.in cap.fi. extrà, de frigid.& malefic.facit lex prima.§.si neque. C.de veter.iure enucleando. & quod notatur in capitulo primo,de constitutionibus.

Primò fallit,quando in loco plures reperirentur periti de illa arte:quia tunc omnes adhiberi debent, vt in dicto cap.proposuisti. quod procedit, quando agitur de re grauis præiudicij, quia non ita de facili percipitur per vnum,sicut per plures: cum tũc plures exhibendi sint,si in loco reperiri possunt: aliàs sufficiat vnus.& ita procedit dictum Barto.& Ant. & Imo.aliàs si agatur de re parui præiudicij, in qua non requiritur magna industria,tunc sufficiat vnus, etiam si in loco reperirentur plures: vt in dicto ca. quia indicante.secundum Innoc.in dicto cap.proposuisti.

Secundò fallit,quando agitur de graui præiudicio ad damnum alterius,ita quòd ipsi periti habent deponere tanquam testes, cùm tunc debeãt esse multò plures,& si non sint in loco debent reuerti ad loca vicina,ad hoc quod not.in cap.prætereà. de restitu. in integr. & 2.quæstio. 5. præsul.secundum vnum intellectum.ad hoc etiam quod not.extrà, de fideiuss.c.constitutus.& l.si quando. secundum Nic.d. c.proposuisti.

Tertiò fallit,quando de crimine agitur, & de re multùm ardua:vt quia si agatur de vita hominis,& dicatur vulnus mortale: cum tũc requiritur iudicium multorum:& sic requirũtur plures periti, si in loco reperiãtur:aliàs committi debet ad loca vicina pro ipsis: in istis enim arduissimis debent esse probationes luce clariores,maximè in hoc casu, in quo periti deponunt de credulitate, & non de scientia. ad hoc facit dictum cap.proposuisti.& ca.significasti. B.Soc.re.362.

¶Peritis in arte standum est.ca.fi.ext.de frig.& ma lef.facit l.1.§.si neque.C.de vet.iu.enucle.not.in c. 1.de const.

Fallit in 3.casibus,vt per Soc.reg.294.Ampliatur in 2. casibus,& limitatur in 5.vt per Franc. Hercula.in tracta.de negatiua,numero 225.vsque ad num.233. Do.Fina,lib.5.

¶Pernicies.In bono & æquo plerũque perniciosè erratur.Pau.de verbo.obl.l.si seruum.§.sequitur. Riisvvich.

¶Perpetvvm. vide Prohibitio, Violentum. Riisvvich.

¶Perpetva sunt ad excipiendum, quæ temporalia ad agendum.tex. est in l.purè.§.fi. ff. de dol.excep. cum aliis.

Limita istam regulam quinque modis, vt per Feli.ca. si autem.versicu.temporalia. de rescript. B. Dias reg.551.

¶Perseqvi. Prospici. Paulus libro 13.quæstion. †Lex 87. †al.86.

Nemo [a] enim persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit. Denique post [b] litem contestatam hæredi quoque [c] prospicitur: & hæres tenetur ex omnibus causis.

Addit.a al.enim in.sic Pand.Flor.habent. b al. post litis contestationem. c prospiceretur.in P. Florentin. Viuien.

De hoc vid.Dec.& Bart.hîc.

¶Perseverare,quis debet in exercitio,cuius causa immunitas generalis concessa est:alioquin immunitate non gaudebit.l.fi.ff.de except.Bald.auth.habita.C.ne fil.pro patre, vbi priuilegium cõcessum scholaribus non competit non perseuerantibus in studio,cõc.glo.l.antea.§.si quis.ff.de acq.poss.aliud enim est esse in studio aliud est studere,gl.l.vnicuique.C.de sac.sanct.eccl.c. gloria.3.q.2. gl.c.literis. de in integ.rest. Med.reg.1.

¶Perseverans in geminatione actus nocet,Bal.l. si mulier.in 1.nota.C.ad Velleian.per l.Balista.ff.ad Treb.Anto. Corset.in dict.tract.de verb. Gemin. colum.7. Med.reg.2.

¶Perseverantia.In Aut.tit.eod.l.si quis. Azo, rub.104.

¶Persona. Qualiter personæ adesse debeant, plus minúsue intelligatur.Maioris partis consensus exigitur.

C.qui bon.ced.poss.l.vlt.
C.de decur.l.nominatorum.
ff.de pact.l.maiorem.in fi.
ff.de arbit.l.diem.§.3.
ff.depos.l.si plures.
ff.mand.l.si præce.§.1.
ff.de curat.bon.dan.l.2.
ff.de tutel.l.vbi.
ff.de re iud.l.duo ex.& l.sicuti.
ff.de administ.tu.l.si plures.§.vl.& l.3.
ff.ad munic.l.qui ex.qui man.
ff.quemad.test.aper.l.sed ma.
ff.de re iud.l.aliud.§.1.& l.alterum.§.1.
In Decre.dist.8.quæ contra mores.
Contrà,ff.de seruit.rust.præd.l.per fundum.
Contrà,C.de ser.com.manu.l.1.Azo,ru.91.

Imò omnium:quia quod omnes tangit,ab omnibus debet approbari.

C.de aut.tut.l.vlt.
C.de seruit.rusti.præd.l.vlt.
ff.de eden.§.1.
ff.de in diem adiect.l.qui autem.§.vlt.
ff.de re iud.l.duo.
In Decret.7.q.1.licet.

Maioris,&c.] Maioris partis consensus refertur ad vniuersos:vt in hac Rubr.& de re iud.l.aliud.§.re. Nec obstat,quod dicitur in C.de aut.tut.l.vlt.quia eandem regulam tenet.nisi in casu, id est, quando soluitur tutela. Vel tenet regula circa vniuersitates,collegia,seu corpora, non circa res communes duobus vel tribus.In illis enim obtinet regula Sabini.vt ff.com.diuid.l. Sabinus.& ff.de seruit.rust. præd.

præd.l. per fundum. Et ita etiam soluitur, quod dicitur ff.de in diem adiect. l. quod autem.§.vlt. Communes dico, si plurium sit proprietas: aliud, si debeatur pluribus. vt ff.de pact. l.maiorem. quasi singuli non videantur tantum habere, quantum si portio etiam minima, esset singulorum. Quod autem dicitur in ff.de re iud.l. duo. ideo statuitur: quia possibile est, quòd absens trahat præsentes in æquiorem sententiam. vt ff. de re iudic.l. sicuti. Si autem sint omnes præsentes, obtinet regula, vt ibi dicitur, Azo, ibid.

Maior pars non pro personarum numero, sed pro cumulo debiti debet computari.

C.qui bon.ced.poss.l. vltim.
C.de pact.l.maiorem.
ff.de pos.l.si plures.
ff.de testib.l.ob carmen.
ff.de fid.instrum.l.vlt.

Maior pars non, &c.] Hæc est nota. Azo, rub.91.

Minus offerendo confert meliorem conditionem.

ff.de in diem adiect.l.quicquid.

CONTRA.

ff.de in diem adiect.l.licet.

Minus offerendo, &c.] Hoc, si alia interueniāt, quibus fiat melior conditio, alioquin contrà: vt in contraria Rubrica, & ead.l. Azo, rub.91.

Non numerus, sed fama consideratur.

C.de cond.indeb.l.si quis seruum. Azo, ru.91.

Per minorem vel æqualem causam alteri non fit præiudicium.

C.de iure emphy.l.1.
ff.de iud.l.per minor.
ff.locat.l.habita.
ff.de contr.empt.l.res.do.domum.
ff.de in diem adiect.l.quòd si nolit.

CONTRA.

ff.de vsufr.l.si cui insulæ.

De duobus malis, minus est eligendum.

In Auth.de non eligen.seruo.minor. §. cum igitur.
ff.de per.& com.rei vend.l.3.§.pen.
In Decret.dis.2.priuilegium.
In Decret.dis.4.denique.

De duobus, &c.] Hæc est nota. Azo, rub.91.

Maius malum est minus bonum.

In Auth.vt cum de app.cog.§.cùm satis.
C.de Lat.lib.toll.l.1.
ff.de peric.& com.rei vend.l.1.§.vlt.

Maius malum, &c.] Hæc est nota. Azo, rub.91.

Impensa, Vel Castigatio modica, & damnum æquo animo ferendum.

ff.de vsufr.l.sed sicuti.
ff.de relig.l.ossa.§.2.
ff.locati.l.item quæritur.
ff.ad leg.Aquil.l.sed & si.in fin.
ff.de iurisd.om.iud.l.mag.
ff.de impens.in reb.l.omnino.
In Auth.de nuptiis.§.ascriptitius. Azo, ru.92.

¶ PERSONA. vide Verba Pignus.

Coniuncta persona agere potest pro coniuncta ea inuita: quando agitur de suo interesse. De lib.cau.l.2. l.3. De ap.l.non tantum. Riisvvich.

¶ PERSONA: indefinita circa personas in fauorabilibus æquipollet vniuersali. Alex.in terminis cōs.171. nu.5. lib.2. vnde relictis alimentis vxori alicuius, debentur nedum primæ vxori, sed etiam secundæ, itē si indefinitè instituuntur Posthumi, veniunt omnes, etiam si posthumus in singulari numero instituatur. Ias.l.placet.nu.5.ff.de libe.& posthu. vbi Doct. com. Med.reg.2.

¶ PERSONA. L.150. Idem libro decimotertio Digestorum.

Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, nisi adposita tutoris auctoritate, creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est.

De infantiæ proximo l.101.§.pupill. l.112. pupillum, l. in negociis.5.de ac.em.l.13.si quis à pu. Ratio, C. de falsa moneta, l.1.de acqui.hæred.l.pupillus, de verborum obligation.l.si pupillus. VELLE. si ad suum præiudicium. NOLLE. si quo minus teneatur & vtile geratur, C.de fals.monet.l.1.C.de auc.præst.l. fina.l.neque actiones, C.de rep.hæ.l.pupillorum. TVTORIS. Mandati, l.fina.de ac.& ob.l.1.§.furiosum, l. 42.obligari. IVDICIO. Insti.de act.§.furti. Secus vbi ex re actio proficiscitur, de ac.& ob.l.furiosus.

¶ PERSONA. L.192. Vlpianus libro sexagesimo septimo ad edictum.

Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet.

Alienissimum esse hoc cap.ab hoc titu. Cuiacio videtur. PERSONA. Conciliatio.l.si negocia absentis, de nego.gest. Iunge ad l.10.secundum naturam. C. de rei ven.l.cum à matre, C.de negoc.gest.l.si ab eo, C. de bo.au.iu.pos.l.vxor, de aqua pluu.arcen.l. si tertius, §.fin.C.de inuti.sti.l.1. Exemp.de lib. cau.l.filium ad hoc, C.de euict.l.siue possessio, si quis omissa cau.test.l.si non solus, de inst.ac.l.1.de eden.l. Prætor, §.sed etsi filius, de aqua pluu.arcend.l.6.§.finali, pro soc.l.& quicquid, de except.do.l.4.§.de auctoris, cum §.seq.C.vnde lib.l.qui se patris, versic.item quæritur & ibi Bal.& Dec.C.de re.don.l.2.pro soc. l.21.C.de acqui.hære.l.7.de ac.possess.l. Pōponius, §.cùm quis, C.de dona.l.21.l.24.l.13. Contrà de pro. l.ignorantis. LVCRVM. Sup.l.sicuti pœna. Ad fin. Hoc est explere quasi proprium sit, Oldend. Limitatur autem per Alex.consi.107.lib.4.consi.19. lib. 5. Vide Paul.Castr.consi.17.in causa quæ ver. Fulgosium, consi.67.paterfa.col.2. Riisvvich.paratit.

¶ PERSONA. L.107. Idem libro secundo ad edictum.

Libertas inæstimabilis res est.

Exceptio à l.pen.§.& neminem, C.de const.pec. Iūge l.165.libertas omnibus, l.137.§.fin.l.169.§.1.l.quoties dubia, de acqui.re.do.l.liber. Sim. si quadrupes pau. l.ex hoc, de verborum oblig.l.liber. de his qui de.l. 1.§.sed cùm liber, l.fi.ad legem Rhod.l.2.§.corporū, l.liberorum, de leg.2.filiusfam.§. secundum vulgare, Inst.qui.ma.non li.§. sed, de fi.li.l. Paulus, de re. di.l.sacra, §.fin.arg.l.3.si quadrupes. Libertatem producendam censet Faber ad ciuitatem Romanam, & ad libertatem legis Æliæ Sentiæ. Exc. Inst. de iure pers.§.pe.de stat.ho.l.& seruorum. Riisvvich.paratit.

¶ PERSONA. L. 176. Idem libro quinto ad edictum prouinciale.

Melior cōditio nostra per seruos fieri potest, deterior fieri non potest.

C.de pact.l.seruus, sup.eod.titu.l.si autem man.l. seruus meus, de polli.l.si quis rem, §.voto, C. de episcop.l.iubemus, §.seruos. Authē.si seruus, de verbo-

rum obligation. l.seruus vetante. SERVOS. Si de proc.l.quicunque,l.ignorãtis,C.de pact.l.3. l.filius. Si de inuest.de reb.al.§.econtrario. Exc.de pec. l.si quis seruum,§.etiam,30.de vi.& l.1.§.quid igitur,C. de acquirenda possess.l.fin.de hæredib.instituend.l. 3.in fin.Excipitur etiam nisi fortè scierimus.Paulus lib.5.Sentẽtiarum,cap.12.in fin.& Pet.Fab. Riisvvi. paratit.

¶PERSONA. L. 152. Idem libro trigesimotertio Digestorum.

Neratius consultus, an quod beneficium dare se quasi viuẽti Cæsari rescripserat, iam defuncto dedisse exi stimaretur, respondit, non videri sibi principem, quòd ei quem iubere existimabat concessisset, defuncto concessisse, quem tamen modum beneficij sui vellet,ipsius éxistimationem esse.

De beneficio principis. Duas theses ex hac propositio ne colligit Oldendorp.I. Quæ conceduntur tanquã viuenti,ea non porriguntur ad hæredes.II.Interpre tatio priuilegij à principe extra ordinem indulti, pertinet ad principem. BENEFICIVM. s.persona. le,de quo de censibus. l. 3. §. 1. l.4.§. quanquam, ex quib.cau.ma.l.si cui,de origin.iur.l.2.§.primus.Aug. ad quæ vt ad beneficium aquæ ex publico loco ducendo (de aqua quotid. l.5. §.permittitur , de quo vide Iulium Frontinum)& quod ad libertatem & ad pecuniæ largitionem cõcessum refertur à Sueton.in Nerone,cap.24.huius reg.vim contra Bartolum accõmodat Faber, qui ex cap.8. de Vespasiano Suetonij notandum ducit,quod beneficia,quæ Cæsar indulgebat, si is decessisset, ab eius successore post Vespasianum confirmari solebant, ídque hodie in vsu esse Regibus Franciæ. Iunge ad l.97. in ambiguis,l.in omnibus causis,69.C.de legib.l.cum de nouo.l.fin.in vul.l.ex facto,C.de sacrosanct.ecc. l.omni. CONSVLTVS.Institu.de iure nat.§.respõsa,de origi.iu.l.2. §.Seruius. Sim. quæ sen.fine ap.re. l.penultim.C.de cadu.tol. §.in primo, de iure codi. l.2.versicu. quod si ei,de iud.l.74.§.fin. MODVM. De vulgari,l.ex facto,argum.C.de legib.l.2.si men sor fal.mo. dix.l.1. Secus de fid. lib.l. cum quasi absente 30.l.cum viro,§.subiectum,ad fin.l.si eum,§.1. 26.EXISTIMATIONEM.Dubitationem facit l.beneficium,de const.prin.l. quidam consulebant, §.fin.de re iud.l.fin.C.de sen.pas.Riisvvich.paratit.

¶PERSONA.L. 137. Idem libro decimotertio ad Plautium.

Non est singulis concedendum, quod per magistratum publicè possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciẽdum.§.Infinita æstimatio est libertatis & necessitudinis.

Ex titu.de iniur. Vide l.13.& l.14.eodem titul.inf.l.137. qui auctore quod met.cau.l.extat. 13. C. vnde vi,l.si quis in tantam, C.de Iudæis,l.nullus. rem ra.hab.l. procurator,§.fin.de fid.lib.l. Paulus, de vsuf.l.si cuius,§.sed etsi,de iur.fi.cap.1,§.1. vbi Bald.notat plures casus,in quibus regula non procedit.

§.Infinita.Iunge ad l.107.libertas.rem rat.hab.l.procu rator.Ad fin.de iust.& iu.l.fin.de his qui de.l.1.§.sed cum liber. Exc. C. de pa.qui fi.dis. Necessitudo hîc accipitur pro coniunctione sanguinis, l.fin.de iust. & iu.l. in fideicommissis, §. cum Polidius,de vsur.l. si filium,C.de lib.cau.Institu.ad Tertull.in princip. Riisvvich.paratit.

¶PERSONA.L.157.Idem libro octauo Regularum.

Priuilegia quædam causæ sunt, quædam personæ,& ideo [a] quædam ad [b] hæredem transmittuntur, quæ causæ sunt,quæ personæ sunt,ad [c] hæredẽ nõn transeunt.

ADDIT. a quidem. b hæredes. c hæredes.

Quod l.69.in omnibus causis latius,de generali beneficio,hîc de specialiori tractat.ex titu. de iure immunitatis,nam semper transit res cum sua causa,de ac.re.do.l.traditio. De priuilegio quod est contra ius commune,ne obstet l.penultim.de constit.prin. Iun.151.69.in omnibus causis:quæ conciliant. l. 61. de iureiur. capitu. in causis, de re iud. PERSONAE. In 6.cap.priuil.de au.vel vsu.pal.capitu.2.de cõstit. prin.l.1.in fin.soluto matrimon.l.maritus, l. fin. de priuileg.cre.l.4.§.penulti.al.est l.dabimus, de reb. au.iu.poss.de censibus,l.3.in fin.l.4.§.3. de re iud.l. etsi fideiussor,§.si maritus.Sim.l.sunt qui in id,l.patronus,l.miles,l.item miles, l.tempus, l. sciendum, de relig.l.penultim.7.quæstio. 1. capitu. petisti , de off.de.capitu.quoniam, de transf.capitu. de cætero, capitu.veniens,de pact.l.7.§.pactorum, de arb.capitu.fina.Excipe solut.matrimon.l.marito,l.etiam, 18. HAEREDES.Nec alios.C.de legibus,l.2. CAVSAE. De præsum.capit.mandata , Ad fin.argumen. Insti.de vsufr.§.finitur . Cessante tamen priuilegij causa cessat & ipsum priuilegiũ, de leg.2.l.Titia, §. vsuras,& ibi Bart.latè,Feli.in c.cùm accessissent,de con. Riisvvich.paratit.

¶PERSONA.L.189.Paulus libro sexagesimosecundo ad edictum.

Quod quis dum seruus est egit, proficere libero facto non potest.

Iunge ad l. 178. l. 181. Ratio de sol.l.qui res,§.aream, vbi Paulus : In perpetuum enim sublata obligatio restitui non potest,etsi seruus effectus sit,alius videtur esse, de negoc.gest.l.16.vbi Vlpian. Eum actum, quem quis in seruitute egit, manumissus non cogitur reddere.Cõtra C.an seruus ex suo facto.l.2.Exc. de ex.rei iu.l.1.§.si seruus,de pact.l.7.§.sed etsi quis §.retulimus,de iure do.l.si seruus seruo. Riisvich. paratit.

¶PERSONA.L.209. Vlpianus libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

Seruitutem mortalitati ferè comparamus.

De seruis dominorũ & pœnę intelligit Old.de quibus ad Tertul.l.1.§.qui mortis,Auth.de his qui nup.ite. 22.§.illud quod per,§.sed & captiuitatis, l. vel. §. si verò decretũ,sup.l.108.inf.l.fi.Iun.l.22.in persona. de don.inter vi.l.33.§.si donator. C.eo.titu.l.res, ad Trebel.l.ex facto,§.si quis rogatus,ver.sed si seruus, de pœn.l.qui vltimo,de testa.l.si filius, l. qui testamẽto,§.seruus,C.eo.ti.l.quoniã,de arb.l.parui, §. si in seruũ,de iud.l.12.de con.& de.l.interdicit , in fi. 58.ad l.Aq.l.2.resp.1.& 2.si quad.pau.l.1.FERE.s.l.33. quod attinet ad ius ci.de bo.dam.l.1.de sol.l.qui res §.areã. Secus de his qui non pro scrip.l. si in metallum,de acq.hæ.l.si quis mihi bona.§.si quis. iuncta l.si paterfa.de hære.insti. Riisvvich.paratit.

¶PERSONA.L.4.Paulus lib.6.ad Sabinum.

Velle non creditur,qui obsequitur imperio [a] patris vel domini.

ADDIT. a al. partis.

De delictis intelligẽda est hæc reg.inf.l.199. Ad ea ne obstet,l. 2.de iust.& iu.l.si filius,C.de patri.potesta. l.1.pet.2.VELLE,s.simpliciter rem ipsam imperatã.15.quæst.1.c.meritò.Ar.de bap.c.maiores,§.item ne obstet,de eo quod metus cau.l.si mulier,§.penultim.de ritu nupt.l.si patre cogente,C.de hæred. insti.l.cùm proponas,qui & à qui.l.si priuatus,Ratio, volun a-

voluntarium enim coactum reprobatur, ad legem Falci.l.si tacitum, de his qui.vt indign.l.10.in fi.18. q.1.cap.sciendum, Instit.de iur.per.§.& libertas, C. de iu.do.l.nec onere, sup.& C.si quis al.test. pro.l.1. §.1.despon.cap.veniens, 2. infr.nemoinuitus, de mino.l.si iudex, inf.nemo de domo.Lor.axiom.10.Alciatus 5. paradox.capitu.19. CREDITVR, Improprietatis verbum: velle enim dicimus, cùm spontè & expressim volumus, vel aduersarij facto velle non possumus, Loriot.axiom.42.& seq.exactius de trib. l.1.§. scientiam, inf.in omnibus causis, 16.quæstio.1. capit.1.Argu.cap.1.§.ex volun.15. quæst.1. inf.l.donare.Hinc colligit Pyrrhus, quòd in iis, quę propriè sumenda sunt, vt in statutis & odiosis regula non procedat, quemadmodum nec in immanibus delictis, de ac.& ob.l.seruus non in omnibus, C.de iu. pub.l.seruos, tum quia publica pax interrupta, tum quia solum factum attendi soleat, iustum est eo nomine seruos plecti, vt in suis auctoribus vendicetur, de iniuriis, l.non solùm, mandato. Gellius 2. libr. capitul. 7. Quod nemo mirabitur, inquit Franc. qui cognouit bestias olim atque etiam statuas cædis fuisse damnatas, & lege Solonis, Instrumenta, quibus homicidium erat perpetratum, pœnas dedisse, vt Pausanias refert in Attica, ad fin. vel iudicis, vel Reipublicæ, vel testatoris, inf. l.non videtur, §. qui iussum, quemadmodum ser. amitta.l.si locus, in fin.ad Trebel.l.nam, §.1.C. de lega.l.ab administratione, de damn.infe.l.4.§.1. Riisvvich.paratit.

PIRSONA, & Tutela. L.74.Quintus Mutius Scæuola libro singulari. al.l.75. al.Paulus.

Quo [a] tutela redit, [b] eò hæreditas peruenit, nisi cùm fœminæ hæredes intercedunt. §. Nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ei, quẽ in suis hæredibus, cùm moritur, habuit, habiturúsque esset, si vixisset. §.Vi factum id videtur esse, [c] qua de re quis, cùm pro hibetur, fecit. §. Clam, quod quisque dum controuersiam haberet habiturúmve se putaret, fecit.§. Quæ in testamento ita sunt scripta, vt intelligi non possint, perinde sunt, ac si scripta non essent.§. Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando quisquam alteri cauere potest.

ADDIT. a al. incipit Quintus Mutius Sempro.Quo tutela. b al. eo &. al. quod. c al.speraret.

Hoc primum definitum fuisse Scæuolæ temporibus hinc Iaco. Reuardo videtur, quod scribat Lucius li. 39. P. Ebutius, cuius pater publico equo stipendia fecerat, pupillus relictus, mortuis deinde tutoribus, sub tutela Duroniæ matris & vitrici T.Sempronij Rutilij educatus fuerat, ad l. secundum naturam 10. Exc. l.1.§.1. de leg. tu. institu.de leg.pat. tu.§.fina. Authen.de hæred.ab in. §. ex his, de leg. pat.tu.§.penulti. §. interdum. F.contra l.1.l.3.l.fin. de leg.tu.Authent. quæ iu.agna.118.enimuero. Ratio.C.de iuris & facti ignor.l.quamuis, de tu.l.tutela, sup.l.secundum naturam, 16. de leg.l. INTERCEDVNT. Id est, impediunt agnatum gradu remotiorem, ne succedere possit, qui nihilominus ad tutelam cogitur, d.l.1. Idem de minoribus asserit Olden.Excipe C.de leg. tu. l. fi.sup. eod.titu. l.1.§.1.si apud hostes, l.3.§.sed si.

§.Nemo. De test. tu.l.1. Institu. qui da.tu. poss.§.permissum, §.cùm autem. TVTOREM. Ne obstet §. 1. Institut.de cur. Secus de test.tu. l. pater hæredi, C.de leg.tu.l.fi.NISI EI. s.instituto, vel præterito, de test.tu.l.4.l.si hæreditas, §.qui filium, in fin.l.1.§. pen. IN SVIS. Hinc Insti. de tu. §. fi.de confir.tu.l. naturali.

§. Vi factum. Quod vi, l.1.§.quid sit, l.3.§.fin.argu.l.4. QVIS.s.ædificans, ne obstet quod metus caus.l.2.l. extat, teste Oldendorp.FECIT, vel fieri iussit.

§. Clàm. Quod vi, l.3.§.fi.de acquir.possess.l.clàm, 6. Contra de itin.l.3.

§. Quæ in testamento. Ad l.12.in testa.l.17.cum testa. referri, §.potest. Ad verbum est de his qui pro non scrip.l.2.l.1.§.sed etsi legi, §. sed hoc, de testa. tu.l. quo, de iure fisc.l.ita fidei, in fin.de adi.leg.l.3.§. si duobus, de verborum obligation.l.quicquid. INTELLIGI. Conciliatio.l.1.§.1.de his qui in test.de.

§. Fi.De don.l.donationes, §.penultim. C. eod. tit.l. cùm res, C.de pac.l. debitorum Exc. de pac.l.40.§. fin.de pac.dota.l.26.§.filia, l.54.si debitor, l.28.§.pro curator, 24.17.18.21.§.nos.LEGEM Id est, conuentionem, C.de pac.l.legem, C.de pac.conuen.l. 1. C. de pign.l.etsi frater, C.de dist.pig.l.si maritus. Exc. C.ad exh.l.si res, dep.l.publi. STIPVLANDO. Stipulationis appellatione significantur omnes obligationis contrahendæ modi, quibus adhiberi solet stipulatio, idque in hac reg.satis apparet, inquit Faber, de ac.& ob.l.quicunque, C.si quis al.l.multum, §.si verò, de contrahen.emp.l.si fundus, de inuti.sti. l.si quis alij, argum.de act.l.actionum genera, §.1.de verborum obligatio.l.126. §. Chrysogonus, Instit. de inuti.sti.§.si quis alij, §.alteri, C.de contrah.sti.l. 3.C.de insti.l.6.Ratio, l. quæcunque 10.de actionibus, ad legem Aquil.l.si ex plagiis, §.in cliuo, de verborum obligation.l.38.§.alteri, quo quidem §. excluduntur multæ antinomiæ ibi notatæ.Remedium autem ad hanc reg.est, de mag.con.l.1.§.exigere, de adop.l.2.rem pu.sal.fo.l.2.in fin. ALTERI. s.extraneo, cuius iuri subiectus non est, C.de iu.do.l. si genero, l.cùm patrem, de pac.l.18.§. si pactus. QVISQVAM. s.homo liber & sui iuris, vt puta procurator, C. de iu. do.l.cùm patrem. CAVERE. Id est, consulere, l. auus, de pac. & de pac.do. Exc.C.de pact.conuen.l.pater, soluto matrimon.l. Caio Seio, si certum petat.l.certi condictio, §. si nummos, de sol.l.fideiubere, l.soluere. Riisvvich.paratit.

¶ PERSONA loquentis non comprehenditur in generali sermone.l.inquisitio. C.de solut.Ripa l.1.num. 59.ff.de vulg.& pupil.dixi ego in tract.de leg.& stat. p.4.q.3.num.7.gloss.l. si mercedem. §.fin.ff.de act. empt.l.qui insulam.§.fin.ff.locati.Bald.l. cum acutissimi.C.de fideic.Alexan.in add.ad Bart.l.Paulus. §.si sciẽte.ff.de pignor.Bart.l.si quis legauerit.ff.de leg.2.Crau.cons.25.numer.5.Bald.cons.102.colum.3. lib.3.Paul.consi.50.lib.1.Cæphal.cons.235.nume.6. ratio est, quia nemo præsumitur seipsum ligare, & differentia est inter dantem, & accipientem, hinc est quòd statuentes non obligantur suis statutis, dixi d.trac.p.4.q.3.in terminis per totum, c.fi.de inst. glo.c.per vestras.de iure pat.l.2.ff.de stip.seru.l.pen. C.de Arbitr.Ioan.cõsi.3.nu.9.Alb.cons.19.fallit nisi in tali sermone non posset comprehendi, nisi persona loquentis.Hyppol.de Mars.l.1.§. si seruus, ll 2.ff. de quæstio.Bart.l.si quis legauerit.ff.de leg.1.secundò fallit, nisi constet aliter de mente loquentis.cõc. cum hoc dicto l.quicquid.ff. com.præd.l. si peculium.§.sicut.ff.de pecul.leg.glo.& Bart.l. Paul.ff.de pigno.Bald.c.cum in iure. de offic. de leg.Bald.l.j.ff. de rer.diuis.glos.c.de forma.22.q.fin.c.Imperialem §.fin.de prohibit.feud.alienat. Med.reg.1.

¶PERSONA seruilis.L.23.Vlpian.lib.28.ad Sabinum. In personam seruilem nulla cadit obligatio. §. Generaliter probandum est, vbicunque in bonæfidei iudiciis cōfertur in arbitrio domini, vel procuratoris eius cōditio, pro boni viri arbitrio hoc habēdū esse. Iunge ad l.209.seruitutem.Iunge inf.l.33.quod attinet 108.cum ser.de contrahen.empt.l.hæc conditio 7. OBLIGATIO. S. ciuilis de act. l.serui.de pec.l.nec seruus, 42. Ita non obstat,l.serui. l.hæres à debitore, §.seruo.de fideiuss.l.naturaliter,l.si id quod,de con. ind. Excipe de fideiuss.l. sed etsi serui, C. an seruus ex suo facto,l. promisso,C.de pet.hæ.in fin.C.si per vim,l.1.C.vbi cau.fis.l.fin. seruum non esse Asinalákton,Ratio de act.l.sub. de verb.obligat. l.à Titio. Iun.l.libertas.

§.Generaliter.C.de dotis pro.l.si cum ea.BONAE FIDEI, Conciliat hoc verbum l.centesimus,§.fi.l.stipulatio non,de verborum obligation.l.si fideicommissaria, inf. §.quanquam, de fid.lib. CONDITIO. Hoc est qualitas alicuius rei approbanda vel improbanda vtrinque iam obligatione contracta, Instit.de empt.§.pretium,Loc.l.si merces,l.si in lege, de contrahen.empt.l.35.l.quod sæpe, §.1.C.eod.tit. l.fina.pro soc.l. si societatem, ad fin.de contrahen. empt.l.hæc venditio.7. Bonum virum definit Oldendor. cuius nihil interest in negotio. fallere, vel aliter æstimare, quàm iustum est,de vsuf. l. si fundi, de leg.2.l.1. Riisvvicæ.paratit.

¶PERSONA vnica non potest supplere vicem duarum.c.sanctorum.lxx.distinct.

Fallit,quando ex dispositione legis, vel hominis habētis officium,prohibeatur habere aliud,& acceptando secunda collatio esset ipso iure nulla,& acceptādo admittit primum cum salario,secundum BARTO. in l.fin.per illū text. C.de cohor. lib.xij.& in l.j.C. de princ.agen.in reb.lib.xij.C.

Fallit,quando cum actu voluntariæ iurisdictionis esset mista causa,vel contentiosa sit: quia tunc seruatur media via causæ: nam in cognitione processus quis non fungetur duplici officio, sed in pronuntiando solus poterit pronuntiare.Bald.in l.j.in fin.ff.de off. consul.per illum text.cum gloss.

Fallit,quando in officiis etiam compassibilibus vellet habere: quia non potest ad hoc etiā ex causa etiam per superiorem habilitari,secundum Bar. in l.si per illum text.C.de exactio.tribu.lib.x.& hoc,quando vellet omnia simul vno momento exercere: secùs autem si diuersis temporibus. Abb. in c. cum inter vniuersas,de elect. S.Ianua.reg.225.

¶PERSONAE affectio generalitatem restringit. Berous c.quoniam Abbas.num.60.ff.de offic. deleg.l. Aurelius.§.Titius.ff.de lib.leg.Roman. l.si verò.§. de viro.ff.sol.matr.in 27.fall.l.Procula.ff.de probat. affectionis enim ratio maximè haberi debet.Specu. in tit.de treuga,& pace,vers.quid si.Bal.l.mater tua. C.de oper.liber.dixi suprà,ver.amicus. Med.reg.1.

¶PERSONAE cum aliquid conceditur non extenditur ad eius correlatiuum,no. capitulo priuilegium. de reg.iur.6.item statutum disponens venditorem debere gabellam soluere non comprehendit eius correlatiuum,videlicet emptorem, quia dispositio statuti ad personam venditoris dirigitur. l. veteres. ff.de act.empt. Medic.reg.9.

¶PERSONAE industria tunc censetur electa, vbi cōmittitur factum, quod per alium non potest expediri.text.est in l.inter artifices.ff.de solut. Bart.tex. ibi,in l.fideicommissa.§.j.ff.de leg.iij.

Limita dupliciter, vt per Felin.in c.fin.§. is autem. de offic.delegata. B.Dias re.552.

¶PERSONAE qualitas limitat generaliter dictum. l. 2.C.de sent.ex peric.recit.l.sed & reprobari.§.amplius.ff.de excusat.tutor.not.l.ad bestias. ff. de pœnis,Bald.l.consentaneum. C. quomodo, & quando iudex, Bart.l.1.ff.de Alb.scr.dixi in tract. de leg. & stat.p.4.q.3.nu.6.c.1.& seq.29.dist. Med.reg.1.

¶PERSONALIS actio non transgreditur personam, Ray.l.1.ff.de liber.agnos. Doct.com.l.2.C.quib.res iud.non noc. Alexan.l.sæpè,num. 68. ff.de re iud.l. sancimus.C.de pœnis.l.nō debet.ff.de reg.iur.not. Doc.c.priuilegium. de reg.iur.6. Doc.l.si qua pœna.ff.de his,qui sunt sui.leg.si filius.ff. sol. mat. leg. secunda.ff.si ex nox.causa agatur.Alber.1.p.sta.par. 7. Medic.re.8.

¶PERSONALIS citatio requiritur,nec sufficit ad domum,in monitione quæ requiritur ad excommunicationem inferēdam.Innoc.in c. fin.de eo qui mitt. in poss.cau.rei ser.ante mediū.sequitur Rota in decis.xiij.tit.de sen.excom.in antiq.& in vij. eiusdem tit.in nouis.

Limita dupliciter,vt per Felin.in c. cùm sit Romana. de appellat.

Primò,nisi agatur de reincidendo in eandem excommunicationem malè absolutum,quia tunc valet citatio per audientiam,licet personaliter non apprehendatur.Alleg.d.decis.vij.

Secūdò fallit,nisi appareat quòd citatio malè exequuta,& sic facta ad domū,induxit notitiā citato, quia fortè misit procuratorē:quia tunc inepta exequutio non nocet,quod reputat solenne. B.Dias re.553.

¶PERSONALIS actio soluitur morte, l.3.§. morte.ff. quib.mod.vsufru.amitt.l. & quia. ff. de iurisd.omn. iudic.glos.cap.vnico.de iure patron.6. Cagnolus l. qui in ius.numer. 3.ff.de regu.iuris.not.cap.priuilegium.de reg.iur.6.§.finitur.Instit.de vsufru.l.hæreditatem.ff.ad leg.Falci.l.2.ff.quando dies leg.ced.l. habitatio.ff.de vsu,& hab.l.iurisgentium.§. pactorum.l.si tibi.§.pactum.ff.de pact.l.pe.ff.de seru.leg. Specul.tit.de stat.mon.§.1.vers.52.Quod dictū procedit,primò in priuileg.secundò in vsufru.d.§.finitur. tertiò in vsu, & habit.l.habitatio. ff.de vsu, & hab.quartò in pactis. d.§.pactorum.quintò hoc idē in seruitutibus,d.l.pen.ff.de seru.leg.sextò ampl.in actione criminali,Ruin.consi.37.num.5.vol.1.cōsil. 21.num.7. volum.4. Alba.consi.90. nu.2.Abb.cap. ecclesia.nume.23.de const.dixi super.conclu. 32. Med.tr.2.par.

¶PERSONALIA quæ sunt, atque personæ cohærent vt vsufructus, qui datur intuitu personæ morte extinguntur.§.finitur.inst.de vsuf.l.hæreditatem.ff.ad l.Fal.amp.hoc idem in vsu,& habit.in prin.leg.2.& sequen.ff.quando dies leg.ced.l.habitatio.de vsu,& habit.idem in pactis personalibus, quæ personā nō ingrediuntur.leg.iuris gentium.§. pactorem.leg.si tibi.§.pactum ff.de pact.idem est in seruit.persona li.l.penul.ff.de seru.leg. Medic.re.6.

¶PERTINENTIARVM appellatione veniūt omnia quæ ad rem pertinent,Imo.in ca.cùm ad sedem.extrà,de restit.spoliat.

Fallit in 4.casibus,vt per Socin.reg.295. Don.Fina, lib.5.

¶PERTINENTIARVM appellatione veniunt omnia quæ ad rem pertinent:vt dicit Io. de Imo. in c. cum ad sedem.extrà,de restitut.spoliat.

Licet igitur appellatione pertinentiarū veniāt omnia, quæ

quæ pertinēt ad rē, de qua tractatur, siue pertineant de iure communi, siue cōsuetudine, vel statuto, siue sint corporalia, siue incorporalia, & etiam veniant sub nomine alicuius ecclesiæ, vt rei, vt per Io. And. & Innoc. de restit. spol. c. cùm ad sedem. fallit tamē in quibusdam casibus, vt ibi per Canonist.

Primò fallit in his, quæ acquisita essent aliquo iure speciali, secundum Innoc. in c. cum ad sedem: putà priuilegio vel ex postfacto, vt voluit Anto. & Io. And. ibidem. cùm talia non veniant nomine pertinētiarum: vt voluit Innoc. ibidem, esto quòd in aliis voluerunt contrarium in hoc per c. cùm de causa. extrà, de causa possess. & propriet. & de his vide latius in cap. cùm ad sedem.

Secundò fallit in possessionibus, quæ non fuerunt assignatæ pro dotæ ecclesiæ, vel alterius rei, sed ex postfacto acquisitæ, cùm non veniant nomine pertinentiarum, sed sunt exprimendæ: vt voluit Innoc. in d. c. cum ad sedem. cuius dictum procedere poterit quando peteretur ecclesia: vel alia res cū possessionibus & pertinentiis. ad hoc l. ex facto. §. j. ff. de vulg. & pup. aliàs si simpliciter fuisset facta mentio de ipsa re cū pertinētiis: & tunc veniant sub verbo pertinentiarum, vt d. l. verbum pertinere. ff. de verb. sign. secundū Ant. & Imo. in d. cum ad sedem.

Tertiò fallit, quando qualitas petitoris aliud suaderet, cùm eius qualitas sit attendenda: vt voluit Innoc. in d. c. cum ad sedem. de restit. spol. vnde si episcopus petat ecclesiam cum pertinentiis: veniunt beneficia respectu iurium episcopalium, non respectu administrationis, secundum Nic. in d. c. cùm ad sedem. ad hoc quod not. ff. de vsufruct. l. plenum. §. equitij.

Quartò fallit, quando peteretur simpliciter ecclesia quo ad ius episcopale, seu ius episcopi in ea re cum pertinentiis: cùm tunc in ea probationes fiant generaliter, & sic inducatur ius commune: secùs si probatur simpliciter iura episcopalia deberi: cùm tunc veniant illa iura episcopalia, quæ sunt debita de iure communi vel eorum loco subrogata: vt per doct. in d. c. cùm ad sedem. vbi latiùs per eos: B. Soc. reg. 363.

¶ Perversvs. vide Sanctus. Riisvvich.

¶ Petere. Frustra petit debitum, qui quod debet, non impendit.

Pro.

Ext. de vsur. c. frustra.
Ext. de app. cap. an sit.
Ext. de relig. dom. cap. constitutus.
Ext. de iura. cal. cap. peruenit.
Ext. de mut. pet. cap. 1. & 2.
Ext. de adult. & stup. cap. intelleximus.
Procurator si quis dicatur esse in aliquo instrumento nec probetur mandatum, nullam potestatem procuratoris habebit. l. in testamento. la 1. ff. cond. & demon. Bald. auth. si quis in aliquo. num. 31. C. de edendo. Card. c. fin. de fid. instrum. Alexand. consi. 81. volumine 3. Aret. consi. 75. Barba. consi. 44. libr. 1. Dec. consil. 532. Abb. consilio 28. numero 4. libr. 1. Paris. consilio 97. nu. 94. volumine 1. consilio 21. numero 32. volumine 4. l. si quis seruum. §. fin. de leg. secund. Med. reg. 10.

Procurator generalis regulariter transigere non potest. Innocen. capit. 3. de arbit. facit l. transactionis. vbi Doct. comm. C. de transact. quia hoc negotium requirit speciale mandatum, fallit tamen hoc dictū in minimis reb. Angel. l. mandato generali. ff. de procurat. Curt. in addit. ad Alex. d. l. transactionis. C. de trans. Med. reg. 5.

Procurator habens generale mandatū non potest compromittere. Dec. l. transactionis. numer. 3. C. de transact. Guid. decisio. 69. numer. 3. Rom. sing. 227. num. 3. & singu. 619. & sing. 466. item non potest donare. l. contra. §. 1. ff. de pactis. Secundò non potest remittere. Bald. l. procurator. C. de procur. Tertiò non potest illicitū. l. creditor. §. Lucius. ff. mand. Quartò nō potest in his, quæ requirunt speciale mandatū. Aret. §. præterea. nu. 32. inst. de act. Quintò non potest deferre iuramentum. doct. c. ad agendum, de procur. 6. Med. reg. 1.

Procurator indefinitè ad litem constitutus ad omnes lites constitutus dicetur. Ias. l. qui filiabus. §. si quis ita. nume. 5. ff. de lega. 1. in terminis per hanc reg. per l. si plures. ff. de leg. 3. l. si pluribus. ff. de leg. 2. Bar. l. 1. §. sed &

§.sed & si.ff.de ventr.in poss.mit.gloss.c.vt circa.de elect.6.Bar.l.is qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub. Alex.consi.66.volum.1.& in termin.Specu.in tit.de procu.lib.1.numer.11.c.1.19.dist.c.quia.de priuileg. Med.re.2.

¶PROCVRATOR siue ab initio litem exercuit,siue lite contestata, aliàs composita, ad eam transitum fecerit, dãnandus est:vt not.in l.j. de sent.& inter.l. om.iud.& ibi gl.& habetur in l.liber.§.fina.ff.de in integr.restit.& in l.temerè.§. si plures. de procurator.& in l.nihil.C.eodem titu.

Primò fallit,si procurator primò lit.contestando esset substitutus ad vnum actum solum, non ad totam causam,secundum Baldum in lege prima.C.de sen. & interlo.

Secundò fallit in sententia interlocutoria minus præiu.secundum Bal.in l.quoties.C.de sen.& interloc.

Tertiò fallit, quando dominus est præsens in iudicio: quia isto casu ipse est condemnandus, secundum Baldum in dicta lege prima, sed de consuetudine vterque semper condemnatur, secundum gl.in d.l.j. C.de sent.& interloc.

Quartò fallit in casu l.fin.C.de iniuriis. si est illustris: quia in causa criminali potest constituere procuratorem,& tamen ipse illustris est condemnandus,licet ipse litigauit per proc.& sic absens.no.in d.glos. C.de sent.& interloc.omn.iud.

Quintò fallit in causa matrimoniali,vt per glos. in d.l. nihil.de procur.

Sextò fallit in procuratore seruitutis realis: quia prædium nec procurator condemnabitur: vt l.qui in aliena.§.fi.ff.de negot.gest. B.Soc.reg.389.

¶PROCVRATOR iudicialis,vel extraiudicialis non censetur reuocatus,nisi intimata sibi fuerit reuocatio.tex.est in cap.ex parte decani.de rescript.c.mãdato. de procur. tex.in l.si mandassem.ff.man.gloss. magistra, vbi Arch.in ca.si tibi domino.lxij.distin. Innocen.Ioan.Andræ.Anto.& Imol. c. quidam. de renunt.

Amplia vno modo, & limita vndecim modis, vt per Felin.in dict.c.ex parte decani. vbi primam limitationem ampliat quinque notandis modis: secũdam limitationem sublimitat duobus casibus, quorum primam ampliat tripliciter,& limitat bis: sextam limitationem sublimitat etiam duobus casibus.Item super octaua limitatione, vide tu Hispane l.xxij. in princ.tit.v.par.vj. B.Dias re.606.

¶PROCVRATOR de cuius mandato dubitatur, vt non habeat, de rato cauere tenetur. de quo per Anton.in l.tãtus.§.is,qui.de procu.& Ludo.Ro.in singul.cxiiij.& in l.j.C.de procur.

Primò fallit, qundo dominus fuit in ciuitate vel prope,ita quod de facili possit haberi eius præsentia, vt notat Ang.& Pau.de Cast.in l.mutus.§.hi qui sunt. per illum tex.ff.de procurat.

Secundò fallit,quando esset procurator constitutus ad exigendum,de cuius mandato dubitaretur,quia nõ admitteretur cum cautione de rato.l. hoc autem.ff. de solu.ita not. glo. dum allegat l.non solùm.§.qui alieno.ff.de proc.secundum Pau.de Cast.

Tertiò fallit, quia omnia iura dicentia quem admitti cum cautione rati, & dubitatur de mandato, procedunt nisi agatur de magno præiudicio, quia tunc etiam cum cautione non esset sufficienter prouisum.l.cogi.§.si seruo.ff.ad Treb.

Quartò fallit, vbi statutum diceret, quòd processus in causis sine mandato non valeat: quia cautio de rato & ratihabitio domini non sufficit.l.si verò non remunerandi.§.si traditam, aliàs creditam.ff. man. Bald.in l.si vxorem.C.de cond.inser.

Quintò fallit in procuratore in rem suam,cum intelligitur potestas sibi data ad exigendum & ad solutionem recipiendam.& hoc dicit Bald.in dict.l.j.C.de procurat.

Sextò fallit,quando non conuenit procuratori in personam suam recipere illud,quod dicit esse mandatum.in l.qui ita.§.j.ff.ad Treb.

Septimò fallit in procuratore constituto super laudũ, vel ad promittendum.l.non distinguemus.§.penul. de arbitris.

Octauò fallit, quando mandatum est de forma: nam tunc ratihabitio nihil releuat, vt dicit not. Bal.in l. qui vxorem.C.de condit.inser.

Nonò fallit postquàm pronunciatum fuit mandatum non esse licitum:nam tunc ratihabitio nihil valet:vt dicit Bal.in auth.si qui.de temp.appel.& vide Lud. de Ro.in sing.cclxxviij.

Decimò fallit,quando dominus est præsens in loco:nã tunc si sit dubium de mandato,non admittitur cum cautione rati:vt est text.& ibi Ang.l.mutus. §. si is. C.de procur.&c.

Vndecimò fallit si reus velit probare contra procuratorem eiusdem mandati.ita dicit in l.inter quod. §. si alieno.de dam.infecto.

Duodecimò fallit,quia non admittitur cautio rati quãdo opponitur procuratori de falsitate:vt dicit Spec. & Ioan.And.in titu.de procur.§.cum autem ratione formæ.

Decimotertiò fallit,nisi esset pronunciatum super habilitate personæ: quia tunc nõ posset opponi quod non habeat mandatum vel petere cautionem: vnde nec obstat postea aliqua exceptio.cautela est, vt pronuntietur super inhabilitate personæ. Anton. de Butr. in capit. cùm dilectus. de electio. ad hoc facit quod not. Angel. in lege, idcirco. §. j. ff. de iudiciis.

Decimoquartò fallit,quia procurator non admittitur licet sit factus procurator,nisi priùs habeat mandatum:vt not.Ang.in l.dummodo.ff.de procu.

Decimoquintò fallit,quia licet quis sit admissus cum cautione de rato in causa principali,non admittitur in causa appellationis.Ange.in d.§.qui alieno.& ibi Bartol.

Fallit xvj.in procuratore ad recipiendum solutionem, quia non admittitur nisi ostenso mandato.

Fallit xvij.quia si contra contumacem iudex fecit aliqua acta ostenso mandato,nõ potest posteà ille veniens petere ostendi mandatum, si procurator dicat dominum habere: qui dominus est in longinquis partibus,& per consequens nec cauere de rato. Ang.in l.Pomponius.§.tria.de procur.

Fallit xviij. nisi esset aliquod gestum per procuratoré reuocatum:quia tunc ratihabitio nihil operatur: vt in cap.ex parte.de rescript.

Fallit xix.in his,quæ requirunt speciale mãdatum,per gloss.in c.nonnulli.de rescript.Bald.in c.si vxorem. versi.iij.de conditionib.institu.

Fallit xx.nisi tractaretur de maximo præiudicio: quo casu non admittitur procurator cum cautione.casus est sing.in l.qui ita.§.j.ff.ad Trebel.vide alias fallentias in j.& ij. B.Soc.re.391.

¶PROCVRATOR si de eius mandato certum sit, de rato cauere non tenetur.lege prima. & ibi nota. C. de procuratoribus.

Primò fallit, vbi dubitatur an mandatum illud sit sufficiens ad causam istam: nam tunc locus est cautioni de rato. l. illud. §. j. ff. de damno infecto. secundum Paul. de Cast. in lege, non solùm. §. qui alieno. ff. de procuratoribus.

Secundo fallit, quando dubitatur, an illud mandatum sit reuocatum: nam tunc tenetur cauere de rato. l. vulga. ff. de adm. tut. Paul. de Cast. d. l. non solùm. §. qui alieno. ff. de procurat. B. Soc. reg. 390.

¶PROCVRATOR Monachus de licentia factus superius intelligitur de prima vice. Feli. ca. 2. col. 2. de treug. & pace conc. simil. Bal. l. cum virum. colum. 2. C. de fideicomm. idem. l. quanquam. C. ad l. fal. & in leg. si vt proponis. C. quomodo & quando iudex. Med. reg. 2.

¶PROCVRATOR ad negocia potest indistinctè, & quandocunque alium substituere. text. in l. si procuratorem. §. si quis mandauerit. ff. mandati. clarior text. in c. j. §. fi. de procur. libr. vj. Ias. in l. j. ff. de offi. proc. Cæsa. Concordat l. xix. tit. v. pa. iij.

Limita decem modis, vt per eundem Iason. in l. quod quis. C. de procur. B. Soc. re. 606.

¶PROCVRATOR præiudicat domino in hoc vt acta facta cum eo, licet fuisset reuocatus ex aliqua iusta causa, ista tamen acta faciunt fidem contra ipsum. leg. in causæ. §. si ex parte. ff. de procurator. ad dentes ad Bar. in terminis huius reg. l. 1. C. res inter alios acta. ver. 13. hoc idem si excedit fines mandati sciente domino, Innoc. & Felin. capitu. ex parte. de rescript. Doct. sing. de reg. iur. 6. Anton. capitu. cæterum. de iudi. leg. secunda. C. de filiofam. leg. Caius. ff. de pigno. act. Alexand. leg. sæpe. numero 87. ff. de re iud. Med. re. 8.

¶PROCVRATOR pro alio in causa capitali * tam ad agendum, quàm ad defendendum regulariter non admittitur: vt l. penult. §. ad crimen. ff. de public. iud. l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procu. & in cap. veniens. de accus. & in capit. cum dilecti. de do. & contu. B. Soc. re. 395.

ADDITIO.

* Capitali. vide Felin. in cap. meminimus. versiculo, not. ibi excusaret. cum sequent. de accus. & Paris de Puteo in tractatu syndicatus, versiculo, procurator. B. Vad.

Primò fallit, hoc esse verum, quando proceditur per modum accusationis, secùs, si per modum inquisitionis, vel denuntiationis. Ita tenet Innocen. in capit. ex parte. in verbo, interpositum. extrà, de testibus. textus in capitulo, veritatis. extrà, de dolo, & contumac. circa fin. ibi defendendo. & ibi etiam est gloss.

Secundò limitatur, quoties impunitas delicti est notoria, vt si quis est accusatus de occisione banniti, quem notoriè constat apud acta causæ bannitum. nam tunc, vt libellus non sit frustratorius admittitur vnusquisque: istud fuit singu. not. Innocen. secùdum Bal. in §. publicè. in cap. j. de offi. vica. ar. l. qui cum maior. §. libertus. de bon. libe. hoc etiam tenet Guli. de Cu. in l. quos prohibet. ff. de post. Cin. in l. reos. C. de accu. facit quod not. per glo. & doct. in l. j. ff. de offi. assess. & per omnes scribentes.

Tertiò fallit, quoties quis impetraret à principe, vt possit litigare coram eo, cum clausula non obstante: nam si sine clausula impetrasset, non releuaret. casus est hic fin. secundum doct. in l. fin. de iniur. attamen clausula apposita bene posset esse, vt dicit Angelus: nam quoties imperator derogat rescriptis suis, tunc ea rescripta valent, si habeant clausulam derogatiuam: vt tenet Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, non obstante. per not. in l. si nō speciali. & in auth. inter liberos. C. de testam. Bar. tenet & Angel. in l. j. C. de nat. lib. aliàs enim procurator non posset aliquem conuenire, & si litigaret coram Papa. casus est fin. in capit. veniens. extrà, de accus. vel etiam corā delegato ipsius: vt est text. not. cum gloss. valde singul. in capi. de quo vult Deo. de iudiciis.

Quartò limitatur, quando interuenitur in causa capitali pro absente, cum absens damnari possit: nā tūc quilibet admittitur ad allegandum causas absentiæ vt reo prosit, & non obsit. casus est in dicto §. publicè. secundum intellectum Bart. qui tamen originaliter fuit suus in d. c. veniens. extrà, de accu.

Quintò fallit, quoties crimen intentatur, non ad pœnam capitalem inferendam, nec ad pœnam pecuniariam parti applicandam, sed potiùs ad quandam satisfactionem iniuriæ, per quam nihil applicabitur fisco, nec parti aliquid pecuniarum: quia tunc venit procurator. exemplum in viro accusante vxorem ad separationem tori de adulterio coram iudice ecclesiastico, casus est sing. in cap. tuæ. extrà, de procurat. in vj.

Sextò limitatur, quoties aliquis venit ad defendendū & obiecit crimen non principaliter propter eius defensionem, sed propter eius damnum euitandum. exemplum in domino veniente ad defensam serui capitis accusati, l. fundum. ff. de publi. iudiciis. & in l. seruus. & in l. ij. C. de accusat. Ex quo nota limitationem. Dici quoque potest, quòd idem est in filio, quod in seruo, isti enim æquiparantur, vt dicit glo. not. in l. si quis seruo. C. de furtis: nam eo casu, quo pater tenetur ex forma statuti ex delicto filij, statutum tenet, vt est glos. sing. in rub. de decurionib. lib. x. C. licet negari non posset quin tale statutum sit iniquum, vt per Guli. & Bald. in l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. & Spe. de executione sen. §. sequitur quid si filius. poterit ideo interuenire pro suo interesse.

Septimò fallit in illustribus personis, lege fundi. C. de iniuriis.

Octauò idem ego limito casum esse in clericis, & primò per tex. in l. cum clericis. C. de episcop. & cleri. vbi per procuratorem possunt clerici litigare in criminali: dicit enim text. quòd apud episcopū in causa criminali sunt conueniendi ciuiliter: secūdò quia æquiparantur personæ illustres & clerici: vt l. apud similitudinem. C. de episc. & cleri. & in l. iij. C. de sum. Trin. & fide catholica: ergo idem ius statuendū est in illis. l. illud. ff. ad l. Aquil. & l. à Titio. ff. de ver. oblig.

Nonò fallit, quando impubes, vel infans est accusatus, licet crimen sit capitale: quia tutor potest interuenire. l. in minoribus, ff. de his, quib. vt indig. & l. Polla. C. eod. & in l. ij. C. qui accus. non poss. Sed si pupillus esset doli capax, tunc ipse debet accusari cum cōsilio tutorum. l. ij. §. si pupillus. ff. de excus. tutor. & l. clarum. de auctor. præstan. C.

Decimò limitatur, quòd istud habet locum in aduocato, sicut in procuratore: aduocatus enim æqualiter potest interuenire. in l. ij. C. de exhibendis reis. ibi, quantum ad iudicem venit adhibita aduocatione. Ratio, quia licet procurator teneatur de damno, tamen aduocatus non, & facit text. in l. custodias. ff. de pub. iud. Potest fortè dari alia limitatio, quòd quo

quotiescunque aliquis est debitor alicuius, & pauper est, adeò quòd non potest habere regressum ad bona, quo casu capitaliter accusatur, iste creditor admittitur propter interesse suum in casibus, in quibus aliàs non interueniret procurator, per suprà dicta iura. & pro hoc facit, quòd si aliquis detinet debitorem meum, & propter hoc non potest mihi satisfacere, cum opera sua non possit lucrari & mihi soluere, quòd competit mihi actio iniuriarum contra eum vel de dolo, si scit se detinere eum in meum præiudicium. item secundum Bald. ibi, competit interdictum de libero homine exhib. & eodem modo putarem esse dicendum quoties contra vasallum moueretur quæstio capitalis. Nam licet feudum non publicetur, imò instrumentum factum efficitur, vt est text. sing. secundum Bal. in c. j. de consuet. rec. feu. in vsib. feu. tamen propter interesse operarum & obsequiorum, quæ domino debentur, de quibus in c. j. §. iusiurandum. de pace iur. fir. faciunt quæ not. Inn. in c. cùm dilectus, extrà, de appel. dominus poterit agere.

Vndecimò limitatur, quotiescũque reus esset incarceratus, vel in fortia officialis: nam tunc procurator admittitur. ita tenet Bart. in l. non tantum. ff. de ap. & in l. j. §. fi. ff. de quæstionib. idem tenet Bal. in l. aduocatos. C. de epis. audien. & in l. eos. §. super is. C. de ap. vt habetur in d. §. publicè. contrarium tamen tenui disputando, vbi plenius dicam.

Duodecimò limitatur, quoties ciuilis quæstio incidit in criminalem: vt quia dicit statutum, quòd non soluens collectam possit impunè occidi. ita tenet Bal. in d. §. publicè. per tex. in l. patris. C. ad leg. Iuli. de plagiariis. qui casus est valde singularis. secundum Iac. But.

Tertiodecimò limitatur, & hæc fuit sententia Baldi in l. reos. C. de accusat. quoties potest procedi ad damnationem memoriæ, vt si procedetur contra hæreticum mortuum, vel eum qui incidit in crimen læsæ maiestatis, quod potest per l. fin. C. ad l. Iul. maiestatis; nam tunc si non admitteretur defensio per procur. omnis defensio excluderetur. quod esset iniquum, vt l. vt vim. ff. de iust. & iur. iste enim de per se non potest se defendere, quia mortuus: igitur per alium poterit defendi, ne violetur sepulchrum, vt l. quæsitum. & per totum de sepulchro violato. cum similibus.

Quartodecimò limitatur, quotiescunque propter aliquod crimen, in quo regulariter non potest interuenire procurator. l. fi. C. de proc. intentaretur actio contra aliquam vniuersitatem, vel vniuersaliter, seu ipsa contra alium intentaret: nam tenetur ad singula acta iudicij interuenire procurator. de hoc est casus in l. tam collatores. C. de re mili. & idem latissimè tenet Spec. in titu. de procur. §. j. versi. item quãdo secundum. & de hoc vide per Inn. in c. graue. extrà, de sententia excommunic. & per Ang. in l. furti. §. si quis alieno. ff. de his, qui not. inf. & per Bar. in l. ij. ff. de accusatio.

Quintodecimò limitatur, quando filius interueniret pro patre in causa criminali, vel pater pro filio. ita tenet Bald. in l. exigendi. C. de procurator. argumen. l. Lucius. de appellationib. & l. seruus. ff. eod. tit. & idem tenet Ioannes de Imol. hîc, & Ioann. de Ana. in capitulo, veniens. extrà, de accusation. idem tenet Bald. in l. reos. C. de accusationibus. & in l. seruum quoque. §. publicè, ff. de procuratori. idem tenet Bal. in l. ij. in fine. C. qui accusar. non possunt.

Sextodecimò limitatur, quoties opponitur accusatori, quòd non sit legitimus accusator: & idem etiam in exceptione ineptitudinis libelli: nam per procuratorem opponi poterit, cùm etiam ipse iudex ex officio suo teneatur repellere ineptam petitionem: vt not. Cy. in l. neque. C. de accus. & per Barto. in l. j. ff. de offic. asses. & c. de his qui ad eccles. confu. l. si seruus. & l. filiusfamiliàs. §. veterani. de procur. not. Ioan. Andr. in cap. examinata. de iudic. & Inn. cap. j. de offic. vicar. & ista fuit limitatio Bald. in d. §. publicè.

Septimodecimò limitatur prædicta conclu. in eo, qui est damnatus ad vltimum supplicium, quo casu admittitur procurator ad appellandum, casus est hîc & in l. non tantùm. ff. de appel. vt licet ille tex. non solùm loquatur in amico, secundum quosdam, non autem in procuratore, tamen istud videtur mihi esse contrarium tex. expressè dum dicit non tantùm si ille mandauit. Vnde intellige siue in procuratore, siue in amico, qui tamen solum ad actum appel. potest. Et hoc ratione cognitionis quam inter nos docens natura constituit: quoniam vocamur iure quasi fratres in Christo: vt legitur & not. in leg. vt vim. ff. de iustit. & iure. & in l. prima. de ser. export. B. Soc. reg. 395.

¶ Procvrator quemadmodum non potest consti tui inuitus, ita etiam dominus non cogitur. not. l. inuitus. C. de proc. conc. simil. Brun. tract. stat. super fœmin. Arti. 14. numero 12. Abb. in procem. decret. numero 10. vbi Feli. num. 5. Paris. consi. 82. numero 33. volumine 3. consi. secundo. numero 16. eodem volumine. Augu. Ber. consi. 140. numero 17. volum. 1. ca. ad nostram. num. 5. de emp. & vend. Ceph. consil. 109. nu. 17. Natta cons. 201. nu. 4. vol. 1. Soc. cons. 56. num. 3. vol. 1.

Producere quæ non potest actor, non producet, nec etiam reus. Bal. l. per hanc. col. 5. C. de temp. appe. dix. super ampl. 1. Med. reg. 9.

¶ Procvrator regulariter non potest constitui monachus, nec à monacho, secundum Spec. in tit. de procu. §. secundo. in versi. Item quòd est constitutus, & habetur in capit. cum I. de re iudicat. per Panormi.

Fallit, quando monachus haberet liberam administrationem secundum Cardin. in j. oppo. in cle. religiosus, de procurat. S. Ian. reg. 604.

¶ Procvrator regulariter procuratorẽ substituere non potest. l. nequis sibi. C. de procur.

Primò fallit, quando est procurator in rem suam, * vt est gl. in d. l. ne quis. de procur. per text. in l. illam. C. de collat. B. Soc. re. 392.

Additio.

* In rem suam. Quis autem dicatur procurator in rẽ suam, vide Fel. in c. licet. ad fi. de offic. deleg. B. V.

Secundò fallit, quando lis esset contestata: vt vult gl. in dicta lege, ne quis à contrario sensu, & hoc verũ in causa ciuili: secùs in causa criminali: vt dicit Angel. in d. l. j. C. de procurat. & probat text. in l. fina. ff. de iniur.

Tertiò fallit * si sit procu. ad negotia. l. si procuratorem. §. fin. ff. mand. B. Soc. re. 392.

Additio.

* Fallit. Pro qua fallen. vide Fel. in c. vno delegatorũ. §. cæterum. circa prin. de off. deleg. B. Vad.

Quartò fallit, quando vertitur quæstio super vno articulo contingenti per vnum procuratorem, vt quia dicitur, quòd non potest esse procurator: vt habe-

tur in l.licet.C.de procur.

Quintò fallit in procuratore constituto ex parte rei qui præstat cautionem: nam tunc à princ.effectus est dominus litis,vt l.pen.ff. de procur.

Sextò fallit,quando procurator est cõstitutus sic: quia voluit valere quicquid per eum factum erit,licet in talibus quæ mandantur, requiratur industria personæ:nam hoc non obstante potest facere substitutum.Bal.in pen.§.mag.ff.de except. B. Soc.ibid.

¶PROCVRATOR tenetur appellare, sed non appellationem prosequi.tex.est in l.inuitus. C. de procu. & in cap.non iniustè. eod.titul. Vide Hispane l.iij. tit.xxiij.par.iij.

Limita secundam partem huius regulæ quatuor modis, vt per Ias.in d. l.inuitus. post princ. B.Dias reg.610.

¶PROCVRATOR.l.166.nemo alieno nomine.

Dominus litis fit procurator à reo constitutus, postquam de iudicato soluendo satisdedit.De pro.l.Titius.Bar.circa l.Mandati.C.mandati.

Si procurator rem mihi emerit ex mandato meo, eíque sit tradita meo nomine,dominium mihi id est. Proprietas acquiritur etiam ignoranti.Et tutor pupilli,pupillæ similiter,vt procurator emendo nomine pupilli & pupillæ, proprietatem illis acquirit,etiam ignorantibus.Nerat.lib.vj.Reg.De acquir.re. do.l.13.

Factum procuratorum non prodest. De leg. 1.l.si seruus.§.1. Riisvvich.

¶PROCVRATOR. Factum à falso procuratore est ipso iure nullum,l.licet,C.de procu.

Fallit in multis casib. vt per Ber. Grammaram in l.falsus,C.de procu.nu.3.

Procurator reuocatus,& certioratus dicitur falsus, & ideo gestum ab eo est nullum,leg.cùm quis.in prin. §.1.l.si cum Cornelius, ff. de solu.l.eius qui in prouincia,ff.si cert pet.

Fallit in 2.casib. vt per Ber. Grammaram in d.leg.falsus. Ampliatur in 4.casib. & limitatur in 8.per Bened. Capra.in suo tract. conclusio. 58. sed gestum à procuratore reuocato ipso procuratore, iudice, & aduersario ignorante valent,& tenent. Ampliatur in 4.casib.& limitatur in 7. à Bened.Cap.in suo tracta.conclusio.59.

Procurator constitutus ad agendum,& exigendum nõ potest recipere voluntarias solutiones.l.non solum, ff.sol.mat.l.2.C.eo.

Fallit,vt per Bar.Gramma.in l.falsus,nu.11.

Procurator ad litem tantum non potest solutionem recipere,l.sed si tamẽ.ff.de pact.l.hoc iure,ff.de sol.

Fallit,vt per Ber.Gramma.in d.l.falsus,nu.14.

Gesta à falso procuratore reconualescunt per ratificationem domini:communis est opinio in l.si tu.C.in quibus caus.in integ.doct.in l.licet.C.de procu.

Fallit in 3.casib.vt per Ber.Clarum.in d.l.falsus.nu.30.

Confessio procuratoris constituti ad accipiendam pecuniam mutuo facta,quòd receperit pecuniam,non nocet domino: hanc esse communem opinionem attestatur Iaso.in l.2.§.creditum,ff.si certum petatur,nu.2.& seq.vbi limitat.

Procurator de cuius mandato dubitatur admittitur cũ cautione rati,l.cautio ratihabitionis, C.de proc.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 14. per Ias. in d.l. cautio,nu.1.& cautionem præstare tenetur.

Fallit in 20.casib.vt per Soc.reg.318.Fallit etiã in procuratore rei, qui etiam quod de mandato dubitetur,non tenetur cauere de rato.fallit in 2.casib.per Bened.Capr.in suo tract.reg.60.

Vbi certum est procuratorem nõ habere mandatum, non admittitur cum cautione rati,DD.in d.l. cautio rati,C.de procu.

Fallit in 5.casib.vt per Ias.in d.l.nu.4.

Procurator ad iudicia cõstitutus non potest ante litẽ contestatam alium substituere, l.quod quis, C. de procur. & regulariter procurator procuratorẽ substituere non potest,l.ne quis sibi, ff. de procu.fallit in 6. casib.vt per Soc.reg.319. fallit, vt per Franc. Turz.concl.87.

Contrariam regulam,quod imò potest substituere,facit Fel.in c.quoniam,§.cæterùm,de off.deleg.num. 1.& seq.vbi ampliat & limitat.

Fallit in 9.casib.vt per Ias.in d.l.quod quis.num.1.vbi Alex.limitat in 4.casi.nu.1.sed post litem contestatam potest.fallit in 2.casi.secundũ Alex.ibi.num.4.

Procurator ad negocia potest indistinctè, & quandocunque alium substituere,l.si procuratorẽ,§. si quis mandauerit,ff.mand.

Fallit in 10.casib.vt per Ias.in l.quod quis,C.de procu. num.2.

Adultus sine curatore non potest procuratorem constituere,no.in l.neque tutores,C.de proc.

Fallit in 2.casib.vt per Ias.in d.l.nu.3.

Procurator non tenetur appellationem prosequi,c.nõ iniustè.de appellat.l.si actor.C.eo.

Fallit in 4.casib.quos not.Ias.in l.inuitus, C.de procurato.nu.4.fallit vt per Dec.in l.inuitus.ff.de reg.iu. fallit vt not.Franc.Turz.conc.93.

Mulier non potest esse procuratrix, l.alienam, C.de procu.

Fallit in 9.casib.vt per Ias.in l.moræ, ff.de acq.hæred. fallit in 6.casib.vt per Dec.in l. fœminæ, ff.de reg. iu.nu.14.fallit in 14.casib.vt per Pet.Duen.reg.311. fallit in 10.casib.vt per Ias.in d.l.alienam,nu.1.

Procuratorem timere non tenetur impeditus morbo, vel alio iusto impedimento, l.2.vbi gl.& Bar.ff.si quis cautio.gl.in l.quæsitum,ff.de iud.

Fallit in 6.casib.vt per Zasi.in dict.l.quæsitum,ff.de re iud.col.2.

Procurator constitutus ad agendum sicut non potest transigere ita non potest facere compromissum in arbitratorem, quare censetur quædam transactio. Bal.Sal.Pau.in l.transactionis,C.de transact.

Fallit,vt per Ias.in d.l.

Procurator iudicialis,vel extraiudicialis non censetur reuocatus nisi tota sibi fuerit reuocatio, c.ex parte decani,de rescrip.c.mandato.de procur.l.si mandassem,ff.mand.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 11.à Feli.in d.c. ex parte decani.

Procurator constitutus ad recipiendum numerationẽ pecuniæ,si in instrumento non fuit scriptum qui recepit,sed quod fuit confessus se recepisse, non præiudicat domino,nec contra eum ex tali confessione agi poterit,nisi numeratio probetur:hanc esse communem opinionem attestatur Ias.in l.2.§.fi.ff.si certum petatur.

Ampliatur in vno casu,& limitatur in 3. per Ias.in d.§. fi.nu.20.

Procuratoris mandatum potest per testes probari:hãc esse communem opinionem attestatur Ias.in l.1. C. de procu.

Fallit in 5.casib.vt per Ias.in d.l.1.col.3.

Procurator non potest petere salarium sibi constitui iudicis officio,gloss.in l.1.§. aduocatus, ff. de variis, & ex

& extraord.cog.vbi etiam Bar.
Fallit,vt per Port.lib.1.concl.31.
Procurator rei etiam quòd de mandato dubitetur,nō tenetur cauere de rato, no.in d.l.cautio rati, C. de procur.l.postea,de compenſ.l.non cogendum, §.fi. de pro.
Fallit in 2.caſib.vt per Bene. Cap.in ſuo trac.conc.60.
Procurator in cauſa criminali non admittitur,l.pen.§. ad crimen,de pub.iud.c.veniens, de accu.
Ampliatur in 12.caſib. & limitatur in 25.ab Anto.Cabriel.lib.6.de crim.conclu.9. Ampliatur in 6.caſib. & limitatur in 39.à Lancil.in tract.de offi.præto.in titu. de comparit. inquiſit. Ampliatur & limitatur per Port.lib.5.cōcl.38.fallit in 17.caſib.vt per Soc. reg.322. videas Battand. in praxi crim. regul.16.videas Blan. in praxi crimin. qui ponit cautelas, per quas quis poteſt defendi per procuratorem, fol.9. numer.9. videas eundem Blan. pleniſſimè in repet. l.penul.§.ad crimen,ff.de publ.iud. quam poſuit in ſua praxi crim.fol.14. videas Viuium in ſuis conclu ſio.ver. procurator in capitalibus.Fel.in cap.memi nimus,de accuſ.
Fallit in multis caſib. vt per Marſ.in praxi crim. §. ſequitur,nu.18.
Minor vigintiquinque annis in iudicio pro aliis non poteſt eſſe procurator, c. qui generaliter, §.fina. de procu.lib.6.l.minor,ff.eo.l. exigendi.C.eo.
Fallit in 7.caſib.vt per Bened.Capr. in ſuo tract. concluſio.61.
Procurator conſtitutus ad agendum, & ad defendendum conſtitutus intelligitur,l.ſeruum quoque,§.fi. ff.de procu.c.in iudiciis, & c.non licet,de reg.iu. in 6.c.prudentiam.de mut.petitio.
Fallit in 4.caſibus, quos no.Bened.Capra,in ſuo tract. conclu.22.
Procurator cauſam prorogare non poteſt de tempore in tempus. communis eſt opinio in c.cùm olim, de off.deleg.
Fallit in 4.caſib.quos not.Bened. Capr. in d.tract.cōcluſ.64.
Procurator tenetur appellare,leg.inuitus, C. de proc. c.non iniuſtè,eo.tit.
Ampliatur in 3.caſib. & limitatur in 7. à Bened. C. in d.tract.conclu.65.
Procurator ſi ab initio litem exercuit, ſiue lite compoſita ad eum tranſitum fecerit, damnandus eſt, not. in l.1.ff.de interlocu.omnium iud.l.temerè,§.ſi plures,ff.de procur.
Fallit in 6.caſib.vt per Soc.reg.316.
Procurator ſi de eius mandato certum ſit, de rato,cauere non tenetur,l.cùm & ibi,not.de procur.
Fallit in 2.caſib.vt per Soc.reg.317.
Factum procuratoris quod cadit in delictum, vel dolum,domino regulariter non præiudicat.l.ſi procurator,ff.de cond. indeb. l.ſi procurator,ff.de excep.
Fallit in 2.caſib.vt per Soc.reg.320.
Procuratoris contumacia domino regulariter non nocet,l.eum qui,C.de procu.ca.1.vt lite non conteſt.
Fallit in 5.caſib.vt per Soc.reg.311.
Prælatus ſua ipſius authoritate abſque ſui capituli authoritate procuratorem conſtituere poteſt,no.in c. edoceri,de reſ.
Fallit in 2.caſib.ſecundum Fran.Turz.concl.7.
Fallit in 5.caſib. ſecundum Fel. in d.c.edoceri, de reſ. numer.7.
Procurator terminum debitori ſoluendi prorogare poteſt ſi ei data eſt facultas recipiendi ſolutionem cum clauſula,quòd in prædictis,& circa eam liberā habeat adminiſtrationem.fallit vt no.Franc. Turz. concl.16.& videas contrariam opinionem limitatā ab eodem,concluſio.82.
Infamis poteſt conſtitui procurator ad cauſas,l.2.C.de dignit.lib.12.§.fi.inſt.de exceptio.
Fallit,vt per Franc.Turz.concl.85.
Procurator ſi litem conteſtatus fuerit non dominus, ſed ipſe citandus eſt,at ſi neuter cōteſtatus eſt vterque citari non poteſt.Maria.Soc.in tract.de citatione,quinto principali articulo,quæſt.4.
Fallit,vt per Fran.Turz.concl.121.
Procurator inhabilis conſtitui poteſt ad procurationis officium cum poteſtate ſubſtituendi perſonam habilem.
Fallit in multis caſibus,quos colligere potes ex diſtinctione quam ponit Bart.Socin.in l.1.§.item acquiri mus,ff.de acq.poſ.numer.5.fallit ſi eſt excommunicatus,nam ille non poteſt alium ſubſtituere. fallit in 2.caſibus,vt per Fel.in c.poſt ceſſionem, num 36. de probat.
Per procuratorem acquiritur nobis poſſeſſio,l.1.§.per procuratorem,ff.de acq.poſſ.
Fallit in multis caſib.vt per Soc.in d.§.1.nu.1.
Contra procuratorem datur actio, l.ſi ſe non obtulit, ff.de re iud.nu.4.
Procurator etiam quòd habeat mandatum ad agendū & defendendum contra aliquem in certa cauſa, in ea impetrare non poteſt.
Ampliatur in 7. caſib. & limitatur in 8. à Fel.in c.ſunt & alij,de reſcript.nu.1.
Procurator excedens mandatum non obligat dominū niſi ſciens.fallit in 4.caſib.ſecundum Fel.in c. cum olim,de of.deleg.nu.9.
Conſtitutio procuratoris excommunicati ipſo iure eſt nulla ſine ope exceptionis, c. poſt ceſſionem, de probat.
Fallit in 3.caſib.ſecundum Fel.in d.c.nu.36.
Procurator contra procuratorem an & quando agere poſſit,declarat Bart.diſtinguendo, in l.qui propriè, §.ſi duobus,ff.de procu.
Procurator ex ſua promiſſione an & quādo obligetur, diſtinguendo declarat Bar.in l.procurator, qui pro euictione,ff.de procu. Don.Fina,lib.1.

¶ PROCVRATORIS contumacia domino regulariter non nocet.l.cum,qui.C.de procur.& c.j.& ibi per doct.vt lite non conteſt.

Primò fallit,quando cauſa fuiſſet tractata per procuratorem,& per eius contumaciam fuiſſet lata ſentētia contra dominū,cum tunc talis contumacia præiudicet domino actori: adeo quod valet ſententia cōtra eum lata,ſiue ſit interlocutoria ſiue ſit diffinitiua quantumcunque ſit parui præiudicij. l. iiij. C. quomodo & quando iudex.

Secundò fallit, quando eſſet caſus, in quo exigeretur vera contumacia, non apparens: nam ſi ſufficeret præſumpta contumacia quæ puniendam pœnam reſpiceret,ordo proceſſus.eſt,vt deueniatur ad miſſionem in poſſeſſionem, cùm propter contumaciā procuratoris poſſit fieri miſsio in poſſeſsionem ſolùm ex cauſa cuſtodiæ.l.ſed & ſi.§.fin.ff.de procur. cum.l.ſequ.& quod habetur in d.l.iiij.C.quomodo & quando iudex. ſecundum ipſum Innoc.in d. c.j. cuius dictum procedere poſſet ſecundum Saly. in d.l.iij.C.de procur.quando ageretur de vera poſſeſſione danda pro executione ſententiæ definitiuæ: cùm tunc noceat: nam ex quo nocet quo ad defini-

tiuam sententiam, vt suprà, in consequentiam nocere debet quo ad executionem. argum. cap. prætereà. de offic. deleg. aliàs si agatur de vera possessione danda ex secundo decretò, & tunc cum quò ad ipsum requiratur vera contumacia eius de cuius bonis agitur. l. Fulcinius. §. primo. ff. ex quibus cau. in possess. eat. non nocebit contumacia procuratoris, vt d. §. si procurator. l. j. ff. si quis in ius voc. & non obstat dictum Ant. in d. c. j. dicentis quando procurat. fuit citatus aliàs vt dominus, & tunc quia contumacia est domini, si sit constitutus ab eo, licet non compareat. l. si procuratorem. §. tutorem. ff. man. tunc enim datur possessio. & hoc nisi appareat eum fuisse in vera contumacia: vt quia dominus misit procuratorem diligentem communi opin. cùm tunc ab eo de facili reuocetur. secundum Ant. in d. c. j. extrà, vt lite non contestata.

Tertiò fallit, quando non exigitur vera contumacia, nec apparens vera: sed sufficit præsumpta, & agatur de pœna respiciente contumaciam super interesse vt est condemnatio expensarum, cùm tunc sit contumacia ipsius procuratoris, secundum ipsum Inn. in d. c. j. adde quod not. extrà, de rescriptit. in c. fi. & hoc sequitur Hostiens. Io. Andr. & Ant. in d. c. licet. aliud voluit Bart. in d. §. si procurator. dicens, quòd licet propter contumaciam procuratoris posset domino audientia denegari: tamen non poterit in expensis condemnari, sicut nec multari. & not. bene, cum mulcta sit vera pœna expensarum secundum Innoc. in c. j. tunc contumacia procuratoris nocebit etiam ecclesiæ ad condemnationem expēsarum, licet ipsa restitui posset, si fortè procurator non sit soluendo. & hoc nisi esset parui præiudicij: cum pro modico non detur restitutio. l. scio. ff. de in integrum restitutione. secundum Innoc. & Ioan. And. in d. c. j.

Quartò fallit, quando non oritur vera contumacia, sed sufficit taciturnitas, & tunc contumacia procuratoris nocet domino, vt si procurator iussus non respondeat positionibus, cum tunc habeatur pro confesso: vt in l. fina. de confes. in vj. secundum Ant. de But. qui hoc tenet in d. c. licet aliud voluit Bart. in l. ij. §. procurator. ratio est (vt voluit Salic. in d. l. iij. de procurator.) quia tunc agitur de iis, quæ respiciunt procuratorem & processum, secùs vbi ageretur de pœna extrinseca: ex quo non infert contumaciam procuratoris in nolendo iurare de calumnia ne noceat domino: cùm tunc agatur de pœna extrinseca, quæ est valida caus. l. ij. §. actor. & ff. de iuram. calum. licet aliud voluit Ant. in hoc vltimo, secundum Ioan. de Imol. in dicto capit. j. vt lite non contestata.

Quintò fallit, quando culpa imputari posset ipsi domino: vt quia in contractu sibi talem procuratorē instituit, cùm tunc negligētia vel cōtumacia ipsius procuratoris imputetur domino. l. si procuratorem. §. tutores. ff. mand. vt voluit Bart. in d. §. si procur. cùm nullum impedimentum superuenerit in persona ipsius procuratoris, cùm tunc dominus excusetur, per ea quæ habentur in cap. significante. extrà, de pig. l. cum à matribus. C. qui pet. tut. quod verum est, nisi talis procur. habuerit potestatem substituendi: quia tunc procuratori tali impedito si nō substituatur, imputatur domino. Et hoc si habeat potestatem substituendi à iure, aliàs si ab homine: cùm tunc ipsi domino non imputetur, secundum Innoc. in d. c. j. cuius dictum non bene probatur iure, nec est verum: cum vtroque casu sit in culpa talē eligendo, secundum Inno. in cap. j. extrà, vt lit. non contest. B. Soc. re. 394.

¶PROCVRATORIS factum, quod cadit in delictum, vel dolum, vt si falsum testimonium dicat, domino regulariter non præiudicat. l. si procurator. ff. de cōdi indeb. & lege, si procurator. ff. de except. cum simil. & gloss. in cap. j. & ibi per doct. extrà, vt lite nō contesta.

Primò fallit, quando ipse procurator ad id directè haberet speciale mandatum, vel in consequentiam veniret, vel tempore illius dominus ratificaret expressè vel tacitè, sciendo id suo nomine committi & nō contradicendo: vt voluit Ioan. And. in dicto capit. j. vt lit. non contest. ad hoc l. j. §. deiecisse. ff. de vi, & vi arm. & quod habetur in cap. cùm quis. de senten. excom. in vj.

Secundò fallit, quando ex ipsius dolo aliquod ius esset acquisitum domino, ex quo agit: cum tunc contra ipsum excipi possit. lege, apud Celsum. §. quęsitum. ff. de except. doli. imò & contra ipsum agi possit, quando dolus committeretur circa contractum, ex quo ipsi domino contrariatur, ff. de tribu. lege, procuratores. secundum Anton. in d. cap. j. qui dicit idē esse dicendum, si dubium sit an aliquid sit delictum vel non, vt si respondeat positionibus: vt l. certum. §. sed an & ipsos. ff. de confes. & vt pleniùs ibidē per ipsum tractatur, an & quando agitur excipi possit contra dominum ex dolo, vel delicto procuratoris, de quibus per Bar. in d. l. si procurator. & in d. c. j. per Ant. B. Soc. re. 393.

¶PROCVRATORIS mandatum secundum communem sententiam, potest per testes probari, vt voluit glos. in l. maritus. C. de procurat. in glos. fi. in prin. & ibi notāt doct. & gl. in c. j. eod. titu. in gl. j. circa prin. Et hanc dicit veram & magis communem opinionem Ias. in l. j. C. eod.

Limita quinque modis, vt per Ias. B. Dias reg. 609.

¶PROCVRATORIS mandatum soluitur morte. l. inter causas. ff. manda. dixi super. conclus. 65. latè. Med. tr. 2. part.

¶PROCVRATORES duo in solidum constituti ad eligendum si simul concurrant, & postulent se admitti non audiuntur, sed is tantum, quem capitulum elegerit primo. glo. cap. si quis iusto. vers. si ambo. de elect. 6. c. vt quis. eod. titu. 6. capit. 1. in fine. de post. præl. 6. Anch. cons. 214. col. 1. Ias. cons. 36. vol. 3. Medic. re. 3.

¶PROCVRATORES multi constituere possunt, qui quidem constituti minimè possunt, vt in fœmina. l. fœminis. ff. de procurat. l. alienam. C. eod. Dec. l. 2. ff. de reg. iur. item licet procurator possit stipulari domino suo, vt domino quæratur, non tamen domi nus procuratori, vt acquiratur ei. leg. stipulatio ista. §. alteri. l. si procuratori. ff. de verb. obli. §. si quis alij. inst. de inuti. stipu. Med. reg. 9.

¶PROCVRATIO, seu visitatio non potest præscribi. text. est in cap. cùm ex officij. de præscrip. text. in capit. cum instantia. de censib. & in capit. accedentes. de præscrip. Tradit Specul. tit. de legat. §. super. versiculo illud quoque. Cardin. & Imol. in clemen. j. de censi.

Limita septem modis, vt per Fel. in d. c. cum ex officij. & ante eum, vt per Marian. quem ipse non refert in tract. de visitatione.

Primò, dummodò loquamur respectu solutionis, secùs respectu modi procurandi, putà quod potius procu-

procuraretur in pecunia quàm in victualibus, & econtra. Ioan. Andr. Specul.& Anton. in variis locis, quos referunt & sequuntur Marian. & Felin. vbi suprà.

Secundò limita, quomodo præscriptio allegetur ad defraudandum visitatorem, secùs si solum ad damnificandum alium, putà ad hoc quòd aliqua tantum pars cleri subeat onus totius procurationis, ita Ioann. de Ligna. in capitul. accedentes. de præscript. Quem contra Abb. ibi sequuntur Marian. & Felin. vbi suprà.

Tertiò, nisi præscriptio allegetur ab alio prælato, qui diceret se præscripsisse potestatem visitandi subditum alterius, & etiam ab ipso subdito contra prælatum suum, tunc enim poterit præscriptio non à visitatione tantùm, verùm à procuratione etiam, exclusiua induci, & non solùm à prælato extraneo, verùm à subdito ipsiusmet Episcopi, tex. & ibi Ab. in v. not. in d. cap. cum ex officij. & tenet Hostien. titu. de censi. versic. ex qua. Competeret tamen ex præscriptione hoc casu inferiori, quando vigil esset in ea exercenda, sed eo negligente posset ordinarius visitare, per text. in capitul. irrefragabili. in principio. de offic. ordin. & ibi latè Felin. & idem credit dicendum per illum textum idem Felinus vbi suprà.

Quartò limita, nisi allegetur tanti temporis præscriptio, cuius initij non existat in contrarium memoria, ita Marian. vbi suprà eo, quod talis præscriptio tituli constituti seu priuilegij vim habeat, de quo asserit se latius dixisse in cap. fin. de dila. quæst. iiij. xxij. princip. argument. & respondet ad text. qui videbatur obstare in capit. venerabili. de censi. tribus modis, quem ad literam refert Felin. in d. capit. cùm ex officij, vbi sequitur secundum intellectum Marian. ad d. cap. venerabili. Sed idem Felin. in ca. accedentes. de præscript. tenet contra hanc limitationem motus per text. in d. capitu. cum ex officij. Dicit tamen quòd bene valet priuilegium super hoc, vt in capitu. cùm instantia. de censi. & potest probari priuilegium præsumptiuè per spatium dicti temporis iuxta intellectum secundum Marian. ad dict. capitul. venerabili, quem dicit veriorem Felin. vbi suprà.

Quintò limita, nisi allegetur præscriptio super aliqua procuratione debita non respectu visitationis, sed ratione consuetudinis, seu oneris adiecti in fundatione beneficij vel ex priuilegio seu compositione, Imol. post Gul. in clem. 1. de censi. per glos. in ca. accedentes. de præscriptio. in Abb. qui adhuc generalius loquitur, licet nimis largè secundum Felin. ibi, in d. c. cùm ex officij.

Sextò limita, dummodo visitans velit visitare de iure communi, secùs si de iure speciali, vt consuetudine, priuilegio seu præscriptione, vt Abbas vel prælatus alius inferior, quia eo casu bene contra eum præscribi posset, ita Imol. & Guliel. in loco proximè allegato, quos sequitur Marian. vbi suprà, & quamuis Felin. in d. capitu. cum ex officij, casu quo quis acquisiuit simul procurationem & visitationē, dicit cogitandum, quia communis opinio seruaretur in practica.

Septimò limita, Nisi inducatur præscriptio non super procuratione tota, sed super quota, quo casu valet. Ita Archid. Innoc. Butrig. Imol. & Lapus in locis variis relatis à Felin. vbi suprà, & allegans doct. tenentes contrarium, dicit hanc limitationem posse procedere, saltem maximè quando præscriptio diminueret quotam diminutionem, quæ non esset notabilis, nec verisimiliter retardatiua visitationis, quod ante eum tenuerat Maria. quem ipse non refert, vbi suprà. B. Soc. reg. 396.

¶ Prodesse alteri nemo cogitur, sed tantum obesse vetatur. De aqua plu. l. in summa. §. item.

Quod nemini nocet, & alicui prodest, facilè concedēdum est. De aqua plu. l. 2. §. 1. De preci. imp. off. l. rescripta.

Prodigorum materia tractatur in l. is cui, De ver. obl. Riisvvich.

¶ Prodesse. Res inter alios acta, aliis nō prodest.

Pro.

Ext. de off. deleg. c. quoniam abbas Leicest.
11. q. 6. c. ei qui appellat. §. definitiua.
C. quib. res iud. non noc. c. res inter.
C. de præscrip. 30. vel 40. an. l. vlt.

Contra.

Ext. de elec. c. super eo.
Ext. de accusat. c. super his.
Ext. de verb. sig. c. abbate.
6. q. 1. c. infames.
D. quemadmodū serui. amit. l. si communem.
D. si seruit. vind. l. loci. §. 2.
D. ad l. Iul. de adult. l. denunciasse.
D. nautæ, cau. sta. l. fin. §. fin.
D. de inof. test. l. posthumus. §. si quis.

Solutio.

Primum est regulariter verum, contrariæ sunt exceptiones à regula. Damas. reg. 25.

¶ Prodesse cœptum, quod est, non prodest, si completum non fuerit.

Nil credes actum, dum quid superest ad agendum.

In Inst. quib. mod. test. infirm. §. ex eo.
Inst. de verb. oblig. §. id autem qui nondum.
Inst. de pœnis. l. qui malè cœpit.
l. Communia. de rescriptis. R. meum.
C. de fid. instrum. l. contractus.
C. qui testam. fac. poss. l. furiosum. in fin.
C. de his quibus vt indignis. l. pen.
ff. de edendo. l. 1. §. edere.
In Decretal. d. 18. si quis autem.
In Decret. de pœniten. d. 3. in cassum.
In Decret. 7. q. 1. nihil.
ff. de pig. actio. l. si necessarias. §. si minus.
ff. si quis in ius voc. non ierit. l. vlt.
C. de test. l. cum antiquitas.
ff. de iur. immunit. l. maiores. Azo, rub. 1.

¶ Prodigus notoriè, & manifestè prodigus, potest contrahere, & alienare ante, quàm sibi interdicatur à iudice. Ista est communis conclusio quam ponit Iaso. in l. is, cui bonis. ff. de verborum obligationibus.

Limita duobus modis, vt per eundem ibi. B. D. re. 611.

¶ Prodigo non citato imò etiam inuito iudex administrationem interdicit, Docto. com. le. is cui. ff. de verbo. obli. Tiraq. in tract. res inter alios acta limit. 41. Ias. leg. nequicquam. §. vbi decretum. col. 6. de offic. procons. l. 1. ff. de Cur. Furios. doc. com. l. de vno. ff. de re iud. Med. re. 8.

¶ Produci non possunt instrumenta, & alia acta nisi parte aduersa præsente, aut saltem citata, c. certè, 3. quæst. 9. l. iudices, vbi Bald. C. de fide instru.

Fallit in 3. casib. vt per Iaso. in l. properandum, §. sin autem, ff. de iud. num. 5.

Productio instrumentorum vsque ad conclusionem in

causa fieri debet,& non vltra.
Ampliatur in 3.casib.& limitatur in 16.vt per Lancil. in tract.de off.præto.in §.2.de instru.
Productio instrumentorum debet fieri citata parte,c. fi.de fide instr.c.penu.eo.
Ampliatur in vno casu,& limitatur in 7.vt per Lācillotum in tract.de off.præto.in tit.de instru.num.2. fallit vt per Soc.reg.185.
Productio instrumentorum facta de ea constare debet in actis notarij causæ,qui causa scribit, c.quoniam contra,de probat.& non est facienda solo notario,sed etiam iudici.fallit in 2.casib.vt per Fel.in d.c.num.40.& 41. Do.Fina,lib.3.
¶PRODVCI & probari in causa appellationis possunt non deducta,vt probata in causa principali, vt no.in l.per hanc.C.de temp.appel.
Primò fallit,vbi appellans potuisset in causa principali deducere, vt quia sciebat, & noluit deducere vt fatiget aduersariū,secùs si ignorasset.ita dicit Bal.in l.per hanc.C.de tempo.appel.
Secundò fallit in inquisitore,id est in iudice qui inquisiuit super aliquo crimine: quia non potest sustinere sententiam suam per nouas probationes,Bald.in dict.l.per hanc.
Tertiò fallit,vbi interuenit appellatio à sententia definitiua: quia ab interlocutoria non potest aliquid de nouo adduci:l.2.ff.de appellat.Ratio quia prima interlocutoria est odiosa, quia impedit iurisdictionem illius iudicis: secunda ratio quia prohibita est appel. B.Dias reg.396.
¶PRODVCENS falsos testes, licet condemnetur de falso non per hoc dicitur, quod ipsi sint falsi, Abb. c.quamuis.per hanc reg.de sen. & re iud.l. Lucius. ff.de his,qui no.infam.c.cum dilectus.de ordi.cog. Abb.d. ca. quamuis. numer. 25. in term.huius reg. Med.reg.8.
¶PROFECTVS,commodum.Paulus lib.62.ad edictū. Lex cclxvxix.
Quod quis, cùm[a] seruus esset,[b] egit,proficere[c] liberto facto non potest.
ADDIT.a dum in P.Flor. b est in P.Flor. c libro ibi.sic habetur in P.Flor.tamen in aliis impress. vet.exemplar.legitur.
L.qui res.§.aream.de solut. Viuie.
¶PROFESSIO patris facta filio ex tali muliere, quæ poterat esse vxor,per quem patet in publico instrumento vel in scriptura propria habente subscriptionem trium testium fide dignorum,vel in testamēto suo,vel in actis publicis dixerit,& appellauerit illū esse filium suum, non addito quod esset naturalis, talis professio ei proderit,secus si filius pro se professus fuerit aliquem esse suum patrem, cum matrimonium legitimè contractum non constet, auth.item si. C.de natural.libe.not.l.2. C.res inter alios act.Bap.d.tract.de correlat.col.20. Med.re.9.
¶PROHIBERI. Quod directò & principaliter prohibetur,nec per consequentiam, vel obliquum admittitur.
In Aut.vt iud.sin.quoquo suff.§.eos.
In Aut.vt hi,qui bo.r.M.ha.§.quòd.
In Aut.de alie.emphy.§.œconomos.
In Aut.de testibus.§.quia verò.
In Aut.vt litigan.in prin.tit. Azo,ru.104.
¶PROHIBITIO.Bonifacius 8.in sexto Decretalium. Reg.xxxix.
Cùm quid prohibetur,prohibentur omnia quę sequūtur ex illo.
L.non dubium, C.de legi.& vid. Bald.l.oratio.ff.de sponsa.& Alexand.l. 2. ff. de iurisd.omnium iudic. Viuiennus.
¶PROHIBITVS alienare bona hæreditatis sub pœna priuationis, alienando vnam rem etiam minimam tota hæreditate priuatur,Dec.c.de appellationib[9]. col.2.de appellat.ca.maioribus.de præb.Ang.cons. 168.idem est in prohibito alienare bona conducta quocunque titulo. Med.reg.5.
¶PROHIBITVS portare victualia extra territorium puniri debet,etiam si minimum portauerit, Bal.l. C.quæ res export.non debent. Barbat.in procem. clem.& cons.57.lib.1. quicquid dicat,Ias.l.2.in fine ff.de iur.omn.iud.nisi causa gustus tantum vinum deferretur. Med.reg.5.
¶PROHIBITVS per testatorem alienare extrà certū genus personarum,vt extra familiam,vel descendētes,tamen potest ex testamento transferre in eum, qui aliàs sibi esset successurus ab intestato:vt in filiis fœminis,quæ nupserunt extra familiam.gl.est singu.quam sequuntur communiter doctores in l.pater.§.Iulius Agrippa.ff.de legatis 3.& Bar.in l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.
Primò fallit,nisi in prohibitione essent verba vniuersalia geminata,putà quòd talis res non possit extra familiam aliquo tit.vel quocunque tit.alienari, vt quod Areti.in l. Pantonius.§.1.ff.de acquir.hæred. in contrarium tamen facit id quod notat Angel.in cons.57.
Secundò fallit,si essemus in extraneo qui esset successurus ab intestato:secùs autem in prohibito acquirere:vt in statuto,quo cauetur quòd nullus forensis possit aliquo tit.acquirere bona illius territorij, & aliquis forensis sit proximior consanguineus defuncto,& sic de succedentibus ab intestato: quia non poterit etiam ex testamento succedere, & hoc non videtur esse de mente Bart.in l.ventre.ff.de acquir. hæred.& ibi hoc ponderat Aret. B.Soc.reg.400.
¶PROHIBITVM.Quando prohibetur aliquid intelligitur prohiberi omne id, per quod peruenitur ad illud,l.oratio,ff.de sponsalib.
¶ PROTESTATIO regulariter tollitur per contrarium actum subsequentem protestationem. Bald. in l. Nesennius. ff. neg. gest.

Fallit, quando actus contrarius protestationi pendet solùm à voluntate protestantis, pone exempla per Fel. in d. c. cum in iuuentute. per plures cotas.

Fallit in iudicialibus, in quibus valet protestatio, contraria facto, saltim vt iuuet protestantem, vt quousque reiiciatur à iudice non audiatur, tex. no. secundum Ioan. Andr. in cap. sollicitudinem. de appellat.

Fallit quando actus contrarius protestationi, non processisset ex sua propria voluntate, sed contra suam propriam voluntatem, Ioan. Andræ. post. Hostiens. in c. Cumana. de elect.

fallit

Fallit, in foro conscientiæ, in quo statur protestationi declaratoriæ voluntatis, licet fuerit factũ aliud contrarium. Abb. & Anton. in c. tua. de sponsa.

Fallit, quando protestatio interpretatiua actus futuri fit ex causa iusta, quæ concernit etiam tempore ipsius actus: quia tunc etiam si actus contrarius fiat ex interuallo, valet protestatio, secundũ Abb. post Anto. in dict. cap. tua.

Fallit, quando factum contrarium protestationi non esset factum certum, & determinatum contra protestationem, secundum Ant. in d. capit. tua no. s &c. S. Ia. re. 251.

¶PROTESTATIO regulariter tollitur, per factum ipsi contrarium: ita communiter doct. in dicto capitulo cum M. & in l. pacta nouissima, vbi Bald. C. de pactis. glo. & Anton. in capitulo cùm olim. de censibus.

Amplia vno modo limitãdo eum & limita sex modis. vt per Fel. in dicto capitulo cum M. B. Dias re. 623.

¶PROTESTATIO requirit expressum consensum illius cõtra quem facta est, ad hoc vt sibi noceat: Bar. in leg. non solum. §. morte. in fin. de oper. noui nũt. Abb. in cap. Cumana. de elect. & Ioan. Andræ. in capitul. in genesi. eodem tit. & Feli. in capitul. nonne. de præsumpt.

Primò fallit, in casibus, in quibus tacens habetur pro consentiente in actu oneroso: vt per Bartol. in leg. quæ dotis. ff. solut. mat. & per Felin. in d. cap. nonne. de præsumpt.

Secundò fallit vbi is, cui fit protestatio: nõ simpliciter tacet, sed facit actum tacitum denotantem consensum. per not. in l. filiusfa. ff. ad Macedon.

Tertiò fallit, vbi ageretur de paruo præiudicio eius, cui fit protestatio, vt colligitur ex notatis per Bar. in dict. l. quæ dotis. in fin. ff. solut. matr. dum tractat an præsens & tacens videatur consentire.

Quartò fallit, vbi ille qui protestatur agit de exonerando se ab obligatione, quæ debet oriri ex pacto non præambulo, sed secuto: vt per Imol. in ca. Cumana. de elect. in antiq. B. Soc. re. 406.

¶PROTESTATIO semper præiudicat tacẽti, & non contradicenti. glo. l. fin. §. item. ff. naut. Caup. stab. c. 1. dist. 26. gl. l. 1. §. pœna. ver. cum denuntiauerit. ff. de liber. & posthu. Bar. l. non solum. §. morte. ff. de nou. ope. nunc. Abb. capitulo, Cumana. de elect. Bart. leg. 1. ff. de lit. conte. Abb. & Doc. com. capit. cum M. de const. leg. Labeo. ff. de aqua plu. arc. l. cum ostendemus. §. fin. ff. de fideiussor. capit. 2. de his, quæ fiunt à prælatis. glo. l. Caius. ff. de pig. act. leg. fideiussor. §. pater. ff. de fideiussor. l. Titia. §. Lucia. ff. de leg. 2. ca. Diacon. 28. distin. gl. & Din. cap. is qui tacet. de reg. iur. 6. Alexand. in termin. huius reg. l. sæpe. num. 17. ff. de re iud. Medic. reg. 8.

¶PROTESTATIO contra substantiam actus regulariter non valet. Anton. & Imol. in dict. capitul. cum M. de constit. per l. cũ precario. ff. de precariis. & Felin. in dict. c. cum M. ponit tria dicta notanda.

Limita tripliciter vt per Felin. ibi. B. Dias re. 622.

¶PROTESTATIO soluitur morte protestãtis, Docto. Com. l. non solùm. §. morte. ff. de oper. noui nũcia. Dixi super. concl. 70. not. in tract. Com. opin. Franc. Viuius vers. morte protestantis. Med. tr. 2. p.

¶PROTESTATIONEM nisi faciat, impeditus actum facere in termino statuto, non excusatur: not. Domi. in c. cupientes. in §. quòd si per viginti. ex gloss. ibi, in verbo, propositæ, de elect. in vj. Refert Dec. in leg. in omnibus causis. versi. tertiò quæritur. ff. de reg. iur. qui tradidit bonum exemplum post Domi. vbi suprà, & refert hoc tenere Alexand. in variis locis, & tenet hoc etiam idem Philip. in capit. ex ratione, de appel. loquendo in impedito ad prosequendam appellationem.

Limita tribus modis, vt per Felin. in c. ex transmissa. de præscriptio. Rip. in tracta. de peste. in ij. part. secundæ partis princip. in vj. quæst. vbi in ista materia refert opiniones contrarias & tandem firmat regulam contrariam huic: videlicet, quòd impeditus in termino actum facere, excusatur, dato quòd non fuerit de impedimento protestatus, & limitat eam tripliciter. B. Dias re. 408.

¶PROTESTATIONIS actus, si prima atque vna vice consumatur, iterum, ac sæpius iterari potest donec suum sortiatur effectum. l. de pupill. §. si quis. ff. de nou. ope. nun. l. mora. ff. de vsuris. conc. l. Titia. §. vsuras. ff. de leg. 2. no. l. in cõtractibus. §. pe. C. de nõ num. pec. l. vt perfectius. C. de annali. &c. doc. com. d. leg. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. vbi Bart. Paul. Roman. Alexan. Ias. ff. de nou. operis nuntiatio. Tiraquel. in l. boues. hoc §. sermone. limit. 28. ff. de verborum. significat. Med. reg. 2.

¶PROVISIO ecclesiarũ, quæ subsunt plebibus, vel aliis ecclesiis inferioribus, regulariter pertinet ad episcopum. text. in can. omnes. xvj. quæsti. septima. textus in cap. cum venerabilis. de except. per quæ iura ibi tenet Innocent. & notant doctores.

Amplia dupliciter, & limita quinque modis, vt per Felin. ibi. B. Dias reg. 624.

PROVISIO facta per modum dispositionis purè in vnum casum non extenditur ad alium. arg. l. si extraneus. ff. de cond. ob causam.

Fallit in 5. casib. vt per Iaso. in l. Gallus. §. & quid si tantũ. col. 5. ff. de lib. & posth. fallit in multis casib. quos refert Marianus Socin. in d. §. quid si tantùm. nume. 33. & seq.

Prouisio ecclesiarum quæ subsunt plebi vel aliis ecclesiis inferioribus regulariter pertinet ad Episcopum. capitulo omnes. 16. quæst. 7. capitul. cum venerabilis. de excep.

Ampliatur in 3. casib. & limitatur. in 5. Imola, & Felin. ibi col. 10.

Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. l. si. C. de pact. conuent. l. maritus. C. de procu. l. & habet. §. cùm quis. ff. de preca.

Fallit in multis casib. vt per Iaso. in leg. in emphyteoticariis. C. de iure emphy. numero 143. & facit cessare prouisionem legis specialis, non autem legis cõmunis. leg. 2. ff. de hæred. inst. Bar. in l. fin. C. de pact. conuent. Don. Fin. lib. 5.

¶PROVISIO facta per modum dispositionis purè in vnum casum, non extenditur ad alium, quia casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis, vt in leg. si extraneus. ff. de condict. caus. dat. Istam regulam tradit Ias. cum quinque limitationibus, recolligens dicta per Bart. in l. Gallus. & quid si tantum. de liber. & posthu. B. Dias reg. 625.

¶PROVOCARE. Ecclesia, respub. pupillus possunt prouocare, si socium iniuriosum habeant, vel damnosum. ff. pro soc. l. si conuenerit. Azo, ru. 104.

¶PROVOCARE tertiò in vna eadémque causa nõ licet. casus est in l. j. C. ne lic. tertiò prouoca.

Primò fallit, quando iudex secundum appellationem suam magis grauasset illum purè in expensis: quia tunc super illo licet ei appellare: ita dicit Ang. in d. l. j. C. ne li. tert. prouo.

Secundò fallit, quando illud, quod dicitur, quòd non licet tertiò alicui prouocare, intelligitur vni parti, sed ambabus partibus bene licet, quando, scilicet, prouocat quælibet pars, &c. vt dicit Bart. in dict. l. j. B. Soc. reg. 408.

¶ PROVOCATVS facto aduersarij, nunquam vera pœna delicti tenetur, sed minùs punitur. de bon. li. l. qui cum minor. de iure fisci. l. 2. in prin. C. de adul. l. Gracchus. ff. eod. ti. l. si adulterium. §. Impp. de sic. l. 1. §. diuus. Hippol. per l. 2. C. eod. tit. Gribal. in reg. criminalib. Riisvvic.

¶ PROXIME accingendus habetur pro accincto, seu illud quod debet proximè fieri, habetur pro facto: & sic potentia proxima actui habetur pro actu, non enim curatur illud modicum tempus. gloss. l. penul. ff. de testam. milit. l. j. §. sed si. vbi Barto. ff. ad Syllan. vnde paria sunt, latam esse sententiam, vel esse conclusum in causa. l. si mater. §. ea. in fine. ff. de exec. rei iudic. Bal. l. error. quæstio. 4. C. de iur. & fact. ignor. idem l. si certi. colum. 6. C. de interd. Abb. ca. pastoralis. de excep. vnde proximè condemnandus habetur pro condemnato. l. qui pœnæ. §. diuus. ff. manda. Bald. l. si pro ea. C. eod. l. quamuis. C. ad leg. Iuli. de adul. Ang. l. ex eo. ff. de test. mil. vbi pœna statuti de offendente scholarem matriculatum habet locum in scholari, quem rector iubet matriculari. Alexan. l. si quis. ff. de iurisd. omn. iud. conc. Ange. l. item. §. prætor. ff. de pact. vbi etiam glo. ex quo infertur primò, quòd ille qui est de proximo liberandus, habetur pro liberato. ideò debet custodiri largius, quando quis esset carceratus. Bart. l. si pecuniam. §. item si. ff. de cond. ob. caus. secundò Basilica gaudet immunitate ecclesiarum, licet nondum consecrata, ex quo ipsa de proximo consecrari debet. Abb. cap. Ecclesia. not. 3. de immunit. Eccl. Doct. c. inter alia. eod. tit. & in c. ad hęc. de relig. Domi. Tertiò mulier habetur pro coniuncta, & copulata viro, quæ de proximo est copulanda. Salic. l. cum te. C. de don. ante nupt. quartò facit, nã qui de proximo banniendus est, habetur pro bannito, & potest impunè occidi ex forma statuti, sicut si esset Bannitus. Pau. l. 3. §. seruus. ff. de acqui. poss. quintò fructus de proximo colligendi habentur pro recollectis. Bart. l. diuortio. §. interdictum. ff. sol. matri. sextò paria sunt, vel quòd res sit in conspectu, vel sit proxima, vt cito possit ad conspectum deduci. glo. 2. l. 1. ff. de acquir. poss. septimò facit, nam paria sunt, quòd pręscriptio de proximo sit, vel quòd perfecta dicatur. l. si fundum. §. fin. ff. de fund. dotal. ratio prædictorum est, quia potentia proxima actui habetur pro actu, non enim curatur illud modicum tempus, vt latissimè doc. Iaso. leg. admonendi. pri. lect. numero 55. & sequen. ff. de iur. iuran. Medic. re. 5.

¶ PROXIMIORA semper respicit relatio. glo. l. 1. ff. de leg. præst. Abb. consi. 72. colu. 2. volumine 2. vbi conditio ad proxima fit, & intelligit ad proxima præcedentia, non autem sequentia. Crau. consilio 147. nu. 8. nisi absonus insurgat intellectus. Bald. cõsi. 357. volumine 4. Dec. capitulo 2. de appell. Socin. consilio 156. numero 2. Cephal. consilio 296. nume. 7. consi. 23. nume. 7. consi. 107. numero 6. Paris consilio 24. nu. 32. cons. 16. num. 18. volum. 2. cons. 39. numero 4. vol. 3. Medic. re. 10.

¶ PVBLICATIO bonorum fit quando vita, libertas, vel ciuitas perditur, leg. 1. vbi glo. & Bar. & leg. 3. ff. ad leg. Iuliam peculat. leg. metallum, & l. deportati, C. eod.

Fallit in 13. casi. quos not. Lancil. in tract. de off. præto. in titu. de publicat. bonorum, num. 2.

Publicatio bonorum non conceditur, nam bona pertinent aut ad descendentes, aut ad ascendentes, aut ad collaterales.

Fallit in 5. casi. vt per Lancillotum in tract. de offi. præto. in titu. de public. bonorum, nume. 13. Don. Fina, libr. 4.

¶ PVBLICATIO bonorũ soluitur morte delinquentis, Salic. leg. fin. numero tertio. C. si reus vel accus. mort. fuer. leg. 2. ff. de pec. leg. Bart. leg. defuncto. ff. de publi. iud. Item leg. ex iudiciorum. ff. de accusat. Bald. leg. vnica. numero tertio. C. ne ex delicto def. Ign. l. 1. §. si sibi. ff. ad Syllan. num. 67. Angel. l. 1. C. ne ex delicto def. Corne. consil. 185. numero 8. volumi. 2. Dec. l. pupillum. §. in hæredes. numer. tertio. ff. de reg. iur. Ballamera cap. ex parte. numer. 17. de arbit. Cuman. leg. qui à latronibus. §. si quis. numero 5. de testamen. Baldus consi. 162. numero 5. volumin. 2. Melius in pract. crimin. num. 10. Anton. consi. 58. numero primo. Paris cons. 155. nu. 6. vol. 4. Cur. l. imperium. numer. 4. ff. de iuris. om. iudic. l. si. pœna. ff. de pœnis. l. si qua pœna. C. de his, qui sunt sui vel alie. iur. Curt. consilio 60. Marsi. l. fin. nu. 16. ff. de quęst. Med. tract. 2. p.

¶ PVBLICATIO instrumenti cuiuscunque, publicatio partis citationem requirit, Cano. in ca. final. de fide instru.

Fallit in 7. casib. vt per Soc. reg. 185.

Publicatio attestationem impedit productionem super eisdem articulis, vel directo contrariis, tam in causa appellationis, quàm in causa principali, Doc. in cap. fraternitatis, de testib.

Fallit in 17. casib. vt per Fel. in d. ca. numero 5. Dona. Fina, lib. 3.

¶ PVBLICVM interesse cum tractatur sententia lata contra vnum nocet alteri. l. eum §. in popularibus. ff. de iur. iur. l. si cui. §. iisque. ff. de accusat. gl. c. vt circa. de electio. 6. Alexand. l. sæpe. numer. 59. ff. de re iud. Medic. re. 8.

¶ PVBLICA vtilitas in causa est vt recedamus à reg. iuris: nam reg. est, neminem locupletari cũ alterius iactura. c. locupletari. de reg. iur. 6. l. nõ debet. ff. eo. & tamen bono publico vsucapio introducta est, ne dominia diu essent in incerto. l. 1. ff. de vsucap. simile l. portio. C. de offic. rect. prouinc. l. 1. ff. sol. matr. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. tot. tit. de iure fisci, & in tine quid in loco publico. Medic. reg. 1.

¶ PVBLICE interest delicta puniri. Ad l. Aquil. l. ita vulneratus. De pub. l. licitatio. §. quod illicitè.

Absentes à quibuscũque defendi publicè interest. De proc. l. seruum quoque.

Per itinera sine metu & periculo commeari publicè interest. De his qui deie. l. 1. §. 1.

Prouinciam malis hominibus purgari, vt in quiete permaneat, publicè interest. De offi. Præs. l. congruit. C. quando lic. si iu. vin. l. 2.

Pœnam delinquentibus non remitti publicè interest. C. de pœ. l. si operis.

Publicè interest, supremas hominum Voluntates effectum sortiri. Quemad. testa. ap. l. vel negare.

Homines saluos & incolumnes cõseruari. de bonis dã. l. ratio. §. pe.

Neminem suis rebus abuti. Instit. de his qui sunt sui. §. sed & maior.

Riuos & cloacas purgari, ne aeris salubritas inficiatur. De op. no. nun. l. de pupillo. §. si quos riuos.

Interest

Intereſt publicè dotes mulieribus conſeruari, vt facilius nubentes repleant liberis ciuitatem. Sol.matr.l.1.de priuil.cred.l.intereſt.

Publicè intereſt, vt dignitatum ordo ſeruetur, & non ignobilis miſceatur cum nobili. Text.eſt in l.1.§.ſed etſi ſeruus. De vent.inſpi.

Vrbem non deformari, publicè intereſt. Ne quid in loco pu.l.ſi.

Reipublicæ intereſt, plurimos habere defenſores. De op.no.nun.l.nam Reip.

Locupletes habere ſubditos, Reipub.intereſt. Auth. vt iudi.ſi quo.ſuf.§.conſideremus.

Vtilitas publica præferenda eſt priuatorum contractibus. C.de primi.l.3.

Publicè non prodeſt ſingulis legum adminicula denegari. C.de ſen.præfect.præ.l.1.

Publicatis bonis quicquid poſtea acquiritur non ſequitur fiſcum.l.ſi mandauero.§.his cuius. Riiſvvich.

¶PVGNANTIA. Ratum. Celſus lib.xvij. Digeſtorum. Lex clxxxviij. al.clxix.

Vbi [a] pugnantia inter ſe in teſtamenſo [b] inueniuntur, neutrum ratum eſt. Quæ rerum natura prohibentur nulla lege confirmata ſunt.

ADDIT. a al.repugnantia. b iuberentur in P. Florent.

Exemplificatur in gloſ.l.ſi Titius.de cond. inſtit.l.ſcripturæ. C.de fide inſtru. Viuien.

¶PVNIRI, Laicus plus punitur quàm clericus, ſi ſymoniam committit.

In Aut.quomodo oport.§.ſi quis.
In Aut.de Eccleſ.tit.§.ſinautem.
In Aut.de ſanct.Epiſ.§.interdicimus.§.presbyteris.§.diaconis.
In Aut.de hær.quæ ab inteſt.§. ex his. Azo, rub.104.

Qui in vno delinquit, in cæteris punitur.

In Aut.eo.§.1.in fi.§.illud quoque.in princ.
In Aut.de hær.& Falc. Azo,rub.104.

Quòd contra leges fit, pro infecto haberi, & puniri.

In Aut.de hær.& falc.§.ſi quis.
In Auth.de non alie.aut permu.§.1.
In Aut.vt litig.iur.§.2. Azo,rub.104.

Quemlibet puniri, in quo deliquit.

PRO.

25.q.2.c.ita nos.
11.q.3.c.priuilegium.
17.q.4.c.frater & coepiſc.
Ext.de non ordinan.min.c.literas.
Ext.de elec.c.cum in cunctis.
Ext.de vſur.c.quia fruſtra.
Ext.de appel.c.an ſit.
Ext. de cler.excom.c.ex literis.

CONTRA.

Ext.de reſt.ſpol.c.in literis.
Ext.de dolo & contum.c.1.
Ext.de iureiur.c.ad audientiam.
82.diſt.c.presby.
16.q.1.c.reuertimini.

SOLVTIO.

Si non puniri poſſit in quo deliquit, puniẽdus eſt per contraria remedia, & ſi nec per illa puniri poſſit, vel quia ſit pœna inſufficiens, puniatur in alia. Quandoque autem non punitur quis in eo in quo deliquit, quandoque indulgentur ei, quia modica fuit offenſa. ext.de dolo & contum.c.1.vel propter delictum aduerſarij non infertur ei pœna in eo, in quo deliquit.d.c.in literis. Damaſ.re.126.

¶PVNIRI, Pœna. Sub alterius prætextu alium non puniri. Pœnæ ſuos tenent authores.

C.de don.inter vir.& vx.l.res.
C.de admin.tut.l.non eſt.
C.de pœni.l.ſancimus.& l.crimen.
C.de malefi.& mathem.l.vlt.

CONTRA.

ff.ad l.Iul. maieſt.l.quiſquis.

Sub alterius, &c.& contra.) Ibi tantum debet eſſe pœna, vbi delictum eſt, vt in hac Rub. Fallit tamen in caſu, vt in contraria Rub.dicitur. Azo,rubr.95.

Similes ſunt in pœna, qui ſimiles ſunt in culpa.

In Lombar.de ſer.fug.l.ſi quis lib.
C.de epiſ.& cler.l.ſi quis.
ff.de of.præſid.l.diuus.

Similes, &c.) Hæc eſt nota. Azo,Rub.75.

Priora maleficia per poſteriora impunita relinqui.

ff.ne quid in loc. pub.l.2.§.idem ait.
ff.quod vi aut clam.l.ſi alius.§. bellis. & l.vlt.

CONTRA.

ff.ad l.Aquil.l.illud.§.vlt.
ff.de preca.l.quoniam.
ff.de nox.l.quemadmo.§.1.
ff.de priuat.delic.l.2.

Priora maleficia, &c.& contrà.) Hic non debuit ſignari contra, ſed debuit dicere & arg.contra. nota eſt enim quia ſunt caſus, in quibus priora delicta per poſteriora impunita relinquuntur, & econtrariò, poſteriora per priora impunita remanent quandoque, vt per ſubiectos caſus apparet. Azo,ru.85.

Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.

C.de hæretic.l.quoniam.
C.de inof.teſt. l.mate.
C.de teſtib.l.ſi quis.
C.de accuſa.l.vlt.
C.de lib.cauſ.l.ſi filium.
C.de donat.l.ſi duo.
ff.de eo per quem fact. l.vlt.§. ſi Stic.& §. ſed.
ff.de compend.l.ſi ambo.
ff.ne quid eum qui in ius voc.l.2.
ff.ne quis in loc.pub.l.2.§.idem.
ff.de adult.l.ſi vxor.§.1.capite.
ff.de contrah.emp.l.domum.in fin.
ff.de Carb.edict.l.licet.
ff.de dol.excep.l.apud Cel.§.mor.
ff.de re iud.l.cum par.
In Aut.de his qui ingre.ad c.§.illud.Az.ru.85.

Mutua crimina non compenſantur.

ff.de ſuſpect.tut.l.tutor.
ff.de dam.infect.l.dam.§.fund.
ff.de adul.l.ſi vxor.§.vides.& l.2.
ff.de aq.quot.l.1.§.ſi inter.
ff.ad l.Iul.ma.l.5.in fin.

Paria, &c.& contra.) Verum eſt paria delicta per compenſationem aboleri, vt in hac Rubr.dicitur, ſi tamẽ is qui compenſationem obiicit, ſuo tempore obiiciat eam, alioquin contrà. vt ff.ſol.mat. l.viro. & ad l.Iul.ma.l.1.§.ſi publico.& l.ſi maritus.§. præſcriptiones. Item eſt intelligenda hæc Rubr. cum is qui vult obiicere compenſationem, non præiudicauit ſibi, approbando delictum. alioquin contrà. vt ff. ad l.Iul.de adult.l.ſi vxor.§.vlt. Alias autẽ leges, ſignatas in contraria Rub.non video ad rem facere.

ADIECTIO.

In delictis & culpa dicimus compenſationem ip-

so iure, antequam ab homine admittatur, admitti: in aliis, nisi primò ab homine fuerit obiecta, vel melius: in delictis locum habet, vt admittatur compensatio, cum ciuiliter ex eis agimus, volentes sequi pœnam pecuniariam tantum. si criminaliter compensatio nō admittitur, ne maleficia sint impunita. vt ff. ad Iul. de adul. l. si vxor. §. iudex. Causa.

Pœna propter contumaciam infertur.

Ipso iure compensatio in delictis inducitur. Io. in quātitatibus minimè, vt contrahentes eam amiserint. Ego autem credo, fore distinguendum inter contractus bonæ fidei & stricti iuris. vt, in inst. Az. ru. 85.

Pœna per contumaciam infertur.
ff. de re iud. l. cæterum.
ff. de pœn. l. 4.
ff. de re iud. l. non potest dolo.

Pœna per contumaciam, &c.) Hæc est nota.

Pœna semel commissa, amplius non complectatur.
ff. iudic. sol. l. cum quæro.
ff. de arbit. l. si duo. §. vlt.
ff. de ædil. edict. l. si tantum. §. 3.
ff. quod fal. tu. aut. l. vlt.

pœna semel commissa, &c.) Si quidem stipulatio incertum, puta factum contineat, sæpius committi potest. vt ff. de verb. obli. l. si sic. stip. Si verò contineat pœnam certam, non nisi semel, nisi hoc actum est vt in singulas causas cōmittatur, vt in hac Rub. Az. 85.

Plus facit factum quàm delictum.
Contrà, C. quando ciuilis actio præiu. crim.

Sed vbi ciuiliter sæpius agatur, vel criminaliter est inhibitum, potest tamen agi ciuiliter & criminaliter, nec intelligitur sæpius agi de admisso vnius, quia ad aliquid agitur.

Plus facit factum, quàm delictum, &c.) Hanc Rubricam inuenio falsam, sic enim debuit dicere: plus facit factum quàm dictum. plus dico, id est, apertius, ostenditur veritas, vt probatur per l. de ædi. edict. l. si tamen. §. ei qui. Azo, rub. 85.

Non debet quis de eadem re precium, & pœnam consequi.
ff. de neg. gest. si vt. & l. qui ei.
ff. de interd. & releg. l. rele. in fin.
ff. qui. ex caus. l. si cui concor.
ff. naut. caup. l. sed & ipse.
ff. ne quis eum qui in ius voc. l. 1.
ff. de minor. l. si cui.

Contra.
ff. de his quib. vt indig. l. 1.
ff. de excusa. tut. l. 3. §. si &.
ff. de suspect. tut. l. decreto.
ff. de test. l. testium. §. Iul.
ff. de procur. l. sed hæc.
ff. de his qui not. infam. l. 2. miles.

Non debet, &c. & contrà.) Verum est, ex eodem facto pœnam & præmium, quem nō debere sentire, vt in hac Rubrica: vt intelligas factum, id in quo quis delictum commisit. & ideo non est contra, quod dicitur in contraria Rubrica, de excus. tut. l. sed & milites. §. sed & igno. quia in ipsa missione non commisit delictum is qui mittitur, sed prius in alio. Et ita determinatur lex de suspect. tut. l. decreto. & aliæ omnes. Azo, ru. 85.

Puniēd'. Quod puniēdus est quis pro delicto alterius.

Pro.
6. q. 1. c. quæro. §. verum.
1. q. 4.* item peccato. & c. homini.
15. q. vlt. c. cum multæ.
20. q. vlt. c. cum multi.
23. q. 5. c. cùm homo.
De conse. dist. 1. c. in sancta.
Ext. de elec. c. innotuit.
Ext. de off. deleg. c. sanè.
Ext. de spons. c. non est nobis.
Ext. de fil. presbyt. c. præsentium. in fin.
Ext. de hæret. c. vergentis.
D. de calum. l. hæc actio.
D. de muner. & hon. l. qui originem. §. filius.

Addit.* item. tex. expres. habet. c. ecclesia. §. item peccato.

Contra.
Ext. de his quę fi. à maio. par. c. quæsiuit.
1. q. 4. c. nullus. & c. crimen.
56. dist. c. satis peruersum.
24. q. 2. §. si habes.
11. q. 3. c. illud planè.
2. q. 5. c. interrogatus.
D. de in ius vocan. l. adoptio. §. fin.
D. de ritu nup. l. generali.
D. de aliena. iud. mut. causa fac. l. 1.
C. de pœnis. l. sancimus.

Solutio.

Nullus punitur æternaliter pro peccato alterius. d. ca. nullus, sed temporaliter quādoque punitur quis, vel propter enormitatem delicti. d. §. verum, vel propter terrorem, d. c. cùm multi. Damas. reg. 21.

¶ Pupillus. In criminalib. vt nec in ciuilibus, sine tutore, vt pubes, sine curatore, nec agit, nec defendit tex. in l. clarum. vbi Bald. maximè numer. 3. versicu. item licet. (vbi respondet §. ad crimen. l. penult. ff. de public. iud.) C. de auctorit. præstand. & l. cùm & minores. C. si aduersus rem iud. & l. ij. C. qui legistandi in iud. perso. hab. vel. non, aliàs iudicium corruit. glos. vltim. in d. l. clarum. Salicet. in l. ij. C. qui accusa. non poss. l. propter. C. ad legem Iul. de adulter. & in rubric. C. de in lit. dand. tuto. vel curato. Albert. de Gandin. in suo malefi. Tract. titul. de homicid. & eorum pœnis. numero 17. hoc ita, si ciuiliter & iure ordinario, non si extraordinariè agatur, maximè in capitalibus, & atrocioribus sceleribus incedatur. Cyn. in eo murus aheneus est, in dict. l. clarum. iuuat. l. vlti. ff. de priuat. delict. Et hoc casu tutorem, aut curatorem, non habenti, detur saltem curator in lites. dict. l. propter. & Salicet. in dict. l. ij. In atrocioribus autem, & extraordinariis criminibus, minor doli capax, personaliter respondet sine alicuius auxilio, aut consilio. l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minorib. iuuat l. j. C. si aduers. delict. l. auxilium. §. in delictis. ibi, sed vt ad legis. ff. de minor. iuncta ibi gloss. in verbo, fateatur. in capitu. j. extrà, de delict. puero. & capitu. paruuli. distinctio. iiij. Baldus in authentic. sacramenta puerorum. C. si aduers. vend. & ita vt ne quidem Procuratore, aut Aduocato, vt nec maior vtatur trit. l. penult. §. vlti. ff. de public. iudic. scitè & Angel. in malefic. Tractat. in verbo, comparuerunt dicti. versiculo, necnon. numero 7. cum aliis, per totum, vbi de curatore minori saltem ad lites dando, & de minoris tam in tortura, quàm extrà, confessione, & ibi plura August. cumulat, plurimúmque longè latéque discrepantes sententias, & opiniones recense-

censet: idem Angel. in verbo, scienter, & dolosè. numer. 6. vbi qui & quando minores puniantur. Est autem minor doli capax, omnium delictorum, carnis scelere dempto, compos. gl. in d. l. clarum. in ver. cōcedunt. & l. pupillum. ff. de reg. iu. Infans autem doli capax non est. §. in summa. Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. Capitis insuper supplicio, vel impubes plectitur. l. excipiuntur. ff. ad Senatuscon. Sylla. & ibi glos. & l. si adrogati. ff. de tutel. peccare enim possunt, tum agendo, cùm omittendo scrib. in dict. capitu. 1. de delict. puero. Angel. in malefic. Trac. in verbo, scienter, & dolosè. numero 12. vbi August. Quò fit, vt infantes rei delati, in iudicio, sine tutoris aut eo deficiente, curatoris saltem ad lites, auctoritate esse nequeant. d. l. clarum. aliàs fertur minoris confessio nulla. Bald. in dict. authentic. sacramenta puberum. de huius reg. materia apud Angel. eô loci in verbo, comparuerunt dicti. versiculo, nec non. numero 7. tetigit August. in eo tractatu, in verbo, qui dominus. versic. tu autem. nu. 3. hanc regulam & eius declarationes, iuuant quæ regula sequenti dicuntur, maximè numer. 2. & 4. de hac regula Hippolyt. de Marsil. in pract. §. nunc videndum. num. 31. & numer. trigesimoprimo. & 33. vbi causæ cognitionem præstandæ auctoritatis, expostulat. dilatione intermedia. C. Batan.

In criminibus priuatis quidem: sed non in publicis, patris auctoritas, & consensus exposcendus venit, quamuis his curator ad litem detur, vt pluribus videtur, si sit filiusfamilias reus, minor xxv. annis. Hãc refert Communem Albert. de Gand. in malefic. Tract. titu. de aliquibus quæstio. numer. duodecimo, cum sequent. & titu. qui accusare possunt. rub. de filiofam. numer. 32. patris consensum, & auctoritatem in his posponit, conuincit l. inter. §. penulti. & l. filiusfamiliàs. ff. de adulter. & glos. in dicto §. penulti. vbi accusa. & l. noxali. & l. etsi condemnatus. ff. de noxal. actio. tex. in §. vltimo. in vltimis verbis. Instit. eod. vbi indiscriminatim filius famil. pro delicto siue publico, siue priuato (quod delicti verbum sit generale) conueniri potest. Quo iure hodie vtimur, maximè si extraordinariè, & non ciuiliter incedatur. De hac regula Hippolyt. de Marsil. in practic. §. expedita. à nume. 72. & §. sequens quæstio. n. 53. C. Batan.

¶Pvpillvs ad diuisionem regulariter alium prouocare non potest. l. si pupillorum. in prin. ff. de re. eorum. & ibi per Bar. & docto.

Primò fallit in fructibus diuidendis, vt per Bald. in l. Lucius. ff. fami. er. Bald. in l. j. ff. de rebus eorum. & Bal. in l. iubemus. C. de sacrosanct. eccles. & p Flor. in d. l. Lucius præalleg.

Secundò fallit quando expedit pupillo, & tunc potest fieri diuisio cum decreto iudicis, vt per Bald. in l. j. ff. de rebus eo.

Tertiò fallit, quando esset diuisio facti & non iuris, putà gratia commodioris culturæ. l. cum ius. §. j. de lega. ij. & hoc probatur per glos. & ibi Paul. de Castr. in terminis in l. iubemus. C. de sacros. eccles.

Quartò fallit, quando alius prouocaret eum ad diuisionem, quia tunc potest fieri, vt vult glo. not in l. iubemus, C. de sacrosanct. eccles. ar. l. ij. §. de fun. do. & l. inter omnes. de prædiis minorum. & l. si pupillorũ. alleg. vt patet. B. Socin. reg. 409.

¶Pvpillvs. l. 2. in fi. l. in negotiis. l. pupillus. 809. l. pupillũ. 112. l. 158. neque interdicto. l. 150. pupillus sine tu. De priui. cre. l. si pupilli.

Adolescens & pupillus æquiparantur furioso. De recep. arb. l. diem proferre. §. coram.

Meliorem suam conditionem facere potest pupillus, etiam si sine tutoris auctoritate. De pact. l. contra.

Pupillus mutuam pecuniam accipiendo, ne quidem iure naturali obligatur. Licin. libro 8. Reg. De ac. & ob. l. antepen.

De pupillari substitutione tractatur in l. 1. de vul. & pu. sub. Riisvvich.

¶Pvpillvs. Celsus libro xiij. Digestorum. Lex clxxxix. al. cl.

Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, nisi apposita tutoris authoritas necessaria est.

Velle quidem ad suum scilicet præiudicium, nec nolle quo minus teneatur & vtile geratur. l. 1. C. de fal. monet. Viulennus.

¶Pvpillvs suam hæreditatem auctoritate tutoris adire debet. tex. est in l. minor. & l. pupillus. ff. de acquirenda hæreditate.

Primò fallit, si in defectũ tutoris iudex suum decretũ interponat, vt tenetur, vt l. si infantis. in fi. de iure deli. & gl. in l. bonorum. C. qui admit.

Secundò fallit, si ipsi pupillo delata sit hæreditas, patre viuente, & tunc absque consensu patris & auctoritate tutorum hæreditatem per se adire & repudiare potest, per tex. secundum Raph. Fulg. in l. fin. §. si autem in secunda ætate. C. de bo. quę libe.

Tertiò fallit nisi ipse pupillus sit institutus sub conditione, quia tunc conditione per eũ adimpleta immediatè sua auctoritate fit hæres. tex. fin. in l. conditionibus pupil. ff. de cond. & demon.

Quartò fallit, nisi statutũ hoc ei permitteret, ita dicit Ang. in leg. minor. ff. de acquirend. hæredit. §. rationis. B. Soc. re. 410.

¶Pvpilli modica bona satisdationem remittunt tutoris persona existente honesta. l. legitimos. ff. de legit. tutor. Ant. Cors. in loco de minimis. num. 24. conc. leg. scio. ff. ste restitu. in integ. l. si oleum. in fi. ff. de dolo leg. metum. ff. quod met. causa. leg. res bona. ff. de contr. emp. l. j. C. si aduer. vend. auth. quod locum. C. de col. leg. 2. ff. quod cum eo. l. si ex causa. ff. de minor. l. 2. §. fin. C. si contra ius, vel vt pub. Bal. leg. si pater. quæst. 8. C. de inst. & subst. leg. qui habebat. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. capitul. requisisti. de testamen. §. pen. inst. de iniuriis. capit. ex parte. ff. de fid. instrum. Med. reg. 5.

¶Pvpillvs pati posse non intelligitur. l. in eo. §. pupillus. ff. de reg. iur.

Fallit in 2. casibus, vt per Dec. in d. §. pupillus. Don. Fina, lib. 5.

¶Pvpillvs regulariter non potest esse testis. l. iij. §. lex Iulia. & l. sequen. in fi. ff. de testi. & de instit. testamen. §. testes.

Amplia, etiamsi non opponitur, quia ipso iure est nullum ipsum testimonium, secundum Ang. in §. j. per illum tex. in authe. de testi.

Amplia etiam si factum non posset aliter probari, fac. no. per Bal. in l. testium. C. de testi. licet Alb. in l. in testimonium, de testi. dixerat contra. sed malè, de quo dic, in d. §.

Amplia etiam in criminalibus vbi requiritur ætas xx. an. vt in d. l. in testimonium.

Fallit quoad indicium faciendum, si sit doli capax, secundum glos. in l. inuiti. l. ij. ff. de testi. Bar. in l. fi. per gl. ibi. De his, qui vt indign. & in leg. ex libero. §. fi. ff. de

ff. de quæstio. non tamen facit indicium plenum, sed aliquale, secundum Bar. in l. maritus. ff. de quæstio.
Fallit in crimine læsæ maiestatis. l. de minore. in princ. ff. de quæstio.
Fallit, quando factus maiorte statur, pupillus enim po test testari maior factus, de his quæ vidit in pupillari ætate. secundum gl. in l. lex Iulia. & in d. §. testes. Barto. in l. ad testium. ff. de testamen. habes glos. in capitu. placuit, de conse. distinct. quarta. dixi latius in d. §. testes. S. Ianu. reg. 150.
¶PVPILLVS solus sine tutoris auctoritate, non potest agnoscere bonorum possessionem. tex. est in l. bonorum. C. qui admit. vbi Ias. notat hoc ex tex. & assignat duplicem rationem.
Limita quadrupliciter, vt per eundem ibi. B. Dias reg. 626.
¶PVPILLI, Pubertas, Furtum. Caius lib. II. Ad Aedictum prouinciale. Lex cxj. al. Paulus l. cxij.
Pupillum qui proximus pubertati sit, capacem esse, & furandi, & iniuriæ faciendæ a constat. In b hæredes non solent actiones transire, quæ pœnales sunt ex maleficio, veluti furti, damni, iniuriæ, vi bonorum raptorum, c iniuriarum.
ADDIT. a deest in P. Florent. b. hæredem ibid. c. sic in P. Florent. in al. deest.
Vid. l. impuberem. de furt. & gloss. ibi Instit. de inutil. stipul. §. pupillus. Viuiennus.
¶PVPILLARIS expressa cõtinet tacitam vulgarem. tex. in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. Barto. & alij in l. 2. ff. eod. titu. num. 29.
Limita quatuor modis, vt per Ias. in d. l. iam hoc iure. nu. 5. quarum vna fuit Bar. vbi suprà. B. Dias re. 627.
¶PVPILLARIS substitutio comprehensa sub breuiloqua, matrem excludit. tenet Bar. in l. precibus. de impube. & aliis, quod dicit ab omnibus teneri Iaso.
Limita fin. vt per eundem Ias. ibi, quando talis breuiloqua esset facta verbis negatiuis cõueniẽtibus sub stitutione vulgari, veluti si testator institutis duob. filiis dicat, si alter vestrum hæres non erit, vos inuicem substituo, quia tunc pupillaris sub tali breuiloqua comprehensa, censetur omnino tacita, & per cõ sequens matrem non excludit, quod dicit voluisse Bar. in l. Lucius. ff. de vulg. & pup. pone quòd institutio, quod ibi dicit no. Imo. & refert etiam Alex. in duobus locis idem tenentem. B. Dias reg. 630.
¶PVPILLARIS substitutio continetur tacitè sub expressa vulgari. tex. est in l. quamuis. C. de impu. & aliis substit. cõcordat tex. in l. iam hoc iure. ff. de vul. & pupil. no. Barto. & ibi doct. in l. Gallus. & §. quid si tantum. ff. de liber. & posthum. Est tex. de iure regio in l. v. tit. v. par. vj.
Amplia duobus modis, vt per Ias. in l. I. ff. de vulga. & pupil. & in l. iam hoc iure. eod. titu.
Limita quadrupliciter, vt per Iaso. in l. quamuis, & per eundem in d. l. iam hoc iure. & eundem in d. l. j. nu. 60. vbi tripliciter limitat. B. Dias reg. 628.
¶PVPILLARIS tacita, comprehensa sub expressa vulgari, non excludit matrem. Ita Ias. in l. precibus. C. de impube. nu. 7. vbi allegat quam plures docto. & dicit quod ista est communis opinio. & idem tenet Ang. de quo fuit immemor Ias. in princip. Insti. de pupil. substi.
Fallit quatuor modis, & in quatuor casibus, de quibus per Ang. vbi suprà.
Adde quintam fallentiam, quam ponit Iaso. vbi suprà, quæ diuersa est à quatuor positis per Ang. puta quã do pia causa esset substituta. B. Dias reg. 629.
¶PVRGATIO. Quam omittit purgationem Ecclesiasticus, secularis adimpleat.
In Aut. de sanct. Episcop. §. si quis rapuerit, aut soli. Azo, rub. 104.
Purus actus plenior est conditionali. De hære. inst. l. si ita scriptum.
Actus qui purè valere non potest, resoluitnr in conditionalẽ. De test. tu. l. si hæreditas. §. si furiosus. & §. Sequ. Riisvvich.

REGVLARVM IVRIS CIVILIS ET PONTIFICII,

Liber Decimus quintus.

Q



QVADRIMESTRE tempus debet assignari de iure communi, condemnatis ad soluendũ post sentẽtiam, vt in l. ij. & in l. fi. in pri. C. de execu. rei iud. & probatur in c. quo ad con sultationem. de re iudic. & not. Bal. in l. executore. C. de execu. rei iudica.
Limita quatuor modis, vt per Ias. in l. si arrogator. ff. de adopt. qui de aliis limitationibus se remittit. B. Dias reg. 631.
¶QVADRIVIO priuilegium concessum, quod triuio concedi solet. Bal. auth. habita. C. ne fil. pro patre. in term. huius reg. Med. reg. 9.
¶QVALITAS, adiecta verbo, intelligitur secũdũ tem pus verbi, vt l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa li. Ang. Aret. cons. 148. Alex. cons. 162. nu. 8. vol. 2.
Amplia, regulã locũ habere in qualitate ad aliquã dignitatẽ vel prærogatiuã, quia illa etiã requiritur tẽpore quo dignitas vel prærogatiua defertur. vt c. in notuit. & c. dudum. & ca. cum in cunctis. de elect.
Amplia similiter si pater ex forma statuti tenetur assignare legitimã filio delinquẽti, vtiq. tenet assignare solũ de bonis quæ pater habebat tpre quo filius deli quit, & nõ de bonis postea quęsitis, quia incipit for mari inquisitio cõtra patrẽ, & eo tẽpore obligatio incipit habere vigorẽ, & ideo nõ debet extẽdi in alio tẽpore. Ita Bal. in l. lex Cornel. ff. de vulg. & pup.
Amplia etiã in casu statuti prouidẽtis dominũ teneri pro delicto cõmisso à famulo, qđ vtique non debet teneri pro delicto per eũ cõmisso ãtequã esset eius famulus, secundũ Flor. in d. §. si extraneus. nu. 3. ff. de noxa. & l. fi. in prin. ff. nau. caupo. stab. cum aliis.
Amplia etiã si extaret statutũ, quod doctor qui consuluerit habeat vnũ duc. pro libra, & tũc quia verbũ doctor regitur ab illo verbo cõsuluerit. Tũc sufficit ꝙ tpre cõsilij sit doctor. Ita est tex. in l. pręcipimus. §. sanc. C. de appel. & ita Bart. format hanc quæsti.
Amplia, etiam vt si impetrans ecclesiam curatam tem pore impetrationis erat inhabilis, nec teneat concessio, licet tempore vocaturæ reperiatur habilis, vt in c. si eo tempore, de rescrip. in vj.
Fallit in casu dotis, secundum Deci. in consil. v. nume. 4. in prima parte, volu. cons. vt puta, si extaret statutum, quòd instrumenta omnia debeant registrari, seu insinu-

seu insinuari, vtique hoc locum non haberet in casu dotis, prout Salicé allega. per Deci. in d. consilio v. nu.3 vol. 1. & cons.218. numero 8. & 9. vol.1. Gramma. deci.57. nu.18. Ant. de Butr. in cons. ix. nu.4.

Fallit etiam quando sermo fit impropria locutione, vt puta si diceretur, fiat tale quid non obstante Titio, si Titius non est in rerum natura, vt singu. Cor. cõs. xciij. volũ. ij. l. g. quod not. ve si diceretur, relinquo dotem vel alimenta in ea quantitate, quam habebit Ti. si Titius nullam dotem habebit vtique limitabitur secundum vires facultatis. l. cum post. §. Gener. ff. de iure dot.

Fallit etiam vbi tractatur de ætate, secundum Deci. in consilio 443. nu.24. vbi appellatione filij cum certa qualitate non porrigitur ad nepotem, in quo illa qualitas non reperitur tempore successionis, quod not. Bald. l. iij. C. de suis & leg. Luc. de Pen. in l. Tirones. num.7. C. de Tironibus. l. xij. vbi tenet nepotem admitti in regno excluso filio.

Fallit in qualitate extrinseca quæ insurgit speciali priuilegio personæ, talis enim qualitatis non fit repetitio, quia personæ cohærere censetur, & ideo nullatenus debet extendi ex quo personalia ad vnam limitatam personam destinata, non porriguntur, neque se extendunt ad alias. Ita Iaso. in l. si fundum. §. si paterfamiliàs. num.10. ff. de leg. primo, cum aliis ibi.

Fallit etiam quando qualitas est imcompatibilis cum verb. in eadem dispositione, apposito, vt puta, si dictaret statutum, quòd clerici teneantur ad solutionem pedagij, quod laicis imponitur, vtique cum regulariter clerici non teneãtur ad solutionem gabellæ, pro contractibus per eos initis, vt Deci. in ca. ecclesia S. Mariæ. nu.270. de consti. nisi clericus negocietur, vel nisi gabella imponatur pro refectiõe viæ vel nisi clerici vterẽtur beneficio statuti laicorum, quia eo casu clerici tenentur. vt Abb. consi. vj. in 11. dubio. volu. j. & in cons. xiij. volum. ij. Nouel. regu.103.

¶QVAESTIONEM siue torturam, debent præcedere octo, Primum quod constet delictum esse commissum. Secundum quod præcedant indicia. Tertium, quòd detur ipsi reo copia indiciorum, cum termino competenti ad purgandum ea. Quartum, quòd non sint aliæ probationes. Quintum quod accusator petat à iudice vt ponatur reus ad torturam, aliàs, eo non requirente, iudex non potest, nec debet ipsum ponere ad torturam.

Sextum, quòd sit lis contestata, & nomen rei sit receptum inter reos. Septimum, quod ipse & non notarius vel alius examinauerit testes indiciorum. Octauum, quòd ipsi reo si minor est, detur curator. Quæ omnia latè ponit Hippolit. in l. prima. ff. de quæstio.

Limita suprà dicta tribus modis, vt per eundem Hippo. ibi, sub dubio forte.

Primò quando ageretur seu procederetur contra insignem furem, vel malefactorem, quia contra tales iura non adhibent tantam solennitatem, sicut contra alios.

Secundò, quando procederetur contra hominem malæ conditionis & famæ, quia tali non esset danda copia indiciorum.

Tertiò in criminibus enormibus, in quibus cessant solennitates iuris. Allegationes & fundamenta harum limitationum vide per te. B. Dias reg.632.

In quæstione pluribus infligenda, à iuniore, timidiore, ac eo, à quo veritatem faciliori negotio Iudex extorqueri posse autumabit, incipiendum: text. in l. j. §. j. versiculo, item diuus. & l. vnius. in princip. ff. de quæstio. Barto. in l. j. in princip. ff. de quæstio. & à suspectissimo quoque primordia ponenda. Hinc à filio exposcenda veritas in patris facie, per torturam: quo pater humanitate & pietate pulsus, veritatem facilius euomat. l. isti quidem. §. quod met. caus. §. sed veteres. institu. de noxa. actio. §. sed veteres. ver. quis enim patiatur, &c. A fœmina insuper cunabula sumenda, quod tenuior & minoris constantiæ, viro ducatur. tex. in l. prægnãtis. in ij. respons. ff. de pœnis. vbi glos. vltim. & Barto. auxilio erit. l. filia: C. de inof. test. l. deferre. in princi. ff. de iure fisci. c. forus. extra, de verborum significa. l. quisquis. §. ad filias. in fin. C. ad legem Iuli. maiest. Habenda denique delicti in grauitate ac atrocitate consideranda, ratio erit, & consideranda rei ætas veniet, fortitudo, ac debilitas in quęstione indenda, quo iudex cum medela ac temperamento incedat. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. l. 3. ff. de re milit. §. fina. & l. si quis in graui. in princip. ff. ad Sylla. & l. quæstionis modum. ff. de quæstio. vt quæstionis omnis ferè modus & mensura, ex iudicis arbitrio, dependeat, in quo quisquis scribentium murus aheneus est, vnde videat ne in ea quæ regul. xl. numero 7. & reg. xlj. dicuutur, irrepat, ac præceps cadat, de temperamentis à Iudice adhibendis in tormentis tangit Albert. Gaudin. Tracta. titu. de quæstio. & tor. numero 5. 10. & 11. vbi etiam de ordine, in quæstione pluribus infligenda, obseruando. Bonifac. de Vitell. in malef. Tract. titu. qualiter sit fienda tortura. Fiet autem fune, vel alia simili via. vt notat. in l. edictum. ff. de quæst. Idem Bonifa. in fin. dicti titu. Quæ autem personæ, torturę onus enatent & euadent scitè discutit Hippolit. in pract. §. expedita. numero 27. cũ aliis sequent. qualis est Decurio, Doctor, Aduocatus, miles, Doctorum filij, minores 14. anno. maiores Magistratus, eorum durante officio, Clerici in sacris constituti non infames, homines decrepitæ ætatis, Reipublicæ vtiles & similes. nisi in læsæ maiesta. crimine. illis autem casibus torti confessio non nocet: & idem numero 46. de reg. nostra. Hyppolli. in pract. §. expedita. numero 49. terreri tamẽ posse videtur, vt impubes, per quæstionis præsentationẽ, tex. in l. j. §. impuberi. ff. ad Sylla. C. Batan. 636. Dias.

¶QVALITAS certa vbicunque requiritur in personis adhibitis aliquo certo limitato tempore debet præcisè probari quod illa qualitas tempore limitato interuenerit, & non sufficeret probare quod interuenerit ante illud tempus, vel post Bart. & Bal. ex illo tex. in l. j. C. de testa. quos refert Iaso. ibi, in 2. not. per suprà dicta verba, licet Bald. non ponat sic istud notabile, prout à Ias. refertur, pro quo dicit facere tex. in l. ad testium. §. 1. ff. de test.

Limita per tex. in cap. proposuit. de cler. excommun. ministra. quem dicit sing. Franc. de Are. in consi. lj. circa pri. ad hoc, quod vbi requiritur certa, & determinata temporis probatio pro forma, illa qualitas probatur inesse illo tempore præsumptiuè, probando, quod olim inerat. quod dicit ex illo text. notare Inno. & Anto. licet Bal. aliter dicat in l. siue possidetis. C. de probat. Et istam limitationem descripsit Ias. vbi suprà, B. Dias re.632.

¶QVA-

Qualitas vbi in aliqua dispositione requiritur, illa omnino probari debet. Ioan. And. in c. j. de homici. in vj. & ibi canon. Mars. in Auerolda. §. quoniam, num. 52. vbi multa coaceruat pro suo more, & sing. clxxxvij. Bal. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. Bal. in l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cle. Bart. in l. 1. §. j. ff. ne quid in loc. pub. Alexand. consil. vlti. volumi. 2. & consi. j. nu. 42. volu. iij. & consi. iij. nu. 5. & consi. xlj. volu. iiij. Guli. de Per. consi. xxxvj. nu. 7. dicit, quòd vbi aliqua qualitas adiecta malefició alterat. l. dispositionem, si proponitur in iudicio ad puniendum debet singulariter & conclusiuè probari, l. prætor. §. docere. ff. vi bon. rapt. & non dicitur factum fuisse probatum nisi etiam probetur qualitas. l. si quis alium. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius voc. Cy. Bal. & Sal. in l. ij. C. de proba. dicunt, quòd si requiratur factum cum aliqua qualitate non est satisfactum iuri, si occurrit illud fieri sine illa qualitate. c. notificasti. xxxiij. q. v. Bartol. in l. quid er go. §. pœna grauior. ff. de iis quæ no. infa. Corn. consil. cxcviij. vbi eo. vol. 2.

Amplia d. regulam etiamsi tractetur de interesse publico, vt Bal. & docto. in d. l. ij. C. de proba. c. vt famæ, de sent. excommu. & Iacobus de Beluis. in cons. iij. nu. 28. in consi. crimi. dicit quòd qualitatis mutatio non facit nouam speciem accusationis, nec immutat formam delicti. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxal.

Amplia ij. in beneficialibus causis, vt c. si ab eo. & ca. si forte, de elect. in vj. & Deci. in cap. licet causam, de proba. nu. 182.

Amplia iij. quando reus confitetur delictum sine qualitate intẽtata, quia eo casu nullo modo poterit puniri pœna. l. ordinaria. Ita Deci. consi. cv. numero 4. versicu. ij. potest responderi. & in consi. cl. numero 4. volu. iiij. Ange. in l. si vacantia. C. de bon. vacant. in rep. vbi disputat, si formata sit inquisitio de furto, & in processu apparet de alio delicto. An absolutio sequi possit. Roma. consi. clxvij. in fine. nu. 8. & Signor. consi. x. idem Roma. consi. cccxlix. num. 7. & consi. ccxlvij. nu. 5.

Fallit j. quando ex deductis in processu constaret de eodem facto. Bald. in l. j. nu. 67. versic. super vij. C. qui accu. non pos. Bar. & Ange. in l. denunciasse. §. quid tamen. ver. sed adde. ff. de adul. Imo. in l. is qui reus. ff. de pub. iud. extra glos.

Fallit ij. quando qualitas est de substantia actionis propositæ, secus verò si non esset de substantia, quia deficiens in probatione qualitatis obtinet in facto principali simpliciter probato. secundum Bald. in l. Titia. in prin. ff. sol. matrim. & Signo. consilio 141. procura. vbi dicit, quòd quando qualitas adiecta delicto alterat delictum, & pœnam si non probatur, absoluitur reus, aliàs secus per dictum §. si detracta. & ibi Floren.

Fallit iij. quando negatiua aliqua proponitur, quia co tunc non videtur se astringere ad illam probandum cum negantis factum nulla potest esse directa probatio. vulgata. l. actor. vt Bal. in l. cum te. in fi. C. de probat. cum aliis infinitis.

Fallit iiij. quando proponens in libello dicit non se astringens, vt Abb. & Deci. in c. ex parte. num. 67. de rescrip. Bart. in l. non ideo. in fin. C. de lib. causa, vbi protestatio actoris, non iuuat quando subest causa, & qualitas quæ necessario probari debet, & idem in l. diuus. ff. de probat.

Fallit v. quando apponitur clausula, super quibus omnibus, & singulis. Bald. in d. l. ij. C. de probat. & l. 1. versicu. super hoc vij. puncto. C. qui accusa. non possunt. Angel. in tractat. maleficiorum super quibus omnibus, & sing. Florent. in dicto §. si detracta. ff. de nox.

Fallit vj. quando proponens petit aduersarium condemnari secundum formam iuris & statutorum, quia tunc non probata qualitate de delicto simpliciter condemnari potest, secundum Bald. in d. l. ij. de probat. Barto. in l. rerum quidem amotarum. ff. rerum amot. Alexa. in l. Gallus. §. si eius. de ff. lib. & posthum.

Fallit vij. quãdo actor in fine libelli dicit, saluo iure addendi, minuendi, & corrigendi, secundum communiter docto. in l. edita. C. de edendo. & Bald. in c. inter dilectos. vers. saluo iure. de fide instru. Alber. in l. fin. C. de diuer. rescrip. & Barto. in l. à diuo Pio, in princi. ff. de re iudicat. & Deci. in cap. ex parte. num. 46. vsque 72. & in c. licet causam. à nu. 172. vsque 196 de probat.

Fallit viij. quando qualitas ex prouisione legis est apposita in aliqua dispositione principali, tunc non censetur repetita in prouisione pœnali & accessoria, secundum Socin. in l. multa. in prin. nume. 2. ff. de condi. & demonstra. Barto. in l. stipulat. §. Grisogonus. ff. de verbo. obliga. nume. 4. Gerardus sin gu. iij. num. 9.

Fallit etiam quando qualitas non inest à natura, quia tunc eam probare non tenetur, vt puta si quis allegat se esse clericum, tenetur omnino probare clericatum, quia nemo nascitur clericus, sed si attestaretur hominem carere testiculis, ex quo naturaliter homo habet testiculos, à natura suæ natiuitatis genitos, ideo si quis asserit illum non habere testiculos, tenetur vel probare per testes, vel per rei euidentiã, quia naturalia sunt omnia immutabilia iuribus vulgaribus. Ian. reg. 164.

¶ Qualitas, quæ exprimitur in persona alicuius correlatiui cessat in persona alterius. Bal. l. fin. C. de ind. vid. tol. Med. reg. 9.

¶ Qualitas non potest esse sine subiecto. leg. 2. ff. de vsuf. ibi est autem vsufructus ius in corpore, quo sublato, & ipsum tolli necesse est conc. Paul. l. si seruum. §. si modus. nume. 3. ff. de act. emptio. Alexan. cons. 233. num. 8. lib. 6. l. fin. ff. de col. bon. leg. 4. §. fi. ff. de actio. emp. nullius enim entis nullæ sunt qualitates. cap. ad dissoluendum. ff. de spons. impub. l. 1. ff. de hære. vendit. vnde sublata substan. corruit actus. l. naturaliter. §. acces. ff. de acqui pos. Alber. l. si eum. §. ei qui. ff. de ædil. edicto, Lancel. l. fi. §. si quis. ff. de leg. 1. l. eius qui. ff. si cert. pet. Angel. consilio 390. Are. cons. 143. l. 2. C. sec. tab. Neuiz. in Sylua nup. li. 1. numero 231. Fran. in tract. de testib. concl. 27. nu. 58. Soc. cons. 150. colu. 4. lib. 1. Ias. l. eius qui. §. quod si. num. 3. ff. si cert. pet. l. si ita. num. 5. ff. de verb. obligat. l. 1. nume. 44. ff. de leg. 1. Corn. cons. 112. colu. 3. vol. 2. Bald. l. omnium. C. de testib. Tiraquel. in trac. primogen. quæstio. 40. nume. 121. Cephal. cons. 68. num. 8. Dec. cons. 583. numer. 9. cons. 222. numer 2. Alexa. leg. Pomponius. §. sed si. num. 4. ff. de acquir. pos. pro declaratione huius reg. nonnulla prius præmittenda sunt. Et primo quid sit qualitas, & quid subiectum quotupléxque dicatur, de quibus vide quæ scripsi ego in meo tracta. de leg. & stat. p. 4. quæstio. 31. num. 3. & p. 2. quæstio. 2. non tamen omitto quod mutatione qualitatis nõ mutatur substantia rei. §. minus. instit. de hære. quæ ab intest. defer. l. si fundus

fundus. §. si res. ff. de pignor. potest enim qualitas adesse, vel abesse præter subiecti corruptionem gl. leg. si quid bello. ff. de capt. & postli. reuers. vnde facilius probatur qualitas quàm substantia. Crau. in tract. de antiq. tempor. par. 2. nu. 63. quæ quando requiritur probari debet omnino. Ioann. And. c. 1. de hom. 6. Alex. cōs. 1. nu. 43. vol. 3. & cōs. 3. nu. 5. vol. 4. Tertiò no. quòd qualitas adiecto verbo, debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. Angel. cons. 148. Alexan. cons. 162. nu. 8. vol. 2. Feli. ca. ex parte. nu. 25. de rescr. Quartò not. quòd qualitas agentis intentionē demonstrat. l. non codicilum. C. de testam. Quintò qualitas adiecta in principali censetur in eius accessorio repetita. Bart. l. si ita. §. Chrisogonus. ff. de verb. ob. Bald. l. Titius. C. de oper. libert. Sextò vitiū qualitatis maius est vitio quantitatis. Din. c. plus semper. de reg. iur. 6. si tamen fiet prohibitio simplex, intelligitur facta respectu substātiæ nō qualitatis. l. generaliter. C. de non nume. pecun. Bar. l. iurisgentium. §. quod ferè. quæst. 8. ff. de pactis. Sept. no. quòd qualitas in sustinendis actibus præcipua dicitur esse. Por. cons. 2. nume. 15. l. si quæramus. ff. de test. l. cōficiuntur. §. quoties. ff. de iur. Cod. capitu. at si cleric. de iud. Octauò qualitas naturalis potius quàm accidentalis debet attendi. leg. quod habetur. ff. de tutel. l. fin. C. de his qui ven. æt. impet. cap. si forte. de elec. 6. Port. cons. 164. num. 95. & cons. 167. nu. 94. Nonò, vbi duæ qualitates requiruntur non sufficit adesse vna ipsarum. Docto. com. c. nauiganti. de vsur. Decimò, not. differentiam esse inter subiectum, & qualitatē: nam subiectum est, quo primum res est, qualitas verò est quædam forma adhibita. Cephal. consi. 171. num. 21. vnde pro ista reg. Abb. rub. de appel. nu. 3. & in ca. non vt opponeres. nu. 3. de Bapt. August. Ber. d. rub. de appella. num. 21. concil. l. si non fuerit. ff. pro socio. c. fin. de appellat. capitu. fin. de cond. apposit. Socin. l. ita stipulatus. num. 73. ff. de verb. ob. Abb. cap. tua. de spons. numero 10. Dec. leg. edita. numer. 40. C. de ed. & quæ dicantur substātialia, formalia, & accidētalia contractus, vide quæ ego scripsi in meo tract. de leg. & stat. par. 3. q. 4. num. 3. & q. 5. nume. 2. item vide etiam in meo trac. de defin. par. 2. in defin. contract. & ibi per totum habetur, quòd sit subiectum cuiuslibet dispositionis. ampl. reg. hæc multis modis, & primò, Dicemus nonnulla etiam de reg. priuationis, & habitus. Med. reg. 6.

Qualitas non potest esse sine subiecto. l. 2. ff. de vsufr. l. fin. ff. de coll. bon. dixi suprà. nu. 1. est tamen maius vitium qualitatis, quàm quantitatis, nam talia sunt subiecta qualia prædicata demonstrant. l. 1. §. si quis. ff. de verb. obligat. l. 3. ff. de fund. instru. nihilominus qualitas adiecta in principali censetur repetita in accessorio. Bar. l. si ita. §. Chrisogonus. ff. de verb. obl. Med. reg. 6.

Qualitas requisita in dispositione probari debet, hæc indefinita vniuersaliter procedit, tam in interesse publico quàm priuato. l. 2. C. de proba. capitulo, vt famæ. de sen. exc. Iacob. in consilio 3. num. 28. consi. crim. leg. in delictis. §. si detract. ff. de noxal. Ioann. And. cap. 1. de homic. 6. Bald. l. hi, qui. C. de appella. Alexand. cons. 1. numero 43. volum. 3. consilio 3. nu. 5. volum. 4. c. notificasti. 33. quæst. 5. Corn. consil. 197. volum. 2. Med. reg. 2.

¶ QVALITAS sine subiecto esse non potest. De ac. em. l. 4. §. fi. De col. bo. l. fi.

Non entis nullæ sunt qualitates, ibidem & l. 1. De hær. vend. vide Intentionem, Instrumentum.

Qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. De nox. l. in delictis. §. si extraneus. De mili. test. l. si Titius. Latè Calca. cons. 15.

Accidentia & qualitas possunt abesse vel adesse præter subiecti corruptionem. De impen. in re. do. fact. l. pro voluntariis.

Ex persona propria competens qualitas, potentior est ea quæ competit ex aliena. De cap. l. si quid bello. & ibi glossa.

Qualitas quæ inest de iure communi vel speciali iudicatur à pari. De excu. tu. l. cùm ex ratione. C. de his qui ve. æta. l. 2.

Quando requiritur aliquid qualificatum, non sufficit, illud simpliciter interuenire. Ex quib. caus. in poss. ea. l. Fulcinius. §. cùm hoc & ibi Bald.



Quilibet est talis, qualia verba refert. De cond. inst. lege penultima.

Vitium qualitatis maius est vitio quantitatis. De ver. oblig. l. 1. §. si quis simpliciter. §. seq. Dinus in c. plus. circa fin. de reg. iur. in vi.

Allegans qualitatem illam probare tenetur. C. qui ac. non pos. l. non ignorat.

Mutatione qualitatis rei substantia non mutatur. Inst. de hæ. quæ ab inte. def. 1. §. minus. de pig. l. si fundus. §. si res.

Quale quicquid est, cum petitur, tale dari debet. Vlp. De vsuc. l. 2. Riisvvich.

¶ QVALITATE cessante, tam in persona iurantis, quàm etiam in persona, cui iuramentum defertur, non tenetur quilibet eorum iuramentum seruare, exemp. si iurauero episcopo, qui deinde depositus sit, nō teneor ei amplius, & si iuro, vt Canonicus me seruare statuta capituli, si desiero esse canonicus, nō tenebor amplius. Abb. capitulo veritatis, de iur. iuran. Bapt. in termin. huius regul. in tractat. correl. num. 90. Med. reg. 9.

¶ QVALITATES omnes quæ sunt in relato dicuntur esse in referente, ipsa enim fit cum omnibus qualitatibus suis. Bar. l. si quis seruum. §. fina. ff. de leg. 2. leg. 1. §. fin. ff. si fam. furt. fec. dicatur. Dec. leg. in summa. ff. de re iud. Bald. leg. defensor. §. 1. ff. de itinere, actū que priu. Barto. l. prætor ait. §. erit. ff. vi bon. raptor. Dec. cons. 519. nu. 9. Med. reg. 10.

Qualitates plures si ponuntur copulatiuè in aliqua dispositione, requiritur concursus vtriusque, quando, scilicet, pro forma positæ sunt. Socin. in termin. huius reg. leg. falsa. §. fina. num. secundo. ff. de cond. & demon. Corne. consilio centesimoquinto, volumine secundo. quæ enim introducta sunt pro forma debent ad vnguem obseruari. Bal. leg. secund. C. de suis, & legit. Duennas regula clxv. numero primo. Medic. re. 7.

¶ QVALITATES si ponuntur copulatiuè in aliqua dispositione, An requiratur concursus vtriusque, vel vna tantum, dic quòd est tex. in l. si is qui circa. §. vtrū. ff. de rebus dubi. & l. falsa. §. final. ff. de condi. & demonstra. & l. si plures. institu. ff. de condi. insti. & vide Bart. in leg. qui concubinam. in fin. ff. de leg. iij. Bald. in leg. prima. ff. de iust. & iur. & idem in leg. Gallus. §. & si apparēte. ff. de lib. & posth. distinguit Socin. in d. §. vtrum. etiam distinguit hoc modo, aut plures qualitates respiciūt diuersas substantias, vel species, & tunc vna sufficit, vtputa si in testamento legantur serui albi vel magni, veniunt qui sunt absolutè albi, vel absolutè magni, & si legantur vestes emptæ vel paratæ, tūc sufficit altera earum, ita Bar-

to.in dicta l.qui concubinā.in fine.aut illæ qualitates, seu accidentia respiciunt vnum subiectum certum & limitatum & multipliciter qualificatum, & tunc vtraque qualitas requiritur, vt d.l.si plures, aut qualitates & adiectiuè plures respectu vnius generis, & tunc sufficit verificari in vno, vtputa si relinquitur quid doctoribus, & medicis, & tunc sufficit vna qualitas, prout Bald.in dicta l.1.ff. de iust.& iur. numero quinto.Ita etiam Gramma.decisio.lix. numero 37.& 38.Felinus Abb.& Deci.in capitulo 2.de rescri.Corne.consilio lxv.circa primum, in princip. volumine 1.

Fallit 1.quando plures qualitates sunt introductæ pro forma, quia tunc vna tantum non sufficit, secundum Soci.in l.falsa.§.fin.numero 2.ff.de condi.& demonstra.Corne.cōsilio cv.volumine 2.quia ea quæ sunt introducta pro forma debent ad vnguem obseruari.Bal.in l.si.C.de suis & legit.

Fallit etiam, quādo apposita esset, dictio hoc amplius, vtputa si relinquerentur duc.200. Titio cum peruenerit ad ætatem annorum xxx.Item & amplius etiā duc.200.Sempro. An per istam dictionem cēseatur facta repetitio præcedentis qualitatis annorum xxx.in personam Sempronij, tu tene quòd sic, secūdum Socinum in leg.plures testamento.ff.de rebus dub.Boer.decis. cccxiiij.nume. 6. & Roman.singu. clxxij.tu audiuisti, quam not. & Petrus Gerar. sing. 3.numero 9.

Fallit, quando duæ qualitates simul concurrunt, quarum; quælibet potest operari suū officium vna non derogat alteri. Ita tex. & ibi Bald. in l.Titiæ textores, circa med.ff.de lega.1.Dinus in l.generi.de reg. iuris in vj.

Fallit, quando se habet vt genus, & altera qualitas, vt species non derogat generi, secundum Din.in d.regula, & Bal.in d.l.titiæ textores.

Fallit etiam, quādo vna qualitas se habet, vt species, & altera vt indiuiduum, quia eo tunc indiuiduum derogat speciei, prout not.Din.in d.regu.

Fallit etiam, quando qualitates sunt compassibiles & nullam inuicem habent repugnantiā, tunc vna non derogat alteri, vt puta si miles testatur iure cōmuni, non propter hoc renunciat priuilegio militari.l. iij.ff.de milita.testa.leg.antepe.ff.de priuil.credito. I.Nouel.re.165.

¶ QVANDOCVNQVE, hæc dictio se extendit vsque ad annos xxx.ita Io.Fab.in leg.cum notissimi.C.de præscrip.anno.xxx.docto.omnes, Ange.Saly.Bald. Alberi.& Mant.in l.ij.C.de pact.inter emp.& vēd. Iaso.in l.petens.versic.circa ista.C.de pact.numero 2.Cast.consilio 429.volumin.secūdo, & leg.si cum venderet.ff.de pign.actio. Boe.deci.ccciij.numer. 6.& quæstio.clxxxij.in prin. Tiraquel.in tracta.de vtroque retractu intra certa tempora. §.j. gloss.ij. numero 6. Corn. consilio cxcix.h. volumine ij. Signor.consilio cxxxix.Bal. consilio ccciij.ad euidentiam.volumine j.numer.3.vbi tenet, quòd pactum, quod continet infinitatem à iure est improbatum, & non se extendit vltra annos xxx. Ange.consilio Iv.Fel.in cap.cum accessissent. versi.ij. declaratur, de constitu. Dec.consilio clxiiij.non fuisset versi. venio ad illud dubium.numero 4. Anchar.consilio cclxviij.numero quarto, vbi tenet quòd illa dictio est apta comprehendere omnem modum, tempus & qualitatem. Cagn.in repe.l.2.in versicu.ille.ver. cui factum est.numero 42. C.de pact.inter empto. Bal.in cap.1.in versi.quandocunque. de feud.dat.in vim l.commi.consil.lxvij.quia ex facto.versicu. non obstat si dicatur, quòd in sententia.volum.tertio. & in consil.cclij.ad euidentiam.versic.quæro vtrum valeat pactum.& est text.in l.prima, in versi.præscriptum.C.de bon.matern.ibi, nullam poterit præscriptionem opponere filiis quandocunque rem suam vendicantibus.gloss.in verbo, præscriptio. nisi xxx. annorum.Aretin.in l.cùm stipulatus sim mihi.vers. tu autem cōsidera. ff.de verborum obligationibus. Barb.consilio lj.scripsit sapientiæ.capit. secundum, volumine j.& consilio xxij.clemen.in vj.dubio, volumine iiij.Cassa.consil.xx.& consil.xxj.per totum. Fulgos.in consil.cxxiij.& alij multi, quos referre & longum, & tædiosum esset.

Fallit regula, quando ex pacto dictum esset, quòd semper, quandocunque, & in perpetuum possent hæredes rem vendicare, prout iudicatum fuit Paduæ, vt in trac.meo prothom.in §.secundo, & tertio.

Fallit etiam, quando in venditionis instrumento dictū esset, quòd non obstante aliqua temporis præscriptione & ad omnem petitionem & voluntatem vēditoris vel hæredum suorum, possit, vel possint quādocunque rem redimere vel recuperare: quia eo casu præscriptio non habebit locum, sed poterit semper venditor rem venditam consequi & habere. Ita Angel.in l.j.ff.de vsucap.& Boe.quæstio.clxxxij.nu. 3.versi.tamen idem Fab.& nu.2.quòd propter no. quia per pactum potest impediri præscriptio, prout tenent doct.relati pec Boer.in d.quæstio.clxxxij.numer.8.& 9.sed Guid.Pap.tenet contra q. ccccix. in princip.quod vide.

Limita prædicta quando in d.instrumento dictū fuisset, quando venditor solus & non alius posset consequi rem venditam de manu emptoris, tamen quia hæredes venditoris nō possent intentare actionem contra alium rem possidentem, & hoc propter dictionem taxatiuam tantum, & propter dictionem, solus, & non alius. I.Nouel.re.155.

¶ QVANTITAS quando legatur, vt certum corpus existens in aliquo loco, tunc non iudicatur, vt quantitas, sed vt species.text.est in l.talis scriptura.versi. pen.ff.de l.1.vbi Bar.& Ias.dicunt aliqua in materia. text.in l.sed & si certos.ff.eo.titu.

Limita dupliciter hanc regulam, vt per Ias.in d.l. sed & si certos, quam legit sub §.si numerus.l. si seruus plurium, quæ præcedit. B.Dias re.634.

¶ QVANTITAS minima, vel magna consideratur arbitrio iudicis.Bar.l.j.col.2.ff.de leg.2.l.penult. ff. de alim.& cib.leg.si legatū.ff.de annuis legat.Com. leg.quidam.ff.de leg.2.Iaso. l.si constante. numero 128.ff.solut.matr.Iac.Menoch.in trac.de Arbit.iud. lib.2.cent.1. Cas.52.numer.11.Bar.in tract.de testib. ver.quantitas Bald.l.voluntatis.numero 7.C.de fideic.idem l.quidam.ff.de leg.2.Doctor.l.cum post. §.gener.ff.de iur.dot.conc.simil.de feudo.Afflic.in prælud.feud.num.41. Iac.consilio 117. Isernia c.j.§. sed si qui feud.dare poss.simile gloss.l.hactenus, vbi Doct.ff.de impens.in reb.dot.fact.Ange.l.fina.§.in computatione.C.de iur.deliber.Cor.consili.81.lib. 4.Mars.l.quæstionis.num.43.ff.de quæst. Tiraq.l.si vnquam.ver.omnia.num.31.C.de reuoc.don. Arius Pinel.in l.1.part.2.num.71.C.de bon.matern.& est com.opin. Med.re.5.

Quantitas, quæ non habet diuersitatem inter plures reos debendi, licet secus sit in die, vel conditione, facit hanc.regul.locum habere: le.ex duobus. ff.de duobus reis: Bapti.in loco d.79. decis. Pedem.40. numero

numero septimo. Ronchegallus l.eandem.numero 43.ff.de duobus reis.Ias.l.fina.numero vigesimonono.C.de ind.vid.toll.leg.quod dicitur. numero 39. ff.de verborum obligatio. Feli.c.fina.numero 4.de iudi. Med.re.9.

Quantitas relicta filię indefinitè in legato,intelligitur vniuersaliter,quòd sit legatum annuum.l.Lucius.§. impuberem.ff.de leg.3.secus est, in legato speciei.l. qui concubinam.§.vxori.ff.de leg.3.l.legatum.ff.de annuis legat.l.3.ff.de cōdit.& demonst.Imo.in leg. substitutione.ff.de vulg.Calcan.consi.20.colum.1. Med.reg.2.

¶QVARTA de legatis, & fideicommissis detrahi potest.l.Marcellus.§.Pomponius.ad Trebel.

Primò fallit,vbi testator aliquid legat, & prohibet legatarium rem illam alienare.casus est in authentic. sed cum testator.C.ad leg.Falcid.

Secundò fallit in relicto alimentorum facto pauperi, secùs si diuiti.ff.ad legem Falci.l.omissus.

Tertiò fallit, vbi testator adiecit legato hoc verbum, totum,integrum,vel plenum,vel simile. vt est sing. in l.decem. de fideicomm. quam Bald. tenet singu. in authent.sed cùm testator. C.ad l.Falci.& dicit eā non esse alibi.sed de hoc est tex.in l.fi.

Quartò fallit, cùm adducit legatum per fideicommis. hoc verbum pleno iure. hoc voluit idem Bal.in leg. precibus.C.de impu.& aliis substi.Barto.in l.centurio.ff.de vulg.& pupilla.sed Ang.tenet contrarium. in leg.ad filios.C.quando,& quibus quar. pars debe.lib.x.& in authen.de hære.& Fal.§.si veri expressim. B.Soc.reg.402.

¶QVERELA etiam non præparata transmittitur ad liberos.Regula est,quæ colligitur ex tex. in l.si quis filium.C.de inoffi.testa. & notat gl.in l.cum mota. in gl.1.C.de transact.

Limita primò, vt procedat quando tractatur de hæreditate ascendentis, secùs est in querela transuersalium quæ competit fratri: quia ista non præparata non transmittitur. Ita limitant Petrus & Ange.in l. scimus.§.fina. C.de inoffi.testa.& Paulus de Castro in d.l.si quis filium.& sequitur ibi Iaso.qui ponit rationem diuersitatis: & sequitur etiā doctor del Castillo,in loco infrà allegando, in fallentia 2. Quam ponit ad istam regulam.

Secundò limita in ascendentibus exhæredatis, qui nō transmittunt querelam nō præparatam. Ita limitat Iaso, quem etiam refert dictus doctor del Castillo in l.Tauri xxiiij.in gl. Se rompiere. illius glo.in l.j. limitatione ad istam regulam.

Tertiò limita,nisi hæres scriptus adiuisset hæreditatē, & sic filius potuisset præparare querelam:quia tunc eam non præparatam non transmittit hodie, sicut nec olim.Ita limitat Salicet.in l.cum mota.in 2.oppo.C.de transactio.quod sequitur ibi Iaso.quasi in fin.& vide eundem in dicta l.si quis filium.

Quartò limita, vt solum procedat quo ad liberos, secus quo ad extraneos. Ita Iaso. referendo Bald.quæ limitatio clarè procedit ex verbo regulæ, liberos.

Quintò limita,quando tales liberi sunt sui,aliàs secus. glos.est singu.in l.si quis affirmauerit.in verbo,hæredes.ff.de dolo ma. Contrarium tenet Salic.in d.l. cum mota.in 2.oppo.cui videtur assentiri Ias.in d. l.si quis filium.qui eius opinionem fundamento cō firmat: & hoc firmat apertius idem Ias. in dicta l. cum mota. quamuis Raynal. & Albericus contra teneant.

Sextò limita,quando tales liberi sunt hæredes filij exhæredati,aliàs secus.Ita Pau.in d.l.si quis filium,sequitur ibi Ias.

Septimò limita,actiuè non passiuè. Ita limitat dictus doctor del Castillo vbi suprà,in 3.limitatione ad istam regulam.referentes Iaso.in l.si hæredem.C.de inoff.testamen.dicēs quòd ille solus hoc notat ibi. B.Dias re.635.

¶QVERELA inofficiosi testamenti competit contra testamentum fratris instituentis turpem,aut vilem personam,l.fratris,C.de inoffic.testam.

Ampliatur in 4.casibus,& limitatur in 10.à Iaso.in d.l. fratres.

Querelam nō habet cui est relictum minus legitima, sed debet agere ad supplementum,l.omnimodo.C. de inoff.testam.

Ampliatur in 3.casib.& limitatur in 2. à Iaso.in d.l.omnimodo.

Querela etiam non præparata trāsmittitur ad liberos, l.si quis filium,C.de inof.testa.

Fallit in 6.casib.vt per Ias.in d.l.nu.2. Fallit in 7.casib. vt per Diaz.reg.635.

Querela excluditur quinquennio,l.contra maiores,C. de inof.testam.

Fallit in 2.casib.vt per Iaso.in l.2.C.in quibus causis.

Successorio edicto locus est in querela inofficiosi testamenti, & ideo excluso filio exhæredato à querela per lapsum quinquennij,vel morte,nepos succedit. Bar.in Rub.ff.de successo.edicto.vbi Iaso.dicit,hāc esse communem opinionem,& limitat in 2.casibus, col.fi.

Filius qualitercunque consentiat in testamento patris siue tacitè,siue expressè,excluditur à querela, l.parentib.C.de inof.testa.l.si proponas, §. si hæreditatem.ff.eo.

Fallit in 4.cas.vt per Pet.Duen.reg.349.Don.Fin.li.2.

¶QVERELA inofficiosi testamenti competit contra testamentum fratris instituentis turpem, vel vilem personam.text.in l. fratres vel sorores.C. de inofficioso testamen.concordat l.fratris.C.eo.& l.1.ff.eo. & §.soror.Institu.eodem.Et vide tu Hispane l.2.tit. 8.parte 6.

Amplia quatuor modis,vt per Iaso.in d.l.fratris. & limita aliis decem,vt per eūdem ibi,vide l.2.d.tit. 8. & part.vj.vbi ponitur vnica limitatio ad regulam. B.Dias reg.634.

¶QVERELA.Querela inofficiosi testamenti soluitur morte,nec transit ad hæredes hæredis,si primus hæres destiterit ab illa.l.nam si.§.hæredi.ff.de inoffic. testa.sicuti querela non proposita per dominum viuentem contra feudatarium alienantem, non transit ad eius hæredes,Bal.c.1.§.insuper,tit.de prohib. alie.feu.Paul.consi.159.Con.cum hac cōcl. Doct.l. si quādo.l.si quis filium.C.de inof.test.Bal.l. si quis posthumos.§.filium.ff.de liber.& posthu.Bart.l.pater.ff.de inoffi.test.not.l.1.C.de inoff.donat.Alexā. l.emancipati.C.qui adm.Bart.& Baldus leg.cū mota.C.de transa.conc.quæ dixi super.conclusi.36. Med.tract.2.par.

¶QVERELA refertur in totum ad testam.inofficiosum,vnde illud rumpit in totum,non autē pro parte tantum legitimæ.l.Pantonius.ff. si quis à parente fuer.manum.Bar.& Bal.l.fratres.C.de inof.testam. Bar.l.mater.ff.eod.not.Doct.commun.l.ius nostrū. ff.de reg.iur. Med.reg.10.

¶QVERELAM inofficiosi testamenti dicere potest filius exhæredatus à matre, ob delictum patris.l. si quis in suo.§. legis autem. C.de inof.test.Din.c.nō

debet. nume.1. de reg.iur. 6.conc. l.3.§.si emancipatus.ff.de bon.poss.contr.tab. Dec.& Cagno. l. non debet.ff. de reg.iur. Medic.re.§.

¶QVAESTIO. quædam ponuntur in quæstione, & de quibusdam tantum respondetur.

C.ad exhib.l.si res.
ff.si ager vect.
ff.de seruit.vrb.præd.l.binas.
ff.de cond.furt.l.4. Azo,ru.45.

Argumentum, quod ad vtrumque videatur responsum.

C.de diu.rescrip.l.1.& 2.
C.de aduoc.diuer.iud.l.restituendum.
In Aut.vt liceat matri & aui.§.ad hæc.

Responsum quod est in vno,videtur responsum in alio.

In instit.pro soc.§.illud expe.

Quidam proponuntur,&c.]Hæc est nota,vt in sequēti Rubrica dicitur, ratione similitudinis ad vtrumque videtur responsum.vt C.de diuer.resc.l.1.secus, vbi apparet alia ratio in omisso:puta ius vetus,quod cuilibet in vno capitulo sit derogatum per nouam constitutionem,in alio tamen,in quo non fuit facta responsio contraria, iure antiquo est tenendum , vt C.de temp. & re. l.2.§.vlt. Item intelligendum est hoc in responsione quæstionum , non promissionū, vt in Instit.de inutil.stip.§.quoties.& vt infrà proximè dicitur,quando quæstiones,&c.

Vbi duo connumerantur,sufficit,si ab altero incipiat.

ff.de acq rer.dom.l.possideri.§.imperator.
ff.ad exhib.l.tigni.§.vlt.
C.de iur.delib.l.potuit.
C.de inoff.don.l.pen.
Contrà,ff.de itine.act.pr.l.vnde.§. hoc autem.
Cont.ff.de hær.instit.l.si alien.
Cont.ff.de transf.l.cum his.§.si prætor.
Cont.ff.solut.matr.l.de diuisione.
Cont.ff.de diuor.l.vlt.
Cont.ff.si quis test.lib.l.1.
Cont.ff.quib.ex caus.in poss.ea.l.Fulcinius.

Vbi duo connumerantur, &c.] Regulare est, vt si duo exiguntur,non sufficiat alterum fieri, vt ff.de diuor. l.vlt.in prin.& in Instit.de hære.§.si plures. Fallit tamen quandoque,si ab vno incipias:vt notatur in legib.sub hac Rub.notatis.

Quando duæ proponuntur quæstiones,si vni responsum est,in alia contrarium intelligitur.

In Instit.de inutil.stip.§.quoties.
C.de sacros.ecclef.Aut.quas acti.
C.de annal.except.l.j.in fin.
ff.de pign.act.l.si pignus.
ff.de minor.l.etsi.§.restitutus.
ff.de euict.l.quod dicitur.
ff.de lib.caus.l.in seruo emente.

Quando duæ proponuntur, &c.] Hæc R.exposita est suprà,eo.in illa R. quædā prop.& c.lex.n.1.in Rub. posita,facit ad responsionē istā,vt ibidē diximus: aliæ verò nihil probant de eo,quod R.ponit: sicut ex tenore legum cuilibet attendere licet. Azo,rub.42.

¶QVAESTIO non potest esse sine dubitatione.l.vulgaris.ff.de furt.l.quæst.ff.de ver.sig.vnde dici solet, vbi est casus l.ibi nulla dubitatio est.l.Ancil. C. de furt.&in claris,nō est opus coniecturis. l. cōtinuus §.cū ita.ff.de ver.ob.dixi ego in trac.de l.& stat.p.3. q.19.nu.8.& ead.par.q.10.nu.2.latissimè. Med.re.6.

¶QVAESTIO: In ipso causæ initio non est à quæstionibus inchoandum.Greg.c.Quum in cōtemplatione. De reg.iu.

Quæstionis habendæ causa ad exhibendum agitur ex delictis seruorū ad vindicandos subditos suos. Vlp. lib.2.reg.Ad exhi.l.fi. Riisvvich.

¶QVAESTIO.Gregorius VII. Varien. Episc. Reg. seu Cap.vj.

Quum in contemplatione.&c.

In ipso causæ initio,non est à quæstionibus inchoandum. Viuiennus.

¶QVAESTIO. Reus in quæstione constans omnes probationes abolet etiam plenas.Fallit,vt per Battan.in praxi crim.reg.37.

In causa pecuniaria quæstio locum non habet. Guido de Suza.in suo tract.nu.26.

Fallit in 4.casi.quos ego notaui in tract. meo de probationibus,in tit.de tortura,in princ.Fallit in 2.casib.vt per Marf.in praxi crim.§.expedita,nu.60.

A quæstione seu tortura nemo dicitur exemptus nisi quatenus reperiatur expressū,l.1.ff.de quæstio.l.milites,§.oportet.C.eo.

Fallit in 17.casib.quos ego notaui in d.tract. in tit. de tortura,in c.de his qui à tortura exemp.Fallit in 30. per Soc.vt per Caret.in praxi crim.l.obseruare, nu. 180.Ampl.in 10.casib.& limitatur in 4.à Pet.Duen. reg.190.videas Marf.in l.edictū diui,ff.de quæstio.

Ad quæstionem deueniri non potest nisi indiciis præcedentibus,Doct.& Marf.in l.1.nu.3. ff. de quæstio.

Ampliatur in 8.casi.& limitatur in 6.vt ego notaui in d.trac.in c. qualiter est perueniendum ad torturam. Ampliatur in 6.casib.& limitatur in 24. à Lancil.in suo tract.in titu.de negatione crim.Fallit in multis casi.vt per Mar.in l.in crim.ff.de quæst.nu.20.& 21.

Quæstio repeti non potest sine nouis indiciis , Gandi. in tit.de quæstio.in ver.an quæstio possit repeti.

Fallit in 7.casib.quos ego notaui,in d.trac.in c.de rep. torturæ.

Iudex ad quæstionem procedere non potest in 14.casi. quos refert Campeg.in trac.de test.regul.440. Don.Fina,lib.4.

¶QVAE in continenti fiunt censentur inesse. Ias.& Doct.com.leg.lecta.nume. 14.ff.si cert.pet.glo.l.2. ver. narrationem. C. de iur.cal.leg.inter omnes.ff. qui satisd.cogant.Rom.leg.si mulier.num.13.ff.sol. mat. Aret.§.præterea.col.12.inst.de exc.Ias.l.si quis mihi.§.iussum. ff. de acq.hære.glo.l.Pomponius. §. rationibus.ff.de procurat.not.leg.petens. C. de pactis.leg.Modestinus.ff.sol.matr.gl.l.1.C.de bon.lib. vnde modicum temporis interuallum non curatur: ex quo sequitur quod matrimonium si fuerit metu contractum,non intelligitur sponte fuisse ratificatum per contractum dotis postea factum intra tres aut quatuor horas, quia ex modicitate temporis præsumitur idē metus durare. capitul. 1. quod met. causa.c.Lotharius.31.q.2.Alex.consil.98.lib.3.Cald. consi.2.in titu. quod met. causa. secundò infertur, quòd si negans in continenti post negationem confitetur,euitat quòd pœnam statuti punientis negationem, tanquam scilicet negasse non videatur.cap. fin.de iur.cal.6.Bald. leg. ea quæ. C. de condit.indeb.Rom.consil.59.Alex.cōsilio 83. lib.1. tertiò infertur quòd notarius potest in cōtinenti corrigere originalem. Doc.c.ex literis.de fid.instr.Spe.in tit. de instr.ed.§.instrum.ver.sed nunquid.Ang.l.imperator.ff.de stat.hom.Dec.l.si librarius.ff.de reg.iur. Bal.l.

Bal.l.cũ proponeretur.ff.de l.2.Alc.cõs.70.col.2.li. 1.quartò testis potest,in cõtinēti corrig.dictũ suũ.& nõ reprobatur eius testimoniũ.glo.magna c.præterea,de testi.cog.gl.§.quia verò. auth.de testi.Alb.l. accusatus.ff.de adul. Bar.l.cos.ff.de fal.Doct.l.impe rator.ff.de stat.ho.Bal.cons.34.lib.5. quintò sentētia diffinitiua,potest in continenti reuocari.glo.c.predicator.16.q.1.l.quod iussit.ff.de re iud.Bal.l.1.col.5. C.de furt.Gul.l.si quis arbiter.ff.de arb.Ang.l.acto rum.ff.de re iud. Cardi.cons.31.Dec.cõs.445.Mars. l.is qui.numer.32.C.de sic. Sextò, confessio procuratoris potest in continēti reuocari.glo.c.scriptum. de electio. septimò, paria sunt reconuenire ante litis contestationem, vel in continenti post, Baldus, cap.1.de inut.pet. octauò, ampl. quòd paria sunt,vt quis probat antea,vel in continenti. post Bal.l.fina. ff.de fer.Bald.l.diffamari.C.de ingen.man.Iaso.leg. edita.colu.6.C.de edendo.l.non solum.§.morte.ff. de oper.nou.nunc.Nonò,licet testes in testamento debeant esse rogati.l.hac consultissima, C.de testamen.tamen satis est,vt testamento perfecto,incontinenti rogentur.Bal.l.fin.C.de fideic.per l.petens. C.de pact.conc.simil.Host.in summa in tit.de test. §.super.vers.sed quid.Doc.l. iusiurandi. C. de testi. Barto. l.si quis mihi.§.iussum. ff. de ac.hæred,gloss. & Bal.l.1. C.de bon. libert. Inno. cap.pia.de exc.6. Anto.cap.cum dilectus. de ordine cognit.Rom.l.si mulier. ff.solu.mat.Ias.l.ita demum.C.de procurat. Tiraq.in tract.de retr.conuen.§.j.gl.5.num.3.& nu. seq. Med.reg.3.

¶Qvietatio facta à creditore debitori,etiam generalis,non refertur ad futura.not.l.Paulus.§.j.ff.de leg.3.Doctor.com.l.qui Romæ. §.duo fratres.ff.de verbo.obli.nisi facta esset in casu, quò nisi ad futura traheretur nulla esset. Ias.d. §.duo fratres.nu.63. itē not. quòd quietatio hæredis, non refertur ad feudum,vel emphyteusim. Bald.auth.si quis ruinas. C. de sacr.sanct.eccles.l.item.§.nunc. ff.de hæred.inst. Med.reg.10.

Quietatio generalis fratris, non extenditur ad rem, quam potest vendicare.Bal.l.pactum. C.de collat.l. cum necessitatem.C.de fideicom.glo.& Bart.l.Aurelius.§.Mæuia.ff.de liber.leg.Bal.l.si ex maiore.C. de excu. Bar. l.aquiliana.ff. de transact. item nec ad vsuras. Crau.cons.282.nu.5.Abb.cons.214.col.3. in tertio dubio.libr.2.item nec ad futura.Doct.com.l. qui Romæ.§. duo fratres,vbi Alba.nu.77. vt dicam infrà,ver.remissio. Med.reg.1.

¶Qvietationvm geminatio, de recepto debito præsumitur ne inducatur obligatio recipientis ad singulum tanquam indebitum,puta si debeo tibi cētum, & soluo, tu facias mihi duas quietationes diuersis temporibus,non possum ego agere contra te ad centum tãquam indebitè soluta ex vi vnius quietationis superfluæ: quia geminatio præsumitur potius quàm noua obligatio.l.ne casu. C. de discussor. lib.x.Bal.l.fi.C.de edendo,Imo.l.planè.§. si idem.ff. de leg.1.Alex.l.veluti.§.hæc vox.ff.de edendo,idem l.publica. ff.de depositi. vt dicam latius ego in fine huius reg. Med.reg.2.

¶Qvitantia etiam pro modico fieri debet ad petitionem soluentis, nec potest vllo vnquam tempore denegari, sicuti satisdare cogitur qui minimam rei partem possedit.glo.l.sciendum.ff.qui satisd.cogantur.glo.l.si fideiussor.§.fi.ff.eo.gl.§.sed hoc.inst. qui satisd.cog. Med.reg.5.

¶Qvoties indefinitè prolata hoc modo,grauo hæredem dare Titio centum quoties est opus fuerit,talis dictio habet vim,vt vniuersaliter debeat intelligi,videlicet,vt toties ei dare cētum debeat,quoties ei fuerit opus. Arch.ca. nunc vero.9.q.3. Domini. cons.97.c.non potest,de præben.in 6.Dec.cõs.169. Docto.com.l.qui bona.§.fin.ff.de damno infecto. Alex.l.si stichum.§.j.ff.de verbo.ob.l.2.§.fin.ff. qui satisda.cogan.Doct.l.si ita.ff.de fideiuss.Tiraq.l.boues.§.hoc sermone.limit.26.ff.de verb.sig. idem in tracta.de retrac.tit.2.§.1.ver.à tel temps.nu.11.licet dictio quandocunque regulariter non se extēdat vltra 30.annos.Docto.com.l.2.C.de pact.inter emp. & vend.Boe.Dec.351.nu.6. Cor.consi.199.vol.2.sed Anch.tenet contrariũ cons.168.nu.4.Cagn.l.2. nu. 42.C.de pact.inter emp.& vend. Med.reg.2.

Qui prior est tempore,potior est iure. Bonifa.Reg.54. c.si pro te.& c.tibi qui gratiam.li.6.de rescr.Viuien.

REGVLARVM IVRIS CIVILIS ET PONTIFICII,

Liber Decimus sextus.

R

RAptor tenetur pœna l.1. C.de rapto.Fallit in 6. casib. quos no. Lanc. in tract. de off. præt. Ampliatur, & ampliationem limitat Plot.in rep. leg. si quando, C. vnde vi.

Raptor tenetur in quadruplũ. Fallit in 4.casib.vt ego notaui in §.1.Inst. de vi bono.rapto.& de materia raptus,videas Carerium,qui ponit multas quæstiones in praxi criminali,in §. circa quartam,nu.271.vsque ad nu.303. Don.Fina,li.4.

¶Raptores fugientes vbique capi possunt & puniri.l.raptores.C.de episcop.& cle.& l.vnica.in fin.Ibi sine fori præscriptione.C.de raptu virg. Bal.An. Cyn.& Salice. & Albe.ibi,& hoc propter atrocitatem flagitij.

Amplia,vt bonorum raptores,& criminaliter & ciuiliter puniri possint.vt l.j.& ij.ff.vi bono.rapt.& institu.de publi.iudi.§.Item l.Iulia de vi.

Amplia,vt non solum raptor, sed etiam cooperantes auxilium & consilium scienter dantes, ad rapinam faciendam accerrimè puniri debent.vt l.raptore.C. de epi.& cle.& ibi docto.

Amplia, vt etiam rapientes pueros causa libidinis, vt sunt sodomitæ,ij.capitali pœna puniri debent. vt l. cum vir nubit in fœmi.C.de adulte.l.3.§.qui libidine.ff.de sica.auth.vt non lux.contra naturam.

Fallit in muliere aliàs deflorata ab alio, quia cum cognita & practicata fuerit ab alio,præsumptio insurgit quòd non per vim,sed voluntariè ad amicum accesserit.Ita Petr.de Bag.cons.85.nu.6. & 7.vol.2.criminal.& Alber.in 3.par.stat.q.92. Corn.in sing. suis, in versi.& l.si ea.& l.quæ notoriũ.C.de adult.Gand. in tract.de quæ.varijs.nu.3.& Mars.in §.diligenter. nu.60.& Cast.cons.108.

Fallit in muliere vestita habitu meretricali.l. apud labeonem.§.si quis virginem.ff.de iniur.&Pet.Bagat. in cõs.85.nu.8.vol.2.in crimi.Bon.in trac.de male.

in versi.num. 15.

Fallit etiam in muliere volente, quia in volente nõ cadit violentia. l. raptores. C. de episcopis & cler. Din. in c. scienti, de regul. iur. & non apparet de dolosa persuasione & seductione, secundum Ioan. Fab. instit. de pub. iudi. §. sin autem raptus, & Gilio Cremo. cons. xl. nu. 12. & aliàs obtinui 1564.

Fallit etiam vbi præcessit tractatus de nuptiis, & matrimonio celebrando, quia raptus non est punibilis. secundum opin. col. Pisani, in cons. 104. adsit. vol. 1. cons. crimin. all. Ant. de But. in c. pe. de rapto. in 1. & not. & Ioan. de Anna. & Abb. Cor. cons. 80. nu. 100. & d. vol. 2. Abb. in c. ex parte, nume. 24. & 28. de resti. spolia. Deci. consi. 234. in effectu. num. 8. Mars. in l. vnica. numero 302. C. de rapt. Soc. consi. 5. num. 1. volum. 3. I. Nouell.

Ratificari non possunt regulariter non gesta proprio nomine ratificantis. l. si pupilli. §. sed si ego. vbi glo. & Bartol. & alij. ff. de neg. gest. & in l. 1. versic. vlterius oppono. C. qui admit.

Primò fallit fauore libertatis, glo. & Bar. in dicto §. sed si ego.

Fallit ad præiudicium proprium nõ tamẽ, vt sibi quæratur actio negotiorum trahatur ad ipsum. l. si fundus. §. 1. & ibi Bar. ff. de pigno.

Fallit in subsidium. l. mater. C. de rei vendicatio. l. cum seruum. si certum petat. Bartol. in l. si pecuniam. C. de nego. gest. quod intellige, vt in sequenti regula dicam.

Fallit in spiritualibus. Inno. in c. Messana. de elec. Alexand. in d. §. sed si ego.

Fallit in casu leg. cùm fundus. §. 1. secundum Alex. ibi. ff. si cer. peta.

Fallit in casu l. si pupilli. §. si Titij seruus, cum glo. ordinaria. ff. de nego. gest. S. Ian. reg. 178.

¶Raptores fugientes vbique capi possunt: procedit vniuersaliter indefinita hæc, vt criminaliter, & ciuiliter puniri possint. leg. raptores. C. de episco. & Cler. l. vnica. C. de raptu virg. vbi Docto. com. l. 1. & seq. ff. vi bon. rap. l. Iul. ff. de leg. 3. §. item. institu. de pub. iud. l. cum vir. C. de adul. le. 3. §. qui libidine. ff. de sic. Med. reg. 2.

¶Raptores fugientes vbique capi possunt. C. de rap. l. 1. in fi. Riisvvich.

¶Raro. l. 61. ea quæ rarò. Riisvvich.

¶Rara. Iulianus lib. xxix. digest. Lex lxv.

Ea quæ rarò accidunt, non temerè in agendis negotiis computantur.

Veluti qui ad monstrum vel prodigium nascitur declinans, veluti tergemini. Adde textum l. nam ad ea. de legib. cum simil. vt per gl. in c. per literas. de depos. impub.

¶Ratum quis aliquid habere minimè potest, quod eius nomine non fuerit gestum. capit. ratum, de reg. iur. 6. c. cum quis. de sent. excom. 6. l. si pupilli. §. si ego. ff. de neg. gest. l. si seruus. ff. de præc. l. 2. ff. de calumn. gloss. Din. Boer. & omnes d. cap. ratum. & seq. Med. reg. 6.

¶Rasvra modica non vitiat instrumentum. Anto. de Butr. c. ex literis. de fid. instru. Thom. Gram. §. tutor autem. nu. 7. inst. de auth. tutor. Iaso. l. sciendum. nu. 11. ff. qui satis. cog. conc. Bart. l. 1. §. item, & l. si cui. ff. de ædil. edicto. Bertach. in tractatu de Episc. 4. p. lib. 4. q. 1. nu. 3. Specu. §. fin. in titu. de instrum. edit. glo. cap. testamentum. 6. dist. Med. reg. 5.

¶Rasvra quælibet modica in loco suspecto vitiat instrumẽtũ. c. inter dilectos. de fid. inst. no. c. ex literis. eo. tit. Rebuffus in praxi iudic. in tit. opponi, quę contra bullam possint. nu. 4. Med. re. 5.

¶Ratificatio geminata ad confirmandum contractum plurimum valet. l. Balista. ff. ad Treb. Bart. l. cum scimus, vbi Alex. nu. 7. C. de agr. & censi. libr. xj. Affli. Decis. 285. nu. 12. Paris. cons. 49. nu. 23. vol. 1. Crau. consilio 114. in fine, idem cons. 151. nu. 31. Cep. in term. consilio 51. nu. 17. Port. consil. 103. nu. 4. c. 1. de treug. & pace. Med. re. 2.

¶Ratificatio debet fieri infra tempus, quo res geri debet, l. bonorum, ff. rem ratam haberi.

Fallit in 2. casib. quos no. Sebast. Sap. in l. bonorum, C. qui admit. nu. 72. Fallit in 6. casib. quos not. Dec. in l. semper qui non prohibet, ff. de regul. iur.

Ratificare potest dominus gestum à falso procuratore, vel cum falso procuratore, not. in leg. licet, C. de procu.

Fallit in 13. casib. vt per Ias. in d. l. num. 10. ver. pro cuius intelligentia.

Ratificatio non potest fieri in præiudicium tertij: hãc esse communem opinionem attestatur Cur. Iun. in cons. 76. nu. 6. fallit, vt per Baptist. à Villa. conclusi. 1. Don. Fina, lib. 3.

¶Ratificatio vt valeat, debet fieri intra id tempus, intra quod actus, qui debet ratificari, fieri potuisset: probat text. in l. bonorum. ff. rem ratam habe. & in l. 1. ff. de appell. recip. notat etiã Aretin. in cõsi. 122. incip. in causa quæ vertitur. qui refert Bald. in auth. hodie. C. de appel. in fi. probat glo. singu. ex qua colliges exemplum in ca. vt circa. de elect. in 6. in verbo, adhærentes. quam commẽdat idem Aret. vbi hanc conclusionem tenet in l. Pantonius. de acquir. hæreditate.

Limita hanc regulam sex modis, vt per Philip. in dicta l. semper qui non prohibet. ff. de regul. iur. Et nota quòd Ioan. Crotus in repet. l. si is qui pro emptore, ff. de vsucap. pro empto. ponit quandam regulam sub his verbis, videlicet, fictio translatiua non procedit, nisi ambo extrema sint habilia, videlicet extremum à quo, & extremum ad quod. Pro qua allegat. Cyn. post Iac. & Pet. in l. fi. C. de sent. pas. & tex. in d. l. bonorum. ff. rem rat. hab. & limitat eam decẽ modis. B. Dias re. 537.

¶Ratio. Vbi cõceditur aliquid duabus rationibus, vna cessante non cessat concessio. §. affinitatis. Inst. de nupt. l. liberorum. §. 1. ff. de his qui no. infa. facit l. Titianus. ff. quod cum eo.

Fallit in 3. casib. vt per Ripam in l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuil. cred. nu. 13.

Rationem esse omnium rerum reddẽdam, fallit, vt per Damas. reg. 7. Don. Fina, lib. 5.

¶Ratio. Reg. Quod contra rationem. vide Religio, Natura.

Ratio est anima legum. no. in l. non omnium. De leg.

Mens & ratio legis magis est attendenda, quàm verb. C. plus va. quod agi. l. 1. De adi. leg. l. 3. §. cõditio. De verborum significati. capitulo, intelligentia. Loc. l. si vno.

Eadem ratio exigit idem ius. Ad leg. Aqui. l. illud quæsitũ. De verbor. obli. l. à Titio. De fonte. l. 1. §. interdum. De adul. l. si postulauerit. §. 2. De eden. l. quidã nummularios. Instit. quod cum eo. §. istas. Nau. c. au. leg. nauta. §. final.

Sola ratio sufficit ad decidendum, etiam sublata lege. De excu. tu. l. scire. §. sufficit. De pœ. l. fin. De damno in l. cum vno. De præben. capitulo, si Romanus. dist. 8. c. frustra.

Duæ

Duæ rationes fortiùs ligant, quàm vna.Inst.de nup.§. sacrum. Riisvvic.

¶Ratio dispositionis quæ remanet post primum actum indefinitæ orationis, proceditur per ipsam ad secũdum. Bal.l.fideicommissa.§.si quis.ff.de leg.3. quia cum remanet ratio, restat etiã iuris dispositio. l.illud.ff.ad l. Aqui.l. cum ratio.ff.de bon.damnat. Med.reg.2.

Ratio diuersa quando militat in vno de correlatiuis, quæ in alio,facit regulam non procedere.l.inter stipulãtem.§.sacram.ff.de verb.obl.l.si maritus.C.de do.inter virum,& vxorem.l.si cõuenit.ff.de pactis. Med.reg.9.

Ratio nulla, de minimis habetur.l.scio.ff.de in integ. rest.l.si oleum.in fine.ff.de dolo.l. metum.ff.quod met.causa.l.res bona. ff.de contr.emp.l.si ex causa. ff.de minor.l.2.§.fi.C.si contra ius, vel vtil. publ.l.si pater.q.8.C.de inst.& subst.Anton.Cors.in trac.de minim.num.124. Tiraq.in tract.de iudiciis in reb. exig.non fer.ampliat.94.Albert.Brun.in tract.stat. Arti.9.num.96.Asin.in praxi iudic.§.7.fal.59.nu.8. Thom. Grammat.§.tutor autem.numer.8.inst.de auct.tutor.Crau.consil.182.numero 10. Doct.com. auth.qui rem.vbi Dec.nu.19.& Ias.nu.25.C.de sacr. sanct.Eccle.Abb.& omnes c.de appellationibus,de appellat. Med.reg.5.

Ratio quælibet minima ius nostrum reformat:nam ex facto ius oritur.leg.ex plagis.§.in cleuo.ff.ad l. Aquil.& vbi est eadem ratio idem ius statui debet.l. illud.ff.eod.nam ratio legis est anima legis.l.cum ratio.ff.de bon.damn.dixi ego de hac re latissimè in meo tract.de leg.& statu.parte 3.quæstio. 9.numero nono, & parte 3.quæstio.9.numero quarto. Med.reg.5.

¶Ratio.Rationem omnium rerum esse reddendã.

Pro.

Ext.de rescript.c.si quando.in fi.
18.dist.c.placuit.
16.dist.§.ecce.in fi.
23.q.3.c.si habes.
D.de religios.& sump.fu.l.& si quis.§.sed interdum.

Contra.

23.q.4.c.Nabuchod.& c.sequen.de Tyriis & Sidon.
De pœnitent.dist.4.c.si ex bono.
D.de leg.& constitut.leg.non omnium.

Solvtio.

De omnibus reddenda est ratio, secus tamen cõtingit in quibusdam propter impotentiam,quòd non potest de iis ratio reddi. Damas.reg.7.

¶Ratione loci,temporis,causæ, & personæ generalis dispositio restringitur: vnde quando ratio eadem non est in omnibus comprehensis regula non procedit.Crau.cons.3.per totũ.in terminis dixi ego latè de singulis in trac.de leg.& stat.p.4.q.3.not.c.1. & seq.29.distin.& ratio specialitatis reddi debet,alioquin esset refugiũ miserorum. gl.l.filium quem. C.fami.herc.qua ratione sequitur ius commune in contrarium esse limitatum.l.1.ff.ad municip.l.1.C. de thesaur.lib.x.l.si quando.ff.de leg.1.l.verba.ff.de cond.inst.l.quod verò.l.ius singulare.ff.de le.gl.l.si is qui.ff.de iure fisci.gl.c.1.de hæret.6.gl.l.fina.ff.de publ.iud.gl.l.eos.C.de fabric.lib.11.Abb.c.inter.de immunit.eccl.cap.1.de stat.Monac.Fel.c.cum ordinem,de rescr.Ias.auth.quas actiones.nu.8.C.de sac. sanct.eccle. Med.reg.1.

Ratione sublata corruit lex, præsertim quando est ratio finalis.c.erit.4.dist.l.cum ratio.ff.de bon.dam. dixi ego in tract.de leg.& stat.p.3.q.9.nu.1.l.quod dictũ.ff.de pac.l.adigere.§.quamuis.ff.de iur.patr.l. si verò.§.de viro.ff.sol. mat.l.ita.ff.de adm.tutor.gl. l.cum tale.§.falsum.ff.de cond.& dem.not.l.1.C.de fideic.vnde correpta ratione legis, & ipsa lex dicitur correpta.gl.l.1.§.filius fam.ff.de don.causa data. dixi super.in amp.61.conc.l.in omni.ff.de adopt.l.si duas.§.pen.ff.de exc.tutor.l.planè.ff.de oper.libert. Med.reg.6.

¶Rationes semel editas non tenetur quis iterum edere.l.si quis ex argẽtariis.§.fi.& l.seq.ff.de ed.Sp. §.postremo.de instr.edit.Bart.l.quædã.§.nihil.ff.de edẽdo.l. fi.ff.de tab.exhib.l.fi.de bon.poss.aut. iud. pos.Bal.l.ne casu,in not.4.C.de disc. li.x.Med.re.4.

¶Ratihabitio.Quot modis fiat ratihabitio.

ff.de separat.l.1.§.si quis.
ff.depos.l.si bona.§.quot.
ff.de dol.excep.l.2.§.vero.
ff.de iur.dot.l.impropriè.§.si creditor.

Quot modis fiat,&c.]In hac & in sequentibus Rubri. notatur,qualiter quis habeat ratũ: & primò acceptione,secundò petitione.sed hoc est ita,si accipiat quis efficaciter:id est,si capiat sciẽter, vel non:vt in contraria Rubrica cõtinetur. Eadem potest dari in cõtraria Rubrica.In eadẽ Rubrica assignari potest contrarium,quod legitur ff.de mino.l.3.§.Scio.Respondeo ibidẽ,quia propter initiũ statuitur. Tertiò aduocatione:ita tamẽ,si ex certa sciẽtia hoc faciat. alioquin contrà:vt in contraria Rubri.continetur.

Petitione.
ff.de minor.l.si filius.
ff.de inof.test.l.vlt.§.vlt.
ff.de leg.commiss.l.poss.

Appellatione.
ff.rem rat.haberi.l.3.§.falsus.
C.de filiisfam.& quemad.pa.l.2.& 3.
C.de appel.l.si expressis.§.1.

Patientia.
ff.locat.l.cum in plures.§.loca.
ff.de excusat.l.1.§.magis.
ff.naut.caup.l.1.§.3.

Aduocatione & procuratione.
ff.de inoff.test.l.1.in prin.

Dilationis petitione.
C.de re iud.l.ad solut.

Taciturnitate.
C.si min.se maio.dix.l.vlt.
ff.mand.l.si seruus.§.alienus.

Satisfactione quocunque modo facta, vel per fideiussorem,vel solutione,etiam tantum accepta.
ff.de cond.indeb.l.indebiti.
ff.ad S.C. Maced.l.sed Iul.§.pen.& vlti.& l.si pater.§.non solum.

Non fit ratihabitio acception.
ff.quibus vt indig.l.pen.in prin.
ff.de abol.l.Paulus.§.si verò ideo.
ff.de fals.l.cum ignoranter.
ff.de.inof.test.l.mater.
ff.de pet.hæred.l.postquam.
C.de fals.l.3.
In Instit.de inoff.test.§.pen.

Nec petitione.
ff.de minor.l.denique.§.scio.

ff.de censl.l.formæ.§.vlt.
ff.de pet.hæred.l.postquam.
In Instit.de rer.diuis.§.sisti.
Neque fideiussoris datione.
ff.ad Maced.l.sed si pater.
ff.quod met.caus.l.si cum.§.Labeo.
Neque aduocatione.
ff.de rei vend.l.item.
ff.de pig.act.l.Gaius.
C.de rei vend.l.vnde.
ff.de acquir.rer.dom.l.si procura.
C.locati.l.qui rem propriam. Azo,rub.33.

¶RATVM alterius negocium, non nomine meo gestum,neque re vsucapta per emptionem vel præscriptionem,possum habere.
C.de his qui à non domino ma.l.1.
ff.de precario.l.seruus.
Ratihabitio retrotrahitur,& mandato comparatur.
C.de rei vend.l.mater.
C.de cond.indebiti.l.indebiti.
C.ad Maced.l.vlt.
C.de don.inter vir.& vx.l.donatio.
In Decret.dis.68.Salomon.
ff.quod quisque iur.l.3.§.1.
ff.de calum.l.quin etiam.
ff.de neg.gest.l.si pu.§.idem ait.§.item.
ff. de iud.l.licet.
ff.de pig.l.si inter.l.si fundus.§.1.
ff.de pig.act.l.aliena.
ff.de vi & vi arm.l.1.§.quoties.
ff.de solut.l.vero.
ff.de leg.1.l.cum incertus.
ff.de aq.plu.arc.l.si autem.
ff. de iud.l.3.& l.etiam in emptione.
ff.de peric.& commod.rei ven.l.necessario.

CONTRA.

In Inst.de aut.tut.
ff.de his qui not.infam.l.quid ergo.
ff.de neg.gest.l.si pu.§.si quis.
ff.de donat.l.1.§.si pater.
ff.communia præd.l.vlt.
ff.de off.procon.l.obseruare.
ff.ad Trebel.l.sed si autem.

Ratihabitio,&c.)Regulare est, quod in ista Rub.continetur.fallit autem in casibus,vt in contraria Rub. continetur.Et hoc est,quod dicimus , vt retrò facta trahantur ad præsens tempus.& potest idem dici de omnib.in quibus alicuius præsentia desideratur, in confectione rei,& solemnitate,vt in testamentis, & sententiis.nec testamentũ est,nec sentẽtia, nisi ego ipse præsens feram,& disponam. Si ergo quòd tuo nomine fecisti,ratum habeã,non trahitur retro. Intelligitur ergo hæc Rub.quando res potest per aliũ expediri,& quando non desiderat personæ præsentiam:alioquin contrà.vt in Insti.de aut.tut.§.tutor autẽ.& ff.de acqui.hær.l.si quis ho.§.iussus.& l.vlt. & ff.de seruit.rust.pręd.l.per fundum.Item est intelligenda,quando quis per se id quod ratũ est,& quãdo ratum habet,posset facere:alioquin contrà.vt ff. rem rat.hab.l.bonorũ.Item intelligenda est , vt cõparetur mandato,non iussui.vt ff.de his qui not.infam.l.qui ergo. Iussus.n.imponit necessitatem,man datum autẽ nõ:vt notatur ex vèrbis legis.vt ff.quod iussu.l.1.§.sed ego quæro.& C.quòd cũ eo.l.1.& l.si mandatorum.Et est ratio in casu præmisso : quia filius per patris iussum,qui necessitatem imponit,excusatur.Vbi ergo nõ imponitur necessitas, excusari filius non potest.vnde pater euitat infamiam , quia non imponit necessitatem.& ideo specialia, & eorũ rationes assigno.Item est intelligendũ,quãdo quod meo nomine factum est,ratum habeo:aliàs non habeo ratum,nisi in subsidiũ re perempta vel præscripta.vt ff.de preca.l.si seruus.ff.de neg.gest.l.si pupilli.§.sed si ego.& l.vlt.& C.de reb.al.nõ alie.l.1.licet M.contradiceret.

ADDITIO.

Generalem trado regulã., quòd vbicunque necessaria est alicuius præsentia,absens non sufficit,si ratũ habeat.vt in Instit.de aut.tut.vel distingue in delictis. cuius nomine fiat: vel dicas specialia contra.vt argumentum vltrò citroque.Causa.
ff.de his qui not.infam.l.furti.§.accipe.
Infirmando quis ratum habet,quod sine infirmatione ratum non haberet.
C.de cond.indeb.l.indebiti.
C.de filiisfam.& quemad.pa.l.2.
ff.de inoff.test.l.si insti.§.ei qui ce.
ff.de fideiuss.l.si seruus alie.
ff.rem rat.hab.l.si Titia.§.falsus.
ff.de appel.l.si expressum.§.1.

Infirmando quis,&c.]Hæc est nota,& non generale,& malè posita est.debuit enim dicere , exequẽdo quis negociũ ratum videtur habere,nec enim leges sub ea positæ de infirmatione,sed de confirmatione loquuntur.nam etiam is qui appellat,confirmat sententiam:quia si non esset valida sententia,non posset appellare.Idem & in eo qui exhæredat,quia hoc ipso videtur asserere suũ esse filiũ.aliàs enim exhæredare non posset quia extraneum exhæredare non posset.vt ff.de verb.ob.l.quidam cum.Idem in similibus. Azo,rub.33.

Ratihabitio aliquem obligat.
C.de rei vend.l.mater.
ff.de instit.l.sed & si quis.
ff.de in rem vers.l.si res.§.1.
ff.de oper.no.nunc.l.prætor.§.hoc edictum.
ff.de vi & vi arm.l.1.§.quoties.
ff.de precario.l.si seruus.§.certè.
ff.de reg.iur.l.hoc iure.§.1.& l.contractus.
ff.de inoff.test.l.sed & si quis.
ff.quod quisque iur.l.3.
ff.de pet.hære.l.antepen.

Ratihabitio,&c.)Sicut suprà proximè dictum est,Ratihabitio cõparatur mãdato & obligat.quod cum superiore determinatione recipiẽdũ est.Azo,ru.33.

Spacium ratihabitionis,nec minimum,nec maximum,sed magis intellectum percipitur,quàm locutione exprimatur.
ff.de solut.l.ratam.
ff.rem rat.hab.l.quoties.
ff.de verb,obl.l.continuus.
ff.de duobus reis stip.l.duos.
ff.de codic.l.si quis filium.
ff.de leg.1.l.si domus.

Spacium ratihabitionis,&c.)Hæc est nota , & non generale. Azo,rub.33.

Alienum negocium mea ratihabitione non facio meum.
ff.de neg.gest.l.si pupilli.§.itaque.§.si eius.

Alienum negocium,&c.)Hæc Rubri.exposita est suprà in illa Rubr.Ratihabitio,&c.

Creditum ratum habuisse.

ff.de

ff.de leg.3.l.si cùm filium.
Retrò facta, ad præsens trahuntur.
ff.de seruit.rust.præd.l.si per fundum.
ff.de oper.nou.nun.l.de pupillo.§.si quis.

Retrò facta, &c.] Hæc exposita est suprà eo. in illa Rubrica, Ratihabitio, &c. & induco ad hoc similia, ad hanc Rubr. confirmandam contra illam. vt ff. de offi.proconsul.l.obseruare.§.vlti.& ff.ad Treb.l. sed & si.

Quod inutile est, ratihabitione confirmatur.
C.com.vtriusque iud.l.2.
ff.rem rat.hab.l.2.
ff.de appell.l.si expressim.§.1.

SOLVTIO.

Limita dupliciter,vt per eundem Alex.ibi:primò, nisi sententia super expensis feratur vnà cum diffinitiua, quia tunc censetur esse pars diffinitiuæ. Ita refert voluisse notabiliter Ang.in l.Paulus la j.ff.de re iud. & Salic.in l. post sententiam. C. de sent.& interloc. pro contraria tamen parte alleg. Bal.& Imol. & eis videtur assentiri: vide Felin.in rub. de re iudic. qui ponit hanc limitationem, & allegat pro ea eosdem Ange.& Salic.vbi suprà, & Ang. in aliis duobus locis,& Phil.& Anchar.& de contraria opinione non meminit, vnde videtur eorum sententiæ adhærere.

Secundò limita, nisi expensæ principaliter peterentur de per se in iudicio,quia sententia lata super expensis,erit diffinitiua: pro quo allegat Imol.in d. l.Paulus.& ponit Felin.vbi s. B.Dias re.666.

¶ SENTENTIA lata super principali, videtur reiicere exceptiones non compassibiles cum ea: compassibiles tamen remanent in suo robore. Ita Abb. in cap.suborta.de re iud.Paul.de Cast.in d.l.quòd in diem.ff.de compensat.ornat hãc regulam Feli.in d. c.suborta.

Limita octo modis,vt per eum ibi. B.Dias re.674.

¶ SENTENTIA in dubio iustè præsumitur lata.l.Herennius.§.quia de euict. vide text. in l.ij. §.solent.de hær. vel act. vend. & vide glos.in auth.generaliter. C.de epis.& cler.& Bal.in l.ij.in vlt.q. C. si ex noxa. causa aga.

Primò fallit si non fuerit iudex ordinarius,sed delegatus.ita dicit Inn.in c.cum in iure peritus.de off.del. vide etiam Bart.in l.ex quacunque.ad fi. princ. ff.si quis in ius voc.non ierit.

Secundò fallit,quando sententia non transit in rem iudicatam.Inn.in c.bonæ.de elect. ad hoc facit gl.notabilis.in prin.C.si aduers.cred.

Tertiò fallit, quando quis appellat ad suum commodum:vt l.si quis libellos.C.de appel.

Quartò fallit si vult in integ.rest.l.qui proprio.§.item quæritur.ff.de procur.

Quintò fallit,quia ista regula procedit in sententia definitiua:secùs in interlocutoria. ita dicit Innocen.in c.cum in iure peritus.de officio delegati.& in c.bonæ.de electionibus.

Sextò fallit, vbi apparet notoriè de iniquitate sententiæ ex eius tenore: quia est nulla, nec meretur executionem.vt in c.inter cæteros.de re iud.& in c.sollicitudine.de app.gl.est in cle.pastoralis.de re iu. & in c.fraternitatis.de frig.& malefi.

Septimò fallit,si victor dixit sententiam iniquam,quia non poterit executioni mandari. ita Innocent. in capitulo,plerique. de immunitate ecclesię.sed contrarium facit quod not.Ang.in l.vendicatum.& ibi gl. ff.de euiction.

Octauò fallit,etiam in iudice ordinario,vel speciali:vt iudice feudi.vt est gl.singularis,&eam tenet Baldus in capitulo primo,in titulo, de inuestitura in mari: facta. B.Soc.re.448.

¶ SENTENTIA interlocutoria, qua finitur iurisdictio iudicis,putà,quia pronuntiat se incompetentẽ, vel non esse procedendum ad vlteriora, vel qua absoluit conuentum ab obseruatione iudicij, reuocari non potest per iudicem.text.est not.in c.significantibus.de officio delega.& in cap. iudex ab apostolica.§.j.eod. tit lib.vj.not.Abb.in c. cum cessante. de appel.& ponit hanc conclusionem Felin. allegando plura pro ea, in c.qualiter.el j.vers.fallit prædicta regula.de accusat.

Limita 4.modis,vt per eundẽ Fel.ibi. B. Dias,re.667.

¶ SENTENTIA in his casibus,in quibus nocet alteri, in his etiam nocent acta, & aliæ probationes & attestationes,puta testes recepti ad perpetuam memoriam,& similia,Barto.leg.si mater.§.fin.ff.de exc.rei iud.leg.sæpe. quæstio.10.vbi Alex.numero 125. ff.de re iud.Innocen. capit.causam.il 1.de testib.item lata verbis affirmatiuis nocet aliis. leg.diui fratres. ff.de liber.causa.add.ad Bart.leg.1.C.res inter alios acta. Anto.capitulo inter.de fide instr. capit. at si clerici. de iud.sed l.fi.§.fin.de iur.iur.Cyn. &Bald.l.is apud. C.de edendo,Barto.l.2.ff.iud.solu.leg.si perlusorio. §.fin.ff.de appel.leg.si superatus. ff.de pignor. Bald. leg.si quis.C. ad leg.Iul.de vi publ.leg.2. C. quibus res iud.non noceat.gloss.leg.hæres.ff.de crim.expil. hæred. Med.re.8.

¶ SENTENTIA, in qua dicit iudex (pronuntio prout in consilio)valet:not. Lud.Alexan.& Aretin.in leg. j.§.j.ff.de verbor. oblig. Alberic.Bald.Angel.Sal. & Paul.in leg.j.C.si aduersus lib. facit gloss. notabil. in leg.& puto.§.Iulianus.in versic.communicari. ff. famil.ercisc.

Limita quatuor modis,vt per Felin.in capit.cum venerabilis.de except. B.Dias,re.669.

¶ SENTENTIA in qua dicitur,Pronuntio,vt in consilio,valet & tenet.Abb.& Imo.in c.cùm venerabilis. de excep.Pau.de Cast.in l.fundus. ff. de rescin.vend. & doct.in l.j.C.si aduer.liber.

Primò fallit,quando dicta verba,Pronuntio vt in consilio non sunt scripta.ita Ang.in consi.ccxlvj.inc.domina Libertina.

Secundò fallit, quando iudex non legerat consilium: quia tunc sententia est nulla.ita Bal.in l. j. C.de sen. ex peric.recit.

Tertiò fallit, quando consilium non fuit redactũ apud acta:vt per Abb.in c. illa.in fi.de acc. B.Soc.re.452.

¶ SENTENTIA nulla est non seruata forma iuris no. Doc.l.

Doc.l.prolatam.C.de senten.& inter.om.iud.l.prima.C.de exc.rei iud.capitu.ad petitionem.§.fin. de accusa.capitu.veritatis.de dolo,& contu. Specul.in tit.de senten.§.nunc videndum. Abb. capit. cum olim.de senten.& re iudic. Vant.in tract.de nullit. in titu.de null.senten.ex defectu proc.nu.3.plura adducit. Med.reg.7.

Sententia nulla est ex defectu causæ. Socin. l. siue à te. ff.de except.l.secund.§.mater.ff.eodem.item secundò etiam ex defectu processus.l.prolatam. C.de senten.& inter. omn.iud.tertiò nulla est ex defectu iurisd.Bald.rubr.C.si à non comp.iudic.leg.1.§.fin. ff. ad Tertul.l.prima.§.hæc autem.ff.quod quisque iuris.l.2.ff.de pœnis.gloss.fin.clem. vnica, de sequest. poss.& fruc.Angel.l.non erit.§.dato.ff.de iur.iur.Felin.capit.ex parte.de offic.deleg. Seba.Vant.in trac. de nullit. in titu.de nullit.sentent.ex defectu iurisd. nu.4. Med.reg.6.

¶ Sententia omnis, siue definitiua sit, siue interlocutoria, requirit, quòd feratur partibus præsentibus, vel legitimè citatis.l.de vnoquoque.ff.de regul.iur.

Limita istam regulam,vt per Iaso. in l.nec quicquam. §.vbi decretum.ff.de offic.Procons. Alex. in l.de vnoquoque.ff. de re iudic. Anton. Nicellum in concord.glo.iur.ciuil.& cano.in concord.lij. qui ponit suprà d.regu.& refert omnes limitationes Iaso. vbi suprà. B.Dias,reg.673.

¶ Sententia prætextu falsorum testium pecunia corruptorum lata mero iure valet, sed contra eam in integrum restitutio datur.lege,diuus Hadrianus. ff.de re iud.

Primò fallit, nisi sententia sit lata ex falsis probationibus factis ex dolo producentis, & in absentem.text. est reputatus sing.in l.prætor.§.Marcellus.ff.de iud. nam tunc sententia est nulla:vt per Innoc. in c.cum in iure:de offi.deleg.& in c.de cætero.de re iud.& aliquid habetur per Bald.in l.j. C.de transf. latissimè per Ang.& Imol.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verbo.oblig.& in l.seruo inuito.§.cum pretor.ff.ad Treb.& in l.à diuo Pio.in prin.ff. de re iudic. & per Bal.in l.fi.C.si ex falsis instru.

Secundò fallit, quando sententia esset lata contra matrimonium:quia ipso iure est nulla:& eadem ratione idem dicendum in sentẽtia lata contra minores: ita nota.tenuit Abb.in c. licet causam. de proba. facit quod not.gloss.in l.si pro iure.ff.de iure fisci,&in §.ista.in gl.Inst.de act.

Tertiò fallit in criminalibus, in quibus ista sententia est nulla.ita dicit Bald.in addit. Spec.de execut.sentẽtiæ.l.si quis obrepserit.in verbo,nihil agitur.ff. ad l.Corn.de sicar.

Quartò fallit in sententia decreti, quæ,redditur ipso iure nulla:vt tenet ipse Bald.in d.l.j.C. si ex falsis instr. & quod suprà in reg.cccccl.fal.iiij.dictum est, quòd aduersus talem sententiam potest peti retractatio. limita primò nisi in prima causa fuerit cognitum de falso:quia vltimus hoc non poterit verificare.l.finali.C.si ex falsis instrum.

Quintò fallit, vbicunque volens petere restitutionem in integ.dixerit se velle probare directò,quòd testes falsum deposuerunt:vt voluit Alexand. de Imo.in l. cum proba.C.de transf.

Aliam fallentiam vide in l.falsum.C.si ex falsis instr.& per gl.& doct.in d.c.licet causam.de probat.B.Soc. reg.454.

¶ Sententia*propter instrumenta de nouo reperta non retractatur.l.sub specie.C.de re iudic.& l.imperatores.ff.eod. B.Soc.re.447.

Additio.

* Sententia. Vide Lanfran.in cap.quoniam contra.in versic. hîc tractabimus.in vers.quæro incidenter.de prob.& latè in l.admonendi. de iureiur. primo not. & ad idem Feli. in c.inter cæteras, in circa med.in versic.quinta declaratio. & c. inter monasterium.in vers.limita primo.de se iudic.

Primò fallit in fisco:vt est glos.in l.Imperatores.& in d.l.sub specie.

Secundò fallit fauore minoris:vt est glo.in d.l.sub specie,& in d.l.Imperatores.

Tertiò fallit fauore furiosi & prodigi, qui pupillo ęqui parantur. l. Fulcinius.§.j.ff.ex quibus cau. in pos.ca tur.& no glo. in l.eatur.C. de cura.fur.Bart.in præallegatis ll.Imperatores.&,sub specie.

Quartò fallit fauore libert. vt l. ij.§. fin.ff.si liber.inge. esse dicetur.

Quintò fallit in causis spiritualibus: vt not.Inno.in c. quia propter. de elect. & hoc ideo, quia intelligitur in omnibus iudiciis,secundum Angel. in d.l.sub specie.

Sextò fallit in causis criminalibus.l.ista. §.si quis.& l. diui fratres.& ibi vide Bar.ff. de quæst.

Septimò fallit in causa arbitratoris:vt not. Federic.de Senis consi.ccxxxvij.

Octauò fallit vbi sententia est lata per subsidiarias probationes,putà per iuramentum necessarium,vt l.admonendi.de iureiuran.ff.

Nonò fallit, vt vbi licet quis fecisset suam diligentiã ante sententiam, tamen non potuit instrumentum recuperare.ita not.Innoc.in c.vlt.extrà, de testib.& Bald. in l.si ex falsis.C.de transact.& in l.penult. C. de sent.aduer.fisc.lat.lib.x.

Decimò fallit, vbi instrumentum de nouo repertum, est instrumentum alterius sententiæ:quia tunc retractaretur tanquam nulla & contraria primæ. vt l.ante sententiam.C.de sen.& interl.om.iudi. sic not.Bal. & Raph.Cu.in d.l. Imperatores.de re iud.

Vndecimò fallit, vbi per instrumenta de nouo reperta appareret alia sententia lata ex falsis instrumẽtis vel probationibus.l.pen.ff.de confes.& Bal.in dict.l. sub specie.qui reprobat Rapha.Cumanum in dicta lege,Imperatores.

Duodecimò fallit in sententia condemnatoria: quia contra aliquos procedit:secùs in sententia absolutoria.de quo tamen dic vt per Cyn.& Bal.in l.pen. C. de cond.indeb.& per Raph.in d.l.Imperatores.

Decimotertiò, fallit quando testamentum est posteà repertum.gl.not.in l.j.§.ratio.ff.quemad.testa.aper. & in l.si vir.ff.de except. rei iudic. licet glos. teneat contrarium in d.l.iij.§.si legatarius. ff.si cui plusquã per l. Falcid. in verbo, euicerit. sed dubitatur an in his casibus teneat sententia mero iure, an verò pœna.& not.infra quantum tempus debeat peti restitutio,de quibus dic vt per Spec.in tit.de execu.sententiæ.§. fi.vers.illud autem. Ioan.And.in addi. Specul. in titul.de inst.edit.§.postquam additis.qui incipit, quid si solui.& Cano.in c.inter monasterium, de re iudic.Cyn.& Bal.in l.j.C.de sen.aduer. fis. lat.lib.x. Paul.de Castr.& Salic.& Raph.in d.l. Imperatores, de re iud. B. Soc.re.447.

¶ Sententia qua aliquis venit declarandus aliquam pœnam (ipso facto impositam) incurrisse, citationem exigit. Gloss.est in clemen. præsenti. de censibus.& in clem.ij.de pœnis. quas ad hoc alleg.

Felin. in c. cum non ab homine. de iudic.

Limita tribus modis, vt per eum ibi, & in c. ij. de spōs. Felin. in c. parochianos. de sent. excom. in c. Rodulphus. de rescr. in parte citari. nu. 41. vbi ponit tres limitationes. B. Dias, reg. 675.

¶ SENTENTIA regulariter ius facit inter partes, l. ingenuum. ff. de statu hom. c. cum inter. de re iud. & per doc. in c. quoniam contra. de probat.

Primò fallit, quando in ipsa sententia fuisset expressus error contra ius scriptum, tunc non præsumitur pro ea, nec admissio appellationis purgat eam, hoc est vitium nullitatis. extrà, de re iudi. capitu. & si. & capitu. cum inter. de appel. & l. si expressim. & l. ij. C. quando prouoc. non est neces. nec potest intelligi, quòd in ipsa sentētia si esset expressa solum vna causa contra ius, tunc licet sit contra ius litigatoris, tamen ex hoc capite non redditur nulla: prout Inno. voluit in capit. in præsentia. de re iudic. vbi plenè de hoc dicit.

Secundò fallit, quando sententia aliàs continet notoriam iniustitiam: cùm tunc sententia sit nulla, nec pro ea præsumatur nisi infra x. dies sit appellatum. vt tenetur in capit. fraternitatis. extrà de frig. & malef. vbi est bonus text. secundum vnum intellectum. ad hoc c. solicitudinem. §. si verò. extrà, de appel. c. inter cætera. de re iud. & ita communiter tenetur, de quo plenius.

Tertiò fallit, quando colligitur error ibi patens, ex act. cum tunc sententia sit nulla, & admittatur ipse impugnans ad probandum talem errorem & iniustitiam: vt tenuit Cyn. in l. vnica. C. de erro. cal. quod etiam sentit Inn. in c. cū dilectus. extrà, de re iud. quod etiā tenuit Arch. in c. Roma. extrà, de sent. excom. in vj. prout referunt do. de Ro. in decis. cccxl. quæ incipit, item fuit disputatum. vbi hoc idem tenetur & plenè per Can. in d. c. quoniam contra.

Quartò fallit, quando quis fuisset admissus de facto ad disputandum de ipsa iniustitia, & de ea constaret: quia tunc iudex deberet illam sententiam retractare, extrà, de causa poss. & proprie. c. cum super. ff. de iud. l. de quare. & hoc voluit Inn. in c. cum dilecta. extrà, de rescr. & in d. c. cum Bertholdus. de re iudic. & per doc. in d. c. quoniam contra.

Quintò fallit, quando pars, pro qua esset lata sententia confiteretur illam iniustam: cum tunc debeat retractari, nec pro ea præsumatur. arg. gloss. in authent. iam necesse. C. de don. ante nupt. & in corpore vnde sumitur. & hoc voluit Innoc. in d. c. quia plerique. de imm. eccl. quod intellige quando fuisset aditus iudex, quia per viam querelæ adiri posset, secundū Nicol. in d. c. quoniam contra.

Sextò fallit, quando opponetur contra ipsam sententiam de iniustitia, ex eo quia fuisset per falsos testes, vel corruptos: cum tunc pro eo præsumatur, & admittitur probatio in contrarium: vt plenè Canon. in c. licet de probat.

Septimò fallit in sententia, quę nunquam trāsit in rem iudicatam lata in causa matrimoniali: quia licet pro ea præsumatur, si non sit appellatum: tamen admittitur probatio in cōtrarium: vt not. extrà, de re iud. c. lator. & c. consanguinei. & extrà, de elect. c. bonæ el ij.

Octauò fallit in sententiis latis ad dicta testium deponentium de credulitate: cùm retractetur, si per alios testes postea idoneiores probetur contrariū, prout voluit Ioan. And. in addit. Spec. in titu. de euict. §. j. versic. sed pone: de quo etiam in ca. proposuisti. per Can. extrà, de probat.

Nonò fallit in sentētia, quæ per appellationem suspenditur: vt in primis censuris: cum pro ipsis non præsumatur, neque pro iustitia ipsarum, & earum ordine: sed oportet quòd iustificentur per iudicem vel aduersarium, ad cuius instantiam fuerunt latæ, si infra decem dies fuerit appellatum. arg. c. sacræ. de senten. exc. esto ꝙ appellatio non spectasset eas. & hoc voluit gl. & Inn. in d. c. quoniam contra. & etiam Inno. in d. c. bonæ. de elect. B. Soc. reg. 451.

¶ SENTENTIA regulariter de nocte * ferri non debet, vt in auth. de iudic. §. sedebunt. & not. in l. nō minorem. C. de transact. B. Soc. reg. 445.

ADDITIO.

* De nocte. Vide Felin. in c. consuluit. de offic. deleg. B. Vad.

Primò fallit, si fertur contra præsentem, vt dicit Ang. l. more Roma. ff. de feriis.

Secundò fallit, quando est consuetudo loci, vt ita feratur de nocte, sicut est in curiis regum. ita dicit Ioan. Andr. in addit. Spec. in tit. de sent. §. iuxta. versic. sed nunquid licet.

Tertiò fallit, quia propter multitudinem potest ferri sententia de nocte: dicit Bal. in prima constitutione Digest.

Quartò fallit propter necessitatem: vt dicit Bal. in l. casus. ff. de testi. nam tunc de nocte ferri potest.

Quintò fallit ex causa, vt si iurisdictio expiraret: vt in c. consuluit, de offi. deleg. & tenet Bar. in l. non minorem. C. de transact. B. Soc. reg. 445.

¶ SENTENTIAM regulariter non vitiat falsa causa expressa in ea, nisi per appellationem, vel alio remedio rescindatur. Ita sentit gl. in l. is ad quem. ff. de acquir. hær. vbi latè Imol. idem post Ang. in l. qui Romæ. §. duo fratres. vers. & propter prædicta. ff. de verbo. oblig.

Limita vij. modis, vt per Fel. in c. sicut. de re iud. B. Dias reg. 677.

¶ SENTENTIA requiritur, si lex per verbum futuri temporis, loquatur, vt putà si quis fecerit sic, puniatur in tantum, secùs autem, si verbo tēporis præsenti vtatur, vt si quis hoc fecerit, sit priuatus: quia tūc ipso iure intelligitur. glo. in l. crimina. ff. de iur. omn. iudic. & gloss. in authentic. habita. C. ne filius pro patre. & est gloss. in l. iubemus. §. œconomus. versicul. sanè. C. de sacrosanct. eccles. & in authentic. de litig. §. omnem. vbi etiam gloss. & l. si quis in tantum. C. vnde vi. facit quod dicit Anton. de Butr. in capitulo quoniam frequenter. §. porrò. vt lite non contestat.

Primò fallit ista regula, quando vtitur verbo futuri tēporis quòd requiritur sententia, scilicet quando l. vel statutum vlterius prosequeretur se declarando: putà quia diceret, si quis fecerit sic, priuetur ipso iure: nā tunc non requiritur sententia. ita notant doct. in d. l. si quis in tantam: per ea quæ not. in l. fi. C. de iure emphyt. & ibi doct.

Secundò fallit, quando ratione adiuncti constaret de mente leg. vt quia diceretur, priuetur mox, vel illico, vel ipso facto quia intelligitur ipso iure. gloss. est in authentic. de incest. nupt. in princip. & in capitulo eum qui. de præben. in vj. Bald. in l. prima. in vltim. char. C. de sum. Trin. & fide cath. tex. est & glos. in verbo ipso facto. in capitu. fin. extrà, nec cler. vel mon. & in ca. vbi periculum. §. nullum. de elect. in 6. & in c. 2. de hær. eod. lib. de quo per Ioan. And. in c. j. de homi. in vj. & per Bald. in l. si quis non dicam rapere. C.

pere.C.de epis.& cler.in repet.

Tertiò fallit, vbi verbum, quo vteretur lex, vel statutũ esset tale, quòd importaret priuationem ipso iure, & c.glos.est in l.prouidendum.de postul. C.

Quartò fallit, quando verbo futuri temporis apponerentur verba, modis omnibus: quia intelligitur ipso iure gl.est in auth.vt deff.seu fun.eorum.§.sancimus igitur.in ver.modis omnibus.

Quintò fallit si apponatur verbum omnino.gl.est sing. in l.j.§.si pecuniam.ff.depositi.secundum Lud.in ij. singul.

Sextò fallit si apponatur dictio, funditus.gloss.est sing. in l. nil.decernimus.C.de episc.& cler.secũdum do. Lu.in d.singu.ij.

Septimò fallit, si apponatur dictio, penitus.gloss.est in l.si quis aduocatorum.C.de postul.& not.Ioan.And. in c.per inquisitionem.circa fi.de elect.& per Arch. in c.ordinarij.in vj.

Octauò fallit, si adducantur ista verba simul, & coniunctim, cassentur & irritentur.secundũ Bal.in tit. de pace Constan.in verbo.priuilegia.

Nonò fallit, quando ponitur verbum futuri temporis, & ista verba recta via: quia intelligitur ipso iure. ita dicit Ant. de Butr.in cap.quæ ad te.in princ.versic. non dederunt.

Decimò fallit, vbi aliquod statutum diceret spolietur talis si fecerit sic: quia intelligitur ipso iure. est doctrina Host.in c. fi.de postulat.prael. B.Soc.re.446.

¶ Sententia retractari potest per instrumenta de nouo reperta tam ex parte rei, quàm actoris. doc. comm.l. admonendi. in prin. ff. de iur.iur.sub prætextu.C.de transactionibus.doc.l.1.C.quomodo & quando iudex.item sententia, in qua tu es mihi condemnatus de retrouendendo rem pro certo precio me tibi offerente precium, nam ex vi illius sententiæ ratione correlatiui poteris petere dictum precium à me si retrouenditionem non petam. leg. fin. C.de ind.vid.tol. per sententiam enim quasi contrahitur.l.3.§.idem.ff.de peculio. Med.reg.9.

¶ Sententia semel declarata non potest iterum à iudice interpretari.Bald.l.hac lege.C.de sent.ex breuil.reci.per l.quicquid adstringendæ.& l.inter stipulantem.vbi idem Bal.§.1. ff.de ver.ob. Ange.l.quod iussit.ff.de re iud. Imol.l.ab executore.col.4.ff.de appel. Med.re.4.

¶ Sententia si apparet lata, & non apparet quod fuit lata parte instante, est ipso iure nulla: tenet Bar. & alij in l.vnica.C.vt quæ desunt aduo. Ang.& Imo. in l.de vno quoque.ff.de re iud.

Limita quatuor modis, vt per Iaso. in l. properandum §.& si quidem.C.de iudic.

Primò in causis fiscalibus, per tex. in l.ij.§.senatus.ff.de iur.fisc.quem ibi ad hoc not.Barto.& reputat mirabilem.

Secundò, quando sententia lata, causa deuoluitur ad Papam per appellationem, quia tunc Papa ex officio suo, potest etiam parte absente procedere ad sententiam: not. Alex.in d.l.vnic.post Ang.& Imol.vbi s. quos refert Ias.

Tertiò limita, nisi iudex videat perire instantiã causæ, quia tunc, ne iudicium agitatum reddatur illusoriũ, potest ferre sententiam, etiam neutra parte petente.

Quartò, quando ambæ partes sunt præsentes, & sententia fertur pro actore: quia tunc valet sententia, quãuis aliter non appareat ex processu, quòd actor petierit eam à iudice, ex ratione de qua per eũ.B. Dias reg.665.

¶ Sententia si per iudicem appellationis fuerit confirmata, per ipsum est exequenda. glo. in c.pastoralis.in verbo, discussa.in fin. de offi.deleg.alia in l.si quis priore.ff.ad Trebel.& in §. si quis priore.Inst. quib.mod.testa. & ita dicit cõmuniter teneri Alex. in l.à diuo Pio.ff. de re iud.

Limita dupliciter, vt per eundẽ Ale.ibi.B. Dias re.676.

¶ Sententia super executione rei iudicatæ est interlocutoria, vtputa, si iudex pronuntiaret sententiam ad fauorem Titij exequi, & executioni mandari debere est interlocutoria, & regulatur secundum naturam & regulam actus interlocutorij, secundum Anch. in consilio cccxlij. Vicarius potestatis, cum duobus sequen.& Boe.quæ.lviij.nume.7.& ab actu interlocutorio executiuo non appellatur nisi sit indebita & excessiua executio, secundum text. in l.ab executione.C.quorum appel.non recip.& l. ab executore.ff.de appella.

Durante tempore dato ad appellandum executio fieri non debet. glo.in versi.innouata.in princ. c.fi.de appel.in vj.& gl.in l.vnic.in vers.nouare. ff.nil innouari appel.pend.

Executio fieri non potest in lecto, vestibus, seu indumentis quibus homo tegitur.vt l.executores, in versi.oratorium.C.quæ res pig.oblig.possunt.quia etiã damnatis ad mortem vestes sibi non auferuntur. vt l.diuus.ff.de bon. dam. Fab.& Ias.in num.26.§.fi.instit.de act.

Executio non fit in bobus aratoriis, nec in instrumentis ad agriculturam destinatis.vt d. l.executores, & in auth.agricultores.C.quæ res pigno.oblig. poss. & in parte.senat.Rogat.1496.& 1461.

Executio etiam non fit in armis & equis militum. glo. est in ver.dignitate.l. nepos proculo.ff.de verborum signific. Ias.in §.item seruiana.num.66. inst. de act. & l.senatus.

Et minus in stipendiis militum.vt l.stipẽdia. C.de exe cut. rei iudic.doct.in l.commodis. ff. de re iudic.& ibi doct.

Executio nõ potest fieri in donis datis per illustri.duc. dom. & minus in salario iudic. vt in parte maioris. consi 1271.& 1399.

Executio minimè fieri potest in libris scholarium. vt est gl.not.in d.l.nepos proculo.in vers.dignitate.Iaso.in §.fi.nu.6.inst.de act.Gome. in §.seruiana.num. 30.inst.de actio.

Executio fieri non potest contra tertium, non nominatum in illa sententia.Ita Bal.in consi.cxlix.vol.3.nu. 1.& in l.si binæ.ff. de iniust. rupto testa. & idem in l. si pro te in fi.C.de dot.promis.& in l. à diuo Pio.ff. de re iudica.Ang.cons.xxj.nu.4.Soc.cons.lxxxij.nu. 8.vol.iij.Brun.consi.xciij.nu.8.Bal.consi.58.volu.v. Cast.consi. x.nu.4.vol.j.

Executio testamenti fit & fieri debet per episcopum loci ordinarium à die monitionis, qui habet tempus anni, ad aliud exequendum, quo decurso executio deuoluitur ad archiepiscopum secundum Bal. & Sali. in l.nulli. C. de episcopis & cler. ibi post vnius anni, & versic.quæro decimo.cum glo. Abb.in c.nos quidem. De testa.& doct. auth. hoc amplius. C.de fideic.Feder.cons.129. in j.quæst. Abb.consil. 69.ver.venio ad vltimum.vol.j.Barb. consi.8. versi. restat nunc.

Item in bonis mariti pro debito vxoris executio fieri non debet & facta non valet nec tenet.l.j. & ij.C.ne vxor pro mari.& in l.si mater.C.in qui bus casibus. pig.vel hypo.

Item

Item in peculio profectitio filij, quia pro debito patris nulla potest fieri executio in d. peculio. Ita Bar. in l. iij. §. vtrum. numer. 4. ver. venio ad iiij. partem. ff. de mino. Bal. in penul. C. qui bon. ced. poss. Boer. q. vij. num. 1. 5. 7. & 8. Alex. latè. in l. si finita. §. si de vectiga. nu. 12. ff. de dam. inf. & Corn. consi. xx. 8. num. vol. iij. Bal. in l. j. C. de bonis quæ lib. nu. 14.

Item sententia lata contra tutorem nomine pupilli non exequitur contra tutorem, nec in bonis suæ specialitatis, sed bene in bonis pupilli. Bartol. in l. ij. ff. de admin. tuto. & docto. in l. j. C. quando fisc. vel priuat.

Item pro debito vniuersitatis non fit nec fieri debet executio in bonis singulorum ciuium. Bal. in l. etiam nu. 25. C. de exec. rei iud. Bart. in l. si non obtulit. §. actor. ff. de re iud.

Et similiter pro debito monachi potest fieri executio in bonis monasterij. Bald. in authentic. Cassa. numero 3. versic. iiij. C. de episcopis & clericis. nisi monasterium haberet bona quæsita per monachum.

Item non potest fieri executio in fructibus præbendæ pro debito clerici. vt Bar. & Alex. in d. l. commodis. nu. 2. ff. de re iud. Idem Bar. in l. à diuo Pio. §. in venditione. versi. exequuntur. in fi. ff. de re iudica. Abb. & doct. in c. peruenit. de fideiussore.

Item pro debito communis, seu vniuersitatis, non fit executio in viis publicis, prædiis, seu nemoribus quorum fructus sunt singulorum ciuium pro commodo possessionum & terrarum in communi existentium. Ita Angel. in d. l. commodis. ff. de re iudic. Spe. in tit. de execu. sententiæ. §. sequitur. versi. quid si vniuersitas. Bar. in l. si se non obtulit. §. actor. nu. 7. ff. de re iud.

Item non potest fieri executio mortuo testatore, contra hæredes vel eorum propinquos, nisi lapso nouēnio. & ita tex. & ibi Bart. in authent. §. hæc autem. vt cum de appella. cognos. coll. quem refert Roderic. Xuarez in l. post rem iudicatam. in ix. limit. ff. de re iudic.

Item executio fieri non potest intra tempus trium mēsium conficiendi inuentarium contra hæredem per creditores hæreditarios. vt l. fi. §. donec. & §. etsi præfatam. C. de iure delib. Ias. in §. fuerat. nu. 61. insti. de actio. Bal. in l. ait prætor. §. si quis. ff. de procura. nu. 1. Boer. q. x. nu. 3.

Item executio fieri non potest contra singularem successorem, vt in l. si debitori, & ibi Bar. nu. 3. C. si aduer. credito. præsc. opp. gl. in l. ea lege. C. de condi. ob causam. & in l. si vnus. §. ante omnia. nu. 5. ff. de pact. & ibi Ias.

Item contra tertium possessorem executio fieri nō potest, prout tenet Ias. in l. si vnus. §. ante omnia. nu. 4. ff. de pac. & in l. iurisgentium. §. prætor. num. 9. ff. de pact. in l. post rem iudicatam. numer. 3. & ibi Roder. Xuarez. & idem Ias. in l. j. ff. si cert. pet.

Item contra famosum artificem executio sententiæ capitalis fieri non debet, donec princeps consulatur. Ita text. in l. ad bestias. ff. de pœnis. Ita Rom. singu. dccxvij. Cæpol. in l. mercis appellat. numero 15. ff. de verb. sign. & l. si contra. num. 18. & de vsucapio. pro empt. cum infinitis.

Item executio fieri non potest sententiæ latæ ad fauorem T. quando maximè post latam sententiam allegatur transactio facta inter partes, vel si pars illi sententiæ expressè renunciasset: vt Rom. consi. cccclxvij. & l. iiij. §. ex conuentione. ff. de re iudica. & gl. in c. quòd ad consultationē, extrà de re iud. I. Nouel. re. 197.

¶ SENTENTIA super inepto libello lata est ipso iure nulla. vt est gloss. singul. Instit. de act. in princ. & sequitur Bald. in l. actor. C. de re. cre. & Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & Cy. in l. vnic. C. quæ desunt aduoc. & Pet. de Anc. in cap. cōstituto. de elect. quia nullus actus decisionis super eo formari potest. vt in l. si patronus. ff. de iureiur.

Primò fallit, nisi libellus per improprietatem verborū posset saluari, vt l. si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. ita tenet Ioann. Andr. in titu. de offi. iud. §. de seruit.

Secundò fallit, nisi sententia lata sit super inepto libello, vt est glo. sing. in l. vinum. ff. si cert. pet. in glo. magna. in fi. quam ad hoc reputat notatu dignam Bart. in extrau. ad reprim. in verbo figura.

Tertiò fallit, si sententia sit lata prætextu confessionis, quæ non requirit talem iudicij solennitatem, & validatur processus aliàs ineptus. vt in c. Pisanis. de restit. spol. quod intellige vt ibi per An. de But. videlicet quando expressa est confessio: secus si tacita. Itē intellige quando confessio tendit ad illum finē, ad quem agebatur in lib. licet aliàs secùs. & ad hoc vide in l. j. ff. de off. præf. vrb.

Quartò fallit etiam, quando libellus est ineptus ratione taciti erroris non expressi, secundum Bald. not. in l. certa ratione. C. quando prouo. & si libellus est partim aptus, & partim ineptus valet, & reiicitur in parte inepta, secundum Lapum in alleg. xxv. & est gloss. sing. secundum Bald. in l. si quis homicidij. C. de accus. & vide Lud. de Rom. in l. ij. ff. de sol. & in l. si vero. §. dos. ff. de pact. B. Soc. reg. 455.

¶ SENTENTIA sub conditione ferri non potest, vt l. j. in §. biduum. ff. quando appel. sit.

Primò fallit, vbicunque fieret sub ea conditione, quæ pendet ex his, quę in iudicio fiunt: vtputà, feram sententiam pro te si iurabis modo, talis sententia bene valet. vt est glos. reputata singu. in l. cum iudex. C. de sen. & inter. om. iud.

Secundo fallit, quando fertur sententia hoc modo: condemno te saluo si feceris sic, quoniam tunc valet talis sententia. ita tenet gloss. super verbo, purè.

Tertiò fallit, quando fertur sub conditione de futuro. ita tenet gloss. & Barto. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud.

Quartò fallit in sententia interlocutoria: vt per glos. & Bar. in l. à diuo Pio. in §. à venditione.

Quintò fallit in sentētia lata sub modo: vt in l. cum eorum iuncta gloss. C. de sent. & vide Bart. in l. ait prætor. in §. si iudex. ff. de re iudic. vbi plenè per supradicta. hoc tamen, quòd valet sententia lata sub conditione, si talis iurauerit, intellige verum, si fuerit iuratum incontinenti post sententiam, aliàs non valet: vt l. generaliter. in prin. C. si cert. pet. & no. Bal. in l. trinam. in fi. C. de fru. & lit. expen. & intellige incōtinenti, scilicet antequam sententia transiuerit in rem iudic. arg. l. j. ff. ad Turpil. & l. si causa cognita. C. de transact. & l. eleganter. §. si post rem. ff. de condic. indeb. & pro hoc, quòd incontinenti sit iurandum, allego text. in l. fi. ff. de stat. lib. & singulariter Bal. in d. l. generaliter in fi. prin. C. de re. cre. sed adde quòd Card. Zab. tenuit cōtrarium expressè in cap. fin. de iureiu. quem omnino vide, & Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de sent. & re iudi. in §. iusta. in addit. quæ incipit, sed quid de absolutoria. in addit. magna. vbi dicit, quòd prius est iurandum antequam

quam deueniatur ad extraneos actus, quod est sing. notandum, quia est in practica quotidianum: nam communiter quando adiicitur conditio iurandi in sententia, partes non aduertentes non iurant incontinenti, sed possunt iurare ex interuallo, & maximè quando litigant per procuratorem, qui negligit nuntiare dominis iurare debentibus, quorum negligentia nocet dominis: vt in simili nota. Bart. in l. j. in §. si procurator. ff. si quis ius dic. non obtem. sed si talis conditio non esset potestatiua: tunc bene posset ex interuallo iurare. exemplum: condemno talem si actor probauerit, &c. vt not. gl. in præal. l. à diuo Pio. & in §. in venditione. ff. de re iud. licet Bar. in hoc tenuerit contrarium in l. cum iudex. C. de sen. & inter. omnium iudi. vide Bar. in l. admonendi. ff. de iureiurando. B. Soc. re. 456.

¶ SENTENTIA tempore pronuntiationis ab ipso iudice, legi debet: probat tex. in c. fi. de re iud. in 6. Bal. in l. hac consultissima, C. qui test. facere pos.

Limita duobus modis, vt per Bal. vbi suprà: & per Dominic. in d. c. fi. vbi limita tribus modis. B. Dias reg. 679.

¶ SENTENTIA non valet si iudex referat se ad instrumentum in actis non productum. l. 3. C. de sent. quę sine certa quantita. Ioann. Andr. in add. ad Specul. in titu. de senten. §. qualiter. versiculo inter. Docto. capitulo cum venerabilis. de exceptio. Doct. l. si conuenerit. ff. de re iud. Rom. & Aret. l. 1. §. si quis ita. ff. de verbo. obl. Ripa l. 5. §. 1. nu. 8. ff. de re iudic. item not. quòd si quis in sententia condemnatus fuerit ad soluendam certam quantitatem, secundum quòd soliti soluere sunt antecessores, si nihil soluerint valebit tamen sententia, quia illi dictio stat accusatiuè, seu effectiuè non autem conditionaliter. not. l. eũ qui. §. Iulian. ff. de constit. pec. vbi Barto. & Alexan. gloss. capitul. quoniam Abbas. de offi. deleg. Ias. l. admonendi. nu. 37. ff. de iur. iur. item not. quòd sententia necessariò refertur ad libellum. Doct. l. cum fundus. ff. com. diuid. & sententia appellationis confirmatoria prioris, necessariò quoque refertur ad priorem, vnde si prior sententia continebat iuris errorem, & secunda quoque eundem continebit. Docto. com. l. 1. C. de errore aduoc. Angel. l. 1. §. item. ff. de sent. quæ sine appel. rescind. Alexand. consi. 79. volumine 2. Tiraq. tract. de leg. connub. gl. 7. nume. 192. Med. reg. 10.

¶ SENTENTIA vbi alteri præiudicat, non tamen transactio, compositio, vel compromissum præiudicat: not. Abb. post Innoc. in c. auditis. de præscrip. & Math. in sing. xxvj.

Limita dupliciter, vt per Felin. in c. quamuis, de re iudic. vbi etiam alio & tertio modo conatur restringere, licet non se firmet. B. Dias re. 664.

¶ SENTENTIA ab vno ex pluribus delegatis lata nõ valet & nulla est. l. cum magistratu. C. quando prouo. non est neces.

Primò fallit, vbi iuraret aliter sibi non liquere de causa: quia tunc vnus solus potest ferre sententiam: vt l. Pomponius. ff. de re iud. & ibi not.

Secundò fallit, vbi fuissent delegati cum clausula, quòd si ambo non possent expedire, vnus solus posset, si tamen alius fuisset requisitus primò an vellet simul ferre sententiam. casus est in capit. cum plures. dę offic. deleg. in vj. vbi vnus solus tulit sentẽtiam interlocutoriam & non diffinitiuam. nam valet illa sententia interlocutoria*. vt est glo. in l. Pomponius. ff. de re iud. B. Soc. re. 440.

ADDITIO.

* Interlocutoria. Vide Fel. in c. causam matrimonij. de offic. deleg. B. Vad.

¶ SENTENTIA. Iulian. lib. lx. digestorum. lex lxvij. al. Vlpia. lex. xcviij.

Quoties idem sermo duas sentẽtias exprimit, ea potissimum *accipietur, quæ rei gerendæ aptior est.

ADDIT. a accipiatur, in P. Flor.

L. si vno. in prin. ff. locat. vbi Bar. Viuiennus.

¶ SENTENTIA. L. †68. *idem lib. 87. Digestorum.

ADDIT. † al. l. 67. * al. Vlpia.

Quotiens idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum[a] excipiatur, quæ rei gerendæ aptior est.

ADDIT. a al. accipietur.

Interpretatio à natura negocij secundum Oldendorp. qui plures modos prosequitur in Antino. fol. 364. Sim. de dam. in l. damni. Loc. l. si vno, l. ex conducto, §. Pap. lib. 4. l. in lege, de vsur. l. si stipulatus sis, de in diem, ad l. Imp. de reb. du. l. 12. l. 14. §. fi. l. vbi 22. de testa. c. cùm tibi, in fi. de resc. c. capitulum, in fi. de præscr. ver. l. insulam, de legib. l. ambigua, de verb. obl. l. quotiens. EXCIPIATVR. s. cùm ignoratur, quid acti sit. APTIOR. Etiamsi vtilior sit ei, qui sermone obscuro vsus est, inquit Fab. Exc. de præto. stip. l. in prætoriis, l. 1. §. fi. Riisvvich. paratit.

¶ SENTENTIAE appellatione, propriè non comprehẽditur interlocutoria. Probatur ista regula in rub. C. de sent. & interl. omn. iud. propter copulam &, ibi positam, quæ ponitur inter diuersa, vt in gl. rub. ff. de iur. & facti ign. & c. querelam. de simon.

Limita tripliciter, vt per Ripam in rubric. ff. de re iudic. B. Dias re. 662.

¶ SENTENTIAE verba regulariter non sunt futuri tẽporis, tamen quando geminata sunt verba futuri tẽporis, valebit, vt si dicatur irritetur, cassetur, quod in tale instrumento continetur. Bald. in extrau. de pace const. ver. priuilegia. gl. & docto. c. in pœnis. de reg. iur. 6. l, in criminali. C. de iurisd. omn. iud. Rom. singu. 3. Crem. sing. 7. Abb. c. quibusdam. de pœnis. Ias. l. non dubium. numero 10. C. de legib. Felin. c. Rodulphus. de rescrip. Barba. c. si diligenti. de foro cõp. Alex. post Bar. l. Imperator. ff. de iure fisci. Euerard. in loco à vi Gem. num. 9. Duen. in reg. 5. nu. 7. Med. reg. 2.

¶ SENTENTIAM pro se latam, non licet allegare iniustam esse: eo quia allegare turpitudinem propriã, non est licitum. Text. est in l. si seruus. §. si hæreditas. ff. de legat. j. faciunt nota. per Bartol. & Doctor. maximè Ias. in l. iusiurandum & ad pecunias. §. procurator. ff. de iureiur. glo. & doct. in c. inter dilectos. de donat.

Amplia vno modo, & limita duobus hanc regulam, vt per Ias. in d. §. si hæreditas. nu. 4. & 5. B. Dias re. 68.

¶ SENTENTIA. Ex sententia fit ius.

C. de iud. l. sub spe. & l. 1.
ff. de stat. hom. ingenuum.
ff. de inoffic. testam. l. Pap. §. vlt. qui repu. §. cum qui.
ff. de lib. caus. l. diui.
ff. de re iud. l. post rem.
ff. de lib. exhib. l. 1. §. in hoc.
ff. fam. ercis. l. cum putarem.
ff. de leg. 1. l. si seruus plurium. §. 1.
ff. de minor. 25. ann. l. minor. 25. ann. & l. de ætate. ff. ad S. C. Turpil. l. seruo. §. cum præ.
ff. de iureiur. l. si iurauero.
ff. de lib. agnos.

Non

Non fit.

Quia nec actio acquiritur.

ff.de pig. l.si supera.§.iusiurandum.

C.de fid.instr.l.2.

C.de transact.l.si ex Fal.

ff.de feriis.l.1.

ff.de collus.detegen.l. cum.

C.de re iud.l.1.

C.si ex fal.instrum.l.2.

ff.de iud.l.si post.

ff.de inoff. test.l. qui repu.§.cum contra.

ff.de his qui sui vel alieni iur.l.si iudex.

ff.de re iud.l.aditione.

ff.de pig.l.si fundus.§.si plures.

Ex sententia fit ius, &c.) Quod in hac Rubrica continetur, in tribus tantum casibus recipiendum est, licet multo plures in rubrica contineantur. Primò, in casu inofficiosi testamenti. vt ff.de inofficioso testamento. l.Pap. §.si ex causa. item in causa filiationis. vt ff. de lib.ag. leg.1.in fine.& l.secunda, & 3.item in causa ingenuitatis. vt ff.de stat.homin. l. ingenuum. & de liber.caus.leg.diui. §.primo. licet in hoc tertio casu quidam dissentiant.arg.eius quod legitur, vt ff. si lib.ing.esse dic.leg.patronum potest. Sed dic pro ingenuitate, id est, pro eo qui dicebatur ingenuus, sententiam fuisse latam: non quòd fuisset etiam ingenuus, sed quòd esset libertus actoris. Vel dic, ibi collusionem intercessisse: nam in hoc casu, & in aliis, ita demum fit cæteris præiudicium si non interueniat collusio, vt per totum tit. de collus.detegenda.& de appella.si per collusorio.& ff.de leg.1.l.2.& l.seruus plurium. Caue tamen tibi, qualiter accipiatur, fit ius ex sententia. Verum est enim, ex qualibet sententia fieri ius inter partes, si tamen teneatur: scilicet quòd datur actio in factum, etiam, si contra ius litigatoris sit lata. vt ff.suam sine appell. l. 1. & ff.de iust.& iur.l.pen.licet sententia ex quibusdam causis in contraria Rubr. causa. & in alia positis, possit rescinde: vel quia dolus intercessit, vel ætatis prætenditur auxilium: vel quia falsa fuerunt instrumenta, quibus est sententia lata. nam & eam dico valere, licet rescindatur. vt ff.de re iudic.l.diuus.& de iud.si prætor. §.Mar. His autem casibus dicitur sententia facere ius, quia sententia accipitur pro lege scripta: vt sit ius, siue lex generalis inter omnes: & ita hęc sentētia inter omnes obtinet. Et sunt ista valde specialia. alia enim non nocet inter alias. vt C.res inter alios ac.& l.quibus res iu.non nocet per totum titu. Non nocet dico omnino: facit tamen quale quale præiudicium. vt ff. de appel.l.à sententia.& de re iudic.l.si duo.& de Carb.ed.l.Carbo. §.ibidem. Inter alios dixi ignorantes scientibus; & si non semper nocet, tamen quādoque. vt ff.de re iud.l.sæpe.§.sententia aliquando ius facit inter omnes, vt etiam de similibus ad similia transeamus. vt ff.de ll.& con.l. Imperiales. aliquando inter omnes, sed tantum super re illa. vt ff.de stat.hom.l.ingenuum. aliquando inter agentes tantum valet, vbi iudicium nullum.

ff.de re iud.l.de qua re. Azo, rub.26.

Sententia contra ius lata non tenet.

C.quando prouo.non est necesse.l.præses.

Sententia semper in scriptis ferenda.

C.de sen.ex breuic.reci.l.2.

In Auth.de man.prin.§.den.

I.vt cleric.ap.prop.c.circa prin.

In Auth.vt iudi.si quoque.§.necesse.

Sententia mandatam adoptionem nullam aliquando esse, si Imperator eam confirmauit.

Ex emptis nunquam iudicatur.

ff.de bon.dam.l.vlt.§.si quis.

Sæpe sententia rei, non personæ datur: & tunc res inter alios acta, aliis prodest, vel non nocet.

ff.de neg.gest.l. liberto.§.vlt.

Sed in possessionem missio sæpe fit realiter.

ff.de reb.aut.iud. poss.l.cum vnus.

Si conuentus post litem cœpit teneri condemnator.

ff.de pet.hær.l. si hæreditatem.

ff.de except.rei iud.l.si à te.

ff.de iud.l.non potest.

Si actor post litem contest.cœpit ius habere, *habendo obtinebit. *al.agendo.

ff.de pet.hær.l. quod si in diem.

ff.de pig.act.l.si rem.§.vlt.

Solutum ex causa iudicati repetitur.

ff.de iud.sententia.l.fullo.

ff.commod.l.rem mihi.

ff.de re iud.l.diuus.

ff.de procurat.l.licet.

C.de reb.cred.l.vlt.

C. de aduoc.diuer.iud.l.1.§.si patronos.

ff.de dona.inter vir.& vxor. l.si sponsus. §.si vxor.

Non repetitur.

ff.de dolo.l.si dolo ac.

C.de cond.indeb.l.1.

C.de compen.l.ex communi.

C.de re iud.l.sub specie.

C. quando prouoc.non est necess.l.2.

ff.de stat.hom.l.ingenuum.

ff.de re iud. l.de qua re.§.cum ab.& l.posse.

ff.fam. ercisc.l.cùm putarem.

ff.mand.l.si fide.§.in omnib.& l.sicut.in fi.

ff.de bon.lib.l.si patronus.§.si quis omnes.

ff.de lib.ag.l.1.§.in hoc.

ff.ad Trebel.l.seruo.cum prætor.

C.de aduo.diu.iud.l.1.

Solutum ex causa iudicati repetitur.) Solutum ex causa iudicati repeti non potest, vt in contraria Rubrica continetur. fallit tamen in quibusdam casibus, vt suprà diximus in proxima Rubrica. & possunt etiam alij in ista notari. vt C.de ad.diuer. iud. lege, si patronum.& l.commodati.l.rem. & ff.de donat. inter vir.& vxorem.l.si sponsus.§.si vxor. Duæ autem primæ concordantiæ in hac Rubrica non faciunt ad rem. quia in primo non fuit ipso iure sententia. In secundo legitur in iureiurando. non in sententia. Item illud dici potest, non dari repetitionem indebiti in aliquo casu. vt ff.de cond.indeb. l.1. & 2. in hac Rubrica continetur. datur autem condictio sine causa. vt ff.de cond. sin. caus. adminiculo. vt in hac Rub.continetur. Azo, rub.26.

Aduersus sententiam datur actio.

C.si ex fal.instr.in.fue.

ff.de donat.l.cum à te.

ff.si ser.vend.l.si de communi.

ff.de except.rei iud.l.2.l.si à te.

ff.de appel.l.si expressis.

Non datur.

ff.qui satis.cog.l.si decess.

ff.de iud.l.si prætor.

Aduersus sententiam datur actio.) Non solùm ex causis no-

sis notatis in superiori Rubrica alicui subuenitur ad actionem post sententiam, sed etiam ex aliis, vt ff. de donat. l. cum à te.

ADIECTIO.

Et t. si seruus vend. l. si de communi aliàs non, vt in contraria Rubr. continetur. Azo, rub. 26.

Exceptio post rem iudicatam obiicitur.
C. de iur. & fact. ignor. l. 1.
C. de canonibus. l. inuitè.
C. de re iud. l. 1.
ff. ad Maced. l. tamen.
ff. de iud. l. de quare. §. cum ab.
ff. de pign. l. si fundum. §. si plures.
ff. solut. matr. l. ex diuerso.
ff. de re iud. l. Nesennius. §. vlt.
ff. de except. doli. l. qui agnitis.
ff. de except. dol. l. si procurator rei.
ff. de fideiuss. l. fideiussores.
ff. de titu. nupt. l. palàm. §. qui.
ff. si ser. vend. l. sicut autem. & l. si quis.
ff. de don. l. quid id. in princ.

Exceptio post rem iudicatam, &c.) Regulare est, vt dilatoria exceptio in principio tantum debeat opponi. vt C. de probat. l. exceptionem. peremptoria verò quandoque ante sententiam debet opponi. vt C. senten. rescindi non poss. l. peremptorias. Fallit autem minoris ætatis fauore, vt in eadem l. continetur, & in sequenti Rubri. continetur. Item fallit priuilegio militis, vt C. de iur. & fact. ignor. l. 1. Item in exceptione Maced. & Vel. vt ff. ad Maced. l. vlt. tum alij, & ff. ad Vell. l. si non opposita. & in exceptione, quam habet fideiussor contra creditorem, si necessariæ fuerint ei actiones, vt ff. de fideiuss. l. fideiussor. idem in exceptione, quam habet quis vt condemnetur, in quantum facere potest. vt ff. de re iud. l. Nesennius. §. vlt. Vel non opponitur post rem iudicatam exceptio, ac si sola exceptio, scilicet sine actione cõpetat. Si verò alicui competat actio post rem iudicatam, vt suprà diximus in proxima Rubr. in eodẽ casu competit exceptio. Nam cui damus actionem, &c. vt ff. de superficieb. l. 1. §. quod ait. Azo, rub. 26.

Aut restitutio tribuitur.
ff. de re iud. l. Diuus.
ff. de except. rei iud. l. si mater.

Aut restitutio, &c.) Hæc Rubrica suprà exposita est, Except. post rem, &c.

Iudicium appellationis aliud est quàm primum.
C. de iud. l. properandum. §. sin autem.
C. de appel. l. eum qui. §. si quis autem.
C. de asser. toll. l. 1. in fin.
ff. de iud. l. cum ab. & l. Falc.
C. de iud. l. 3.
ff. de inoff. testã. l. si instituta. §. de inofficioso.

Non est aliud.
C. de procuratorib. l. inuitus.
ff. de iud. l. proponebatur.
In Decret. 2. q. 6. §. post secundum.
C. ne liceat in vna. e. s. l. rescripta.
ff. de procur. l. qui proprio. item quæritur.
ff. mandati. l. si procurator. §. igno.
ff. de appel. l. ex cre. §. vlt.

Iudicium appellationis, &c.) In veritate causa appellationis est alia à prima. vt argu. ll. quæ in hac Rubrica continetur, probari potest. Si enim eadem esset causa, ergo idem iudicium: & iudex posset ferre sententiam in appellationis iudicio, quod lex noluit, vt C. de appellat. l. eos. item secundum hoc centies appellari posset: quia iudicium appellationis secundæ, est idem cum primo. ergo sicut & post primum appellatur, ita & posthac, quod lex noluit. vt C. ne liceat in vna, &c. l. 1. & ita posset appellari in infinitum: item secundum hoc in causa appellationis, non licet alicui producere testes, si didicit testificatam in primo iudicio, quod lex noluit. in C. de tem. & reparat. l. per hãc, vnde patet aliud esse iudicium. Nec obstat quod in contraria Rubrica continetur, quia licet sit aliud, dicitur tamen quandoque idem, propter litigatorum identitatem, rei & causæ ex qua formabatur petitio, vt ff. de exceptione rei iudic. l. cum quæritur. & l. an eadem. sed licet super alio sit quæstio, ratione identitatis agentis, & causæ, vt ff. de inofficioso testamento. circa. Azo, rub. 26.

ADIECTIO.

Sententia non appellatur, nisi quando executioni mãdatur, vt in Authent. de sanct. episcopis. §. œconomos. Et per hoc potest videri, quòd cum aliàs intra decem dies sit appellandum, hîc post menses quatuor, qui omnibus condemnatis indulgentur, his non exceptis, & quodcunque de supplicatione dicitur, in Auth. vt spon. lar. Causa. Azo, rub. 26.

Quod non exprima agitur, sed ex secunda, (scilicet appellationis.)
ff. de his quis not. infam. furti.
ff. iudicatum solui. l. pen.
In Instit. quib. mod. test. infir. §. sed si quis.

Sententia pro parte valet, pro parte non: vel ipso iure vel per appellationem, vel per in integrum restitutionem.
C. de transf. l. si ex.
ff. de re iud. l. denuò.
ff. de minor. l. etiam. §. 1.
ff. de nouat. l. sancimus.
C. de incest. nuptiis. l. hac edictali.
In Decret. 12. q. 2. si quos.

CONTRA.

C. de sententia & interlocutoria. l. præses.
C. de mod. mulc. l. 3.
ff. fam. ercisc. in hoc iudicio.
C. quando prouoc. non est necess. l. certè.

Sententia pro parte, &c.) Sententia autem in totum debet valere, aut in nihilum, vt in contraria Rubr. continetur: vt tot sententias accipias, quot sunt capitula in ea. vt ff. de ver. obl. l. quod dicitur, & de arbitr. quod tamen in vno capitulo aut in totum valebit, aut in totum non valebit. potest tamen in vno capitulo valere vel rescindi, & in alio nõ. vt ff. de minor. 25. ann. l. etiam. §. ex causa. & de re iud. l. denuò. vel dicas, quod non valet ab initio pro parte, valet tamen ex postfacto, ad instar eius quod dicitur, quia pro parte non potest decedere testatus & intestatus. Azo, rubr. 26.

Ante sententiam appellatur.
ff. de appell. l. 3.
ff. de appell. recip. vel non l. 2.

CONTRA.

C. de iudic. l. apertissimi.
C. de senten. & interlo. l. vlt.
C. de episc. audien. l. 2.

Ante sententiam appellatur.) Regulare est, vt ante sententiam appellari non possit. vt C. quor. appell. non

recip. l. ante sententiam. Dicunt quidam, hoc esse verum in qualibet interloquutoria, quæ exequutioni mandatur ante diffinitiuam sententiam: vt in arbitrariis actionibus, in quibus duæ feruntur sententiæ, quarum prima est interloquutoria, id est, secundum eos: nos contra dicimus, dicimus enim, vtranque esse diffinitiuam: excipitur tamen iudicium momentaneæ possessionis, quod etsi mandatur exequutioni, tamen ab eo non appellatur, vt C. de momen. poss. fur. & de appel. l. 1. mihi tamē videtur, propter quæstionem illicitè iussam haberi, quia graue quidem est, sine causa hominum corpora grauari, vel torqueri, aliud est in seruo. Azo, rub. 26.

Sententia à non competente iudice data non tenet.

C. qui pro sua iur. dicunt.
C. ne de stat. defunc. l. si pater.
In Decret. 2. q. 1. in primis. in fin.
ff. quod quisque iur. l. 1. §. hæc autem.
ff. de iureiur. l. tutor.
ff. de iniust. test. l. si quis ex. §. eius qui. in fin.
C. de pœnis. l. 2. §. vlt.
C. communia vtriusque iud. etiam.

Sententia à non competente iudice data, non tenet.) Hoc generale probatur per Rubricam specialem, in C. si non à competente iudice fu. videtur tamen recipere exceptionem per artificialium. suprà. con. in libertatis quæstione. vt ff. de fideicomm. lib. l. non tātum. §. artificialium. in nihilum. & si in aliquo posset. vt C. de modo mulc. l. vlt. C. quand. prouoc. non est neces. l. certa. ff. famil. ercis. l. in hoc iudicio. Imò saltem in eo quod est sua iurisdictio. C. de donat. l. sancimus. ff. mand. l. 2. & 3. Azo, rub. 26.

Sententia alternatiuè datur.

In Instit. de inoff. testam. in princip.

Sententia datur alternatiuè.) Verum est, sententiam posse dari alternatiuè, vbicunque duo sunt sub alternatione positi in obligatione, puta Stichum aut Pamphilum: vbi autem duo non sunt in obligatione, sicut est in noxali iudicio: damni enim æstimatio in obligatione, est noxæ deditio, & ideò sub alternationem non debet proferri: imò damni existimationem tantum, vt ff. de reg. iur. l. miles. §. is qui. Nec obstat quod legitur in Instit. de offic. iud. circa princip. nam illa verba, aut noxæ, non sunt de verbis sententiæ: & subaudias, quasi dicat: debet damnari in decem, aut, debet noxæ dedere. Azo, rub. 26.

Sententia sub conditione profertur.

ff. qu. & inter quæ temp. l. 1. §. biduum.
In Decret. dist. 33. habuisse.

Sententia sub conditione, &c.) Sententia non debet sub conditione proferri. contra ius litigatoris lata non tenet: vt in proxima Rubrica continetur.

Sententia etiam iniustè lata, veritati præiudicat.

ff. de lib. exhib. l. 1. §. in hoc.
ff. ad Treb. l. seruo. §. cum præ.

Sententia etiam iniusta, &c.) Hęc Rubrica exposita est suprà proxima Rubrica.

Victor potest appellare.

C. de iud. l. properandum. §. 1. in fin.
C. quan. prouoc. non est necess. l. vlt.

Victor potest appellare, &c.) Malè posuit, victor. nec enim victor appellat in eo quod vincit, sed in eo qđ succumbit. puta, petit decem reus, est in quinque cōdemnatus, in aliis est absolutus, & ita propriè victus dicitur appellare tantum, si tamen iusta aliqua de causa non remoueatur, vt in speciali Rubric. in C. quor. appel. non recip. Semel tantum est appellandum. C. de episc. aud. Aut. quis. Azo, rub. 26.

Defensor in id quod facere potest, condemnatur.

ff. de procur. minor. §. 1.
ff. quod cum eo qui in al. l. si fi. §. soli.
ff. pro soc. verum. in prin. & l. seruus qui. §. venditor. & l. si legatarius quod si.
ff. solut. matr. l. si alia.
ff. de re iud. l. si cum procuartor.
ff. de except. l. except.

Defensor, &c.) Quid miri, cum in persona defensoris videatur ipse reus condemnari? nec enim suo nomine est obligatus, tunc enim aliud est, sicut in defensore & in hęrede dicitur, vt ff. de re iu. l. sicut pro. & l. si fideiussor. & l. sciendum. Azo, rub. 26.

¶ SEPARATVM. Separata debet esse ratio & determinatio. C. de do. inter vi. & vx. l. si marit⁹. Ad Car. ed. l. de bonis. De acqu. poss. l. naturaliter. §. nihil. Cā tiunc. in loco à separatis. Riisvvich.

¶ SEQVENTIA declarāt & restringunt præcedentia. l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. pet. vbi gl. Doc. com. l. apud antiquos. C. de furtis. c. fi. c. & si Christ. de iureiur. Io. de Imo. c. solitæ. de maio. & obe. Pręposi. c. tuæ, de spons. gl. l. 1. C. de dila. lib. x. Doct. com. l. nō videtur. C. de integ. rest. Card. c. ex publico. de conuers. coniu. ita & è contra antecedens limitat, atque declarat sequens. Bald. l. fi. colum. 5. C. de fidecom. Albe. l. & quia. ff. de iur. omn. iud. Med. reg. 1.

¶ SEQVENTIA. Non debent sequentia metiri secundum ea quæ præcedunt.

1. quęst. 1. principatus.
ff. de admin. rer. ad ciui. pert. l. 2.

Non debent sequētia, &c.) Clarius & apertius dixisset. Temporis mercedes vel precia non æstimantur secundum præsentia. Item, præsentia non æstimantur secundum præterita. sed in omnibus his casibus tempus contractus est inspiciendum. ff. de iure fisci. l. non intelligitur. §. diui. Licet autem non metiamur præterita secundum præsentia, & cōtrà, tamen hæc per illa ad inuicem declarātur. ff. de leg. 1. l. si seruus plurimum. §. vlt.

CAVSA.

Idem in denuntiatione & electione. ff. quod cuiusque vniuersitatis. l. item eorum. §. 1. Azo, rub. 10.

¶ SEQVESTRVM in bonis alicuius fieri, nec committi debet ad instantiam alicuius alteri creditoris, nisi prius constet de debito per formam instrumenti, vel manuscripti, locus est peregrinus per Bart. in l. per hanc. C. de erogat. milit. ann. l. xij. & idem in l. litibus. C. de agri. & cens. l. xij. & ibi Luc. de Penna, & cano. in c. examinata, de iud. Abb. in c. ij. de sequest. possess. sequestratio enim rei regulariter est prohibita, vt Bald. Cyn. Salic. & Albe. in l. vnica. C. de prohib. sequest. pecu. & minus per iudicem cōmittitur interdictum in bonis alicuius, nisi seruata forma. c. xx. l. vl. stat. & c. v. pract. pal. & ca. lxj. in vj. & habeat instrumentum crediti quod palam iudici ostendat, in manibus, quod si non fecerit iudex illico interdictum reuocet: vt cap. xvij. & xviij. lib. primi statut. Venet. quod not.

Amplia j. vt index ex officio potest sequestrum committere, ne partes ad rixas, & ad arma veniant, vt l. æquissimum. ff. de vsufruct. quos potest sua auctoritate compescere, quod sæpe euenit in spoliationibus & sequestris committendis. Anch. cons. ccx

numero 4. Roman.cōsili.488.numero 1.Deci.consi. cccclxvj.num.13.

Amplia ij.vt si beneficiatus non vult seruire officio sibi iniuncto:aut si duo de beneficiis ecclesiæ contendunt, quorum neuter est pacificus possessor, interim fructus poterit iudex sequestrare,vt capitu.peruenit.de appellat. & capitu. cum contingat. de rescriptis.

Amplia iij. cum maritus vergit ad inopiam, fructus possessionum & bonorum potest mulier pro sua indemnitate instare, quod redditus sequestrentur,secūdum tex.in l.si cum dotem.§.si verò dotem.ff.solut.matr.& Cyn.in l.vbi.q.ix.C.de iure dot.

Fallit j. si sibi non constat de iure liquido creditoris, vel per instrumentum,aut aliter,vt l.cum proponas. C.de bon.aut.iudi.pos.instit.de interdict.§.fi. Gui. Papa q.246.1.num.

Fallit si iudici constat, quòd reus sit dissipaturus fructus rei contentiosæ,secundum gl.in vers. sequestratis.C.de prohib.sequest.pecu.vel persona est suspecta quod fugiat.

Fallit, quando is apud quem sequestrum committitur non habet in suo dominio res sequestratas,vt singu. Bal.in consi.cccclxxx, ista quæstio in princi.alleg.l. oleum.ff.de dolo.& l.fin.C.de pos.

Fallit etiam in cadauere vsurarij, qui si hæres cautionem non præstet de vsuris restituendis,potest iudex præcipere ne corpus tumuletur,seu sepeliatur,secūdum Ang.in auth.vt defunct.

Fallit,quando primum reus se offert ad iudicis nutum idoneam præstare cautionem de debito soluendo, secundum Panor.in capi.ij.de sequest.poss.& fruct. vers.sed nunc quæro.& Guid. Papa quæst. ccxlvj.& Bal.in l.j.ij.not.C.de ordin.cogn.

Fallit si creditor non petit principaliter bona sequestrari ad sui iuris,vel debiti cōseruationem,sed causa calumniæ vel æmulationis,id petat,quia tunc audiri non debet,secundum Gui.Papa,in dicta quæst. ccxlvj.num.4 quod nota.

Fallit quando sequestrum fit de voluntate ambarum partium,quia eo tunc non requiritur illa forma, ne que solēnitas,de qua suprà à me dictum fuit tam circa sequestrum,quàm circa interdictum,quod summo opere est notandum. I.Nouel.re.460.

¶ SEQVESTRVM regulariter cessat ipso iure superueniente securitate.Alexand. in l.si fideiussor.§.fin. ff.qui satis.cogan.Ioā.And.in rub.de sequestra.poss. & fruct.

Fallit quando sequestratio esset facta ex præcepto superioris,secundum Io.And.in addit. Spec.in tit.de seque.pos.in rub. in vers.& not.cum seq.

Fallit quando sequestrum esset factum, vt soluat, quia nō tollitur per satisdationem, sed bene per solutionem.Alex.post Paul.de Cast.in d.§.fi.

Fallit, nisi factum sit sequestrum metu dilapidationis. l.imperatores. ff.ad Trebel. Bald. in l.vnic.de prohib.seq.pecu.C.

Fallit, quando fit metu scandali futuri,ne partes veniant ad arma.Alex.in d.§.fi. S.Ian.reg.460.

¶ SEQVESTRVM euitatur satisdatione. Ponit istam regulam Felin.post Ioan.And.in cap.examinata.de iudic.

Limita v.modis,vt per eum ibi,& eam limitat Ias.iiij. modis.l.si fideiussori.§.fi.ff.qui satisdare cog.quorū vltimus differt à positis per Fel. B.Dias re.200.

¶ SEQVESTRVM. Præstita satisdatione, & sic dato fideiussore,tollitur sequestrum,l.si fideiussor, §.si satisdatum,ff.qui satisd.cogantur.

Fallit in 4.casib.vt per Ias.in d.§.num.17.fallit in 5.casib.vt par Felin.in c.examinata,nu.15.de iud.

Fallit in 5.casib.vt per Socin. in dicto §.si satisdatum.

Sequestrum regulariter est prohibitum,c.1.& ibi glo. & docto.extra de seq.poss.

Fallit in 4.casib.vt per Soc.reg.371.

Appellatione pendente sequestratio fructuum an & quando fieri possit,declarat & limitat in 3.casi.Soci. reg.372. Don.Fina,lib.3.

¶ SEQVESTRATIO fructuum an,& quando appellatione pendente peti possit.

Primò si dilapidentur,appellatione pendente:nam tūc per non possessorem poterit peti sequestratio ipsorum fructuum.l.imperatores.§.idem rescripserunt. de appel.& fructus dicuntur dilapidari,etiam si conuertantur in proprios vsus secundum Arch.vij.quæstio.ij.cap.& quia res.quod tenet etiam Ang.in l.diuus.ff.de peti.hæred.

Secundò quia potest innouari per partem vtentem iure suo, vt not.Inn.in c.dilectus.de except.

Tertiò appellatione pendente per appellatum contra appellātem : nam contra appellationem etiam pro appellante nihil est innouandum. not. Innocen.in capitu. quia proter. de elect.has limitationes ponit Angel.in l.furti. ff.de his qui not.infamia. B. Socin.reg.459.

¶ SEQVESTRATIO regulariter prohibita est:vt in cap.ij.& ibi per glo.& Docto.extrà,de sequest.pos. & fruct.

Primò fallit,quando post lit.cōtest. accederet aliquid quod esset accessorium ad id, quod est in iudicium deductum.ff.de ædilit.edic.l.ædiles.§.item sciendū. & hoc etiam voluit glos.in dicta l.non potest.ff.de iudiciis.

Secundò fallit, quando esset defectus non ex parte actoris,vt quia non possidebat, cùm tunc prior incipiat possidere post lit.contest.& hîc veniret in iudicio & perderet.l.iij.ff.de pet.hær.l.sin autē.ff.depo. & not.de excep.c.aduersario.

Fallit tertiò, quando superueniret ius ex causa in iudicium iam deducta.ff.de pig.act.l.si rem.§.fin.

Quartò fallit,quando fuisset generaliter actum non expressa aliqua causa: cum tunc superueniens ius prosit ex quadam æquitate:vt pleniùs not.c.abbate sane.extrà de re iudic.in vj. vbi plenius de hoc per Barto.in d.l.non potest.ff.de re iudic. & in l.& an eadē. §.actiones,ff.de except.rei iudic.Si verò ius superueniat ex parte rei, tunc regulariter prodest eidem:vt d.l.sin autem.ff.depositi.& c.aduersario.extrà,de except.adde l.rei iudicatæ.ff.solut.matrim.cum simil. quod autem nō prosit,est tex.in l.si post acceptum. ff.de rei vendi. vbi non prodest reo vsucapio completa pendente iudicio.& hoc,quia est odiosa:vt ibi not.de quo plenius,l.j.de except.& per Ioan. And. in add.Spec.in titu.de causa pos.§.nunc videndum. ad fin.& quod ibi habetur per dom.Cano.in d.cap. fin.extrà, vt lite pen.circa quæ vide quæ notantur in d.l.non potest. ff.de iud.& ibi per Bald. & Barto. & Docto.in d.cap.Abbate sanè. extrà,de re iudica. in vj. B.Soc.re.458.

¶ SEQVI actū regionis. Vlpianus Lib.xlv.Ad Sabin. Lex xxxiiij. al.xxxv.

Semper in stipulationibus & in cæteris contractibus id sequimur,quod actum est.[a] Vnde si non apparet, quid actum est:consequēs erit,vt id sequamur,quod in regione,in qua id actum est frequentatur. Quid

ergo si neque regionum mos appareat, quia varius fuit? Ad id quod minimũ est, redigenda summa est.

Addit. a aut si non in P.florent.al.quod si non apparet.al. vnde si non patet.

L.sed Celsus.§.si fundus.de contrah.emp. Viuiennus.

¶Sermo geminatus videtur duplicatus maiori cum deliberatione.c.& si Christvs. de iureiur. Barbatia consi.58.volu.1.l.Balista.ff.ad Trebel. Docto. commu.ca.fi cautio. de fide instrumen.l.cum scim. C.de agrico.& censi.lib.xj.not. capit.1.de treuga & pace. Medic.reg.2.

¶Sermo simpliciter prolatus de primo intelligitur: id est, vno actu consumitur, perficitur, finitur: ita vt amplius locum non habeat. Quam regulam Alex. consilio xvj.breuiter in casu præmisso nume.9.lib. iiij. dicit in omni dispositione seruari debere, vt etiam dicit Francisc. Curt. Iunior, cons.cxxxij.sacratissimę,& c.habita diligenti. Et in omni materia, vt etiam tradit Iaso.consi.xxxvj.in causa mota.versic. ista responsio, libr.iij.Felin.& Iaso. ille in cap.ij. de treu.& pac.hîc in duobus locis, scilicet in l.duobus. §.si ei, qui.ff.de iureiur. & iterum, in l.diuortio.aut alij eas leges diuidunt.l. fructus.§.quòd in anno.ff. solut.matr.

Solet autem ea sentẽtia ex hoc nostro §.depromi. Cui tamen sunt & alij tex.similes, videlicet in l.cum pater certam.ff.de legat.ij.vbi cautio de dãda vel restituenda dote filiæ nupturæ, de primis nuptiis tãtùm intelligitur, nec ad secundas nuptias porrigitur. Ex eóque not. Bart.& Imol.ibi, id quod diximus in nostra regula. Sermonem simplciter prolatũ intelligi pro prima vice. Bal.autẽ not. (quod idem est) verba simpliciter prolata restringi ad primum actum.

Estque etiam alius similis tex.in l.dotis promissio. versicu.vlt.ff.de iure dot.vbi scribitur dotis promissionem in primis duntaxat nuptiis destinari, neque durare obligationem, si postea alterius matrimonium ei nubat, cui dotem promiserat. Et ex eo idem not. Bart.quod suprà ex d.§.pater certam. Est alius item text.in l.stipulationem quæ propter, cum l.& licet, quæ illam confestim sequitur,& ibi Barto. in epito. posterioris, eodem tit.& in l.inter socerum.§.vlt.in fi.ff.de pact.dota.cùm dicitur, quoniam ad primas nuptias pertinet, ea autem loquitur de restituenda dote, soluto morte mulieris matrimonio.

Est alius quoque text.in l.matrimonij.ff.qui & à quibus, vbi ancilla à nullo alio matrimonij causa manumitti potest, quàm qui eam vxorem ducturus est, quòd si aliter eam vxorem ducat, non erit libera: adeo vt nec si statim post eam repudiatam manumissor vxorem duxerit, liberam eam non fieri: tãquam de his nuptiis senatus senserit, quæ primæ post manumissionẽ nullis aliis interpositis secutę sint. Qui quidem tex. admodum facit contra eorum sententiam, qui dicunt matrimonium medium non impedire legitimationem filiorum, quæ fit ex sequenti matrimonio: de quo per Docto.in cap.tanta, qui fil. sint legiti.& nos quoque latè diximus in tractatu Primigeniorum.quæst.xxiiij.num.2.incip.sed vt ad speciem,& aliquid etiam dicemus infrà, in 3.limit. nu.8.incip.huc etiam pertinet. Sed & facit hîc text. aduersus ea quæ in vniuersum dicam, infrà in d.3.limit.vbi in fin.illius de hoc text.aliquid dicemus.

Secundò huc spectat text.in l.stipulatio de dote.ff.de iure dot. vbi si extraneus dotans mulierem stipulatus fuerit eam dotem sibi reddi soluto matrimonio: facto diuortio, statim ita committitur ea stipulatio, vt nec redintegrato matrimonio actio ex stipulatu quæsita intercidat. Atque etiam ita vt stipulator non cogatur iterum eam dotem constituere, vt dicit ibi gl.per tex.in l.dotem.ff.eod.tit. Vides igitur hanc stipulationem factam in casum soluti matrimonij ita perfici,& consumi per diortium, vt nec redintegrato eodem matrimonio aboleatur, & ad id glo.in d.l.stipulatio, alleg.tex.in l.item quęritur. §.vlt.ff.de loca.de quo posteà dicemus.

Tertiò ad hanc sententiam pertinet tex.in d.l.diuortio.§.quòd in anno.ff.solut.matrimo. cuius auctoritate Bal.ibi, post Iac.Ra.Cy.& alios antiquiores, & ibi quoque Imol.in j.nota.ad id allegant l.boues. §. hoc sermone. ff.de verb.signi.& Alexand.qui eum §.legũt cum §. ob donationes, vterque.sed ille versicu.vnde dicit, hîc versicu.ex hac gloss.infert,& ibi item Iaso.quòd si quis ex hac locatione, aut aliàs debeat habere fructus vnius anni cuiuspiam agri, qui bis in anno fructus produxerit, intelligitur tantùm de primis fructibus, non etiam de secundis. Et sequitur Alexand.in additio. Barto. in hoc nostro §.hoc sermone, & in d.l.dotis promissio.ff.de iur.dot.& cons.xvj.breuiter in casu præmisso, circa medium, num.6.lib.4.& Maria.in c.de illis.vers.octauò not. de cond.appos.Felin.in d.cap.ij.vers.si quis emit vina.de treug.& pac.& in ca. licet dilectus. versicu.& hinc est quòd vendens, de testib. Iaso.in d.l.in duobus.§.si ei qui. vers.sextò facit.ff.de iureiur. Geor. Na.in repet.clem.sæpè.in princ.versicu.ego hoc dictum.de verb.sig.& Franc. Curt.Iun.cons.clxxviij. sacratissimæ,& c.habita.vers.& istam cõclusionem. Sed tu super hoc vide quæ dicam infrà in vndecima limitatione.

Et scire debes, regiones quasdam adeò esse feraces, fœcundas,& vberes, vt bis fructus singulis annis ferãt. nam de India id asserit Marianus Capella, lib.vj.& ante eum Plinius auctoritate Possidonij, li. vj.c.17. & Solinus capitu.lxv. In anno, inquit, India bis æstatem habet, bis legit frugem,& ante hos omnes Diodorus Siculus lib.iij.Bibliotheces, vbi & idem quoque dicit de insula Hyperboreorum. Sed & de Italia, Virgil.lib.ij.Georg.

Hîc ver assiduum, atque alienis mensibus æstas,
Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos.

Cui in eo quod dicit bis grauidæ pecudes: adstipulatur quod ipse Diodorus Siculus lib. j.c.iij.scribit, in Ægypto oues bis in anno parere, bísque lanam praebere. Idem autem Virg. (vt ad eum redeamus,) lib. iiij.eiusdem operis,

Forsitan & pingues hortos quæ cura colendi
Ornaret, canerem: biferíque rosaria Pæsti.

Quòd scilicet vno in anno bis illic nascerentur rosæ, vt scribit Seruius. Varro autem lib. j.de Agricultura, capitu.vij. scribit vites apud mare Smyrnæ esse biferas,& in agro Consentino malum biferam esse, id est, quæ bis in anno fructus ferat. quod & ipsum ex eodem repetit Plin.lib.xvj.capit.ij. Sed & Theophrastus, lib.de causis plantarum xj.capitu.xiij.& Columella, lib.v.capit.x. tradunt ficus esse bifarias. Et Plin.lib.xiij.capitu.xxij. Apharcen, & Adrachnen. Et li.xv.capit.xxij.nuces.& lib. xviij.cap.xxij. in quibusdam locis Africæ, biferam vitem bis anno vindemiare. Quin.ipse illo lib.xvj.capitu.xxvij.suprà citato, tradit & ipsas vites alicubi triferas esse & cupressos, & alias quoque arbores biferas. Strabo quoque, lib.xvij. scribit in Lydia nonnullos populos habere quasdam terras biferas, & duas messes face-

ses facere. Sed super ea mirum est, quod tradit Solinus, in cap. xlv. in Ægypto ficum Ægyptiam quam vocant uno anno septies fructum sufficere quod ante illum dixerat Plinius, libro decimotertio, capitul. vij.

Quæ res in memoriam reducit, quod à Plutarcho proditum est in vita Antonij, quòd cùm Antonius ipse Asiaticis secunda vectigalia imperaret, Hybreas, qui ciuitatum causam susceperat. Si potes, inquit, Antoni, eodem anno bis vectigal exigere, illud etiam vt bis æstatem habeamus, bísque autumnum, id est, vt duas messes, duásque vindemi s singulis quibúsque annis habeamus. In hac autem fertilitatis mentione supra cætera omnia mirum est, quod tradit Pomponi. Mela lib. iij. cap. vj. quo c. de Hispaniæ & septentrionis insulis, scribit, In Lusitania Erythia adeò fertiles agros, vt cum sata frumenta sunt, subinde recidiuis seminibus segetum nouantibus, septem minimùm, interim plures etiam messes ferant, sed an id vno anno aut pluribus fiat non aperit.

At illud, vt tandem à semita in viam redeamus, mihi omnino verum esse videtur, vt si id vsu eueniat, vt bis ager fructus in vno anno ferat ex natura soli, vel arboris, vt in illis locis, & arboribus, de quibus locuti sumus, & quis ex contractu fructus vnius anni percipere debeat, non dubitarem, quin & binos illos fructus habere deberet. At si id contingat, quoniam fructus alterius anni sunt adeò præcoces, vt colligātur intra tempus prioris, certè haberet locū ea sententia, vt non nisi priores fructus habere debeat: neque enim hi duo fructus vnius anni, siue vnius æstatis aut autumni sunt.

Quartò in l. si socius pro filia, in prin. ff. pro soci. quem solus Raphaël Fulgos. ponderat & reputat singularem ibi, in v. not. ad hoc, vt si inter plures fratres pactum sit, vt dos filiarum soluatur ex bonis omnibus, intelligitur, vt semel tantùm dotentur, nisi aliter expressim actum fuerit, ad quod & illum expendit Lucas Pen. in l. si quis Decurio. vers. idem videmus. C. de Decurio. lib. x. Petr. Anchar. cons. ccccciiij. tria dubia in causa Vlrici. & Ias. in d. l. in duobus. §. si ei qui. vers. tertiò facit, & in d. l. diuortio. §. quod in anno. versic. pro confirmatione, vbi dicet eum tex. not. & paucis notum & prę ereà in l. inter stipulātem. §. sacram, ver. tu aduerte. ff. de verb. obli. & cōs. xxxvj. in causa mota per nobiles. lib. iij. vbi dicit eum tex. esse in id solennem. Circa quod vide, quæ dicam infrà, in ix. limitatio. vers. sed & ex hoc, & vers. sed hāc tamen principalem.

Quintò, quod illius tex. in d. l. si socius, auctoritate scribit Bal. in l. vlt. vers. sed nunquid eo casu. C. de dot. promissio. in j. lect. quòd stante statuto, vt frater teneatur dotare sororem, si eam semel dotauerit, & ea casu fortuito dotem perdiderit, non tenebitur frater eam ampliùs dotare quia statutum intelligitur de vna siue prima dote tantùm. Et id sequitur, & cōmēdat Ias. in d. l. in duobus. §. si ei qui. vers. tertiodecimò facit. ff. de iureiu. & in d. l. diuortio. §. quòd in anno. vers. vbi suprà. ff. soluto matrimo. & Feli. in d. c. ij. vers. si ille, qui est obligatus. de treug. & pace. & Catel. Cot. in memor. incip. executores. versi. & potest confirmari.

Id quod tamen intelligendum est secundum declrationem Alexand. in l. si cùm dotem §. j. versic. iuxta hoc quæro. ff. solu. matrim. vbi distinguit in hac ipsa specie, an frater teneatur dotare sororem ex dispositione hominis, an verò ex dispositione legis, secūdum ea quæ dicemus infrà in d. ix. limitatio. vti etiam & in hoc casu distinguit Socin. cons. v. cuius caput est, suprascriptus insignis Docto. vers. ad secundum. lib. 4.

Sextò, alius tex. in l. si duo. §. j. ff. de arbitr. vbi pœna semel commissa soluitur cōpromissum: nec ampliùs peti potest, nisi aliud actum sit. Sed quomodo intelligatur, & an procedat in eo, quod interest, vide glo. vlti. Alberi. Barto. & Bald. ibi, & gloss. vlti. in l. si sic stipulatus sim, & ibi Bartol. in quatuor primis opposit. Bald. & Imol. versicu. in eadem glo. in fi. & iterum versicu. & conclude breuiter. Francisc. Areti. versicu. quorum dictis addo. ff. de verborum obligatio. gloss. in l. ij. in verb. repellere, versicu. item si semel pœna. & ibi Cy. in vij. q. Bart. vers. quæro quando præmissa, & Ias. nume. 140. C. de iure emphyteu. Specu. ti. de arbit. & arbitrator. §. vlt. vers. quòd si dictum sit, & tit. de emphyteus. §. nunc aliqua. in xxxviij. q. & ibi Bal. in addit. Cyn. in l. quicunque. versi. quintò quæro, quid si quarta. C. de seruis. fugiti. & Petr. Anchar. in c. si compromissarius, in iiij. not. de electio. lib. vj.

Septimò quod admodum est his confine, quod à Masuerio scriptore non contemnendo traditum est, in tit. de taliis. §. item quatuor. quòd id quod solet dici in nostra Gallia, dominum posse cogere vassallum vt aliquid conferat pro dote suæ filiæ, intelligitur, vt semel tantum siue pro vna vice conferat pro vnaquaque filia. Imò verò Guido Papę decisio. Delphinat. lvij. an vasallus, in fin. asseueranter tradit, id intelligi pro prima tantùm filia, & primo ipsius matrimonio: argumen. huius nostri §. hoc sermone, & leg. sancimus. la j. C. de consulibus. libro xij. quod & sequitur Chassa. in consuetu. Burgund. titu. j. §. iiij. in princip. & alij quos tibi citauimus in tractat. nostro Primigeniorum, quæstio. lxx. vbi videre poteris.

Octauò tex. in l. si is qui Stichum. ff. de procura. vbi si is qui Stichum, vel Damam vtrum eorum ipse vellet stipulatus est, & ipse aut procurator ipsius cuius factum ratum habuerit, alterum petit, stipulatio cōsumpta est, id est, alterum petere non potest, cuius quidem tex. auctoritate Bal. in capi. in literis. vers. si autem semel, extrà, de off. deleg. dicit, quòd consumpta est gratia per vnum actum.

Estqúe & alius tex. in l. serui electione, in princip. ff. de lega. j. vbi serui electione legata, semel duntaxat optare possumus. & similis text. in l. apud Aufidium. ff. de optio. leg. vbi si ita legatum sit, vestiméta, quę vellet, deinde antè, quàm ea sumeret, alia se velle dixisset: mutare voluntatem eum non posse, quia omne ius legati prima testatione consumpsit, & ibi gloss. adducit in eam rem alios text. vt ibi videre poteris.

Verùm quia sunt & alij qui videntur probare contrarium, vide quę in id, an scilicet qui semel elegit vtiliter, vel inutiliter possit variare, & iterum eligere, siue in eo casu, in quo dicta lex loquitur, siue in aliis, tradunt glos. & Alberi. in l. cum indebitum. de condi. indeb. glos. vlt. in capitu. gratia, & ibi Ioan. And. super ea glos. vlt. de rescript. & glo. in cap. si compromissarius. §. si verò eligat. & ibi Ioan. And. circa medium, vers. in gloss. approbantur, & Petr. Anchara. versicu. vlti. quia tex. & Domi. de electio. lib. vj. Barto. Bal. latè Alberi. in d. l. serui electione. ff. de legat. j. Bald. & Alberic. in l. qui per salutem. ff. de iureiur.

& alios plurimos, quos passim tibi citabo in limitationibus.

Nonò huc pertinet text. in l. fideicommissa. §. si quis alicui decem. ff. de legat. iij. & alius similis in l. j. §. si cui ita sit legatum. ff. vt lega. nomi. caue. vbi si ita legatum est, vt si legatarius perderet quod ei in testamento relictum est, hæres rursus id præstet, non intelligitur vt quoties perdiderit, toties id restituere teneatur: sed tãtùm si post præstationem legati, semel legatarius perdiderit, non etiam si postea rursum perdiderit, & ita tantum de prima amissione intelligatur.

Decimò his adstipulatur tex. in l. si is à quo. §. si semel. qui est vlt. ff. vt in possess. leg. vbi si semel satisdatum fuerit, non est necesse rursus caueri: etiam si fortè dicatur egenos fideiussores esse datos, eum enim facilitati suæ ferre debere, qui fideiussores minùs idoneos accepit: neque enim oportere per singula momenta onerari eum à quo satis petitur, tanquam scilicet per primam satisdationem satisfactum sit obligationi satisdandi, eáque obligatio prima illa satisdatione consumatur. Sed quod non omittendum est confestim in l. sequen. ita scribitur, planè si noua causa allegatur, veluti quod fideiussor decessit, aut etiam rem omnem familiarem inopinatæ fortunæ impetu amiserit, æquum esse præstari cautionem. Cui consentit text. in l. j. §. quod ait prætor. ff. quor. legat. Sed hæc exceptio pertinet ad sextam limitationem, vbi & nos hunc text. ex Roma. citabimus.

Vndecimò eiusdem notæ est text. in l. vlti. §. si qua idonea. ff. de bon. autor. iudic. possiden. Si qua, inquit, idonea causa interuenerit, vtrum semel an etiam sæpius recognitio, & dispunctio concedenda sit creditoribus, videamus, & ait Labeo ampliùs quàm semel non esse concedendum. Si quis tamen iurauerit non calumniæ causa se postulare, neque habere quæ dispunxerit, iterum ei faciendam potestatem, nec ampliùs quàm bis, & ibi glos. pro concord. affert d. §. si quis alicui decem, de quo diximus in 2. ab hinc versicu. Et pro contrario quoque adducit l. veluti. §. j. ff. de eden. de quo dicemus infrà, in ix. limitatione.

Duodecimò accedit text. in l. eum qui Kalendis. ff. de verbor. obligation. vbi eum qui Kalendis Ianuariis stipulatur, si non adiiciat quibus, de primis intelligendum est tanquam id actum fuisse videatur: & ibi glos. pro concor. allegat §. hoc sermon. tanquam scilicet ille text. ad hanc nostram regulam pertineat, cuius principale fundamentum ab omnibus sumitur ex d. nostro §. Ex illo autem text. sumit Bald. quòd si Papa concedat præbendam in tali ecclesia vacaturam, non apposito tempore, intelligitur de proxima vacatura, & vide quæ dicam infrà in limitatione.

Tertiodecimò huc spectat tex. in l. inter illã. §. j. ff. de verb. signific. vbi illud, facito in diebus, intelligitur de biduo proximo, & ita de duobus primis diebus, nam cum pluraliter proferantur, non de vno tantum potest intelligi, sed necesse est duos saltem accipi, l. vbi numerus. ff. de testibus, & cap. pluralis. de regul. iuris. libro vj. cum aliis iuribus concord. à me collectis in l. si vnquam. in verb. susceperit liberos, numer. 226. incip. sed de his. C. de reuoc. donat. Igitur cum de duobus diebus in illis verbis intelligatur, sequitur, vt ex nostra regula de duobus primis diebus intelligi debeat. Et idem si annis simpliciter loquamur, vt scilicet de primo biennio, siue de primis duobus annis intelligere debeamus, leg. libertas quæ in vltimum. §. final. ff. de manumis. testament.

Quartodecimò adstipulatur aliis text. leg. si quis iusiurandum. C. de reb. credit. quo innixus Bald. in authent. habita. versicu. primò dubitatur si scholaris, in fine huius quæstionis. C. ne filius pro patre, scribit quòd in casibus, in quibus permittitur variatio intelligitur tantùm de prima, ita scilicet vt non liceat iterum variare. Et id sequitur Iason in l. prætor, §. si aliquando, versicu. iij. not. ff. de oper. no. nuntiat. & in l. quicquid, vers. item pro ista glo. ff. de verbo. obliga. & in l. edita, vers. & attende diligenter. C. de eden.

Ex eóque dicit ipse Bal. vbi suprà, in ea quæstio. quam facit glos. ibi, in verbo, optimè, an si scholasticus semel elegerit vnum ex iudicibus ibi declaratis, poterit postea variare, quod posse ea glos. affirmat vsque ad litis contestationem, per l. si cõuenerit. ff. de iurisd. omn. iud. iuncta l. si cùm dotem. §. eo autem tempore, ff. solut. matr. Nic. autem Matth. & alij plerique negant, argu. l. j. in fin. C. de asserr. toll. Et hãc partẽ tenet ipse Bald. subiungens id quod suprà diximus, quòd si permitteretur illi variare non nisi semel permitteretur. Et sequitur Iaso. in d. l. quicquid, atq; etiã in d. l. edita, quibus locis suprà citauimus.

Et ex hoc singulariter consuluit Io. Cal. cons. xxj. cuius initium est, an laicus possit, ti. de iure patro. quod licèt patronus laicus possit variare, intelligitur tamẽ, vt semel id possit facere, & nõ pluries, vt dicit istud clarè innuere iura de hoc loquentia, & alia quædam allegat. Et illum sequitur Philip. Dec. cõs. dcix. quæritur ex duobus præsentatis, vers. secundò hoc probatur, vbi ex hoc dicit, variationẽ permissam de primo actu tantùm intelligi, est tamen ibi error in nu. cons. Calder.

Decimoquintò, quòd auctoritate illius text. in d. l. si quis iusiurandum. C. de reb. cred. voluit Barto. non admodum dissimile, in l. post legatum, in prin. ff. de his quibus vt indig. quòd quis non potest nisi semel suam positionem, vel negationem reuocare, & idẽ dicitur voluisse ipse Bar. in l. vlt. ff. de præt. stipul. vbi tamẽ nõ id dicit, sed illud, quòd si promitto stare simplici tuo dicto, vel iuramento, possum id reuocare antequàm tu declaraueris, per d. l. si quis iusiurandum. Sed & id expressè voluit per eam ipsam l. Baldus in l. j. vers. quartus est si quis, C. de fur. vbi ex eo dicit generaliùs, quòd si quis reuocauit aliquem actum vel rationem non potest posteà eam reuocationem reuocare.

Decimosextò, vt relinquamus text. iuris ciuilis, & aliquid de promamus ex text. iuris canon. huc spectat text. in c. si clericus, in prin. de præben. lib. vj. vbi si simpliciter mandatum fuerit à summo pontifice alium prouideri de beneficio vacaturo, intelligitur de primo, ita vt si is pro quo mandatum fuerat, negligens fuerit in primo beneficio petendo, consumpta extinctáque sit ea gratia, ita enim ex eo tex. not. Domin. in ij. no. & Phili. Fran. post prin. vers. in tex. ibi aliam, vbi pro concord. adducit hunc §. hoc sermone. Sed aduerte, quia ille text. in d. c. si clericus, expressè loquitur, cum mandatum est prouideri de beneficio proximè vacaturo, non simpliciter de vacaturo, ita vt nihil ad nostrum §. pertinere videatur, cum expressum sit de primo: verùm omnes vbique eum tex. intelligunt, vti Domin. & Francis. faciunt.

Decimoseptimò accedit tex.in cap. ordinarij. ante fi. ibi,vel si ea quæ sic obtinet,& ibi glos. in verbo, ea quæ de offic.ordina.lib.vj.ex quo non obscurè colligitur quòd dispensatio ad duo beneficia intelligitur de duobus primis tantum,sed est expressior tex. in c.non potest,vers.illud autem,de præbendis.eo. lib.vbi & Io.Mona.post princ.& Arch.in verb.primis, id confirmant per nostrum §. hoc sermone, quoniam,inquiũt,duobus primis obtentis impleta est gratia per eundem ipsum §. hoc sermone. cuius etiam §.auctoritate,idem voluit Inn.in ca. dudum, le ij.& ibi quoque Hosti.Com.post Balb. quoque. vers.dicit Innoc.& alij,extrà, de elect. quod tamen intellige secundũ ea quæ dicam inferius in xj.limit.

Decimooctauò in d.c.non potest,per eum tex. tradit Arch.ibi,vt à nonnullis citatur,licet in meo codice non inuenerim,quòd si Papa dispensauerit cum illegitimo,vt possit obtinere beneficium, intelligitur de primo tantũ,ita vt si primum dimiserit,non poterit aliud vi illius dispensationis obtinere, veluti ea gratia siue dispensatio per adeptionem primi sortita sit suum effectum,& ita dicit fuisse declaratum.

Sed & hoc ipsum haud dubiè voluit idem Archidi.in c.j.ad fin.de fil.presbyter.lib.vj.vbi id dicit pronũtiasse Bonifacium Papam,& id sequuntur D. à Rota,qui & eam opin. dicunt receptam esse in curia, deci.1.incip.si illegitimus.in j.dubio.de fili.presb. in nouis.& Lucas Pen.in l. si quis decurio.versi.vnde,secundum quosdam.C.de decu.lib.x.& non obscurè Bald.in cap.innotuit. vers. quæro dispensatũ est,de elect.vbi & ad hoc allegat §. hoc sermone. & alia ex iurib.suprà citatis.& Phil.Fran in d.c.nõ potest,de præben.lib.6.& Phili. Dec.cons.clxix. circa primum videbatur.& cons. clij.cum reuerendissimus.num.4.

Contrarium tamen tenuerunt Io.Mona.& Io.And. in c.j.ille in verbo,obtinere:hic in fin.de fil.presby.& idem Io.And.in d.cap.non potest,in verbo, primis, de præbendis.libr.6.nam si illud verum esset,vt dicit Io.Andr.in posteriore loco non tantum hoc casu procederet,sed & aliàs semper,& in quocunque alio inhabili,& in quacunque irregularitate ex culpa,vel sine culpa,quod satis durum esset.Item si primum beneficium dispensatũ pereat chasmate, aut alio modo,nonne summa esset iniuria, vt nõ possit habere secundũ?& alia multa subdit ad huius opinionis defensionem.nec credit Ipse Ioan.And.Bonifacium id pronunciasse,quia si id fecisset,id sciuisset Ioan.Mon. qui erat Cardinalis.& cum illo vixerat. & idẽ voluit Pe.Anch.in d.c.non potest.vers.3.no. & ibi quoq. Domi.in §.1.ver.quòd si papa dispẽsat. & Phil.Fran.super gl.in verbo,in primis.de præben. lib.6.& idem Anch.cons.ccccìiij.tria dubia.vers.secundum dubium.

Nec obstat (inquit Anc.) d.c.non potest, & alia similia,nam aliud est dispensare super inhabilitate personæ,quæ est species huius quæstionis, aliud super beneficiorum pluralitate,de qua loquitur d.ca. non potest,& similia.Hæc enim personam respicit,& ideò est personalis, ideóque cum persona durat, sicut priuilegium personale.c.priuilegium, de regulis iuris,libr.6. nec dimissio primi beneficij reddit eum inhabilem,nec reducit ad statũ primum inhabilitatis,quia remissio semel facta tolli non debet.c. si his qui.xxiij.q.ij. nec melioris conditionis debet adimi.l.imperialis.in prin. C.de nupt.& bene facit quod no.ipse Ioan.And.post Inn. in c.vlti.in verbo examinari,de translat.episcop. Dispensatio verò pluralitatis,vt subiungit ipse Petrus Anch.non concernit principaliter personam, imò ipsam aliàs habilem præsupponit,sed concernit numerum beneficiorum,quod iuribus odiosum est, & ambitiosum, c.quia nonnulli,extrà, de cleric.non resid. & c.quia in tantum.de præb.lib.vj.cum sim. nõ mirum ergo si numerus duorum beneficiorũ de primis duobus intelligitur,& ex causa restringitur ad illa duo prima, sicut nomen hæredis , quod ex sui natura protenditur nõ solum ad primum, sed alios vlteriores. l.hæredis appellatio.ff.de verborum signific. tamen ex causa restringitur ad primum,videlicet in dispositione non transmissibili ad hæredes. vti est vsusfructus.leg. antiquitas. C. de vsufruct. & dicemus postea.

Nec item obstat,vt & subdit Petrus Anch.d.c.1.de fil. presby.lib.6.quia fuit dispensatio super vno beneficio cum persona inhabili, licet enim non possit habere nisi vnicum , vt ibi dicit, tamen eo dimisso successiuè vnum post alterum poterit habere,& sic plura,vt ibi not.Inno. nam semper iura considerant in dispositione causam proximam,& non remotam vt no.in c.de cætero. de homic.l. si mulier. ff.rer.amot.& l.rogasti. ff.si cert.peta. vbi dispositio iudicatur ex causa proxima non remota, sicut in hoc casu cum Papa dispensat cum inhabili super beneficiis obtinendis,persona venit principaliter in dispositione in qua vnum venit beneficium, sed persona habilitatur ad ipsum. At cum dispensatur,vt possit obtinere duo vel tria beneficia, hæc dispensatio concernit principaliter beneficia, non personam, quod hinc patet, quia si iste esset aliàs inhabilis propter crimen & irregularitatem,non posset vi dispensationis huiusmodi beneficia consequi, quia Papa dispensat super impedimento pluralitatis, & non inhabilitatis.Ergo submoto vno alterum remanet. l.si non lex.ff.de hæred.institu. Et facit quod not. Spec.in titu.de legato.§. nunc ostendendum.versic. xviij.quòd cum dispensatur cum inhabili, debet de hoc fieri expressa mentio,nec sufficit generalis,maximè quia debet fieri cum causæ cognitione, aliàs potius diceretur factum temerarium , quod agitur contra iura,quàm dispensatio etiam facta à sciente & dispensare valente,vt idem not.tit.de dispensatione,§.qualiter autem. vers.debet autem.& versic.dicunt autem quidam,& vers.nunquid ergo.Hæc Petrus Ancha.

Lapus autem,& post eum ipse Petrus Anc.ipse Domini.& Philip.Franc.in d.c.j.de filiis presby.lib.6.hanc rem latius tractarunt. Nam aut Papa illegitimum legitimat,aut cum illegitimo dispẽsat,vt ipsi loquũtur,primo casu poterit habere aliud beneficiũ post primum, secundo casu non poterit, nam in primo illo casu vertitur fauor,ideo ampliandus.c. cum dilecti filij.de don.in secundo odium, ideo restringendum,vt in d.c.j.de fil.presby.libr.6.& c.odia. de regul.iur.lib.6. Et facit(inquiunt)quod no.Io. Andr. in c.per venerabilem.super glo.ij.qui filij sint legi. vbi ostendit legitimationem plus habere virium, quàm dispensationem.

Sed & in dispensatione (vt subdunt) posset etiam distingui,quia aut cum illegitimo generaliter dispensatur,vt promoueri possit ad beneficium ecclesiasticum , aut specialiter , si generaliter aut beneficium consequitur cum effectu,aut nõ,& primo ca-

su non poterit dimisso primo aliud consequi, & ita obtineat Archid. illa opinio, & facit capit. nos consuetudinem, xij. distinct. & c. si quis à pseudoepiscopis. j. quæstio. j. & cap. vlti. & ibi glo. j. xxxiij. quæst. ij. Secundo casu, aut fuit in culpa, quia recipit iniustè primum beneficium, vel etiam iustè, sed sponte, vel dissimulanter illud prætermisit, fortè vberius aliud expectans, & tunc quoque non poterit secundum consequi. cap. eum qui. de præben. lib. 6. & cap. damnum. de regu. iuris. eodem lib. 6. Aut non fuit in culpa, & tunc poterit secundum consequi, quia dispensatio debet intelligi cum effectu, ca. relatum, de cleri. non resid. & c. in his. de verbo. sign. & Can. hæc autem verba de pœnit. disti. j. & facit quod no. Ioan. And. in cap. in literis, extrà, de offi. deleg. & in c. cum in multis. in gl. de rescri. lib. vj. & secundum id intelligenda est opinio Ioan. Andr. in d. c. j. de fil. presby. lib. 6.

Si autem (& vt illi inquiunt) dispensatum fuerit specialiter de obtinendo certo aliquo beneficio, tunc nō poterit aliud obtinere. Neque enim dispensatio de re aliqua certa & expressa, ad aliam trahi potest, capi. cùm olim Abbas, extrà, de offi. delega. & capit. susceptum. de rescr. lib. vj. & c. quamuis. le j. & c. cui de non sacerdotali. de præbe. eodem lib. 6. Nam & hinc dispensatio super vno matrimonio non trahitur ad aliud, capitu. vlti. xxxiij. quæstio. ij. & c. si autem. & ibi glos. vlti. xxxvj. q. ij. & id quoque in dispensatione certi beneficij, vt ad id aliud non trahitur, voluit Ioan. And. in d. ca. non potest. & ibi Phi. Fran. de præb. lib. vj. & Pau. Eleaz. in d. cap. j. de fil. presby. lib. vj.

Adiiciunt Lap. Petrus Ancha. Domin. & Phili. Franc. in eo ipso cap. j. de fil. presby. lib. vj. quòd si cum aliquo dispensatum fuerit super primo beneficio vacaturo, si illud beneficium alteri deberetur, ipse dispensatus obtinebit aliud beneficium, quod post illud proxime vacabit alteri non debitum, & ita erit veluti sibi primum. cap. cùm in ecclesia, de præben. libro vj. & ita intelligendum est d. c. j. de fil. presby. libro vj.

Addunt item & aliud Ioan. And. & post eū Phil. Fran. in d. capitu. non potest, quod si tenor dispensationis huiusmodi sit, vt possit ad ordines & beneficia promoueri, tunc propter hoc plurale (beneficia) non haberet locum opinio Anchar. quia successiuè poterit habere plura beneficia, non obstante d. c. j. de fil. presby. quod loquitur de beneficio in singulari. Subiungit tamen ipse Phili. Franc. quòd talis dispēsatio intelligeretur de duobus primis beneficiis, ꝑ rationem d. c. non potest. cui adstipulatur c. si is cui. eo. tit. non autem quod successiuè dimissis duobus primis possit alia duo habere, quia repugnaret text. in ipso c. non potest. de præben. lib. 6.

Decimononò quia ille tex. in d. cap. ordinarij. de offic. ordina. lib. 6. & in d. c. non potest. de præben. lib. 6. loquuntur in dispensatione, quæ sua natura multum odiosa est, & propterea restringenda. capit. odia. de regu. iur. eod. libr. vj. ideóque ne illud quod ex illis diximus, videatur solùm in ea re procedere, accedat superioribus tex. minimè loquens in dispensatione, in c. mandato, & iterum in c. si clericus, eod. titu. de præb. lib. vj. vbi si papa simpliciter mandat alicui prouideri de beneficio vacaturo, intelligitur de primo, & non de aliis, & hoc ita not. Domin. & Phili. Fran. in d. c. si clericus, in prin. ille, in 3. nota. hic in 2. quod hinc fit, vt illi subdūt, quia dispositio simpliciter emanans, intelligitur de primo actu, & allegat Franc. hunc §. hoc sermone.

Vigesimò quod voluit glo. relata ad tex. in l. quicquid adstringendæ, in prin. in glo. magna, in verbo, secundum promissorem, ad medium. ff. de verbo. obligat. quòd declaratio siue interpretatio alicuius obscuri, vel ambigui non potest fieri nisi semel, tanquam scilicet promissio declarationis intelligatur de primo tantum, & id not. & dicit singularissimum Bart. ibi, versic. sed pone quòd semel, & eam quoque ibi sequuntur Ang. qui dicit sing. versi. secundo modo legitur, & Raph. Cum. Imo. circa medium. ibi, item no. quod postquam, & iterum versi. in ea gl. sed hic Paulus Castren. qui & illam dicit singu. & ad hoc dicit semper allegari, Alexand. qui dicit perpetuò notandam, vers. ex qua habes. Franc. Aret. qui & illam dicit sing. vers. in glo. postea, & Iason vers. in ea gl. ibi, & iterum velit. & præterea Bart. in l. inter stipulantem. §. j. in fin. & ibi etiam Angel. qui dicit sing. versi. cum igitur hæc signa. & Imo. versiculo, item adde quòd voluntas. ff. de verbor. obligatio. & Bal. in l. de die. in princip. ff. qui satisda. cogant. & in l. si quis intentione ambigua. versic. item quæro vtrum ista interpretatio semel facta, vbi dicit sing. eam gl. & ibi quoque Angel. qui & eam dicit singul. & ipse Bald. in l. vlti. vers. sed hîc quæro, ibi, notabile est. C. de codic. vbi ex hoc dicit libello semel declarato non esse locum pœnitentiæ, ídque probari ex eo tex. & ibi sequitur Alexand. & Iason. versic. secundò ex eodem verbo. C. de codicil. & idem Bald. in c. j. versicu. sed nunquid semel, de constitu. vbi dicit eam glos. not. & singula. & ex eo dicit, quod rei declaratæ, nihil adiici potest, nec detrahi, & in ca. vlt. versi. idem dicimus, de transla. episco. vbi dicit singula. ad hoc. vt primæ interpretationi standum sit, non cæteris. & in cap. dilecti. versic. nam qui declarat, de iudic. vbi item dicit singu. in id, vt qui declarat, pœnitere non possit. & rursum idem Baldus in cap. in præsentia. versicu. sed hîc quærit glo. de probat. vbi & illam dicit ad hoc singu. vt interpretanti non sit licitum pœnitere, & in capitu. fraternitatis, versi. pone in causa prima, de testibus, vbi etiam dicit singu. ad id, vt qui semel declarauerit, non possit se corrigere. Petrus Anchar. in capit. si compromissarius, versicul. vltimò quia text. dicit, de elect. libro vj. vbi eam gloss. dicit not. & ibi quoque Domi. in §. si verò, post medium. versicu. & per prædicta. vbi dicis singu. & Matthe. Matthesil. no. clxxij. no. quod vbicunque. & Franciscus Curtius senior consil. xxvij. magnificus vir dominus. in iiij. dubio, versicu. sic de directo, vbi & illam dicit singu. & Iason in l. qui ex pluribus. post medium. ff. de verbor. obligatio. & in l. edita. versiculo, sic in simili. C. de eden. Lanfran. in repet. capitu. quoniam contra falsam, in verbo, interlocutiones. de probatio. Auton. Corset. in suis singu. in verbo, sententia interlocutoria.

Contrarium tamen tenuit Matth. Mathesil. sibi contrarius in eodem opere, not. cxcviij. eodémque penult. incip. nota quòd facultas, per tex. quem dicit è diametro esse contrariū ei sententiæ. in d. l. qui ex pluribus. & ibi gl. vlti. Et licet Bar. ibi dicat, quòd loquitur in electione, in qua variare licet, non in declaratione, id tamen vt dicit Matthæus, non videtur esse verum, quia ibi stipulatus fuit fundum Seianum, & promittens habebat plures fundos huius nominis, & sic partes ibi senserūt de certo fundo, sed de quo incer-

incertum erat,& sic ibi propriè opus erat declaratione,& tamen gl.ibi vult,quod sæpius possit variare. Verum Iason in d.l.qui ex pluribus, post multos alios ostendit ibi locum esse electioni,& non declarationi, vt ibi videre poteris. Ex quibus intelligis ex multorum sententia, aliud esse in electione quã in declaratione,vti etiam videre poteris apud Imo. in d.l.quicquid.de verborum obl.de quo vide quos nos citauimus suprà,vers.verùm quia sunt.

At superiori sententiæ adstipulatur, quod Bald.scribit in l.in hac lege,quæ est ij.ver.sed nunquid si semel. C.de sent.ex pericul.recitand. quòd si semel iudex interpretatus fuerit suã sentẽtiã non poterit iterum interpretari,quia interpretatio non potest fieri nisi semel,per not.in dict.l.quicquid adstringendæ. de verbo.obligatio.quod ipsum voluit Barto.in d.l.inter stipulantem.§.j.in fi.ff.eodem tit. Angelus qui etiam dicit singu.in l.quod iussit,post medium,ibi, item interlocutoria.& ibi quoque Rapha. Cuman. & Imo.qui tamen nutat. versicu. item fallit secundum,& Alexand.versic.secundò fallit in interlocutoria.ff.de re iudica.Ipse Imol.in l.ab executore. in princi.versicu.potest quæri iuxt.prædicta.ff. de appella.

Et in hac quoque sententia fuerunt Alexand. & Iason in d.l.quicquid astringendæ,vbi suprà,id tamen intelligentes post Angel.& Cum.ibi,in sententia diffinitiua, secus in interlocutoria, quam potest iudex non semel,sed sępius,& vt loquitur Ang. millies reuocare, ideóque etiam sæpius declarare, vti etiam dicit Imo.in d.l.quod iussit.versic. item fallit.& ibi quoque Alex.vbi suprà,vbi tamen id optimè declarat,vt videbis apud eum.& Corset.in d.sing.sententia interloquutoria.

Sed & id postremum, vt scilicet iudex possit sæpius eam sententiam reuocare, nonnulli intelligunt, vt bis tantum possit reuocare, & non vlterius. Et ea fuit sententia Barto.post Din.in d.l.quod iussit.versic.quæro an iudex possit pluries,& aliorum ibi, & Can.in c.cum cessante,de appellat. Sali.post Di. in l.post sententiam.versi. quintò quæro quoties. C. de senten. & interlo. Ant.in c.fraternitatis. vers.v. quæro.extrà,de frigid.& malefic.post gl.ibi,in ver. fornicatio,in fine.

At sunt qui è diametro tenent contrarium, videlicet non posse iudicem,nisi semel suam sententiam reuocare,& in his Pet.Bez.in d.l.quod iussit, vbi id dicit seruari in practica,& hoc de iure posse sustineri dicit Ias.ibi.vers.tertia fuit opinio, quamuis, inquit, communiter teneatur contrarium.

Quinetiam illud quod suprà diximus, interpretationem siue declarationem non nisi semel fieri posse, intelligunt Ang.& Alex.in d.l.quicquid astringendæ,procedere,nisi quando destructio voluntatis ad interpretantem spectaret, Verbi gratia in testatore cuius voluntas ambulatoria est vsque ad mortem, l.quod per manus.ff.de iure codicillo.& l.quòd si iterum.ff.de adim.leg.nam interpretabitur testator quoties voluerit.l.hæredes palam. §. sed & si notã. ff.de testament.& nos quoque iterum dicemus infrà in 32.limita.

Vigesimoprimò quod scripsit glo.in d.l.in duobus. §. si ei qui.in ver. exhibuerit.ff.de iureiu. quòd si quis promiserit præsentare quempiam accusatum,intelligitur de prima præsentatione tantum, ita vt si semel eum præsentauerit,liberetur.quam glo.ibi,ponderant Bene.Plum.& Paul.Cast. qui eũ §.legit cum §. quòd si reus.versi. vltimò est hic vna. & Alexan. in fin.& Iaso. versicu. super hac prima parte.Et hoc quoque voluit Io.And.in addit.Specu. tit.de accusat.in tertia parte.§.vlti. versi.sed quid si fideiussor. Pau.Cast.in l.2.§.in fideiussorem,qui est vlti.ff.qui satisd.cogan.Alex.in addit.Bar.in l.græcè.§.j.ff.de fideiussor.vbi dicit eam glossam esse menti tenendam,& in id citat hunc nostrum §.& consil.16.breuiter in casu præmisso.num.5.lib.4.

Licet contrarium tenuerit Ro.in d.§. si ei,qui statim, post princip.& in l.si finita.in prin.nu.4.ff.de dam. infec.& in d.l.2.§.vlti.vers.secundò pono.ff.qui satisd.cog.& in prioribus quidem locis per tex.in l.si seruus hæreditarius.ff.de diuer.& temp. præscr. per quem probatur hanc promissionem tum demum lata sententia,aut finita instantia perimi, & in iisdẽ quoque locis,atque etiam in postremo,alias multas rationes addit quæ tu videre poteris. Et ante hunc Lucas Pen.latè in l.si quis decurio,versiculo, accusans quidam.C.de decu.lib.x.per tex.quem dicit expressum in l.ita stipulatus à Seio. ff.de fideiuss.& l. nouissima.ff.iud.sol.& multa alia iura, quæ ibi videre poteris. Sed id tamen quomodo sit intelligendum,vide Pau.Cast.in d.§.in fideiussorem.& omnino Ias.in d.§.si ei qui.vers.ex prædictis.

Quid autem si quis promiserit præsentare toties quoties vel ad voluntatem eius cui promittitur, an erit in infinitum obligatus? quod plerique contendunt: in bis tantum,quod nonnulli volunt.vide Bart. in l. si quis reum,versic.circa hanc legem.& Ang.in l.2. versic.item adde aliam.ff.de cust.reor.& omnino in d.l.si finita,in prin.cira medium.& ibi Imo.versicu. & per hoc ipse infert,& Rom.etiam in prin.& Ale. latè.ff.de dam.infect.& eundem Angel.in l.oratione.ff.de feriis,in quibusdam lec.Lucam Pen. in d.l. si quis decurio.versicu.item clarè videtur. C.de decur.lib.x. & Matthe. Afflict.decis.Neap. xlvj. dicit regia pragmatica,& quæ dicam infrà in xxvj. limitat.Et an, perempta instantia, teneatur, vide eundem Ange.in dicta l.græcè. §.& post litem.ff. de fideiussor.

Vigesimosecundò quod voluit alia glo.iuris canonici in c.causam,in verbo,recipi,quæ est vlt. extrà de elec.quòd si moniales cõtulerint electionem suæ abbatissæ in episcopum, qui semel de vna prouiderit, non poterit amplius aliam dare,consumptáque est ipsius facultas,siue bene & vtiliter,siue male & inutiliter prouiderit,per multa iura,quæ ibi allegat,& eam sequuntur Host.ibi vers.quid si elegit malam, Car.Flor.vers.quæro si iste episcopus.Petr. Anch.ante fin.ibi,quærit gl.fin.Ant. etiam ante fin. & Imo. super eadem illa gl.vlt. & Panor. super eadem quoque glossa.Et id vt plerique omnes dicunt,approbatum est per cap. si compromissarius,eodem titulo, lib.vj.trahúntque in id,quod postea dicemus in j.limita.vers.incip. declara quartò.& multis seq. quia scilicet hic compromissarius non suo iure innititur sed alieno.

Vigesimotertiò quod voluit glos.in c.gratia. in verb. eligas.quæ est vlti.de rescript.lib.vj.quod in casu illius c.in fi.si quis semel vnum beneficium elegerit, consumpta est electio,nec poterit eligere aliud in ca.vlt.eod.titu.& c.j.de postu.præla.lib.vj.& idem voluit Archid.in eo ipso c.gratia.versicu.sed quid si elegit vnum,per multa alia iura ibi allegata,de quo etiam vide Io.And.ibi,in gl.vlti.& Petrum Ancha. versic.quæritur vnum,iste & Petrus Anch.consilio ccxiiij.

ccxiiij. Franciscus, vers. iudicatur ad idem, & Rom. cons.329. præsens consultatio. in primo dubio.

Vigesimoquartò alia glo. in c. duobus, quod est pe. in verbo, eligere, eo. titu. de præscrip. lib. 6. quæ in casu illius c. disponentis, vt si duo super simili prouisione sibi facienda in eadem ecclesia literas vna die obtinuerint, nec appareat vter eorum prior impetrauerit, & ambo simul præsentauerint, sintque in cæteris æquales, hi ad quos receptio & collatio pertinet, ex eis alterum quem voluerint eligere teneantur. dicit ea glos. quod si semel elegerint, consumpta est eorum electio, nec in electi præiudicium variare postea poterunt. per cap. publicato. extrà, de electi. & c. j. de postu. prælat. lib. 6. de quo dicemus infrà, in xxiij. limitat. & alia iura ibi allegata. Et id satis probat tex. in d. c. si duobus, cùm subditur, quo electo alius omnino careat impetratis. Et id sequitur ibi Petrus Anch. versiculo. item not. quod per electionem & Domi. super ea glo. & Phil. Fran. sup eadem glo. vbi & id dicit procedere post Bal. etiam si prior clericus consentiret, quia electio consumpta est, per l. si is qui Stichum. ff. de procurat. & ipse Petrus Anch. consi. 214. Franciscus versicul. octauò inducitur.

Vigesimoquintò quod item in non absimili casu scriptum est ab alia glo. in cap. si quis iusto. versi. verũ si ambo, in verbo, elegerit. de elect. lib. vj. quæ item in casu illius c. quo disponitur, vt si duo procuratores insolidum cõstituti ad eligẽdũ simul concurrãt & postulent se admitti, non audiuntur, sed is tantùm, quem capitulum elegerit. Dicit ergo ea gloss. quòd si semel alterum elegerint, ita consumpta est electio, vt variare non possint. per c. vt quis duas. eo. tit. & lib. & c. j. in fin. de postu. præ. eo. quoque libr. & eam gl. sequitur Domin. ibi in pri. & Pet. Anch. d. cons. 214. vers. simili dicatur.

Vigesimosextò quod voluit & alia glo. in c. ne captandæ, in verbo, causa subsit, de concess. præben. libr. 6. quòd gratia alicui à sede apostolica concessa, vt ei prouideatur de præbenda, dignitate, vel personatu, aut alio beneficio, intelligitur de primo, nec is cui ea gratia concessa est, admittitur ad secundum nisi ex causa, per cap. quia cunctis, ad fin. & c. executor. eodem tit. & lib. & ibi Ioan. And. tum in verbo, prouideri, tum super glo. j. Petrus Anch. vers. quærit Io. And. & Philip. Fran. num. 7.

Vigesimoseptimò quod & proximum est, quod tradit item alia glo. in cap. quia cunctis, quod est j. in verbo, causa, de concessio. præb. lib. vj. quod rescriptum de prouidendo alicui de dignitate vacatura quam is duxerit acceptandam, intelligitur de prima, non etiam de secunda, nisi ex causa tanquam scilicet consumpta sit ea acceptatio prima per eum facta, per eum text. & l. apud Iulianum. ff. de optio. lega. & idem ibi voluerunt Imo. qui & illud capitul. legit in lect. decretal. in verbo, voluntatibus. ver. sed quæro vtrum semel. & ibi item Io. Mona. versi. sed quid si in rescripto, vbi & ad hoc certè capi. ex parte. le j. de officio delega. & cap. si clericus, de præben. lib. 6. & ibi item Archidia. in fin. & c. gratia. ad fin. de rescript. eo. lib. 6. & Bal. consilio 228. per sanctissimum. libro 4.

Vigesimooctauò quod in non absimili casu voluit ipse Ioan. Mona. in c. si tibi, in verbo, assignet, de præben. libro 6. loquens in casu illius ca. vbi si absenti, ab episcopo conferatur beneficium, non poterit episcopus id alteri conferri etiam ante istius acceptationem, sed episcopus poterit illi assignare terminum competentem, intra quem acceptet & eo lapso si non acceptauerit, alteri id liberè conferet. Dicit autem Ioan. Mon. quod si semel acceptauit, vel non acceptauit, variare non potest, per l. apud Iulianum. de optio. lega. & l. serui electione. ff. de leg. j. & sequitur Ioan. Andr. in d. c. si tibi. item scias in nouella.

Vigesimononò quod à Cyno traditum est, in l. cum pater. §. pater certã. ff. de leg. ij. in addit. quòd si testator iusserit celebrari tres missas in die sui obitus, sufficit illas semel celebrari primo illo die obitus, nec cogendũ hæredẽ aliis sequentibus facere celebrari, & idem ante eum tenere videtur Petr. à Bellapert. & post eum Bart. Alber. in l. cùm quidam. quæ est penul. ff. de annuis leg.

Verùm Inno. in d. §. pater certam, paulò ante finem tenet contrarium. per tex. in ea ipsa l. cùm quidã, cum ibi not. neque huic sententiæ suæ obstare d. §. pater certam, quia ibi fauor dotis suadet verba referri ad primam vicem, hîc autem fauor animæ & piæ causæ suadet contrarium. tanquam scilicet ipse Imo. id omne ex fauore negotij metiatur, de quo postea dicemus in 3. limitat.

Trigesimò quod scriptum reliquit Ioan. Mona. in c. si pro te, vers. quæro primo, & ibi post eum Domi. de rescript. lib. vj. quòd si Papa mandauerit alicui prouideri de beneficio, si ad id accesserit consensus episcopi, intelligitur de primo ipsius consensu, vel dissensu, nam si primum expressè dissenserit, postea autem consenserit, non prodest impetranti, per hunc nostrum §. hoc sermone, & alia ex iuribus suprà allegatis. Et id quoque sequitur Bald. in l. vlti. ad fin. C. qui bon. ced. pos. vbi id limitat, secundum ea quæ dicam infrà, in xviij. limi.

Trigesimoprimò quod & ab eodem Ioan. Mona. traditum est in c. cùm expediat. versic. item in hac forma, de elec. lib. vj. quòd constitutio loquens de scrutinio, vel cõmuni electione, intelligitur de primo actu vel casu, non de secundo. per l. eum qui Calendis. ff. de verbo. obligat. & hunc nostrum §. hoc sermone. & l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de leg. 3. Ex quo infert ad casum illius c. vt si votis inquisitis apparet nullam partium deuenisse ad maiorem partem totius capituli, sed ante electionem communem accesserunt tot voces habenti maiorẽ partem respectu minorum, quod habet maiorem partem totius capituli, non poterit procedi ad electionem communem, & ibi sequitur Ioann. Andr. post princ. in verbo, consentit, & Petrus Ancharan. paulò ante fin. & Domini. versicu. sed pone quòd nulla pars.

Trigesimosecundò quod post aliquos antiquiores scriptum reliquit Arch. in c. si cui, in verbo, contradictores, de præb. vj. quod potestas alicui concessa mittendi alterum in possessionem, & eum tuendi in ea possessione, expirat eo semel inducto, & remoto omnino primo impedimento, quod obstabat. Ideoq. si postea ille turbatur, debet adire iudicem ordinarium. Et sequitur Petr. Ancha. qui & hoc latè disputat, ibi, vers. quærit hîc Archi. & Io. And. in c. pro illorũ, in verbo, contradictores, extrà eo. tit. & Panor. quid refert ad regulam d. §. hoc sermone, in tracta. Basiliensi, incip. quoniam veritas, in j. dubio, versic. sexta ratio quare alius locus. Sed tu tamen de hoc vide amplius ipsum Arch. Io. And. & Petrum Anc. vbi suprà. & Domi. in d. c. si cui.

Trige-

Trigesimotertiò huc spectat quod scribit idem Ancha. in c. si propter. & ibi quoque Ioann. And. super vlti. glos. & versic. ex glo. igitur habes. de rescrip. li. vj. si quis emerit simpliciter iactum retis, intelligitur de primo tantum, etiam si in eo nihil piscium captum fuerit. & ita intelligitur quod scribitur in l. nec emptio. ff. de contrah. emp. & l. nam hoc modo. ff. de hæred. vel actio. vendit. & in l. si iactum retis. ff. de act. emp. & sequitur gel. qui. & ad hanc nostrā regulam id refert in d. c. 2. versic. si promitto iactum retis. de treug. & pace.

Trigesimoquartò, quod & tradunt ipsi Archid. Ioann. Andr. Domin. & Felin. in illis iisdem locis, quod si promiserim cuipiam seruire per annum, & aliquo illius primi anni tempore, valetudine impeditus. fuerim, nec illi seruire possim, non tenebor altero tanto tempore secundi anni ei seruire, per l. cùm quæritur. §. item si hæredi. ff. de fideiussor. aut vt in aliis codicibus legitur, de fideicommis. libert. sed in neutro loco est lex eius initij, verum eius rei est tex. in l. cum hæres. §. Stichus si hæredi. ff. de statuliber. (vide ibi glo.) & facit tex. in l. statuliberos. quæ est iij. §. si ita sit libertas. ibi, postea intra quinquennij tempus, eod. titu.

Trigesimoquintò quod & illis rationibus scribunt iidem Archi. Ioan. Andre. Domin. & præterea Philip. Franc. in casu illius capituli, si propter, cum scilicet à summo Pontifice concessum fuit episcopo, propter debita ipsius persoluenda, vt fructus primi anni beneficiorum suæ diœcesis, intra quinquenniū vacaturorū, percipiat, si fructus primi illius anni, aut nulli fuerunt, aut chasmate perierunt, consumpta est omnino gratia, nec poterit episcopus alterius anni fructus percipere. & ad hoc quoque nonnulli eorum allegant l. cùm certus. ff. de tritico, vino, & oleo. leg. vbi si certus numerus amphorarum vini ex eo quod natum esset ex tali fundo, & minus natum esset, non amplius debetur quàm quod natum est eo anno, nec cæteris annis suppletur. Et ex hoc assumunt, quòd cum testator legat fructus primi anni, si nil nascitur eo anno, non suppletur annis sequentib. Tu tamen vide tex. qui videtur esse contrarius in l. ex eo vino. eo. ti. & in l. legatum. j. & l. liberto. §. j. ff. de annuis leg. & l. Lucius. ff. de aliment. & cibar. leg. & l. Firmio, in princip. ff. quand. dies leg. ced. Sed tu ad hanc antinomiam tollēdam, vide gl. in eis locis.

Trigesimosextò quod à Specu. traditum est in titu. de arbitro. §. excipitur. versic. sed quid si fuerit actum in compromisso, quòd si data est potestas prorogandi terminum compromissi, intelligitur de vna, & prima prorogatione, per tex. in hoc nostro §. hoc sermone, & alia iura, & cum eo transit Io. Andr. ibi in addit. & idem voluit Bald. in cap. olim ex literis, versic. ibi, & iterum, de rescript. vbi tamen intelligit secundum ea quæ dicam infrà in j. limit. & rursum idem Bald. in c. vlti. versi. dubitabatur, ibi, si autem dictū est, de consuetudi. & conf. cxiiij. dilatio prorogatiua, post princip. libr. iij. vbi & ad hoc citat d. §. hoc sermone. Alexand. consilio lxx. viso consilio aliàs per me reddito, versicu. secus autem si istud esset, lib. ij. Socin. consil. cxvij. visa & diligenter. versi. his tamen non obstan. lib. j. Felin. in d. c. ij. versic. similiter si est dictū. de treu. & pace. Ias. in d. l. diuortio. §. quod in anno. vers. duodecimò facit, & in d. l. in duobus. §. si ei cui. versicu. item per illum text. & iterum. versic. vltimò facit. & Phil. Dec. in cap. sua nobis. super glo. j. de appell. & cons. dxij. cùm reuerendissimus. vers. ex quo infertur. & cons. dcix. quæritur ex duobus. num. 6.

Contrarium tamen tenuit Roma. licet neminem (inquit) alium contradicentem repererit in l. ij. versic. sed stat circa hoc. ff. de re iudic. & post eum Geor. Nat. in repet. Clemen. j. versicu. in arbitro autem, de verbor. significa. Nam, vt inquiunt, cum potestas prorogandi sit indefinitè concessa, ea æquipollet vniuersali. l. & si pluribus. ff. de lega. ij. & l. j. §. cùm vrbem. ff. de offic. præfect. vrb. & cap. vt circa. de elect. libro vj. Præterea quia videmus arbitrum, qui non potuit intra tempus prestitutum iudicare, cogi de nouo arbitriū suscipere. l. aut si qua alia causa. §. vltim. cum l. præced. ff. de arbitr. Ergo multo magis id sua sponte facere potest, si partes cōsentiant, nā aliud esset si dissentirent. l. arbiter ita sumptus, eod. tit. Et respondet ad hunc nostrum §. hoc sermone, & similia iura, secundū ea quæ dicam infrà, in iiij. limi. vbi & eosdem citabo.

Subdunt autem ipsi Roma. & Nat. quòd si non expediret prorogationem fieri, tunc arbiter non posset vlterius prorogare, quia id facere videretur differendæ litis causa, cùm non valeat præceptū arbitri quo inducitur litis non necessaria dilatio, lege nō distinguemus. §. quæsitum. versic. ne fuerit, & ibi Bartolus de arbitris, sicut partibus volentibus dilationem prorogari, vbi non necessarium est, non tenetur arbiter assentire. d. l. non distinguemus. §. dies. secundum vnum intellectum glos. similiter eadem ratione non tenentur partes consentire arbitro id nulla necessitate cogente facienti assentire. Denique compromittentes in ipsa facultate prorogandi, presumuntur in dubio habuisse intentionem conformem naturæ compromissi, vt de contrahentibus dicitur in l. diuortio. §. si fundus. (aliàs est lex.) ff. solu. matrimonio. & l. si pignore. ff. de pignorat. actione sed natura compromissi est, vt faciat finem litibus, nō vt lites & superfluas dilationes inducat. l. prima. & l. quamuis. ff. de arbitrato.

Trigesimoseptimò quod à Ioanne Andr. scriptum est in additio. ad Speculatorem, in rubri. de treu. & pace. ad fin. vt à multis citatur, quòd pœna adiecta in promissione pacis seruādæ, siue offensæ non faciendæ, intelligitur de prima offensa, nō etiam de cæteris, nisi expressè dictum fuerit, quòd pœna toties cōmitteretur, quoties cōtrā factum fuerit. per l. si duo §. j. ff. de arbi. Et hanc sententiam sequitur Roman. consilio clv. præmissum laudum, vers. vltimo dum quæritur. & Alexander consilio cxv. viso themate suprascripto. vers. nec is obstat. libro quarto, vbi tamen dicit, quod legendo semper secutus est opinionem aliorum contrarium tenentium, tanquam communem, non Ioan. Andre. Tu illum vide in l. qui insulam. vers. dicebat etiam signanter. ff. de verb. obli. ne hîc diutius immoremur.

Trigesimooctauò quod voluerunt Domi. Rot. Decis. prima, cuius exordium est, nota quòd vbi ordinarius titu. de præbend. in antiqui. quòd si episcopus habens potestatem nominandi aliquem in prima sui creatione, vt recipiatur in canonicum, nominet aliquem qui accepter, & postea is nominatus renuntiet, non poterit amplius episcopus alium nominare. argum. l. apud Aufidium. ff. de optio. lega. & hō. ab Arch. in cap. cùm in multis, super verbo, exprimat. in prin de rescri. lib. vj. & in c. gratia. in fin. eo. titu. & lib.

Trige-

Trigesimononò quod à Calderino disputatum est, & decisum in sua disputat. incip. ex octo studentibus, ibi, prima licentia, quod licentia data monacho, vt possit esse procurator, intelligitur de prima vice tantum, vt etiam licentia data clerico, vt se absentare possit, ita enim nostri loquuntur. Atque etiam licentia data parochiano, vt possit alteri quàm proprio sacerdori confiteri, & sic de similibus, & ita illum refert & sequitur Felinus in d. capitul. secundo, versiculo, licentia data monacho, de treu. & pace.

Quadragesimò quod latè & scienter etiam disputatum est, & conclusum à Signo. Homod. consilio nonagesimoseptimo: hoc initio, quæstio disputanda proponitur, aut vt alij allegant, Mediolani est cõsuetudo, quod quidam consil. est viij. illius disputat. quòd si princeps propter publicam aliquam lætitiam iusserit omnes incarceratos ab officialibus è carcere relaxari, intelligitur de prima relaxatione, ita vt si quis primum relaxatus fuerit, & iterum pro delicto fuerit carceribus mancipatus, non debet amplius relaxari. & sequitur Iason in dict. l. diuortio. §. quod in anno. versic. quintodecimo. vltra ff. sol. matrim. vbi tamen corruptè citatur Signor. ex cons. xxxvij.

Quadragesimoprimò quod voluit Albericus Rosa. in prima parte tractatus statutorum. quæstio. cvij. incip. prædicta etiam faciunt, qnod si fuit propositũ præmium ei qui primus accesserit ad brauium (ita enim nostri vocant, post interpretes noui testamenti, certaminis cursus precium) & duo simul accesserint, neuter eorum habebit præmium. per multa iura ibi allegata. Nec iterum curretur, quia de primo tantum cursu iam peracto intelligendum est, per text. in dicto §. hoc sermone. nisi, inquit, ex noua voluntate eorum, qui id præmium proposuerunt argumen. l. si fuerit. ff. de rebus dubi. & l. matrimonij. ff. qui & à quibus, & dicit hanc opinionem esse de stricto iure veriorem, licet consuetudo aliter obseruet, vt scilicet iterum currant. Sed tu hîc omnino vide quæ in hac re scripsimus in tracta. Primigeni. in xvij. quæstion. in j. opinion. numero vigesimotertio. concinit & is, & in 4. opin. numero 10. & quod plurimi.

Quadragesimosecundò quod ab eodem Alber. traditum est in eodem tractatu, parti. 2. quæstio. clxxxj. per dominum fratrem Vbertum, ad fin. Quod si episcopus concesserit alicui facultatem intrãdi monasterium monialium, intelligitur de prima vice tantùm. per dict. capit. non potest. de præbend. libr. vj. l. fideicõmissa. §. alicui decem. ff. de leg. tertio. cum simil. Et id sequitur Alexand. dict. consili. xvj. breuiter in casu præmisso, numero 3. libro 4. & Felin. in dict. capitu. 2. versicu. licentia de ingrediendo. de treug. & pace. & in capit. primo, ad fin. ibi, & scias etiam, de rescript. Iaso. in dict. l. in duobus. §. si ei qui. vers. secundò ad idem facit. ff. de iureiuran. & in dict. §. quod in anno. vers. tertio adde text. & consil. xxxvj. in causa mota per nobiles. lib. 3. & Philip. Deci. consil. dxij. cùm reuerendissimus. numer. 5. & Catellia. Cotta. in memorial. incipen. executores testamenti. versicu. bene facit pulchra decisio & memor. incipient. rescriptum impetratum. in princ. & Maria. Socin. Iunior qui id dicit singul. cons. xxv. viso themate suprascripto. versicul. accedat etiam, libro secundo.

Quadragesimotertiò, quod magra auctoritate firmauit Barto. in l. j. versic. si verò quæritur. ff. de constit. princ. quod priuilegium tibi, & hæredi tuo concessum, intelligitur de primo tantum hærede, non etiam de cæteris. per not. in l. antiquitas. C. de vsufruct. qnod & ipsum auctoritate Petr. voluit ipse Alberi. in l. secunda. vers. si autem in priuilegio. ff. eo. tit. & sequitur Felin. qui solum Albert. citat in dict. c. ij. versi. si princeps dat. de treug. & pace. & Ioann. Lupus in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 69. vers. potuisset allegare.

At ea res, an scilicet appellatione hæredis simpliciter veniat tantum primus hæres, an etiam cæteri, & quando & quomodo, & quibus in casibus, vlteriori indagine indiget, & nos aliquando eam rem abundè tractauimus in nostro tract. Retractatuum. tit. 2. §. primo. gloss. 6. in verbo, ou ses heritiers. num. 17. & hæc quidem & sequent. vsque ad xxv. iterum nostro tracta. Cui titulus est, Le mort saisit le vif. in secunda parte, declara. v. dum illic differuimus, an ea nostra generalis Franciæ consuetudo intelligatur tantum de primo hærede, quod nonnulli nostrorũ adstruunt, & inter cæteros Alexand. consilio xxvj. in causa mota per Angel. versiculo, item præterea & fortius libro primo repetito consilio lxxxiij. lib. tertio, moti hac nostra regula, quod sermo simpliciter prolatus de primo tantũ intelligitur, vt ibi amplissimè videre poteris, neque enim hîc repetendũ duximus.

Vnum autem non prætermiserim quod ibi non diximus, & quod ad hunc tractatum pertinere videtur, Cyn. in authen. sed & si quis. versicul. vltimò colligitur. C. de secund. nupt. scripsisse, quòd si Rex dat alicui castrum ea lege, vt si decesserit sine hærede sui corporis, castrum ad regem reuertatur, ille verò decesserit cum hærede sui corporis, qui quidem hæres decessit sine hærede sui corporis, non propterea reuertitur feudum ad Regem, tanquam scilicet ea conditio intelligatur de primo tantum hærede sui corporis, non de cæteris, quod sequitur & reputat not. Bald. ibi, versicul. vnde deciditur talis quæstio. & in l. vltim. in vigesimaquinta quæstione. C. de hæredib. instituend. per l. ex facto. vltim. ff. ad S. C. Trebellian. & l. pater. §. quindecim. ff. de legatis tertio.

Id quod tamen intelligunt, nisi id castrum concessum fuisset in feudum, cuius natura est, vt transeat ad omnes hæredes masculos ex se descendentes in infinitum, cap. j. & cap. si clientulus. titul. de aliena. feud. Et ad id bene facit quod scribit Baldus in cap. quæ in ecclesiarum. versicu. sed pone concessum, de constitut. Imò verò sunt qui etiam in aliis rebus quàm in feudalibus contrarium tenuerunt, vt scilicet non solùm primi, sed & alij intelligantur, videlicet Salicet. in dict. Authentic. sed & si quis. & Alexander consil. 43. consideratis his, versic. quod secundum, libr. tertio. quod iterum repetitur consili. 53. libro sexto. & Socin. dum Salic. allegat, vbi suprà. cons. lv. visa facti narratione. versi. quoniam ad omnia ista, lib. 4.

Quando autem aliàs, appellatione filiorum siue hæredum ex suo corpore, vel ex se nascentium siue descendentium veniant nepotes aut alij descendentes vide Barto. in l. liberorum. versicul. quæro quid si in aliqua. ff. de verborum signification. Bald. in l. prima. versi. quæro, quid si dicatur, & ibi Paul. Castren. in secundo not. in fin. & Cornæ. vers. quinimo etiã. C. de condit. insert. & eundem Bald. in capit. primo.

§.filia,in fin. & ibi Aluarot.& Cardinal. Alex.versi. quæro,ab extrà,ti.de successio. feud. & ipsum Bald. in cap.1.vers.sed immediatè op.tit.de eo qui sibi & suis hæredib.& consilio 13.punctus talis est,quidam testator lib.3. & alios multos quos tibi congessi in tract.Primigenior.in xl.quæst.nu.33.incip.ideóque & dicitur.

Quadragesimoquartò, quòd & voluit idem Bart.post Gul.Cu.in leg.si extraneus,post medium, versiculo & inducitur ad quæstionem.ff.de condict.caus.dat. quod si quis, vel dat equam ea lege, vt si pariat masculum,pertineat is masculus ad venditorem:si fœminam ad emptorem,& posteà equa vtrunque peperit,videndum est primo loco,vter prior natus sit, masculúsne an fœmina, neque enim simul vterque nasci potuit,l.Arethusa.ff. de statu hominum. & de primo semper intelligendum est,per text. in hoc §. hoc sermone. De quo tu vide quæ plenius scripsimus in nostro tractatu Primigeniorum.quæstione decimaseptima, in quarta opinio.num.vndecimo. facit & quod voluerunt, & rursum in sexta opinione.num.16.& quod in illa specie.

Quadragesimoquintò, quod scribit idem Bartolus in dicta leg.dotis promissio, per eum textum, & hunc nostrum §.& ibi quoque. Alexād.in additio.ipsius. ff.de iur.dot. quòd si simpliciter concessa est facultas bannito,vt tutò venire possit in ciuitatem, intelligitur, vt semel veniat. quod & ipsum voluit idem Barto.post Oldrad.in quadam disputatione, in leg. prima, versiculo quartò quæro. ff. ad legem Iuliam maiest.Rapha.vt ab aliis citatur,in l.si mihi, & Titio.ff.de verborum obligationib.Rapha.Cum.in l. hæc conditio,filiæ.in fin.ff.de conditionibus & demonstrationibus.Ioan.Plat.in l.prima.versiculo, & simplex. C.de nauicul.libro vndecimo, per text.in hoc nostro §. hoc sermone. Panor.in dicto capitulo secundo.versiculo,sed dubitari potest, & ibi Felin. versicul.tene etiam menti,de treug.& pace.& idem Panorm. in tractatu concilij Basiliensis,incip. quoniam veritas, in primo dubio. versiculo sexta ratio quare alius locus. & Alexand. in dicta l.diuortio. §. quod in anno, quem legit cum §.ob donationem. versi.ex hac glo.infert & ibi Ias.versic. quintò adde quod pro ista. ff. soluto matrimoni. Idem Alexand. consilio 16.breuiter in casu præmisso, post princip. libro quarto.Iason.in dict.leg.in duobus.§.si ei qui. versiculo quartò facit.ff.de iureiurando. Felin.in capitulo,licet dilectus.versiculo,& hinc est quòd bannito,de testib.Georg. Natam in repet.dict. clemētin.sæpe ver.ego hoc dictum, de verborum signific. Philip. Deci.dict.consilio 512. cùm reuerēdissimus, numero sexto,& consilio 609.quæritur ex duobus. versiculo tertio hoc comprobatur. & Franc.Curt. Iunior consilio 178. habita diligenti cōsideratione. numero 24.& Maria.Socin.Iunior,d.consil.25.viso themate, versi.pro quo facit elegans,libro 2. Quod tamen intellige secundum ea quæ dicam infrà in ij. limitat.

Quadragesimosextò,quod & ipse Bart. tradit in l.hoc articulo.versic.venio ad quæstionem,ibi,& ista verba.ff. de hæredibus instituend. quòd si statutum sit præmium ei qui vexillum hostium acciperet, intelligitur de prima captura, per dicto §. hoc sermone, sequuntur Alex.& Ias.in dicto §.quod in anno, ille, versic.ex hac.gloss.infert.hic,versi.sextò facit quod decidit & ipse Alexand.consilio 16.breuiter in casu præmisso.numero quarto.libro quarto.Idem Iason in dicta l.in duobus.§.si ei cui,versiculo septimò facit quod decidit.& Felin.in dict.capitulo secundo. versic.edictum quòd si quis de treug.& pace.Geor. Natam in repet.dict.clemen.sæpe.in princ. vers. ego hoc dictum.

Quadragesimoseptimò, quod & idem Bartol.scripsit in l.Lucius.§.quæsitum.post princip.ff.de legatis iij. quòd legatum vel fidéicommissum simpliciter relictum fratribus intelligitur de primis tantùm fratribus, non etiam de vlterioribus. quod & ipsum in statuto loquente de fratribus voluit Bald. post But. in l.iubemus.§.vltim.C.ad S.C.Trebelliā.& in leg. vxor,post princ.C.qui accus.non possunt.vbi loquitur de rescripto,& adducit hāc rationem,quòd verba simplicia directè & sine aliquo medio sunt accipienda; per multa iura ibi allegata. & ipse Bald.in capitulo primo.in fin. princ.tit. de feud. march. in vsib.feud.& in capitulo,quæ in ecclesiarum, versic. quæro,concessum est mihi,de constit. vbi loquitur de concessione feudi,& statutis.Ange.in leg.prima. in princip.ff.de inoffic.testam. & in authent. matri & auiæ,ver.deinde quæro.C.quan.mat. tutel. offic. Peta.Anchar.in repet.capitul.primi.post medium, versicu.dicto de filiis,& nepotibus,de cōstit. Imol. in l.si dotali post medium,ibi,an autem appellatione,& ibi Alexand.etiam post medium,versi.quæritur etiam hîc,& seq.ff.soluto matrimonio.ipse Romanus consilio 16.viso themate consultationis.ver. illud tamen non omittendum,& consilio 411. quatuor sunt versicu.secundò principaliter.Paul.Castr. in leg.tres fratres,statim post princip. ff. de pactis. Alexander in leg.si mater,quæ est prima.circa medium,ibi,ad prædicta etiam faciunt, & ibi quoque Iason,vers.ad idem coadiuuat,& iterum, versicu.ad idem facit quod vult.C.de succes.edict. ipse Alexā. consilio 97.viso themate suprascripto, versicul.nec obstat statutum, lib.2.& consilio 204. consideratis verbis,versicul.& etiam fortiùs tenent,& multis sequent.eod.libro 2.& consilio 221.ponderatis verbis statutorum.libro 6.A.Cornæ.cōsilio 92.videtur in hac consultatione,versi.præterea est aduertendum. libro 3.Socin.consilio 25.viso statuto ciuitatis,versi. ideò Baldus,& iterum,versic.ista conclusio probatur,& iterum versi.confirmatur ista conclusio,libro 3.& Franc.Cur.Senior,consilio 9.Ticinensi statuto vers.& bene facit quod pro ista parte,& Iason cons. 205.in regia ciuitate.vers.non obstat ergo primum, libro secundo.

Et hæc quidem est communis nostrorum opinio,licet contrarium voluerit Ioann.Andr.post Iac.Aren.in addit.Spec.in rub.de succes.ab intest.vers.est sciendum,& Bald.sibi contrarius nullam Ioann.Andræ. mentionem faciens in l.scimus,in princ.vers.septimò quæro.C.de inoffic.testa.& Ang.sibi item contrarius,nullam quoque eorum mentionem faciens, consilio 389.totum istud statutum,versicu.nunc ad propositum, & Roman.sibi etiam contrarius, nullámque eorum mentionem faciens in dicta l.1.vers. & ex his fit decisio.C. de succes.edict. quod tamen intelligit,vbi esset eadē ratio vtriusque,scilicet fratris in primo gradu,& fratris patruelis. & Alexand. consilio 36.viso themate & dubiis,in 2.dubio.lib. 6.& consil. 88. circa primum dubium. vers.& quòd ita sit,eod.lib.6.& consilio 134.animaduersis, eodē lib.6.Nisi dicas, (vt multi dicunt) hanc opinionem esse limitationem prioris,magis quàm cōtra dictoriam,vt ita loquar.

Sed (quicquid sit) pro priori opinio. benefacit quod hîc frater patruelis non propriè dicitur frater, vt dicit glo.in l.1.in verb.proprij.ff.de inoffic.test.Ideóque etiam ex hoc dicunt, quòd si ex statuto frater excludat sororem, intelligitur de fratre in primo gradu fraternitatis,non de aliis, vt tradit Bald.in d. l.iubemus,vbi ita dicit se consuluisse, & Ang.Petr. Anchar.& Alex.locis suprà citatis,ver.ab hinc.3.ex quibus & ipse Petr.Anch.in d.c.1.vbi suprà,de constit.idem dicit de filiis & nepotibus.

Adducunt autem multi ex illis, qui priorem illam & communem sententiam sequuntur, rationem quæ ad hunc nostrum tractatum in vniuersum pertinet, quòd verba simpliciter prolata per priùs intelligẽda sunt, & non per posterius (ita enim loquuntur) ídque ex sentẽtia Aristotelis, quæ probatur nostris legibus ad id passim à nostris citatis,videlicet l. hoc legatum,vbi id not.Bart.post Petr.ff.de legat.3. & l. qui hæredi. in princ. & ibi Bald.& iterum §.1.& ibi etiam Imo.in prin.& Soc.in 4.not.ff.de cond.& demonst.& l.si quis ita.ff.de aur. & arg.lega.& l.Quintus.ff.de annu.leg.cum aliis multis simil. & concor. text.& doct.à nobis adductis in nostro tract. cui titulus est,le mort saisit le vif. in 2.par. 9. decla.num. 5.incip.& quod eam.

Et ex his quoque plurimi nostrorum dicunt quòd statutum loquens de patruo, intelligitur de patruo primo siue proximo,id est,fratre patris,non de alio superiore, quem patruum magnum vocant, vt vocant Iaco. Butrig. Bald. Angel. Salic. Raph. Fulg. Paul.Castren.& Alexand.in dicta leg.1.C.de succes. edict.idem Bald.in d.leg.iubemus.§.vlti.C.ad S.C. Trebellian. & l.omnes populi. versic. tertiò quæro quæ sunt,ibi item statuta quæ sunt.ff.de iustit.& iu. & in l.quod verò,post medium,vers.sed pone statutum priuilegiat.ff.de legib.& consilio 12.casus talis est,statuto ciuitatis, in primo dubio.libro 3.Rom. dict. consilio 411.quatuor sunt, vers.tertiò principaliter.Pet.Anch.in rep.c.1.non semel.de const.Alex. quia alios adfert dict.consilio 104.vers.hoc patet ex his,libro 2.Cornæ.d.consil.92.vers.& appellatione patrui,libro 3.Maria.Socin.consilio 30.quamuis ex his,ver.quod non sit idem signum. Francis.Curt.Senior.cons.9.Tisinensi statuto,versic.sicut videmus. Ludo.Bol.cons.58.cor mundum,&c. veritati enim, versiculo sexto principaliter, cum aliis alibi à me adductis.

Et idem quoque de nouerca, vt scilicet eius appellatione intelligatur nouerca patris, id est, proxima nouerca,nõ etiam nouerca aui, quam magnam vocant, vt expressè, ac disertè scribit Bald. in leg. hac edictali.versicul.ibi, censimus. C.de secũd.nupt. Et ideo, inquit, si statutum simpliciter loqueretur de nouerca,non extenderetur ad nouercam magnam. & sequitur Cornæ.di.cons.92.vbi nuper citauimus libro tertio.

Quadragesimooctauò, vt redeamus ad Bart.is in leg. cùm quidam.quæ est antepen.ff.de annu. leg. quòd si testator in suo testamento requirit fratribus minoribus pitantiam(vt ipse vocat)in festo sancti Frãcisci,intelligitur semel tãtùm,& de prima, per hũc nostrum.§.hoc sermone.& sequitur Alexand. dicto consilio 16.numero 7.libr.4.& Ias.in d.l.in duobus. §.si ei qui.vers.quintò facit.ff.de iureiur. & in dicto §.quod in anno.versic.octauò facit quod decidit,& consilio 36.in causa mota per nobiles,in fin.libro 3. Felin.in dic.cap.2.vers.si testator reliquit,de treug. & pace.Ioann.Lup.in repet.rub.de donat.inter vir. & vxor.§.69.vers.ad cuius confirmationem.& Maria.Socin.Iunior dict.cons.25.viso themate,vers.cõfirmatur ista conclusio,lib.2.

Quanquam Rapha. Cuma. vt à nonnullis citatur in l. eum qui Kalendis.ff.de verb.obligat.tenet contrarium in testamentis,in quibus loquitur ipse Bartolus per tex.in dicta leg. cùm quidã. ff. de annuis lega.vbi hanc partem tenuit Guid. Suz.scilicet id dictũm Bar.procedere,si huiusmodi pitantia deberetur ex contractu,per hunc nostrum §.hoc sermone. Sed tu vide quæ dicam infrà in 15. limit. ex quibus facilè intelliges,quid hîc dicendum sit.

Quadragesimononò,idem Barto.post Dyn.in l. adulter.§.vltim.in princ.ff.de adulter.quod si scholasticus quispiam iurauit creditori se non recessurum sine illius permissione ante, quàm ei satisfecerit, & posteà creditor ei permiserit abire, intelligitur de prima vice:ita vt si abierit & redierit, nõ potest ampliùs abire,nisi ille creditor iterum abeundi potestatem fecerit,tanquam scilicet illa permissio consumpta sit prima abitione,& dicit posteà in hoc dicendum esse,vt dicit in l.1.ff.ad leg.Iul. maiesta. de cuius in eo loco sentẽtia diximus suprà,ver. ab hinc 4.Et hoc sequitur Ias.in dict.§.quod in anno, versi. septimò facit.

Et idem ante illum voluit Oldrad.quem neuter citat in quadam disputat.ex qua illum citat, & sequitur Alber.in l.vltima.vers.prædicta etiam faciunt.C.de remissio.pignor.& in hoc nostro §.hoc sermone,dũ se remittit ad priorem locum,& in cap.in malis, in fin.de regul.iur.lib.6.dum etiam se remittit ad posteriorem locum. Quanquam huius teneat contrarium Calder.in disputat.incip.ex octo studentibus. de quo & nos dicemus infrà in 3.limita.versi. & huc quoque accedit,& seq.

Quinquagesimò,quod adnotatum est ab eodem ipso Barto.in l.liberorum.versi.exemplum. ff.de verbor. signification.quòd si quis instituit nepotem,qui sibi ex suo filio nascetur: statim nato nepote institutio habet suum effectum in eius persona,per l.Gallus.§. idem credendum.ff.de liberis & posthumis. meritò igitur vt subdit ipse Barto.ad nepotem nasciturum ex eo extendetur,argum.nostri.§. hoc sermone. eodem titulo. de verborum significat. Tu autem hîc omninò vide eundem Bart.Ange.& Imol.in d.§. idem credendum, & Imo.in eadem l. Gallus.§. instituens.

Quinquagesimoprimò,quod & idem scripsit in l.properandum.§.sin autem vtraque, paulò ante fin. C. de iudi.quòd tempus semel suppletum iterum non suppletur,per l.fideicommissa.§.si quis alicui decẽ. ff.de legatis tertio.& leg.prima.§.si cui ita.ff.vt legat.nomi.cauea.dicens hanc esse rationem,quare in iudicibus annalibus non procedat quod in eo §.scribitur. Et idem propemodum voluerat Cyn.ibi, in §. sin autem in medio, quia tempus (inquit) suppletum ampliùs suppletionem non recipit, per leg. ab hostibus.§.sed & quod simpliciter.ff.ex quibus causis maior.& leg.tertia. §. ex pluribus, & ibi not. ff. de acquirend.possessio.& in leg.interdum.ff.de minoribus, & sequitur item Salicet. in dicto §.sin autem vtraque, versiculo quærit glossa, an quod hîc dicitur,& ibi etiam Alexand.paulò ante fin.& Iaso. in fin.Iacobus à sancto Georgio, etiam paulò ante finem.

Quinquagesimosecundò, quod ab altero iuris coryphæo

phæo. Bald. scriptum est in l. Titius, quæ est penult. in princip. ff. de excusat. tutor. quòd si testator reliquit vxorem suam vsufructuariam bonorum suorum donec castè vixerit, & primum castè vixit, ob quod consecuta est legatum, deinde impudicè viuat, ob quod amittit, per not. in l. sororem. C. de his quib. vt indig. & in l. fideicommissum. C. de fideim. Si postea ad castitatem redierit, non recuperat legatum, tanquam idipsum intelligatur de prima castitate & eadem continuata.

Quinquagesimotertiò, quod scribit idem Bal. in l. impertor. la 1. in 1. lectu. versicu. sed pone libellus. ff. de stat. homin. vbi quærit, an si in causa erroris instrumenti libello oblato compareat notarius, & dicat se errasse, sit stādum dicto illius. Et videtur (inquit) quòd sic: quia partes elegerunt eum, vt ei staretur, l. Theopompus. ff. de dot. præleg. Concludit tamen contrarium, quia electio siue commissio partium intelligitur de primo actu, per d. §. hoc sermone. Et sic videtur commissus siue electus, vt semel tantùm dicat, non etiam vt corrigat.

Quinquagesimoquartò, quod & ipse Bald. post Din. voluit in dicta l. cùm pater. §. pater certam. ff. de leg. 2. quòd stipulatio pœnalis interposita in primo cōtractu locationis, non videtur repetita in sequenti locatione, argu. illius tex. ex quo, vt suprà diximus, verba simpliciter prolata restringuntur ad primum actum. Et id quoque ipsum voluerunt Alberic. & Imol. ibi, qui id detrahūt ad causam l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loc. & Rom. in l. in his rebus. quæ est pen. vers. tertiò ad idem. ff. soluto matrimonio. & cons. 155. præmissum laudum, in 4. dubio, dum ibi allegat Bald. vbi suprà, ad aliud non admodū dissimile, videlicet quòd pœna apposita in primo compromisso, non trahitur ad secundum, quod & ipsum voluerat ipse Baldus post Din. contra Petr. in d. l. in his rebus. §. vxor.

Quinquagesimoquintò, quod & idem Bal. dicit in leg. contra negantem. C. ad legem Aquiliam. quòd si ex statuto debeat remitti tertia pars pœnæ confitenti, & aliquis primò negat, nihil proderit ei confessio posteà facta ad remissionem pœnæ, quia statutum debet intelligi de primo actu responsionis, per hūc §. hoc sermone. quod & ipsum voluit idem Bald. in l. prim. versiculo quartus est si quis reuocauit. C. de fur. tum per dict. §. hoc sermone, tum per dict. l. matrimonij. ff. qui & à quibus, & rursum idem Baldus in l. eum qui. in princip. versiculo, sed nūquid ille. ff. de iureiurando. per dict. §. hoc sermone, & alia iura ibi allegata. & ipse Baldus in capit. dudum. le. 2. in verbo, eundem processum, de elect. Petr. Anchar. in cap. etsi Christus, in 1. not. de iureiurando. Rom. in l. eum qui, in princip. versicul. secundò. & iterum versicul. quartò, probat sic. ff. de iureiurando. Paul. Citad. in tractatu Syndicatus. versiculo clxxxviij. incip. adde de statuto. Iason in dicta leg. diuortio. §. quod in anno. versiculo decimò, facit. ff. soluto matrimonio.

In qua re tamen sunt qui distinguunt, an id factum sit ante litis contestationem, an post: item an factum sit ante liquidatum negotium, an post. de quo latissimè per omnes, præsertim per Iason. in dict. l. eum qui. in princip. ff. de iureiurando. & Bald. in leg. quidam existimauerunt. versic. sed quid si in prima. ff. si certum petat. & in l. error. versic. sed vlteriùs quæro. C. de iur. & facti ignorātia. & in l. ea quæ. in 10. quæstio. C. de condict. indeb. Barba. in cōsi. 82. illud referam in medium, libro 2. & alios multos quos tibi citabo in nostro tractatu de causis minuendæ pœnæ, vbi & id plenissimè tractabo, an, & quando mitiùs agatur cum sponte confitente, quàm cum conuicto.

Sed id vnum hîc nolui omittere, quòd si qui primò negauit statim confitetur, non illi fraudi erit, quin cōsequatur beneficium confitentis, vt not. voluit ipse Bald. in dicta l. ea quæ. in 10. quæst. C. de condict. indeb. argum. eius quod dicit gloss. in capi. vlt. in verbo, iusta causa. de iureiurand. libro 6. posse positionem vel respōsionem statim reuocari. & idem quoque voluit Roman. consilio 59. ad discutiendum, & consilio 70. visis themate, & quæstione. vers. sicut testes. Alexand. cons. 83. in causa & lite versic. secundò respondeo, libro primo. Feli. in capit. qualiter. le. 1. versi. secundò fallit, de accusat. Iason in §. ex maleficiis. nu. 28. Instit. de actio. & nos quoque diximus in tract. Retract. titul. 2. §. 1. glos. 5. in verbo, in limine contractus, nu. 20. incip. decimoquintò, hinc occasione sumpta quò latè tractauimus illud axioma, quæ incontinenti fiunt inesse videntur.

Quinquagesimosextò, idem Bald. in l. licet. versi. quartò quæro. C. loca. quòd si quis conduxit molēdinū ea lege, vt ipsum debeat reaptare (verba sunt illius) tenetur semel tantùm reaptare. Et ideo si post primam illam reaptationem destructū fuerit, non iterum tenebitur reaptare, & fiet remissio mercedis. Sequitur Alexand. in addit. Bartol. in hoc nostro §. hoc sermone. & consilio 190. mature arg. [illegible] versiculo, bene facit quod not. libro secundo. dum simpliciter allegat Bald. vbi suprà, & expressius ipse Alexand. dicto consilio 16. breuiter in casu præmisso, numero 8. libro quarto. & Francis. Cremen. qui id not. dicit, singu. 146. decidi semel. & Firmian. in tractat. Gabellarum, par. secunda. quæst. 25. Feli. in dict. capitulo secundo. versicul. promittens reaptare. de treug. & pace. Iason in dicta l. diuortio. §. quod in anno, versiculo quartodecimò facit; & in dicta l. in duobus, §. si ei qui. versi. nonò facit quod decidit. ff. de iureiurando. & in repetit. l. quominus. in 24. quæsti. versiculo, quid autem si aliquis, qui quidem versi. est ff. de fluminib. vbi ad hoc citat hunc nostrum §. & consilio 36. in causa mota per nobiles, libr. tertio. Philip. Dec. dict. consilio 512. cùm reuerendissimus. numero nono. & dic. consilio 609. quæritur ex duobus, numero sexto. Francis. Curt. Iunior consil. 178. habita diligenti consideratione, numero 26. Catellia. Cott. memorial. incipient. rescriptum impetratum, ver. bene facit quod not. dicit Maria. Socin. Iunior consilio. vigesimoquinto. viso themate suprà scripto, versiculo, facit etiam quod dixit, libro secundo. Tu tamen vide omnino Ioan. And. in addit. Spec. tit. de locat. §. postquam, versic. sed quæritur, vbi in multis casibus huic fermè similibus videtur tenere contrarium.

Quinquagesimoseptimò, eiusdem Baldi duo dicta, primum quidem in l. prima. in 12. eadémque vltima quæstione. C. de instit. & subst. in casu illi* l. primæ, in qua dicitur institutam hæredem, si Anthylli filio nupsisset, non priùs eam hæredem existere, quàm conditioni paruerit, aut Anthilli filius eam ducere recusauerit. Quid (inquit) si ea hæreditatem consecuta est, quòd eam ducere noluerit: posteà autem ille pœnitentia ductus vult eam ducere, ipsa autem nolit, an amittet hæreditatem, Petr. dicebat quòd sic, per l. vltimam, C. de conditio. instit. quam sente-

tiam secutus est Cyn.ibi,in quarta quæstione.ea ratione quòd vltima mora nocet.l.illud. ff. de peri. & commo.rei vend.& l.Celsus. ff.de arbi. & l.penult. C.de cond.insert. At Bald.id negat verum esse,quia sufficit quòd conditio aliquo momento sit completa,l.si quis hæredem.C.de instit.& substit. & sic vides hîc considerari primum illius filij Anthylli cõsensum,siue dissensum:non secundum.

Et idem quoque secuti sunt Salic.in dict.l.prima.versiculo,quæro in casu,& ibi quoque Pau.& Alexand. latè versiculo,& quærit etiam,& Cornæ.& Ias.versiculo quid autem esset, & Philippus Decius versic. postremò pro complemento,atque Imol.qui id declarat in l.in testamento,la secunda. versiculo, quid autem si à principio.ff.de conditionibus, & demonstrationib.Alexand.in l.si seruum.§.sequitur. versiculo item nota quòd vltima. ff. de verborum obligationibus. & consilio centesimosecundo, visis & ponderatis,versiculo plus dicit, versic. secundo,respondeo,libro primo. Sed tu tamen super hoc vide Rapha.Fulg.in d.l.prima.& recentiores quos suprà citauimus.

Alterum autem Bald.dictum id est, quòd si filius Anthylli medio tempore accepisset aliam vxorem, & ea mortua vellet contrahere nuptias cum hac hærede instituta,ea non teneretur nubere, nec hæreditatem amitteret accusando: quia hæc conditio nubendi intelligitur de primis & immediatis nuptiis, per l.matrimonij.ff. qui & à quib. quam iam toties suprà citauimus, & l.quod ait. quæ est vlt.§.proinde.ff.de diuor. Et eum nuncupatim sequitur Imol. in d.l.in testamento.la 2.

Quinquagesimooctauò,idem Bald.in l.vlti.versicul.& noto quòd si talis. C.de indic. vidui. tollend.quòd si quispiam reliquerit in suo testamento, vxorem suam dominam & vsufructuariam,& vxor quã tunc habebat decesserit, superstite ipso marito, qui posteà alteram vxorem ducat, non intelligetur illud testamentum de hac vxore secunda, per text.in l.si quid earum.§.vlt.in fi.ff.de leg.3.in illis verbis,quia non est ita de posteriori vxore cogitatum. Et hoc sequitur Franc.Cremen.qui id singul.dicit,singu.8. quid si maritus,Fel.in d.c.2.versi.si testator reliquit, de treug.& pac.Ias.in d.§.quod in anno,vers.vndecimò facit illud,& in d.§.si ei qui. l.in duobus. ff.de iureiur.vers.vndecimò facit,vbi tamen dubitat. Philip.Dec.in c.quoniã Abb.ver. vndecimò quæritur. de offi.deleg.Catel.Cott.in memor. incip.vxor relicta,& Benedic.in repe.c.Raynutius,in verb.cætera bona,numero 19.de testament.

Contrarium tamen tenuit Alex.in addit.Bald.in dicta l.vltim.vbi ita dicit se consuluisse,vt verè consuluit consilio 171.viso processu inter dominam Antoniã, versiculo,non obstat etiam,iunctis præcedentibus, libro secundo,vbi allegat Bald. vbi suprà, sed dicit Baldum id non constanter firmare, quia subiungit iis,quæ ex eo suprà diximus, arg.esse in contrarium in l.placet.ff.de lib.& posthum. vbi in institutione posthumi comprehenditur posthumus ex quacunque vxore,& allegat præterea Alexan.in l.si cognatis.ff. de reb. dub. & l.cùm ita.§.vlti.ff.de leg.2.vbi legatum factum cognatis comprehendit etiam illos qui non erant tempore testamenti. Nec obstat (inquit)d. l.si quid earum, quia nullo modo probat id quod Bald.contendit,ibi enim constat de voluntate testatoris, qui legauit vxori ea, quæ causa eius parauerat: quæ quidem vxori secundæ non possunt videri legata,cùm ipsius causa non possunt videri fuisse parata.

Verùm Philip.Deci.in d.c.quoniam abbas.respondet huiusmodi Alexand.rationibus. Nam primùm Bal. illam sententiam haud dubiè firmat, dum post eã, hæc verba nuncupatim ponit,licet sit argumentum contra.Et d.illa eius sententia bene probatur ex d. l.si quid earum,neque enim constabat de mente testatoris,quòd scilicet ea parata essent causa prioris vxoris:quia ille text.loquitur simpliciter de vxore, & tamen legatum restringitur ad eam vxorem quæ erat tempore testamenti,quia de alia vxore testator non cogitauit,vti nec cogitasse videtur in casu Bal. d.authen.l.si cognatis,loquitur in casu particulari, vt declarat Barto. ibi, & est regula in contrarium, quòd tempus testamenti attenditur.leg.si ita legatum.ff.de aur.& argent.lega.Et quia etiam loquitur in cognatis, de quibus in genere testator cogitare potuit:quod non est in vxore. Sed tu hîc omnino vide quæ dicam infrà in 15.limit.& quæ etiam scripsimus in casu non admodum dissimili, in repe.l.si vnquam,in præfat.num.193.incip.tertiò declara, & multis sequent.

Quinquagesimononò,quod scribit ipse Bald.in l.cùm virum.vers.quæro an substitutus.C.de fideicommi. id,quod dicitur institutum rogatum alteri restituere,aut eius hæredibus, posse legitimam detrahere, per l.quanquam,& ibi idem Bald. C. ad leg.Falcid. intelligitur de primo instituto, non etiam de aliis, per l. 1. §.inde Neratius. & l.mulier.§. vt Trebelliano,qui est vlt.ff.ad S.C.Trebellianum,& idẽ quoque Angel.in §.si verò expressim.vers.circa tertiũ, in auth.de hæred.& Falcid.

Sexagesimò idem Bald.in l.si vt proponis.la 1.versic.in tertia gloss.C.quomodo & quando iudex, post Innocen.in capi.veniens.de iureiurand.quòd si alicui data est potestas arbitrandi,intelligendum est, vt semel tantũ arbitretur.quod & idem dicit ipse Bal. in l.si diuersa.versicu.iuxta hoc quæro.C.de transactio.& sequitur Felin.in d.cap.2.vers.si data est potestas.de treug.& pace.& Ias.in dict.l.in duobus. §. si ei qui.versic.duodecimò facit. ff. de iureiur. & in d.l.diuortio.§.quod in anno.versi.duodecimò facit, ff.solut.matrimo.

Sed tu de hoc vide ampliùs per glo.ordina.in l.in proposita,& ibi Bartolus qui eam l.legit cùm §.arbitrorum.l.societatem.vers.quærit gloss.si iniquè,pro socio.Alberic.in fin.Bald.in princip.& pleniùs Salic. qui legit dict.§.cum princip.dict.l.societatem.ver. quæro primo supposito.ff.pro socio.ex quibus glo. in hanc sententiam adducit hunc nostrum §.hoc sermone, & Cyn.in l. vlt. vers.septimò quærit, & ibi quoque Bald.consf.4. vers.quartò quæro, & Salice. vers.quæro octauò.C.de contrahenda emptione.& quod in simili dicam infrà,in nona limitatione.ver. incip.& ex hoc plerique.

Sexagesimoprimò, quod scribit idem Bald.in capit.1. in fin.tit.de fili.nat.ex matrimo. ad Morga.quòd si regnum debeat venire ex concessione,ad primogenitum, id intelligitur de primo primogenito, non de secundo primogenito. verbi gratia, si primogenitus moriatur sine liberis, aut ipse sit incapax, non deuoluitur regnum ad alterum, qui illo primo sublato posset dici primogenitus,sed ad concedentem.& sequitur Mart. Laud. & Card. Alexand. ibi, & Georg. Natam, qui id dicit singul.& perpetuo notandum in tractatu statutorum excludentiũ fœmi-

fœminas. in vltima quæstione. 2. quæstion. princip. & Ias. in l. quoties. versi. illud etiam. C. de rei vendicat. & Ioann. Lup. in repetit. rubr. de donatio. inter virum & vxorem. §. 69. versiculo ex istis dicebat, & iterum versicul. reperio tamen. Zasius consil. octauo, poteram, libro primo. De qua re non latius disseruimus in tracta. primigenior. quæstio. 3. vbi aliter censuimus.

Sexagesimosecundò, quod & idem Bal. dicit in prooemio decretal. versicul. sed pone quidam mandauit, quòd si quis in suo testamento iusserit sua bona distribui dotandis mulieribus, non intelligitur de viduis pauperibus, sed de aliis primis: vt ita de primis nuptiis intelligatur, per hunc nostrum §. hoc sermone. Et idem voluit Cardin. Florent. consilio 49. cum testatoris voluntas. & Cardinal. Alexand. in rubric. de sponsalibus. versiculo, & propter prædicta. & Iaso. in dicta le. diuortio. §. quod in anno, versicul. nonò facit. ff. soluto matrimonio. vbi id reputat mirabile, & singul. valde notandum in pract. & in dicta l. in duobus. versicul. pro ista glo. facit. ff. de iureiurando. Claud. Seiss. qui id dicit sing. in leg. mulier. §. cùm proponeretur. versiculo vnum tamen perpetuò. ff. ad S. C. Trebellian. Catellianus Cott. in memoralibus incip. executores testamenti. in princip. & Ioan. Gar. in repet. rubr. C. de secundis nuptiis.

Sexagesimotertiò, quod ab eodem Bald. ex facto responsum est, consilio 42. præmittendum est ad euidentiam, circa medium, ibi, modò videamus de isto legato, libro 5. quòd si cuipiam mulieri legatum sit quippiam, cùm vidua erit, statim quàm vidua erit, debetur ei legatum, quia intelligitur de prima, & immediata viduitate, argu. huius nostri §. hoc sermone, & l. matrimonij. ff. qui & à quibus, & l. filiæ meæ. ff. soluto matrim. Sed tu de hoc vide omnino docto. in l. vlt. C. de indic. viduit. & quæ dicam infrà in limitatio.

Sexagesimoquartò, quod ex facti contingentia respõdit Card. Florent. consilio 49. cuius casus incipit, in nomine, &c. anno ab incarnatione, consil. autem ipsum ita incipit, cùm testatoris voluntas, vers. ad secundum dicitur, quòd legatum factum filiabus debentibus maritari, (ea enim sunt verba ipsius testatoris) intelligitur de filiabus, quæ primùm nubere debent: non etiam de viduis, quæ transeunt ad secundas nuptias: neque enim eas propriè dici maritari, sed secundò maritari. C. de secund. nupt. in rub. & per totum tit. nec aliud allegat.

Sexagesimoquintò, quòd si medicus promiserit curare ægrotum, non tenetur nisi semel eum curare: nec ampliùs tenebitur, si posteà ex interuallo in eundẽ morbum reciderit: neque enim videtur, nisi de præsenti morbo cogitatum. De quo tu vide glo. & omnes in l. Martius. ff. loca. Pile. in 12. quæst. Bar. Brixiẽ. q. 73. medicus quidam. Spec. in titu. de salar. §. vlti. in princip. Ioan. Andræ. in cap. contractus. in 2. quæst. de reg. iur. lib. 6. in Mercuriali. Alberic. in l. contractus. vers. tertia quæstio. ff. eod. tit. Petr. Anchar. Panor. & Felin. in cap. presbyterum. de homicid. Imo. Franc. Aretin. & Barb. in l. si ita stipulatus essem abs te. ff. de verborum obliga. & nos quoque aliquid diximus in commentariis l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, num. 180. incip. & quod à nostris. C. de reuoc. donatio.

Sexagesimosextò, quod tradiderunt D. à Rota, decisi. 31. nota quòd vbi habet episcopus, de concess. præbend. in antiquis, quòd si episcopus habet ex priuilegio vel consuetudine, vt possit in sua noua creatione nominare vnum canonicum in qualibet ecclesia collegiata, si vnum semel nominauerit, qui acceptauerit, non poterit ampliùs alium nominare, etiam si nominatus possessionem pacificam adeptus non fuerit, per l. apud Aufidium. ff. de optio. leg. & quod not. Archid. in cap. cùm in multis, super verb. exprimat, in princip. & in cap. gratia. in fi. de resc. li. 6. de cuius dicto in eo loco, diximus suprà vers. incip. vigesimotertio, quod voluit. Et respondent do. de Rota, in decis. ad capitul. si electio. de elect. lib. 6. secundum ea quę dicemus infrà in 23. limita. vt ibi videre poteris.

Sexagesimoseptimò, quod in vniuersum tradit Petr. Anch. tum in dicto capitulo, non potest, vers. tertiò not. de præbend. libro 6. tum consilio 404. tria dubia, versic. in qua quæstione, quòd ad dissolutionem & liberationem obligationis sufficit primũ, atque vnicum implemẽtum, per multa ex his iuribus, quæ in princip. citauimus, videlicet, l. dotis promissio. ff. de iur. dot. & l. inter socerum. §. vlt. ff. de pact. dot. & l. matrimonij. ff. qui, & à quibus. & l. cùm pater. §. pater certum. ff. de legat. 2. & præterea l. 1. §. si cui. ff. vt legat. nom. cauea. & in leg. vlt. ff. de bon. autor. iudic. possi. & leg. sciendum. ff. de verborum obligationibus

Cui adde id quod alij multi tradiderunt obligatum scilicet ex contractu, vel sententia ad rem tradendam, si semel eam tradiderit esse perpetuò liberatum nec iterũ reuiuiscere obligationem, etiam si ea res ad illum denuo reuertatur. ita enim voluit glo. & Bart. in l. ab emptione. ff. de pact. & glos. in l. Pomponius. §. sed & si is, in verbo, de rato, in fi. ff. de procurato. & in dicta l. si cum fundum venderes, in ver. tradat. ff. de contrahend. emptio. & in l. Claudius, & ibi quoque Barto. ff. qui pot. in pign. habean. & in authenti. sacramenta puberum. C. si aduers. vendition. Iacob. Aret. Barto. Imol. Paul. Castr. Roman. & alij recentiores, in leg. permisceri, quę est pen. §. species. ff. de acqui. possessi. & alij, quos tibi congessi in repet. l. si vnquam. in verbo, susceperit liberos, numero 191. incip. hanc quoque partem. C. de reuocanda donatione.

Sexagesimooctauò, quod nostris legibus dicitur, conditionem vno primóque actu & si non duret, impleri, consumi & perfici, l. hæredibus, in princip. ff. ad Sen. Trebellian. & l. ex facto. §. si quis autem susceperit, eodem titu. & l. cum vxori. C. quand. di. leg. ced. & l. si quis hæredem, & ibi gloss. & omnes. C. de instit. & l. vlt. & ibi Bal. & Paul. Castr. de indic. viduit. quam & ipsam multis doctor. decisionibus fulcimus, in l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, nu. 187. in diuersam, cum multis sequent. C. de reuoc. donat.

Sexagesimononò, quod voluit Panor. in eo sermone quem fecit in tractatu concilij Basiliensis, cuius exordium est, quoniam veritas. in 1. dubio. versic. sexta ratio, quare alius locus, quòd facultas concessa patribus concilij generalis eligendo locum futuro concilio, intelligitur de prima electione, & ea quidem semel facta non poterunt alium locum eligere, nam ea facultas intelligitur de prima electione, per hũc nostrum §. hoc sermone. & alia iura similia quæ ibi allegat, & sequitur Feli. in d. c. 2. versi. facultas data. de treug. & pace.

Septuagesimò. quod ex facto respondit Alex. consilio

18. lecto & discusso laborioso processu. versiculo, & quamuis eadem die, libro 3. quòd si Papa aliquem delegauerit ad consentiendum alienationi, vel concessioni emphyteusis alicuius rei ecclesiasticæ, intelligitur de vno tantùm & primo consensu, per nostrū §. hoc sermone. Et sequitur Ias. in d. l. diuortio. §. quod in anno, versi. confirmò per illud. ff. soluto matrimonio. & in l. in duobus. §. si ei qui. vers. quartodecimò facit. ff. de iureiu. & cons. 36. in causa mota per nobiles, libro 3.

Septuagesimoprimò, quod not. per multa ex supradictis consuluit idem Alex. consilio 16. breuiter in casu præmisso, libro 4. quòd si statutum disponit, vt in prædiis vrbanis, & rusticis finita locatione intelligatur facta reconductio iisdem pensionibus, & qualitatibus, nisi per tres menses antè sit renuntiatum, debet id statutum intelligi de prima conductione, & non de cæteris, id quod sequitur Felin. in dict. c. 2. versic. statutum quòd si locator, de treug. & pace. & Iason. in dicta l. in duobus. §. si ei qui. ver. quintodecimò facit, ff. de iureiur. vbi id dicit bene notandum in dicta l. diuortio. §. quod in anno. versi. vltimò facit quod per istam. ff. soluto matrimonio. vbi tamen dicit se multùm de hoc dubitare, propter regulam l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. Philip. Dec. dum simpliciter allegat Alexan. vbi suprà, consilio 112. cùm reuerendissimus. numero quinto, & Marian. Socin. Iunio. consilio 25. viso themate suprascripto. versic. & maximè hoc dicendum. libr. 2. vbi & ex hoc consuluit, quòd statutum quo licet conductori terram colere inuito domino, finito primo anno intelligitur tantùm pro primo sequenti anno.

Septuagesimosecundò, idem Alexand. consil. 65. cuius initium est, quoniam omne datum. versic. sortificatur hoc. libro 6. quod iterum repetitum est errore (vt reor) impressorum, consil. 119. eod. lib. quòd potestas faciendi & reformandi, intelligitur de prima vice tantùm, non aliis, per hunc nostrum §. hoc sermone. & alia ex iuribus suprà allegatis.

Septuagesimotertiò, quod ex facto consuluit Cornæ. consilio 173. in præsenti stipulatione. versicu. sed nihilominùs hoc non obstante. libro 2. quòd vis constituti, quæ ea est, vt transferatur possessio. leg. quædam mulier. & ibi Doct. ff. de rei vendicat. cum similibus. obtinet tantùm in primo constituto non etiam in secundo, verbi gratia, si quis donet Petro quamdiu vixerit, & post eius mortem, alteri, vt in casu l. quoties. C. de donat. quæ sub mod. & se constituat possessorem nomine vtriusque, certè in Petrum transit possessio per huiusmodi constitutum, non etiam in hunc alterum, quod & idem voluit Guid. Pap. decisio. Delphina. dxij. Titius bona sua donauit. Stephan. Bertrand. consilio 266. viso casu mihi exhibito. numero 4. libro 1. licet contrarium consuluerit Philip. Deci. consilio 239. primò non videtur. versicu. memini me. cum multis sequentib. Sed nos de hoc latiùs diximus in nostro tract. Constit. in tertia parte, in 27. ampliat. vbi si libet videre poteris.

Septuagesimoquartò, quod & scripsi Guid. Pap. decisio. ccccclxvij. testator in testamento. quòd si quis in suo testamēto hæredem instituit Mæuium, & filium, ipsius naturalem & legitimum substituit, iussitque eum nomen, & arma ipsius deferre, & accepta hæreditate Mæuius decesserit relictis duobus filiis naturalibus & legitimis, primogenitus ex illis censetur solus fuisse substitutus, tanquam de primo tantùm sensisset testator, argumen. d. §. hoc sermone. & aliorum similium iurium, & ita dicit fuisse iudicatum in curia parlamenti Delph. & id sequitur & dicit singul. Bened. in repetit. capit. Raynutius. in verbo, in eodem testamento relinquens. nume. 174. de testamen. & diximus etiam in tract. Primigeniorum. quæst. 64.

Septuagesimoquintò, quod pulchrè respondit Socin. consilio 91. concludendo dictum Philip. versiculo, confirmatur ratione satis concludenti. libro quartò, quòd si quis promisit iudicatum solui vsque ad sententiam definitiuam, intelligitur de prima sentētia diffinitiua non de alia, ita vt si is pro quo ita fideiussit, fuerit semel absolutus, liberetur hic promissor sua promissione, licet ille posteà condemnetur ex alia reseruatione facta in priori illa sententia, per d. §. hoc sermone.

Septuagesimosextò, quod etiam ex facti specie respōdit Ias. consilio 36. in causa mota per nobiles. versic. nec ad hoc obstat solutio. lib. tertio, quòd si testator expressè hæredi grauato de restituenda quapiam re, eam rem permutaret cum alia æquiualenti, intelligitur de prima permutatione, non de alia quam faceret de ea re quam semel habuit loco eius rei subiectæ restitutioni, per hunc §. hoc sermone. & alia similia.

Septuagesimoseptimò, quod à Decio quoque responsum est cons. 287. cuius caput est, in ciuitate Placentiæ. vers. & vlteriùs in isto casu concurrit. quod huiusmodi substitutio, si aliquis filiorum decedat absque liberis legitimis masculis superstitibus, intelligitur de primo tantùm filio decedente sine liberis, nec obtinet in cæteris posteà decedentibus, per hūc nostrum §. hoc sermone.

Septuagesimooctauò, quod & ipse Decius latè consuluit consilio 512. cùm reuerendissimus Cardinalis. num. 3. quòd si Papa permiserit Cardinali, aut alteri clerico, vt possit testari de bonis ecclesiæ, intelligitur de primo actu testandi tantùm, non de aliis, ita quòd hoc casu primum testamentum quo ita dispofuit, valebit, non etiam secundum, licet aliàs primū testamentum tollatur per secundum, iuribus vulgatis, & mouetur Decius multis iuribus & decisionibus suprà à nobis citatis.

Septuagesimononò, idem Dec. consi. 609. quæritur ex duobus præsentatis, quòd si cui facta est potestas præsentandi ad aliquam ecclesiam, intelligitur tantùm de prima præsentatione: nec variare potest, qui vi illius potestatis præsentauit, etiam si laicus sit, licet aliàs laicus variare possit, iuribus quoque vulgaribus, atque ad sic respōdendum motus fuit hac nostra regula.

Octogesimò huc spectat, quòd fideiussor compromissi, aut locationis tenetur de primo compromisso aut locatione tantùm, non etiam de secundis etiam prorogatis, vt de primo est text. leg. Labeo. §. sed si per fideiussorem. & ibi Alb. qui id declarat, versicul. sed quatenus. Bal. Rom. qui cum. §. legit cum §. hæc autem. clausula. ff. de arbit. & id quoque ipsum voluit Nicol. Neap. in lec. Bar. in l. Titius. in fin. prin. & ibi etiam Bal. post Dyn. ff. de excus. tut. & è recentioribus Phil. Dec. cons. xciij. cuius superscriptio incipit fideiussor strictè obligatur. vbi alios in id citat.

De secundo, id est, de fideiussore locationis, est etiam tex. in leg. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. & in l. si cùm Hermes. C. eod. & voluere Specu. & Ioan. Andr. in

Andr. in addit. illius tit. de fideiuss. §. 1. versi. illud autem quæritur. idem Io. And. & Panor. post alios antiquiores in c. constitutus. extrà eod. tit. Host. qui id declarat in c. vlt. in fi. eo. quoque ti. & in c. præterea requisisti. & ibi quoque Io. And. & Phil. Dec. de appel. Bar. & Alber. post alios antiquiores in l. Lucius Titius, la 2. §. Paulus. ff. de admin. tuto. & alij multi, quos tibi collegi in tract. de vtroque retractu. tit. 2. §. 1. gl. 7. in verbo, seront preferez. nu. 32. incip. præterea quia etiam. vbi intelliges idem in pignoribus, & alia quoque similia videbis 3. seq. vers.

Octogesimoprimò, vt nonnihil mutuemur, à Theologis huc accedit, quod ab Angel. Clauasio scriptum est in sua summa, in verbo, matrimonium, l 3. in 3. impedimento. ver. secundò quòd si contractum est matrimonium ea conditione, si pater cõsenserit, & primùm pater dissenserit, posteà verò mutata voluntate consenserit, non propterea erit contractum matrimonium, quia intelligitur de primo consensu aut dissensu. argu. d. §. hoc sermone. Et idem tenuit alter Theologus Bapt. Sal. etiam in sua summa, in verb. matrimonium, le 5. versi. sed pone quòd pater. vbi & id dicit voluisse Io. And. in c. super eo. de condi appos. vbi tamen id non dicit. Sed & idem dicit alius celebris Theologus Adrian. Floren. in q. 4. lib. senten. circa sacramentum matrimonij, in ea q. quæ incipit, secundò circa hæc dubitatur.

Octogesimosecundò, ad hanc nostram regulam pertinet, quòd causa simpliciter prolata intelligitur de prima & proxima atque immediata. l. metus autẽ. §. sed licet. vbi Bart. id not. ff. quod met. cau. Ideò & hæc non omnibus actibus consideranda est, & non remota, per infinita iura à me propè superfluenter collecta in nostro tract. cui titulus est, cessante causa cessat effectus, in xx. limita. vbi etiã videbis quomodo id sit intelligendũ, & quid sit dicatúrve causa propinqua, quæve remota.

Octogesimotertiò, his adstipulatur, quod qui semel ab accusatione destiterit, ampliùs ad eam non admittetur, sed manet perpetuò exclusus tanquam prima accusatione ius accusandi consumptum sit. l. qui destitit. ff. ad Senatusc. Tur. & l. si maritus. §. si negauerit. ff. ad legem Iul. de adul. l. abolitionem. C. eodem tit. & l. accusationem. C. qui acc. non poss. Et facit l. postquam. C. de pact. cum simil. Sed tu de hoc vide amplissimè Bald. in d. l. accusationem. C. qui accus. non poss.

Octogesimoquartò, non hinc longè abest quod etiam scribitur in l. 1. C. de abolit. vbi accusatio, cuius accusator abolitionem impetrauerit, ampliùs repeti non potest, veluti ea prima accusatione omne ius, & facultas accusandi consumpta sit; & est propemodum similis text. in l. quamuis. & in l. si is. C. ad sen. Turp. & in l. mulier. §. 1. ff. eod. tit.

Octogesimoquintò, cõcinit & is text. in l. vlt. ff. de pac. vbi pactum de non petendo factum à creditore reo principali, prodest fideiussori: vt si posteà pactum sit, vt à reo peti possit, nõ censeatur esse sublata exceptio quæsita fideiussori ex priori illo pacto de nõ petendo: tãquam scilicet consumpta sit, & perfecta ea liberatio priore loco pacto, quicquid posteà actũ sit, nisi ipse fideiussor posteriori actioni cõsentiret, per l. si vnus. §. pactus. eodem tit. Et huic subscribit text. in l. cùm Hermes. C. locati. & in l. nouatione. C. de fideiuss.

Octogesimosextò, accedit quod dicimus restitutionẽ in integrum bis peti nõ posse, de quo vide plenissimè totum tit. & doct. C. si sæpius in integ. restit. post u. vbi in l. vlt. gl. vlt. in fi. not. inquit, suffic it semel, & allegat pro simili l. vlt. §. sin verò post quam. vers. & hæc quidẽ. in fi. C. de iur. delib. vbi ita scribitur, semel enim & non iterum eam peti concedimus, vbi gloss. pro concor. citat d. l. vlt. & l. fidei commissa. §. si quis. ff. de le. 3. quam & nos iam toties citauimus.

Octogesimoseptimò huc spectat, quòd qui semel decurionatum, aut aliud munus temporale executus est, non cogitur iterum suscipere, veluti scilicet per primum illud munus, liberetur eo iure, quo reipub. ad id munus subeundum tenebatur. l. æstimationem. §. vlt. ff. de muner. & hon. & l. libertus. §. præscriptio. & l. diuus. ff. ad munic. & l. quis tam. C. de decu. libr. 10. cum aliis multis concord. à me congestis in nostris commẽtariis in l. si vnquam. in præfatione. nu. 24. incip. & hæc sanè confirmat. C. de reuoc. donat. quo loco videbis multas multarum gentium in eam rem leges antiquas, ne huc iterum repetam.

Octogesimooctauò, ab his non abhorret quod dicitur rationes semel editas non iterum ex necessitate edẽdas esse. l. si quis ex argentariis. §. vltim. cum l. seq. ff. de eden. quod ibi omnes scribentes annotarunt. Et ex his nõnulli & inter cæteros Bart. & Raph. Fulg. notarunt, qui semel parti dedit instrumentum à se receptum, non teneri iterum dare, vti etiam voluit Spec. in tit. de instru. edi. §. postremò. versic. sed nunquid. Sed id quomodo intelligitur ex ipsis Bartol. Raph. vbi suprà, eod. Bartol. in l. quædam. §. nihil interest. ad fin. eod. tit. & in l. vlt. ff. de tab. exhib. & in l. vlt. ad fin. ff. de bon. auct. iud. poss. & Bald. in l. ne casu. in 4. not. C. de discus. lib. x.

Octogesimononò, quod & è penu Theologorũ est, Sacramenta præsertim baptismi non reiterantur propter verbum D. Pauli ad Ephes. c. 4. vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. capi. si qui. & c. hanc regulam. 1. q. 1. & c. ostenditur, de pœn. dist. 4. cum simi. Quod & à nostris Imperatoribus agnitum est, vt patet ex l. 1. & 2. C. nẽ sanct. baptis. reit. Proindéque nec solẽnis pœnitentia non reiteratur. c. quamuis. & c. in capite, 50. dist. & c. 1. 26. q. 6.

Postremò illud addiderim, quod peculiariter ad hunc nostrum §. pertinet. qui dicit appellationem nuptiarum de primis intelligi, eius esse rei peculiarem quãdam rationem. Nempe primas nuptias habere nescio quid rationis, vt hæ magis propriæ nuptiæ dici debeant. Nam tametsi honorabiliores nuptias simpliciter pronuntiauit D. Paul. ad Hebr. capitul. 13. & omnes vbique, primas tamen honorabiliores, digniorésque ac fauorabiliores esse satis liquet ex eodem D. Paulo, qui 1. ad Corinth. 7. postquam hæc scripsit, mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit: quòd si dormierit vir eius, liberata est à lege: cui vult nubat tantum in domino: beatior, aut vt alij interpretantur, felicior autem erit, si sic permanserit, secundum meum consilium. Puto autem quòd & ego spiritum Dei habeam. Quem locũ enarrans D. Hierony. in 2. libr. aduersus Iouinian. multa in secundas nuptias congessit, non vt eas damnaret, sed ostenderet non tam suscipiendas esse, quàm primas, quod & ipse põtestatur in libro de Monogamia ad Geruntiam, dum dicit, Quid igitur, Damnamus secunda matrimonia? minimè, sed prima laudamus.

Inter cætera autem adducit Hieronymus, quod ipse D. Paulus. tum in 1. ad Timotheum epistola, capite 3. tum ad Titum cap. primo, iubet episcopum assumi

mias gynaikos andra: id est, vnius vxoris virum, & vt vno verbo interpretatur idem D. Hieronymus ad Oceanum, monogamum, quod & repetitur in decretis canonicis in capitulo 1.26. distinct. Nō quòd oporteat episcopum habere vnam vxorem, vt nonnulli malè intelligunt, sed quòd qui aliàs duxerit plures vxores, prohibetur in eum ordinem cooptari: Neq; enim bigamus ordinari debet, nec potest, capitu. vna. in fi. d. 26. distinct. & per totum extrà, de bigam, non ord. Quin apud Ægyptios sacerdoti vnam tantùm vxorem ducere licebat, vt scribit Diodorus Siculus lib. 2. c. 3. Et vt ad nostros redeamus, quòd ad fœminas pertinet, ex eodem Apostolo vidua eligi debet, quæ fuerit vnius viri vxor. d. 1. epist. ad Timoth. c. 5.

Quibus addere potes apud Ethnicos quoque obseruatum fuisse, vt Pontifex maximus, & flaminica nō nisi semel matrimonium inire possint, vt tradit D. Hieronymus in eo lib. de Monogamia ad Geruntiam, suprà citato, & ante eum Tertullianus in libro de exhortatione castitatis. & iterum in libr. de Monogamia, vtrobique non multo ante finem. Sed & D. Hieron. in eo illo lib. Ad Tauri, inquit, Ægyptij (de Api boue quem Ægyptij colunt intelligit) sacra semel maritus assumitur. Quin & ipse Tertullia. postremo illo loco scribit Fortunæ muliebri, & Matri Matutæ coronam non imponere nisi vniuiram. Cui concinens Festus Pompeius dicit fortunæ muliebris simulacrū nefas fuisse attingi, nisi ab ea quæ semel nupserat. Cui non admodū dissimile est quod & ipse Festus in verbo, pudicitiæ signū, & ante eum Liuius 1. Decad. libr. 10. scripserunt nullam nisi spectatæ pudicitiæ matronam, & quæ vni viro nupta fuisset ius sacrificandi Dianæ, eiúsve signū tangēdi (quod addit Festus) habuisse. Trebellius autem Pollio in vita Titi Secūdi Imperatoris scribit Calphurniam vniuiram sacerdotem inter sacratissimas fœminas adorasse maiores suos.

Et quia nuper incidimus in mentionem eorum librorum Tertulliani, illud obiter dicere volui, illum vtrobique Montani hæretici dogma sequutum, perperam damnasse secundas nuptias veluti prohibitas. At illum ipsum in eo damnat D. Hieron. aliàs secundis nuptiis iniquior in catalogo scriptorum ecclesiasticorum, & cæteri orthodoxi scriptores. Neque etiam Apostolum illas damnasse aut prohibuisse, vt ille contendit, sed satius esse & honestius, si iis abstineamus, præsertim si circa periculum animæ id fieri possit.

Adde quod nostris legibus cautum reperimus, eos facere iniuria filiis primi matrimonij, qui alteras nuptias aggrediuntur. §. 1. versic. prospeximus itaque. in auth. de non elig. secun. nuben. mulie. & in §. certo. in auth. de nupt. Idcirco dicunt Gul. Cu. & Bald. in l. 1. in fi. C. de inoffi. doti. quòd filius non tenetur dotare matrem, quæ ad secundas nuptias transit, ne cogatur conferre ad suam iniuriam. quod à me adductum est in legib. connubialib. l. 2. nu. 9. inci. cui respondens. Quibus conuenit quod dicit Valerius Max. libr. 7. c. 7. de Sexticia quadam fœmina, quę filiis irata in contumeliam eorum nupsit alteri.

Nec tantùm filiis, sed & mortuo quoque facit iniuriā, cuius memoriā veluti negligit. §. si autem tutelam. in auth. de nup. Et dicit Lucas de Penna, in l. mulieres. C. de incol. lib. 10. quòd qui secundò nubit, non dicitur seruare fidem priori cōiugi, per quædam iura, quæ hoc minimè probant, sed hoc planè confirmat tex. in §. tunc igitur, ibi inuiolatum morietium thorūm, in auth. de nō elig. secun. nuben. Et quibusdam possit videri huc spectare illud D. Pauli loquētis de eo, qui secundas arripit nuptias, prioris ad Tim. 5. quia primam fidem irritam fecerat, quod & repetitur in c. 1. & in c. hæ verò, & c. nuptiarum, & c. de viduis, le 2. & aliis complurib. 27. q. 1. ex quib⁹ tamē ne erres, intelligere poteris: quomodo id intelligendum est. At huc haud dubiè pertinet illud Virgilianæ Didonis, lib. 4. Æneid.

Nec seruata fides cineri promissa Sichæo.

Et in hac quoque sentētia fnit Philostratus in vita Apollonij libro 3. affirmans vxorem ad secunda vota transeuntem iura coniugij violare. Ideo cōtristatur anima mortui coniugis ex secūdo matrimonio superstitis. auth. cui relictum, ibi, cōtristandi priorem maritum, vbi not. Bald. C. de indic. viduit. & §. quia verò. §. nos igitur. in auth. de nupt. Nam & apud Lucanum libr. 3. Iulia in somnis Pompeio apparens se se indignatam ostendit, quòd ille secundas nuptias appetiuisset, cum inquit:

Coniuge me lætos duxisti Magne, triumphos, &c. quæ sequuntur.

Sed & apud Ægesippum libro secundo. capitulo secūd. Alexander filius Herodis mortuus, in somnis Glaphiræ suæ, quōdam vxori apparuit, quæ alteri atque alteri se matrimonio post mortem ipsius copularat. Hæc illum amplecti desiderat. At ille indignanti similis complexum refugiens visus est dicere: Hæc, Glaphira, promissa fides? ita amores erga te seruasti meos, quorum memorem te esse oportuit? Sed esto adolescentula secundas nuptias nō refugeris, etiam non tertias? Et paulò infrà: Sed mihi ne diutiùs maneat contumelia mea, &c. Exurrexit mulier, & familiaribus narrauit somnium, atque ipsa biduo pòst defuncta est. Quam rem etiam retulit Ioseph. libro Antiquitat. 17. capitulo vltimo, & rursum libro de bello Iudaico 2. c. 6.

Ex quo etiam mulier quæ transit ad secundas nuptias non dicitur castè viuere, quantùm ad priorem maritum attinet: ita vt si maritus ipse vxori reliquerit aliquid vtendum, quādiu castè aut honestè vixerit, ea perdit legatum, si transierit ad secundas nuptias: vt non obscurè voluit Bald. in l. Deo nobis, in prin. versi. iuxta prædicta. C. de episc. & cleri. & apertiùs in l. vlt. versic. quæro quid significant. & ibi quoque Ang. post princ. ibi, sed si profertur, & Salyc. versic. quæro supposito. & Ias. ad fin. C. de indict. viduit. & idē Bal. in l. 1. in 15. notab. C. de rap. virg. & in l. cùm filius. §. qui Mutianam. & ibi expressiùs Imol. ff. de legat. 2. Angel. Imol. Pau. Castren. & latè Alexan. & Clau. Seis. in l. mulier. §. cū proponeretur. ff. ad Senatuscons. Trebel. & idem Ange. in §. cùm agitur. in auth. de non elig. secun. nuben. & in §. hęc autem de Deo. in auth. quo. opor. episc. & in §. soluto. & in §. cùm igitur. in auth. de nupt. Petr Anch. in c. quòd à te. in 1. oppos. & ibi quoque Imol. vers. & faciūt prædicta. de cler. coniug. & Raph. Cuman. cons. 22. testator legauit. & Paul. Cast. cons. 259. omnis difficultas. vers. infertur enim. lib. 1.

Et ita, vt dicit Angel. debet intelligi gl. in d. l. vltim. in verbo, persecutio. C. de indic. viduit. quæ dicit simpliciter, quod mulier transiens ad secūdas nuptias, perdit legatum ei relictum, si castè viueret: scilicet si legatum fuerit factum à viro, qui ex huiusmodi secundis nuptiis offenditur: non etiam si ab alio relictum fuerit, vt etiam dicit Pau. Castren. Sicut etiam ita intel-

ita intelligi debent iura, quæ dicunt non castè viuere, quæ transit ad secundas nuptias, videlicet dict. §. hæc autem de Deo. vbi not. Ang. in auth. quomodo opor. epis. & l. his solis. C. de reuoc. don. quæ æquiparat mulierem, quæ in secūdi matrimonij fœdus nubit, & quę impudicè viuit, vbi & Bal. ad hoc citat illud Valerij, quod mox afferemus.

Et ad idem c. vxoratus. de conuer. coniug. ex quo not. Pan. paria esse incontinenter viuere, & transire ad secunda vota. & c. hac ratione. 31. q. 1. vbi licet licitū sit secundum Apostolum secundas nuptias contrahere, tamen secundum veritatis rationem verè fornicatio est. In quam sententiam est, & illud Martialis lib. 6. epig. de Telesina.

Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege est.

Et quod Portia minor, cùm se præsente laudaretur apud eam quædam bene morata, quæ secundum maritum habebat, respōdit pudicam matronam nunquam nisi semel nupsisse. vt scribit Hieronymus in Iouinianum libro primo. Ex quo & ille Mimus siue Publij, siue Senecæ, siue alterius.

Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.

Quod tamen sanè intelligendum est secūdum ea quæ scribuntur in d. capi. hac ratione. aliàs enim incideremus in hæresim Cataphrygum, quam Montanus induxit, & aduersus quem scripsit Diuus Hieronymus ad Marcellum.

Et sanè mulier pudica, quæ casto amore primum maritum prosequitur, & eius pectori atque præcordiis memoria illius medullitus infixa est, post illius obitum de secundis nuptiis nō cogitat, & alterius coniux dici aspernatur: illi enim adhuc prior ille maritus viuit. eiúsque, perinde ac si viueret, memoria recreatur. Quod apertè declarauit Valeria illa Messallarum soror amisso Seruio viro, cùm interrogata, cur alteri nollet nubere, respondit, semper sibi maritum Seruium viuere: quod & ipsum retulit idem Hieronymus vbi suprà, quo etiam in loco scribit filiam Demotionis Areopagitarū principis mortuo Leosthene sponso, negasse se alteri nupturam, quòd adulterum acciperet non maritū, illum enim nondum sibi esse mortuum, quod & nos in nostris commentariis de nobilitate retulimus.

Vt nō immeritò apud priscos illos Romanos, quæ vno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur. Existimabant enim eum præcipuè matronæ syncera fide incorruptū esse animum, qui post depositæ virginitatis cubile in publicum egredi nesciret, multorum matrimoniorum experientiam quasi legitimæ cuiusdam intemperātiæ signū esse credentes, vt scribit Valerius Maximus, libro 2. cap. 1. non multò post princ. Qui & ipse miris laudibus extollit Antoniam, quæ amorem mariti sui egregia fide pensauit, vt quæ post eius excessum forma & ætate florens, cubiculum socrus pro cōiugio habuit, in eodémque thoro alterius adolescentiæ vigor extinctus, alterius viduitatis experiētia consenuit, vt apud eum videre licet libro quarto, capitulo tertio.

Apud antiquos autem illos Germanos solæ virgines nubebant. Sícque vnum maritum accipiebant, quomodo vnum corpus, vnámque vitam, ne vlla cogitatio vltrà, ne lōgior cupiditas, vt scribit Cornelius Tacitus de moribus Germanorum. Sed & idem lib. secundo historiæ Augustæ, paulò ante finem, tradit quòd mortua Occia, quæ septem & quinquaginta per annos, summa sanctimonia, Vestalibus sacris præsederat. Fonteius, Agr. p. & Cornel. Pollio obtulere filias, prælatáque est Pollionis filia, nō ob aliud quàm quòd mater eius in eodem coniungio manebat. Cæterùm Plutarchus, Proble. capit. 105. quærit, quare publicis festis virgines veteri more non nubunt, viduæ nubunt. Cuius rei inter cæteras hanc rationem affert, quòd virginibus decorum, viduis verò multis pręsentibus fœdum est nubere. Fœlices enim ac faustæ primæ nuptiæ sunt, secundæ verò tristes ac detestandæ. Dies autem festos adeò multitudinem distrahere, vt his rebus per ocium interesse non possit. Hæc ille. Ex quibus satis apparet secūdas nuptias nō perinde esse honorabiliores ac primas, eúmque honorem ad liberos descendere.

Nō mirum igitur cuiquam videri debet, si multæ sint constitutiones, & leges latæ in odium contrahentium secundas nuptias, videlicet leg. fœminæ & leg. generaliter. & le. si quis prioris. §. in illo. & leg. hac edictali, in princ. & authenti. ex testamento. C. de secun. nupt. & leg. prim. C. si secund. nup. & leg. mater. C. ad Tertyl. & leg. his solis. & authen. quod mater. C. de reuoc. donat. & leg. iubemus. §. in supradictis. ff. ad Trebel. & §. qui piissimis. in authen. de nō eligen. secun. nuben. & §. si verò expectet. & §. placet quoque nobis. & aliis compluribus. §. in authentic. de nupt. & in §. primo. in authen. neque vir. quod ex dot. est.

Quæ quidam constitutiones maxima ex parte locum habent etiam in viris, ne quis putet ea, quæ diximus ad fœminas tantùm pertinere. Id enim videre licet ex d. §. 1. postremò loco allegato. & in §. hoc autem. versiculo, quia verò contra binubos. in authenti. de non elig. quem ita summat, vt ita loquar Angel. pœnæ secundò nubentium communes sunt viro & vxori ad secunda vota transeuntibus. & di. §. si verò expectet, ibi, & hæc communis mulieris, & viri multa sit posita, vbi etiam not. Ang. in authent. de nupt. & iterum in §. quoniam & infirmus, eo. tit. & in l. generaliter. vbi Bald. not. C. de secun. nupt. & voluit glo. Bart. Bald. Salic. qui dicit ita se obtinuisse, in d. l. fœminæ, eōd. tit. & glos. in rubr. d. auth. de non eligen. secun. nub. Azo in summa, eod. titu. de secund. nupt. versic. item quæcunque dicta sunt. Host. in summa. eod. quoque tit. §. quare, circa fin. in versic. quæcunque autem. Oldrad. consilio 33. quidam habuit vxorem, in 2. dubio. Ioann. Andr. in addit. Specul. eo in quam titulo. Bartol. Angel. & Paul. Castrens. in l. de emancipatis. C. de legit. hæred. Pett. Anchar. consil. 347. quia ex facto. versiculo, & hoc quantum ad ea. Roma. cōsilio 182. in casu. proposito. Paul. Castr. in dicta l. mater. C. ad Tertyl. Franc. Cre. not. 74. hoc capite, si maritus legauit. Ang. Aret. in §. præferuntur. Institut. ad Tert. & in tract. de testam. in verbo, nolens intestatus decedere. versicu. in secundo casu quando in patre. Nicola. Vbal. in tract. de successio. ab intest. in 2. quæstio. princip. Matthæus Mathesil. in tract. eiusdem titul. in secundo membro princip. versicu. secundo casu. & ibi Ludouic. Bologn. in addit. Francis. Aretin. consilio 72. præsupponitur in facto. Corne. consilio 242. circa quod videtur. libr. secundo. Cæpola cautela 235. aut ex priori impressione. 302. si mater transit, vbi dicit hanc esse communem opinionem, & idem sæpe se consuluisse, Mariā. Socin. consilio 34. prosequendo ordinem quæstionum. libro primo, vbi id latè disserit. & consilio 65. circa primam quæstionem. versiculo 22. eod. libro. vbi etiam dicit hanc esse communem opinionem, & ipsius

& ipsius filius Bart. consili.263.capio primum.in 2. dub.lib.2.& consilio 114.præsens consultatio.lib.4. & Bene.Cap.qui ita dicit communi er teneri consili.42.punctus,quidam Venautius.& cõsil.sequen. incip.punctus,quidam Massius,in 1.dub.Guid.Pap. quæst.228.ex dicto processu,in prin. Stephã.Bertr. consilio 119.viso casu,in 1.dub. libro 2.& consi.223. viso casu.numer.tertio.libro 3.Phil. Dec.in l.1.post princ.C.de secun.nup.& consilio 86.pro resolutione casus.versiculo, restat ergo tertius casus. & consilio 230.proponitur quòd ex Petro.versicul.ad dubium de quo quæritur.Ioann.Montcferr.in repet.l. frater à fratre.versicu.in decimaseptima quæst.ff.de cond.indebiti.

Nam & Charondas ille prudentissimus legislator, nec viris quidem secundas nuptias permisit.Qui liberis (inquit) suis nouercam superduxerit, eum neque vllo dignitatis loco, pretiíve virum habeto: neque vlla ciuium consuetudine communicare, fruíve si- nito: quippe qui malum alienum rebus ipse suis intulerit. Si prosperè enim tibi coniugium primum fortè successerit, eo successu contentus conquiescito. Sin aduersum obtigerit, idem malum secunda exploratione tentare velle,furiosi est. Nam qui bis ab assequenda re in suis negotiis fallitur, demens is meritò existimatur. Hæc Diodorus Siculus Bibliotheces libro 12.vbi & illud subdit à Philemone poeta Comico,de his,qui sæpe nauigando maris sæuitiam experiri voluere pro lege traditum, non admiratum quidem,si quem duxisse vxorem conspexerit,verùm secundum coniugium quæsiuisse: tutius nãque tolerabiliúsque videri,his sese maris periculis & tempestatibus exponere, quàm muliebribus ludibriis & fluctuationibus intestinæ pesti vitã obnoxiam degere.

Quæ quidem Philemonis similitudo in memoriam reuocat,quod decreta nostra canonica ex D.Augustino nauigare eum dicunt, qui matrimonium cõtrahit,in c.nos nouimus,&ibi gl.in verbo,nauigasti.17. q.tanquam scilicet vtroque modo multa pericula & plerumque naufragia subeamus. Est autẽ Publij Syri Mimis apud Gellium lib.17.c.14.& Macrobiũ Satur.2.cap.7.

Improbè Neptunum accusat qui iterum naufragium facit.

Quod ad iteratas nuptias ex his quæ diximus trahi potest,vt scilicet iugales deos (quos Ethnici vocant) improbè accuset,qui nuptias iterat.Ex quo & illud epigramma.

Si quis semel maritus alterum lectum sectatur,
Naufragus enauigat bis profundum difficile,
Siue mauis molestum.

Thomas autem Morus sic carmine reddidit:

Qui capit vxorem defuncta vxore secundam,
Naufragus in tumido bis natat ille freto.

Dixi autem suprà versicul.ab hinc 3.maxima ex parte pœnas fœminarum secundas nuptias contrahentium ad viros quoque pertinere, quia id non generale est, nec procedit in pœnis quæ statutæ sunt in mulieres,ob id quòd intra annum luctus ad secundum matrimonium cõuolant, quippe quæ ob aliud puniantur, quàm propter ipsarum secundas nuptias,vt probatur in §.primæ siquidem. versicul.sed viri quidam.in authent.de nupt.& voluit Azo in dicta Summa de secund.nupt.in princ.& Hostien.in Summa eodem tit.§.quare & qualiter.versiculo, sic vidisti de pœna.Bald.in authen.iisdem pœnis.versi. item nec pœna nubentium. C.de secund,nup.Ang. in §.quia verò.in authen.de non elig.& in §.si verò expectet,circa fin.in authenti.de nupt.Rom.d.consilio 82.& alij multi ex iis quos citauimus in d.vers. ab hinc 3.Et satis probat tex.in l.vxoris.ff.de his qui not.infam.

An autem huiusmodi pœnæ,& quæ ex iis sint sublatæ de iure canonico,propter illud verbum Apostoli 1. ad Corinth.5.dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis,si sic permanserint, sicut & ego,quòd si continere non possunt, nubant: melius est enim nubere,quàm vri. Et quod quibusdam interiectis scribit,quòd si dormierit vir eius, liberata est à lege:cui autem vult,nubat, quod & nos suprà citauimus.Ex quibus certè videntur illæ pœnæ esse sublatæ,per capitul.super illa.& capit.vlt.extrà de secun. nup.Sed tu tamen(ne te hîc diutiùs detineam) vide gloss.Innoc.Host.Ioan.Andr.in c.vlt.eod.tit.Bart. in l.1.C.eo.quoque titul.Petr. Anch.consilio 101.ex prædicto themate in 1.& 2.dub. cum aliis propemodum infinitis adductis à Felin.& Deci.in capitulo, ecclesia sanctæ Mariæ:illo quidem versic.quarta limitatio,cum duabus primis limitationibus, illius quartę limitat.Dec.autem versi.secunda conclusio, cum multis sequentib.de constitut.& eodem Deci. consilio 230.proponitur quod ex Petro.versi.circa primum.

Denique quod ad hanc rationem attinet, quæ secundas nuptias nõ peræquè magnifacit ac primas, bruta quædam animalia id quoque sensu quodam naturali sentire & agnoscere videntur, veluti natura ipsa eius rei illa admonente. Cornices enim mortuo mare marito non exiguo tempore, sed nouem hominum ætatibus viduæ perseuerant, vt tradit Plutarchus in libro cui titulus est, Oti alogalógou christhai.& Ælianus libr.3.de Animal. vbi & ob id tradit veteres in nuptiis post Hymenæum cornicẽ inuocare solitos.Et idem quoque de lyncibus prodidit Seruius enarrans eum locum Virgilij, libro quarto Æneid.

Non licuit thalami expertam sine crimine vitam
Degere,more feræ.

Et nos quoque diximus in nostris legibus connubialibus.l.13.numero 4.& 5.vbi & nos alia huc pertinẽtia scripsimus. Et facit quoque ad hanc rationem, quod dicimus suprà vers.incip. sexagesimosecundò quod & idem.

Sed & alia item est ratio huius regulæ, quam tractamus,generalis quidem illa, ad omnia quæ ad eam pertinent,nedum ad nuptias, quòd scilicet prima quæque omnibus in rebus & ad quæuis,omnia sunt multò excellentiora,præstantiora, efficaciora, vtiliora,potiora,robustiora,vt ex multis & penè dixerim infinitis patet,quæ tibi abundè,& vereor ne superfluenter scripsimus in nostris commẽtariis Primigeniorum,in præfatione,ex quo loco quæ voles mutuari poteris,ne hîc repetam.

LIMITATIONES.

Prima Limitatio.

Sed hæc multis modis limitãda sunt.Et(vt sequar ordinem)Fel.in d.c.2.de treug.& pace.

Primò limita,vt non procedat,quando non valuit primus actus,quia tunc reiterandus est.nam dispositio loquens de actu, intelligitur de primo qui valuit, per tex.in l.qui per salutem.ff.de iureiurando.vbi qui

qui per salutem suam iurat, cùm non ita specialiter iusiurandum esset ei delatum, iurasse non videtur, & ideo ex integro solenniter iurandum est. Ex quo Bart. not. si non legitimè iuratum est, iterum iurandum esse. Bal. autem ex eo dicit, quòd, omissio modi & formæ reddit actum nullum, tamen iteratò fieri potest cum obseruatione debitæ formæ. Et ita (inquit) intelligenda est l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signific. cùm scilicet primus actus est validus. Dicit quoque per eum tex. quod mandatum citãdi nõ finitur per citationem inualidam, id quod dicit not. dignum Alex. in l. serui electione. ff. de legat. 1. quod & idem voluit Rom. in d. l. qui per salutem. in fi. vti eum allegat Ias. ibi, nullam Bal. mentionem faciens nihil tamen in lect. Rom. reperi. Sed & ex eo tex. in d. l. qui per salutem. not. Alber. in princ. quòd actus inutilis præcedens, nõ impedit reiterationem sequentis vtilis.

Est in eandem sententiam text. in l. hæc conditio, filiæ meæ. in princip. ff. de cond. & demonstrat. vbi hæc conditio, cùm nupserit, non impletur cõtractus nuptiis inutilibus, vt quia ea filia nondum esset nubilis ætatis, vel quia ei nupsit, cuius nuptiis interdictum erat, sed posse eam implere cõditionem. cùm de iure posteà contraxerit, & ibi not. omnes per secundam nuptiarum coniunctionem, impleri conditionem, cùm priores de iure non subsistunt. Et Paul. Castren. in fin. dicit eam legem semper ad hoc allegari, vt cùm lex, vel statutum loquitur de aliquo actu, qui potest sortiri iuris effectum, debet intelligi de actu valido, quia actus inualidus habetur pro non facto. & Socin. ibi versiculo vltimo not. ex ea l. not. dispositionem, siue legis, siue hominis verificari in primo actu valido, nõ autem in primo actu inualido.

Et huc quoque pertinet text. in l. is qui hæres. in princ. ff. de acquir. hæred. vbi hæres institutus sub conditione, si ante conditionem existentem repudiauit, nihil egit, ideo existente posteà cõditione, adire poterit, vt etiam dicit text. in l. nec is. §. 1. eodem titul. cũ similibus. Et sic inquit Rom. in d. l. is qui hæres. non multùm post princip. actus nullus nõ impedit fieri eiusdem rei iterationem etiam in oppositum, ad quod, etiam allegat l. vt proponis. C. quom. & quan. iud. cum simil.

Et alius item text. iuris canonici eandem sententiam adstruens, in c. si electio. de electio. lib. 6. vbi si electio facta nõ secuta sit effectum, ob id quòd electus ei consentire noluit, aut post consensum renuntiauit iuri suo, aut mortuus sit, aut propter eius occultum vitium irritatur, electores possint denuò eligere: habéntque à dissensu, renuntiatione, morte, vel irritatione tempus integrum ad faciendam aliam electionem, acsi noua esset vacatio. Et idem vt dicit glo. ibi, in verbo, occultum, si propter superueniens delictum aut [illegible], per c. quàm sit. & c. cupientes. & c. si religiosus. eodem titulo. Ad hoc autem quod dictum est de occulto vitio, vide quæ dicam infrà hac eadem limitatione, vers. incip. hanc limitationem. & sequentibus.

Hanc quoque sentẽtiam, vt scilicet sermo intelligatur de primo actu valido, & vtili, & qui sortitus fuerit effectum, secutus est Roff. Bened. in suis quæst. Saba. q. 1. vbi dicit, quòd si alicui est collata potestas eligendi episcopum, & quempiam elegerit, qui cõsentire noluerit, & ita eius electio fuerit inutilis, & sine effectu, poterit iterum eligere. quæ fuit etiam sententia Bartol. Brixi. quæsti. 79. quidam dederunt potestatẽ. Bald. in d. l. qui per salutem. in vtraque lectura. vt suprà ex eo diximus. & ibi quoque Alber. in fi. & eiusdem Alber. in l. quoties. ff. de opt. leg. vbi ad hoc allegat capit. auditis. de elect. & ipsius quoque Alber. post Iac. Bel. in l. matrimonij. ff. qui & à quib. & Bald. in c. olim ex literis. vers. si autẽ datur arbitriũ. de rescript. vbi ex hoc dicit, arbitrium prorogandi intelligi de prorogatione, valida, quòd si inualida fuerit, poterit iterum fieri, & ad hoc citat d. l. qui per salutem. & d. l. hæc cõditio filiæ. super qua Raph. Cum. illud quoque dicit, quod diximus, eum cui facta est potestas eligendi, posse iterum eligere, si prima electio non valuit.

Et preterea hæc limitatio est eiusdem Baldi cons. 144. quòd iudex non potuerit, post medium, vers. item quoties primus actus. lib. quarto, vbi & ex hoc consuluit iudicem, cui data est à statuto facultas eligẽdi arbitrum, si absentem quempiam elegerit, qui ideo arbitrari non possit, poterit iterum eligere. Et Salycet in l. dotis promissio. ff. de iur. dot. per d. l. hæc conditio. & Paul. Castren. consi. 103. viso testimonio Christiani. per illam eandem l. ibíque ex hoc in pulchro casu consuluit. & Fel. in d. c. 2. vers. fallit primò dicta regula, de treug. & par. Iason in l. diuortio. §. quod in anno. vers. tertiò not. limit. ff. solut. matrim. & Alciat. in hoc nostro §. hoc sermone. ff. de verbo. significationibus.

Et huc spectat text. in l. 2. §. 1. ff. de opt. leg. vbi si is, cui electio data sit centum amphorarum vini, acetum elegerit, optio non consumitur, poterítque iterum eligere. Et ex hoc not. gl. ibi nihil referre, an aliquid non fiat an nõ iure fiat, & allegat pro simili d. l. qui per salutem. & l. quoties. ff. qui satisd. cog. vbi & idẽ glos. not. quæ & alia quoque iura citat, vt vtrobique videre poteris. Quibus addere potes l. quartã §. condemnatum. ff. de re iud. vbi etiam gloss.

Et illa iuris regula, non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. de regul. iur. libr. 6. id quod videre licet. vt ibi gloss. & alij dicunt in matrimonio inualido, quod non impedit secundum contrahi. c. si verum. 31. quæsti. 2. & c. iuuenis. de spons. & c. literas. & c. accessit. de despõs. impub. Sed tu de hoc vide d. glo. & Ioan. Mona. in d. c. non præstat. Et in electione inualida, quæ non impedit secundam. c. scriptum est. in fi. & c. congregato. & ibi gloss. vlt. de rescript. de quo nos alibi diximus plenius. Et in stipulatione quoque inualida. l. si dari stipuler. ff. de verbo. obligat. cum aliis multis similib. congestis à Felin. in capit. ex tenore. vers. regula non præstat. de rescript. & quæ latè collegimus alicubi in tractatu Retractuum.

Nam & quod nullum est, nomen eius rei, quam significare vult, non habet, verbi gratia, sententia nulla non est sententia. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & l. vltim. C. de senten. ex pericul. recitandis. & cap. vlt. post princip. eod. titul. libro 6. & clemen. pastoralis. §. vt igitur. qui est vlt. eodem titu. & cap. imprimis. §. vlt. & iterum capitul. statutis. 2. quæst. 1. Et instrumentum nullum non dicitur instrumentũ. Baldus in capitu. constitutus. per eum text. de transact. & est etiam bonus texus in l. cùm precibus. C. de probationibus. ex quo ille versus non admodum elegans, sed citatus à glo. in cap. admonere, in princ. 33. quæstio. 2.

Si re priueris, nec nomen habere mereris.

Cum aliis multis ad hanc sententiam pertinentibus à Ias.

à Ias.collectis in d.§. condemnatum.versicu.not.ex isto tex.cum multis sequent. & à me in tracta. Retractuum tit.1.§.1.gloss.2.num.5.& multis aliis seq. Hanc autem rationem huius limitationis inter cæteros affert Iason in l.serui electione.§.1.num.3.ff. de legatis primo.

Sed & huc pertinet, quòd testes, qui non rectè recepti sunt, possunt reiterari, etiam post publicationem, vt satis innuit tex.à contrario sensu, in clemen.2. in verbo, ritè receptis.& ibi gloss.quæ id expressè vult in verbo, ritè.& Card.Fl.post Pau. Elea.in 3.quæst. id intelligens, quando receptio est nulla ipso iure, & Petrus Anchar.in 4.quæst.Anton.Ioann. Lig.& Imol.super d.gloss.in verbo, ritè, de testib.& glo.in capitulo, cùm causam.in gl. vltima ad finem.& ibi Hostien.versiculo, sed si testis.Ioann. Andræ.in fin. Bald.versic. quærit Ber.quid si testes.Petrus Ancha. versic.item quid si testis. Anton.Imol.versicu.in eadem gloss.in fin.extrà eodem titulo. Specul.in titu. de teste.§.1.versicul.quid si idem testis.& sequēt.& ibi quoque Ioann.Andræas in additionibus.& Bartol.in authentic.at qui semel.versiculo, quæro quid si prior.& ibi Bald.versiculo octauò fallit.C.de probationib.& idem Bartol.in l.qui per salutem.in fi. & Alexand.qui ita dicit communiter teneri, & Iason qui id latè exequitur.versic.item per istum tex. vbi & ita tenuere omnes.Bald. in l.per hanc.versic. & modo venio, ibi, & ista est veritas. C.de tempor. appellat.& l.si quis testibus. versicu.quandoque ratione solennitatis, & ibi quoque Salic. ad fin. dum allegat d.clemen.C.de testib.Imol.in capi.per tuas. vers.fallit primò, de testib.Fel.in c.in literis.versic. 3.de offic.deleg.

Et huc adstipulatur, quod dicitur testem mācè, atque imminūtè, & nō perfectè examinatum, adeò, vt eius testimonium sit inutile, posse iterum examinari, etiam post publicationem testimoniorum, si id factum sit culpà iudicis: licet secùs sit, si culpà partis id factum fuerit, vt per gloss.dict.capitulo, par tuas. in glos.prima, in fine.& ibi Imol.in verbo, negligenter.Imol.versicul.secundo casu.& Panormitan.versiculo, venio ad secundum, cum multis sequētibus. & ferè omnes, licet non ita clarè, de testibus. Bald. in l.veluti.§.hæc vox.quem legit (vt plerique omnes) cum §.prætor.ait, qui est vlti.leg.si quis ex argentariis.& ibi Ang.qui id dicit valde not.& Iason qui alios citat in 6.not. versic. vnde facit iste tex.ff. de eden.

Adde quòd solus is actus præoccupationem inducit, qui de iure sortitur effectum, vt tradit Oldrad.consilio 313.thema tale contra promissionem.versiculo tertiò si quis. & iterum versiculo sextò nuntiatiò. quod sic probat, nam in leg. qui vltimo.ff.de pœn. scribitur, quòd qui vltimo supplicio damnantur, statim & libertatem, & ciuitatem amittunt. Et statim post subditur, Itaque præoccupat hic casus mortem, & nōnunquam longum tempus occupat. Alibi autem legitur, quòd talis præoccupatio locum non habet in ea sententia, quæ de iure non sortitur effectum, leg.secunda.§.vltimo, eodem titulo, & leg.si quis filio exhær.§.quòd si quis.ff.de iniust. rupt.& irrit.test. Prætereà nuntiatio operis sic præoccupat ædificantem, siue iure, siue iniuria facta sit, vt quicquid post eam ædificatum est, sit demoliendum.l.prima.ff.de oper.nou.nuntiat. Si tamen nuntiatio ineptè facta sit, vt effectum habere nō possit, non habet vim præoccupationis, vt not. gl.in dicta l.1.in verbo.per renūtiationem, & iterum in verbo, eatenus.

Addit & Oldra.alia huc spectantia, nempe stipulationem primam impedire vim & efficaciam secundæ, super eadem re eodem modo interpositæ, nisi tamē prima illa sit talis, vt possit exceptione repelli, ita vt non sortiatur effectum.l.qui bis idem. & leg.si dari stipuler.ff.de verborum obligationibus. Et similiter præcedentem ascriptionem libertatis impedire subsequens legatum serui, si non appareat de contraria voluntate.l.si idem seruus. ff.de legat.2.& le. si seruus.ff.de fideicommiss.lib. Quod ita tamen demum obtinet, si ascriptio libertatis sit efficax, & vtilis, aliàs non.l.si seruus legatus.§.si seruus alienus.ff. de legat.1.

Item si sint duæ viæ, vt cum nostris ac vulgò loquar, quarum vna alterius electione tollitur, id tamen ita intelligendum sit, si prima electa potest de iure sortiri effectum, aliàs non.l.si vero.ff.de bon.libe.vbi ita scribitur. Si verò non habuerit effectum petitio eius, dico non impediri, quominus adiuuetur. & l. filium.§.si quis contra tabulas.ff.de leg.præst.cuius hæc verba sunt, Si quis contra tabulas bonorū possessionem acceperit, deinde posteà apparuerit eum ex his liberis non fuisse, qui eam bonorum possessionem accipere possint, obtinet non esse ei denegādam legatorum petitionem. Et in vniuersum, vt vna via inutilis electa, non tollat aliam vtilem: probat tex.in leg.mater decedens. & ibi Roman.ff.de inoffic.test.& l.Claudius.ff.de acquir. hæred.& leg. legitimam.ff.de petit.hæred.& leg.vlti.C.de cond. ex leg.

Et per hæc concludit Oldrad.dicto consilio 313.quicquid primum obstat sequentibus, tum demum tantùm obstare, si habuerit effectum: in ídque allegat dict.l.hæc conditio filiæ.ff.de condition.& demonstration.quæ quidem leg.est ex illis, quibus potissimum innituntur, qui hanc limitationem ad hanc nostram regulam afferunt, vt nos diximus suprà in eadem limitatio.versicul.est in eādem sententiam. & aliis sequen.vt inde intelligas Oldrad.hæc omnia ad hanc dissertionem referre. Nam & in id quoque citat dict.leg.secunda.ff.de optio.leg.vbi data optione seruorum, si quis alienum seruum, vel hominem liberum optauerit, non consumpsit optionem, quem tex.& nos sæpè in hoc tractatu citauimus, citátque etiam l.si maritus sit.§.vlti.ff.de adulter.vbi si quis adulterum & adulteram simul detulerit, nihil agit, poterítque quasi neutrum detulerit, rursus à quo velit initium facere, qui nihil prima delatione egit.

His quoque concinit, ꝙ qui agit ad debitum ex cōditione, nondum ea conditione impleta, & ob id succumbit: tamen ea cōditione posteà impleta, denuò potest agere.l.grege.§.si sub conditione.ff.de ædil. edic.& l.si mater.§.eandem.vers.& ideo si fortè sub cōditione.ff.de except.rei iud. Quarum legum auctoritate subnixus Accur.in l.1.post princip.in verbo, nec tenere.ff. si mens.fals. mod.dixe.tradit, eum qui actionem ineptam proposuit, & ob id repulsus sit, posse redire ad aptam. quod & probat tex. in l. sed & si pupillus.§.si institoria, & ibi glo.Bald.& expressiùs Alber.& Salice. ff.de insti.& in leg. Bebius, in fi.& ibi quoque Alber.ff.de pact.do. & capi.coram & ibi Petr.Ancha.in iiij. notab.de rescri.& capitul.examinata, de iud. Et id quoque ipsum voluit Sig.Home.consilio 142.in quæstione vertēte.versi.

prætereà

præterea in simili. vbi & alia iura citat, & Petr. Anchar. in cap. ne captandæ. in 3. notab. de concess. præbend. lib. 6.

A quo non longè abest, quòd actor ideo à iudicio repulsus, quòd reus rem petitam non possideret, non prohibetur posteà iterum agere, si reus inceperit possidere. l. quoties. §. vlt. & l. sed si posteà. ff. de noxal. actio. & l. si à te, in princip. & l. si rem meam. & l. si quis ad exhibendum, quæ continuò sequitur. ff. de except. rei iudica. & l. procurator ad exhibendum, in princip. ff. rem rat. habe. & l. neque, quæ est iiij. C. ad exhibend. Et facit quod scribitur in leg. si mater. §. eandem, in princip. & in l. si is qui hæres, etiam in princip. ff. de except. rei iud. Et quod scriptum reliquit Paul. Castr. consilio 313. ista pronuntiatio. libr. 2. quòd si quis ineptè & non seruata forma statim iudicem recusauerit, ob idque fuerit reiecta recusatio, non prohibetur eandē posteà rectè ritéque proponere. De quibus & aliis similibus nos multa diximus in tract. Retractuum tit. 1. §. 8. nu. 3. qui igitur, & multis seq. vt ibi videre poteris.

Cui finitimum est quod semper aliàs actor qui succubuit propter ineptitudinem actionis, iterum auditur aptè eam proponens. cap. examinata. extrà, de iudic. cum si. Et similiter qui appellauit potest iterum appellare, si ob id victus est, quòd ineptè exceptionem à qua repulsus est, proposuerat, etiam in eo casu quo aliàs non posset ampliùs appellare, vt est text. in clemen. vlt. & ibi Card. Flor. in 2. not. & alij de appellat.

Et ad hanc quoque limitationē pertinere potest, quod finita nuntiatione noui operis per mortem nuntiātis, & ita effecta inutili & inefficaci, potest iterum nūtiari. Ita enim voluit glos. in l. non solùm. §. morte, in verbo, ius prohibendi. ff. de oper. no. nuntiat. quam ibi sequitur Bart. versic. quærit glos. an finita nuntiatione. An autē & quando aliàs post primam nuntiationem liceat iterum nuntiare, vide Bar. in l. cùm procurator. §. si dominus. versi. quæro an post primā. & ibi Bal. post princ. eo. tit. & rursum ipsum Bart. in l. prætor. §. hoc autem interdictum competit, circa fi. & in §. & si satisdatum, eod. tit.

Et huc quoque spectat, quòd licet baptismus sit sacramentum minimè iterabile. Est enim, vt tradit Apostolus ad Ephesios c. 4. vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, & reperitur in c. hi qui baptisma, 1. q. 1. & diximus suprà, in princip. versi. incip. nonagesimo. Si tamen quis baptizatus fuerit ab hæretico, præsertim Paulianistis & Cataphrygis, quorum baptisma nullū est, cùm in forma ecclesiæ non baptizent, iterum baptizari potest, & debet, vt scribitur in §. de is specialiter, & in c. si quis confugerit, & ibi Arch. ea. q. & cau. & c. Daibertum, & ibi glo. & Archi. 1. q. 7. & glo. in cap. sicut. 68. distin. vbi id declarat. & Lucas Pen. in l. si quis decurio, versic. quemadmodum ergo. C. de decur. li. x. Cuius rei rationem reddens ea glos. in dict. cap. Daibertum: nam quod ait, malè fit, vel minùs plenè, ex integro est agendum, & allegat d. l. qui per salutem. ff. de iureiuran. suprà in princip. huius §. allegatam.

Similitérque licet semel ordinatus nec possit, nec debeat iterum ordinari. §. breuiter. 1. quæst. 7. tamen si non rectè aut legitimè ordinatus fuerit, potest ac debet iterum ordinari. ca. qui per illicitam. iisdem quæst. & cau. & ibi, glo. quæ id trahit ad electionem cuiuspiam rei non rectè factam, vt reiterari possit, & ibi quoq. Arch. quia, vt hîc dicit, cùm non tenuit electio, perinde est ac si facta non fuisset, per l. 2. ff. de opt. leg. Sed nos de hoc alibi plenius dicemus.

Et illud itē, quod olim apud antiquos Romanos moris fuit, vt prima hostia non litante, altera ac tertia ac deinde plurimæ, donec litatum foret, adhiberentur. Vnde cùm Paulus Æmilius bellaturus aduersus Perseum sacrificans non litasset vsque ad vicesimam hostiam, in vicesimaprima apparuerunt signa victoriam promittentia, vt tradit Plutarchus in vita illius. Nam & Tullius libro secundo, de diuination. ita scribit, Cùm enim tristissima exta sine capite fuerunt, quibus nihil videtur esse dirius, proxima hostia litatur sæpè pulcherrimè. Et non multò pòst. Quî tandem euenit, vt litetur aliis, aliis non litetur? Quæ autem inconstantia deorum est, vt primis minentur extis, bene promittant secundis? Et Liuius 3. decadis libr. 7. Immolasse eo die quidam memoriæ prodidere Cos. Marcellum: & prima hostia cæsa, iecur sine capite inuentum, in secunda omnia apparuisse, quæ assolēt. Et v. decadis lib. j. Cn. Cornelio, & Q. Petilio, Coss. quo die magistratum inierunt immolantibus Ioui singulis bubus, vti solet, in ea hostia, qua Q. Petilius sacrificauit, in iecinore caput non inuentum. Id cùm ad Senatum retulisset, boue perlitare iussus. Et paulò post, alter Cos. curam adiecit, qui se quòd caput iecinori defuisset, tribus bubus per litasse negauit. Senatus maioribus hostiis vsque ad litationem sacrificari iussit. Húcque, etiam spectat illud eiusdem 4. Decad. lib. v. in princ. prim ísque hostiis perlitatum est. Et quod scribit Suetonius in Iulio Cæsare c. lxxxj. Deinde pluribus hostiis cæsis cùm litare nō posset, introiit curiam spreta religione. De quo etiam Plin. lib. 11. c. 27. scribit non semel, sed bis ipsi Cæsari sacrificanti cor in extis defuisse. Lucius autem Florus lib. 4. tradit eum centum victimis perlitare non potuisse. Sueton. quoque (vt ad eum redeamus) in Augusto, c. xcv. circa Perusium sacrificio non litante, cùm augeri hostias imperasset, &c.

Húcque spectare videtur illud Virg. lib. 3. Æneid.

> Rursum in successu longo sub rupe cauata,
> Arboribus clausi circum, atque horrentibus vmbris,
> Instruimus mensas, arísque reponimus ignem.

Quem locum enarrans Seruius, fit autem (inquit) iteratio hæc secundum rationem sacrorum. Nam displicuisse prima ex prodigiis iudicatur. Sed & idem in eum locum ipsius Virgilij lib. 8. eiusdem operis:

> Intereà sacra hæc (quando huc venistis amici)
> Annua, quæ differre nefas, celebrate fauentes.

Anniuersaria (inquit) sacrificia ideò non differuntur, quia nec iterari possunt. Nam Kalendaria, si qua fuerint ratione dilata, possunt repeti, nec piaculum eorum intermissione committitur. Nec prætermittēdum, quod idem Seruius alibi in eundem librū eiusdem operis enarrans eum locum,

> & cæsa iungebant fœdera porca.

Scribit in omnibus sacris fœminini generis plus valere victima. Denique si per marem litare non possunt, succidanea dabatur fœmina. Si autem per fœmininam non litassent, succidanea adhiberi nō poterat.

Illud enim sciendum est, has secundarias hostias succidaneas dici, quasi succedaneas. E, litera per morem compositi vocabuli in I, literam commutata: quoniam scilicet, si primis hostiis litatum non esset, aliæ post alias ductæ cædebantur, quæ quasi prioribus

iam cæsis luendi piaculi gratia subdebantur, & succidebantur, vt scribit Aulus Gellius libro 4. Noctium Atticarum cap.6. & Festus Pompeius in verbo, succedanea, & eorum nomine tacito, vt assolet, Cælius Rhodiginus libr.3. Antiquarum lectionum cap.6.

Nec apud Romanos tantùm de quibus intelligunt superiores scriptores, sed & apud Lacedæmonios quoque id obseruatum fuisse cõperimus, vt si primis hostiis litare non possent, rursus immolabant, donec litarent: quod videre licet ex Plutarcho, teste quidem locupletissimo in vita Aristidis.

Adde quòd apud ipsos Romanos, vt ad eos redeamus, si quando votum Diis non ritè factum esset, de integro faciendum erat, vt videre licet apud Liuium 3. Decad. libro 2. cuius hæc verba sunt, Qui inspectis fatalibus libris retulerunt patribus, quòd eius belli causa votum Marti foret, id non ritè factum, de integro atque ampliùs faciendum esse. Quin ex eodem auctore cùm feriæ Latinæ non rectè factæ fuissent, denuò instaurabantur. Eius in eam rem verba ex v. Decad. lib. 1. hæc sunt: Latinæ feriæ fuêre ad diem 3. Non. Maij, in quibus, quia in vna hostia magistratus Lanuuinus precatus non erat P.R. Quiritium religioni fuit. Id cùm ad Senatum relatum esset, Senatúsque ad Pontificum collegium reiecisset, Pontificibus (quia non rectè Latinæ factæ essent) instauratis Latinis placuit Lanuuinos, quorum opera instauratæ essent, hostias præbere. Et simile quippiam tradit ipse Liuius de ludorum magnorum instauratione, 1. Decad. libro 2. Sed hæc omnia superstitionis magis, quàm verè religionis esse semper putaui.

Nec interim omiserim (fata quę vocant) atque somnia vnis ac primis nuptiis nõ consumi: si credimus Artemidoro Daldiano lib. oneirokhitikôn 2. c. 12. Cũ (inquit, Græcè quidem sed in hunc sensum) quispiam sibi puellam desponsasset, ac in somniis sibi visus fuisset sedere super ariete, atque ex ipso ex anteriore parte decidere, quidam somniorum interpres, vxor tua (inquit) scortabitur, & vt dici solet, cornua tibi faciet. Quamobrem is recusauit diutiùs matrimonium perficere, sed vix tãdem amicorum suasu sponsam illam suam duxit in vxorem, cámque obseruanter & anxiè obseruabat, & illa quidem sine vlla impudicitiæ macula, anno exacto decessit. Verùm ille existimans somnij illius præsagiũ consumptum esse, aliam vxorem duxit, quæ fœminas omnes impudicitia prætergressa est, atque ita somnij fatum impleuit.

Quæ somniorum mẽtio meminisse me facit cuiuspiã somnij & ad hunc quoque locum pertinẽtis. Astyages ille postremus Medorum rex somniauit ex genitalibus Mandanes filiæ tunc prægnantis vitem enasci, quæ omnem occuparet Asiam, quod somniorum interpres affirmauit id portendere, vt proles eius filiæ regnaret: quod ægrè ferens Astyages iussit puerum, quem filia pareret, interimi. Sed id periculum fato quodam euasit puer, cui postea Cyrus nomen fuit: cúmque crederetur esse filius pastoris, essétque iam decennis, atque vnà cum pueris æqualibus luderet, cæteri pueri illum in regem sibi delegerunt, quibus munus quippiam aut magistratum, vti cæteri reges, demandauit, quòd si imperata non fecissent, multis verberibus afficiebat. De qua re à petentibus puerorum querela Astyagi delata, is accersito ad se puero & interrogato, cùm nihil mutato vultu respondisset, se vt regem delectum fecisset, cùm dicto audientes esse noluissent: quod cùm Astyages ad Magos illos somniorum interpretes retulisset, ita rem interpretati sunt, tanquã Astyages esse illo somnio defunctus, agitato iam inter pastores regno, nec illum iterum regnaturum. Quod tamen posteà longè aliter euenit. Nam Cyrus Astyagem regno priuauit, idque sibi asseruit, illo Hyrcanorum genti præposito, vti relatum est ab Herodoto lib.1. & Iustino lib.1.

Hanc limitationem non iniusta ratione possit quis declarare, vt procedat, nisi si quis primum actum inutilem & prohibitum scienter fecerit: neque enim posteà ad suum ipsius commodum, poterit alium actum vtilem facere. Verbi gratia, in casu d. l. hæc conditio. ff. de cond. & dem. si quis illicitas nuptias scienter (vt diximus) contraxerit, tunc enim non iuuatur per alias nuptias, vt dicit Bar. in ea ipsa l. hæc conditio. per l. matrimonij. ff. qui & à quib. imò puniri debet ob primas illas nuptias. l. qui conta legũ præcepta. & ibi not. C. de incest. nupt. Neque enim æquitas qua innititur ea lex, iuuare potest nec debet delinquentem. & sequitur Bened. Plumb. in d. l. matrimonij. & Imo. in d. l. hæc conditio. addens & hanc rationem, ne sit melioris conditionis delinquens, quàm non delinquens, contra l. non solùm. ff. de noxal. & c. eum qui, de præben. lib. 6. nisi (inquit Bart.) vt ad eum redeamus, si secundò contraxerit, & quidem licitè, cum eadem cum qua primùm illicitè contraxerat, tunc enim confirmatur, dicitúrque idem matrimonium l. dotis promissio. ff. de iure dotium. & facit (inquit) l. inter socerum. §. vlt. ff. de pact. dotal.

Verùm Raph. Cum. in d. l. hæc conditio. dicit sibi non placere dictum Bar. quod innititur d. l. matrimonij. ff. qui & à quib. quia ea lex non negat, quin posteà possit manumittere, vt eam ducat, sed vi primæ manumissionis non efficitur libera, quia secundum nõ fuit causa manumissionis. Cui statim occurrẽs Soc. dicit ibi non probari, quod dicit Rapha. & potiùs præsumendum esse manumissionem fuisse factam in casu, quo esset valida, non autem inualida & prohibita. arg. l. quoties. ff. de rebus dub. & l. merito. ff. pro soc. Nisi, inquit, diceremus sequendo Raph. actum sequentem matrimonij, ostendere cuiusmodi fuerit voluntas in præcedenti manumissione. arg. l. si seruus plurium, in fi. ff. de leg. 1.

Porrò illam Bar. sententiam cõfirmat, quòd aliàs cùm is qui primum actum fecit inutiliter, in culpa fuit, non potest illum posteà iterare, vt respondit Bald. loquens de inutili acceptatione beneficij. cons. 228. per sanctissimum. lib. 4. per l. 1. §. quæsitum. ff. quand. de pecul. act. est annal. & alia iura ibi allegata. Cui adde & tex. id bene probantem in ca. commissa. & ibi Pet. Anch. in v. not. de elec. lib. 6.

Nam qui scienter eligunt, vel postulant indignum, amittunt facultatem iterum eligendi. ca. gratum. de postula. prælat. & c. bonæ, le. 2. & ca. cùm in cunctis. §. vlt. & ca. innotuit. & c. cùm Vintoniensis. §. vlt. & c. scriptum. de elect. & c. quanquam. & ca. si electio. suprà allegato, in verbis, occultũ eius vitium. & ibi glo. in verbo, occultum. & cap. si compromissarius. vers. si verò eligat, eod. titu. lib. 6. cum aliis infinitis similib. & nemo dubitat in electionibus, quæ fiunt à personis ecclesiasticis.

Sed an id procedat in iis quæ fiunt à laicis, dubitat Bartol. in l. cùm quidam ita fideicommissum. vers. quid in elect

in electionibus. ff. de legat. 2. At Imol. in d. l. serui electione. in princip. dicit fortè aliter dicendum in illis, cùm in pœnis fieri non debeat extensio. c. cùm in pœnis. de regul. iur. in 6. Et ideò (inquit) in simili in cap. cùm cos. de offic. ordinar. patronus laicus, qui scienter præsentauit indignum, non priuatur potestate præsentandi, quod monet menti esse tenendum.

Verùm contra eam sententiam est tex. in §. si quis autem oratorij. in auth. de sanctis. episc. vbi hoc casu deuoluitur potestas eligendi ad superiorem, quem text. citat gloss. in d. c. cùm vos. in verb. minùs idoneè. in fi. & alius text. in d. l. cùm quidam. & ibi glo. in verb. qui offenderint. in princip. & ipse Imol. qui & hoc nuncupatim tangit. vers. item not. quod vbi. ff. de leg. 2. & sentiunt omnes vbique, dum tractant an eligentes possint variare, & alterum eligere, tenent indistinctè non posse, si scienter indignum elegerint, & inter cæteros Alb. post Petr. in l. 1. vers. & quantum ad præsens. ff. si quis in ius vocat. & in l. eum qui certarum. ff. de verborum obligationibus. vbi allegat dict. §. si quis autem oratorij. Bartol. & cæteri præter Imol. vt iam diximus in dicta l. serui electione. ff. de legat. 1. vbi hoc Francisc. Aretin. expressim tractat. Quanquam & ipse Imol. in dicta l. cùm quidam. postquam tenuit hanc postremam opinionem, vt dictum est suprà, tamen posteà in versicu. in glo. non offenderint. videtur nutare, quia ille text. in d. §. si quis autem oratorij. loquitur in pia causa, quam non licet (vt dicit) extendere ad alias causas non pias.

Denique si quis etiam aliter quàm eligēdo, indignum scienter malè elegerit, vt dict. l. serui electione, voluerunt Bartol. & Bald. vterque, & Alberic. versicu. si verò tenuit. ff. de lgat. 1. Pet. Anchar. in dict. capit. si compromissarius. versicu. vlti. quia text. dicit, & omnes propè per l. 3. in fine. cum l. sequen. ff. de opti. legat. super quo tamen Francisc. Aretin. in dict. l. serui electione. versicu. tertiò adde inquantum, dicit considerandum esse an electio ita sit nulla, vt nullum pariat effectum, & tunc indistinctè possit eligens variare. dict. l. 2. §. 1. ff. de opti. legat. vbi simpliciter dicitur, quòd qui elegit rem alienam vel hominem, potest iterum eligere, nec distinguit an scienter elegerit, néc ne, vt distinguitur in l. 3. vt mox dicemus. An verò electio rei quæ eligi non potuit, fuit valida, & tunc quia electio habuit effectum, nec potest iterum eligere. dicta l. tertia, & l. quarta, eodem titu. nam in dict. l. tertia, electio quæ facta est de aceto non valebat, quia erat legata optio vini, & nō aceti: si tamen sciēter legatarius eligat acetum, & hæres consentiat electioni tacitè vel expressè non poterit legatarius variare, quia aliud pro alio volente creditore solui potest. l. 2. §. appellata. ff. si certum petatur. In dicta autem l. 4. valuit electio, licet omnes res non fuerint exhibitæ, quia legatarius scienter potest renuntiare iuri suo, & ideo ibi distinguitur ignorans à sciente. Et ex his (inquit Aret.) verificatur singul. doctrina Io. Monachi, Archid. & Ioan. Andræ. in cap. ne captandæ. de concess. præbend. lib. 6. de qua dicemus infrà in xx. limi. vbi videre poteris.

Et ad superiora quoque facit, qui scienter sibi elegerit viam incompetentem, sibi ita præiudicat, vt variare ei non liceat, per l. Paul. ff. de bon. liber. & l. cum qui. & l. contra maiores. C. de inoff. testamen. & voluit Alber. post Iacob. Butrigar. in l. cùm indebitum. §. 1. de conditio. indebit. Et idem dicitur de eo qui scienter accipit fideiussores non idoneos vt l. si ab arbitro. §. primo. ff. qui satisda. cogant. & l. 3. ff. de fideiussor.

Sed & secundò hanc limitationem declara, vt scilicet sermo simpliciter prolatus intelligatur de primo actu valido, cùm ad ius fit relatio. Si autem fiat ad merum factum, intelligitur de primo actu qualitercunque consummato, etiam inualido, per l. fideicōmissa. §. si quis decem. ff. de leg. 3. Ita enim voluit Bald. in l. qui per salutem. in princip. ff. de iureiur. Et ad hoc pertinent iura quæ dicunt sufficere conditionem fuisse completam de facto, etiam si non duret, aut nullum effectum sortiatur. l. si quis hæreditarium, aliàs, mulier. §. 1. & ibi Bar. ff. de cond. instit. & l. Mæuius. in princ. & ibi Bart. ff. de cōdi. & demōst. & l. quidam cùm filium. ff. de verb. obli. De quo tu omnino videas Bald. in rub. C. de instit. & substit. in fi. & in l. 1. versicu. quæro nunquid sufficiat. C. de his quæ pœnæ nomi.

Declara item tertiò, vt per primum actum inualidum non consumatur dispositio, quādo tractamus de iure quæsito conseruando. per d. l. qui per salutem. ff. de iureiur. At cùm quærimus de nouo iure quærendo, primus actus etiam inualidus consumit dispositionem, vt videre licet ex d. l. matrimonij causa. ff. qui & à quib. vbi quærebatur de libertate acquirenda. Et ita nuncupatim voluit Iacob. Butrig. in d. l. qui per salutem. & ibi Alberi. circa medium, & Bartolus in secunda opposit. Angel. Salic. in vlt. opposit. & Ias. in fi. & Bene. Plumb. in d. l. matrimonij. ff. qui & à quib. Socin. in d. l. hæc conditio filiæ. ff. de condi. & demonst. vbi tamen dicit facere cōtra posterius membrum, text. in d. l. hæc conditio. vbi tractatur de iure quærendo, & tamen dispositio non consumitur per primum actum inualidum. Nisi (inquit) dicamus, quòd id ibi procedit ex benignitate in vltimis voluntatibus, & relinquit cogitandum. Sed & tu vide quæ dicam infrà in 13. limit. & in 22.

Illud autem scio semper aliàs ius quæsitū faciliùs conseruari, quàm ius nouum acquiri, vt videre licet ex multis in eam rem collectis à Barba. consil. iij. scribitur pulchrè. versic. nec ob. cùm dicebatur. & iterum versicu. item do. Anton. ibi. libr. 1. & consilio 8. scribitur præclarè. vers. & mirum est. eodem libro 1. & cons. 20. scribitur apud Prophetam. versic. & est diligenter. eodem libr. 1. cons. 40. præclarè scribitur sapientiæ. vers. & ideò tollitur. eodem libr. 1. & latiùs consi. 41. illud afferam. vers. facit quod pulchrè. & iterum. versi. item est ponderandum. & consi. 19. præclarè scribitur primo. libro 2. & consilio 34. præclarè optimus. eodem libr. 2. & consi. 59. illis in modum. versicu. capio modò aliam. eodem libro 2. & consilio 13. à Ioue principium. vers. præterea faciat. libro 3. & cons. 19. vbi Christus. versic. istud non facit. eodem libro 3. & consilio 21. à Ioue principium. vers. ad secundum dubium. eod. libro 3. & cons. 62. illud afferam. versic. tertiò erat ecclesia. eod. libro 3. & cons. 66. illud in medium. eodem lib. 3. Felin. in c. quæ in ecclesiarum. vers. & ista consideratio. de cōstitut. & Iason cons. ccxxxvj. an rex Romanorum. vers. cùm ergo Imperator. & seq. libro 2. & Philipp. Dec. in l. seruus. circa medium. versic. tertiò regula procedat. C. de pact. & cons. clxix. consultus. versic. & hoc præsertim. & à nobis latissimè in commentariis consuetudinum Pictonicarum titu. 2. §. vlt. in

gloss. 4. vt interim omittam quæ & nos de hac rescripsimus in commentariis l. si vnquam. in verbo, donatione largitus, num. secundæ edition. 180. incip. sed hoc tamen. C. de reuoc. donat. & in nostris legib. connubialib. gl. v. vltimæ editionis, in verbo, contractus. num. 31. illud dicitur.

Declara quartò, vt procedat in eo, qui iure suo aliquid facit: nam si inutiliter facit, potest iterum facere: secùs, si iure alieno, siue tanquam minister alterius, vt videmus in iudice ordinario, qui si inutiliter iudicauit, potest iterum iudicare vtiliter, non etiam iudex delegatus, vt not. in l. iudex postea quàm. & ibi gloss. & Doct. ff. de re iudicata. & in l. si vt proponis. la 1. & ibi Bald. vers. secundò appos. & vers. item iurisdictio. C. quomodo & quando iud. & in l. qualem. in fine. ff. de arbitr. & in l. absentem. ff. de pœnis. & in c. cum terra. de elect. & in c. significasti. de offic. iud. deleg. & per Innocen. in cap. in literis. & ibi quoque Ioan. Andr. in verbo, fructus, eod. tit. Ioann. Mona. in c. cùm expediat. versic. item qui facit. de elect. lib. 6. & in c. si tibi. ad fin. de præb. lib. 6. & Doct. vbique.

Sed quod dictum est de iudice delegato, vt etiam si inutiliter iudicarit, non possit iterum iudicare, intelligit Innoc. vti illum nonnulli citant, in c. 1. de re iudic. procedere, si ipse iudex delegatus malè iudicauerit per errorem iuris: secùs autem, si per errorem facti, vt quia credebat reum fuisse citatum, qui tamen non erat citatus, tunc etiam poterit denuò iudicare: vel si delegatus prouidet alicui de præbēda, quam credebat vacantem, putans mortuum eum qui tenebat eam, cùm viueret, non impeditur prouidere de alia verè vacante. arg. l. error. C. de iur. & fact. igno. Et id sequitur Bartol. in d. l. iudex posteà quàm. in 1. oppo. ff. de re iudic. & Pet. Anch. in cle. 1. venio ad quæstionem. eod. tit. vbi & idem dicit auctoritate Host. si probabili errore iuris perperam iudicauit. & Paul. Castr. in l. cùm quærebatur. ante medium. ff. eod. tit. vbi id dicit elegans dictum.

Sed hanc distinctionem reprobat Bald. in d. l. si vt proponis. la 1. vers. opponitur & videtur. C. quomodo & quando iudex. dicens eam nullo iure probari, nā iudex non tractat de damno, vel incommodo, de quo loquuntur leges facientes discrimen inter errorem iuris, vel facti, neque etiam sua interest consumere mandatum, item (vt subdit) illa distinctio est contra casum dict. l. si proponis. in qua iudex fuerat circunuentus in facto, habito respectu ad continuationem, & tamen vbi expirat iurisdictio. Sed & illam distinctionem reprobat Imol. in dict. l. posteà quàm. ver. fallit etiam quartò. & ibi Alex. in 4. fall. Nec Inno. inquit, in d. cap. 1. de re iud. loquitur in sententia, sed in facto aliquo extraiudiciali, in quo siue erretur in facto, siue in iure, potest ille actus si non fuerit sortitus effectum, iterari, de quo nos postea dicemus in hac eadem limit. vers. incip. sed & aliter. Host. autem & Io. Andr. in d. ca. 1. vterque in verbo, ipso iure, ita de ea re loquuntur, vt siue delegatus erret in facto, siue in iure, possit actum extraiudicialem nulliter factum iterare. Sed tu hîc omnino vide quæ dicam infrà in 21. limitat. vbi & hac de re quoque loquar.

Similiter qui potest eligere iure proprio, si elegerit inutiliter, poterit denuò eligere, nisi scienter indignum elegerit. cap. si compromissarius. de electio. lib. 6. iuncto cap. vt circa. eod. tit. & lib. Secùs in eo, qui habet eam facultatem non iure proprio, sed ex potestate ei ab alio tributa, vt probat text. in d. c. si compromissarius. & voluit Barto. in l. 2. ff. de optio. leg. & in l. serui electione. in princip. & ibi latè Imo. Fran. Aret. Alex. qui alios adducit, & Ias. ff. de leg. 1. Io. Mona. vbi suprà. Io. And. in c. gratia. ad fi. de rescrip. lib. 6. Albe. in d. l. qui per salutem. & ibi Paul. Cast. circa med. & Ias. in 2. not. & glos. Host. Card. Florent. Anton. Imo. & Panormit. in cap. si electio. extrà, de election. quos tibi adduximus alibi suprà in principio.

Et ad hoc quoque vide Cyn. in l. vlti. versicu. septimò quæro. & ibi Bald. in 4. quæstio. & Salicet. versicul. quæro octauò. C. de contrahend. emptio. Bartol. in dict. l. 2. §. 1. ff. de opti. legat. Alberic. in l. serui electione. versi. si verò alieno. & ibi quoque Bald. Imol. Alexand. Iason. vers. intellige istam conclusionem. ff. de legatis primo. eundem Albericum in l. prima. vers. & quantum ad præsens. ff. si quis in ius vocat. non ierit. & in l. qui per salutem. circa medium. & ibi item Bald. etiam circa medium. ff. de iureiuran. Ioann. Andræ. in capit. gratia. ad finem. de rescript. libro sexto. Cardinal. Florent. in capit. causam. in 3. opposit. primæ quæstionis. & ibi Imo. in glos. vltim. de electio. Petr. Ancharan. in cap. si compromissarius. vers. vltimò quia text. dicit, & ibi Dominic. de election. libro sexto. & in d. c. gratia. & ibi Philipp. Franc. numero 9. de rescriptis. libro sexto. Franciscus Aretinus consilio xvj. præsupponitur in facto. in 2. dubio.

Verùm contra huiusmodi distinctionem videtur esse casus expressus in l. 2. ad fi. ff. de vacat. & excus. mune. quem tex. in id ponderat Bart. in prin. quòd quādo electus excusatur, vel remouetur, electio alterius loco ipsius deuoluitur ad præsidē remouentē, vel excusantem, licet ea electio primùm pertineret ad ipsos eligentes. per l. 1. §. solent. ff. quan. appel. sit. & l. 2. ff. ad municip. & sic non possunt decuriones iterum eligere, quamuis iure proprio id ad eos pertineret. quod (inquit) est contra l. 2. ff. de optio. leg. Sed (vt subdit) ille electus fuerat per ipsum præsidē. Verum hæc diuinatio est, vt scribit Fran. Are. in d. l. serui electione. vers. extra glo. tractat. ff. de legat. 1. ideò aliter, vt subdit, dici posset, scilicet, quòd si superior ex officio, non via ordinaria appellationis remouet electum, potest & ex officio subrogare aliū, vt euitetur circuitus, sicut dicitur in clement. auditor, de rescript. In aliis autem casibus procedat dicta distinctio, & hoc est (inquit) singularis limitatio ad prædicta.

Quando autē quis dicitur aliquid facere iure proprio, aut alieno, ne tu lector ignores, id disces ex Bartol. in d. l. 2. §. 1. versi. sed iuxta prædicta. & iterum vers. quæro qualiter. ff. de optio. lega. Card. Floren. in d. c. causam. vbi suprà citauimus, de electio. Petr. Anchar. in d. c. si compromissarius. vers. sed iuxta prædicta. eod. tit. lib. 6.

Sed & aliter poteris limitare, vt qui elegit, vel quicquā facit iure alieno, non possit iterum facere, etiam si inutiliter primum fecit, vt procedat in iudicialibus, per dictam l. si vt proponis. & l. si præses. C. quomodo & quando iud. nam is statim desinit esse iudex. l. qualem. in fine. ff. de arbitr. At in actibus extraiudicialibus siue ille qui fecit, sit ordinarius, siue delegatus, si non tenet quod fecit, vel si non bene fecit, vel aliàs effectum non habuit de iure, tunc illud poterit iterum rectè facere. Et de ordinario quidem constat, ex cap. cùm in terra, de elect.

electio. Et de legato ex cap. significasti. de offic. deleg. Et videtur hæc distinctio probari in d. l. qualem. §. vlt. ff. de arbitr. & in c. relatum. de præbend. vt nonnullis citatur.

Et hæc quidem est Innocent. sententia in cap. in literis, ante medium, de offic. delega. quem ibi sequuntur Hostien. Ioan. Andr. Bald. paulò post medium. Cardinal. Floren. in 3. quæstio. Anton. versicu. ad secundum. Imo. versic. ad secundum, qui dicit menti tenendum. Felin. versic. octaua limita. ipsi Hostien. & Ioan. Andr. clanculum in cap. 1. in verbo, ipso iure, de re iudic. Compost. propè ad verbum, in cap. capitulum. versic. item quid sit collatio. de rescript. Oldrad. cons. ccxcv. orta materia. versic. ad id quod dicitur: Alberic. in l. iudex posteà quàm, in princip. & ibi Imol. versic. fallit quartò. ff. de re iudic. Bald. in l. qui per salutem, ante medium. ff. de iureiuran. & in l. vlti. versic. quartò quæritur. C. de edend. vbi tamen pulchrè declarat, vt ibi videre poteris. & in d. l. si vt proponis. versic. & hæc faciunt. & ibi Ang. ad fin. C. quomodo & quando iud. idem Bald. in l. vltim. in 4. quæstio. & ibi Salicet. in 8. quæstio. C. de contrahen. emptio. & Franc. Aretin. in d. l. serui electione, in princip. versic. quartò adde. ff. de legat. 1. vbi tamen id dicit communiter intelligi, secundum ea quæ dicam infrà in 6. limit. versi. incip. huc item spectat.

Declara quintò in dispositionibus, siue prouisionibus competentibus iure primo, siue primario, ac proprio (quod aliter accipio quàm in præcedenti declaratione, vt intelliges ex his quæ nunc subiiciam.) Secùs, si iure deuoluto, verbi gratia in casu cap. si electio. de electio. libro sexto, de quo diximus suprà in eadem limitatio. versicul. incipien. & alius item tex. Si electio primùm facta à canonicis non sortita est effectum, quia electus dissentit, vel renuntiat, vel moritur, poterunt primi eligentes iterum eligere. Quòd si superior iure deuoluto elegit, & electus dissentit, vel renuntiat, vel moritur, non poterit iterum eligere, sed ad canonicos redit electio, vt voluit gloss. in d. capit. si electio, in verbo, integrum, per id quod voluerunt glos. Tancred. Hostiens. in capitu. ne pro defectu, extrà, de electio. negligentes esse priuatos tantùm ea prima electione, quæ occurrit. Et eam gloss. in d. ca. si electio, sequitur Petr. Anch. ibi in 4. no. & Domin. ver. in ea gl. & ibi, & intellige.

Declara sextò, vt procedat, cùm quis exercet actum sibi de iure communi competentem, tunc enim si inutiliter exercuerit, poterit denuò exercere: secùs, si iure speciali. Ita enim voluerunt Angel. & Gul. Cu. in d. l. qui per salutem. & ibi post eos Alberic. ante finem. Nam vt hîc dicit, faciliùs tollitur ius speciale, quàm ius commune. §. quia verò verisimile. in authentic. de non alien. Cui adde & alium text. in l. eius militis. §. 1. & ibi gloss. in verbo, quocunque modo. Bartol. Bald. & Angel. ff. de milit. testam. cum aliis concordantiis à me traditis in tract. cessante causa, cessat & effectus. limit. 11. num. 4. incip. nam vt dicit.

Declara septimò, cùm actus primus nullus est, & inutilis ob omissam formam, vel solennitatem, tunc enim is iterari poterit: secùs autem si peccatum sit in materia: tunc enim ampliùs iterari non poterit. Ad quod citari solet à plerisque, quos mox subiiciam. text. in l. quid tamen. & l. si de pluribus. ff. de arbitr. vbi si ab arbitro non fuerit seruata forma mandati, non expirat mandatum, quin possit iterum arbitrari. Quod & seruandum est in iudice delegato. argument. l. non distinguemus. §. de officio. eodem titul. iuncto capitu. cùm olim abbas. de offic. delega. & l. à diuo Pio. in princip. ff. de re iudic. Nam eadem est (vt inquiunt plurimi) in vtroque ratio.

Et ita quidem voluerunt Iacob. Ra. & Oldrad. in d. l. iudex posteaquèm. & ibi Angel. in fin. Imol. versic. fallit tertiò. Pau. Castren. in princip. Alexand. vers. tertiò fallit. ff. de re iudic. ipse Oldrad. consi. ccxcv. orta materia quæstionis. versic. ad id quod dicitur. Cyn. in l. si accusatoribus. in secunda oppositio. & ibi quoque Iacob. Butr. & Salicet. ad fin. C. de accusat. idem Cyn. post Petr. in l. vltim. in 7. quæstio. & ibi Salic. in 7. quæst. C. de contrahend. emptio. & ipse Cyn. in l. si vt proponis. la 1. in 1. opposit. & ibi ipse Iacob. Butrig. & Bald. vers. opponitur & videtur. & Salicet. C. quomodo & quando iud. Alberic. post Petr. à Bellaperti. in l. 1. versi. & inquantum ad præsens, ff. si quis in ius vocat. non ier. & in l. serui electione. in prin. vers. sed pone quòd collata, & ibi quoque Bart. Bald. Imol. & Alex. Iacob. Aret. alius Iacob. Rauen. & Oldrad. in d. l. iudex posteaquàm. & ibi, & iterum paulò pòst Alber. post mediũ. Angel. in fin. Imol. versic. fallit tertiò. ff. de re iudic. Bartol. in l. in proposita. quam legit cum l. si societatem. §. arbitrorum. versicu. quæro si iniquè. & ibi Alber. in fine. ff. pro socio. & in l. qui arbiter. ff. de arbitr. & in l. qui per salutem. circa medium. & ibi Paul. Castren. post medium. ff. de iureiuran. & idem Bald. in cap. in literis. circa medium. de offic. deleg. vbi id dicit esse notandum. Cardin. Floren. & Imo. in capit. causam. ille in prima opposit. 1. quæstio. & iterum in 3. opposit. eiusdem quæstio. hic super glo. vlt. extrà de elect. Petr. Ancha. qui & hoc dicit procedere etiam in eo, qui scienter malè elegit, in c. si compromissarius, versic. item quod dixi, de elect. libro sexto. quod est notandum ad ea quæ dixi suprà in hac ead. limit. vers. denique si quis etiam. & Pau. Castr. in l. cùm quærebatur, post princ. ff. de re iud. Imol. in l. si expressim, versic. & hæc procedunt & iterum versic. sed iuxta prædicta. ff. de appella. & Panor. in dicto cap. in literis, versic. ergo putarem. & ibi Felin. vers. tertiò fallit, de offic. deleg. & ipse Panor. in cap. qualiter, & quando. le. 1. vers. aut non trãsiuit, de accusat.

Sunt tamen qui tenent contrarium in iudice, per d. l. si vt proponis. & d. cap. in literis, nec ad eum trahi debere dict. l. qui tamen, loquentem de arbitro, & inter hos Io. And. in d. cap. qualiter, & quando, le. 1. & ibi Calder. & Anton. de accusat. & Imol. sibi contrarius in eo ipso cap. in literis, de offic. deleg. Sed Alex. in d. l. iudex. in 3. fallen. dicit eandem esse vtriusque rationem & arbitri & iudicis delegati, vt suprà diximus, & in proposito videnda esse quæ not. Bart. in l. 2. ff. de opti. leg. & per Ray. & alios in l. serui electione. ff. de leg. 1.

Sed quicquid sit de ea re, tamen si ex defectu formæ, vel solennitatis ij, qui actum eum fecerunt, sunt ipso iure priuati potestate eiusdem actus faciendi, nõ eum poterunt iterum facere. Licet secùs si sunt tãtùm priuandi. per ca. cùm terra: in fin. de elect. quod loquitur de actu eligendi, idque ad hoc dicit not. Roma. consil. cclxxxiij. dubitatur primò, versic. secundò si quis dixerit. vbi & id dicit voluisse Doct. in cap. publicato, eod. titu. licet illum text.

non allegant, & nos quoque diximus in d.l. si vnquam, vbi suprà, nume. 380. incip. quadragesimum quod præcedenti. & vide Host. in c.1. in verbo, ipso iure. de re iudic.

Declara octauò, vt scilicet is qui actum fecit nullum, possit iterum & eum ipsum validum facere, vt procedat, si nullum est ipso iure, secùs si ope exceptionis, vel officio iudicis est emendandum, tunc enim non poterit eundem iterare, vt voluit Bald. loquens in iudice, qui nulliter iudicauit, in l. vlt. in 4. quæst. de contrah. emptio. per no. in l. in proposita. ff. pro soc. & ante eum Din. prout allegant Alb. in l. serui electione. ff. de leg. 1. & Cy. in d.l. vltim. in 7. q. C. de contrahen. empt. vbi tamen dicit id non placere Petro à Bellapertica. & idem voluerunt alij, quos tibi citaui in d.l. si vnquam, in verbo, reuertatur. numer. 174. incip. trigesimumseptimum, cùm non tenet. Ex quibus etiam intelliges, ita id procedere, vt etiam iudex possit ferre sententiam contrariam priori suæ sententiæ, quæ ipso iure nulla erat. per l. 1. C. de sent. quæ sine cert. quanti. licet aliàs facere non possset, l. 1. C. quan. prouo. non est necess. vbi id adnot. Salic. in x. oppo. & Felin. in c. cùm inter monasterium, ante fin. de re iud.

Simile autem est quòd publicato scrutinio electores poterunt variare, & iterum eligere, si electio est ipso iure nulla. secùs si non esset nulla ipso iure, sed poterat annullari, quia tunc variare non poterunt, vt voluit Innoc. in d. cap. publicato, in princ. & ibi quoque Host. in verbo, nequeunt, & Bald. versicul. quæro, dicitur hîc. & Panorm. versicu. vlterius quæro, & penè omnes de elect. cum aliis multis concord. quæ & nos congessimus in dict. l. si vnquam, vbi suprà, nu. 375. incip. trigesimumoctauum quod est, vbi etiam videbis. numer. sequen. quomodo id intelligendum est.

LIMITATIO II.

Secundò limita Felin. in d. cap. 2. versic. fallit secundò, de treug. & pac. non procedere hanc nostram regulam, vbi simplex sermo profertur in materia, quæ ex consuetudine regionis requirit iterationem. per id quod dicit Bald. in l. 1. vers. ponè quòd testator. C. de fideicommiss. quòd si testator iussit hæredem vestire vxorem viduam, certè id intelligitur, dum in viduitate permanserit, ex qualitate personæ. l. plenum. §. æquitij. ff. de vsu. & habita. nec sufficit quòd det vnum vestimentum pro tota vita ipsius viduæ, sed quolibet anno, quia de more est vt vestes quolibet anno renouentur, & talis est communis consuetudo testatorum, arg. illius l. 1. Hæc ille.

Quem, vt id addas Felin. nuncupatim sequitur Rom. sing. 291. incip. legauit viduæ maritus. & Alex. qui id dicit valde signãdum, quia sæpe accidit in facto, in d.l. diuortio. §. quod in anno. quem legit cum §. ob donationes, vers. secundò limita, & ibi quoque Iason vers. vndecimo fallit illud. ff. sol. mat. & idem Iason in d.l. in duobus. §. si is qui, in 8. simili. ff. de iureiurand. & Catel. Cot. qui hoc dicit singu. in memor. incip. legatum quod vxor, & Alciat. in hoc nostro §. hoc sermone.

Sed aduerte, lector, quòd in hac Baldi specie tria concurrunt, propter quæ id videtur procedere: primum qualitas personæ siue subiecta materia, deinde mos regionis, postremò testatorum consuetudo, quæ omnia ponderat Bald. in d. l. prima. vt non mirum sit, si tot concurrentibus ea sententia procedat: nam & fortiori casu Anton. consil. xxx. casus, Titius quidam testator. in 1. dubio, ex facto respondit, quòd si pater habitationem domus, filiæ, cùm vidua erit reliquerit, ea si tertiò & quartò vidua fiat, legatum consequetur ex subiecto, scilicet argumẽto, nempe cum hæc verba sint generalia, & ad rem ex suapte natura reiterabilẽ referãtur, per l. si ita stipulatus fuero à Seio. ff. de fideiuss. & alia quæ ibi allegat, & sequitur etiã Alc. in hoc §. hoc sermone. Et vide quæ dicã infrà, in 14. lim ita. ver. sed & huc accedit.

LIMITATIO III.

Tertiò limitat Felin. non procedere in materia fauorabili, & quæ benignam interpretationem recipit, qua in re non sequar ordinem ipsius Fel. sed primùm pro hac limitatione tibi citabo tex. in l. hæc conditio, filiæ, ad fi. in verbis, benignè tamen dicendum est. ff. de condi. & demonst. quem tex. in id ponderat Franc. Aret. in l. serui electione, in fin. princ. ff. de le. 1. vt in illo casu actus reiteretur ex benignitate, fauore vltimæ voluntatis: & sic, inquit, regulariter esset oppositum, nisi esset tantus fauor, super quo vide quæ dicam infrà in 18. limitat.

Sed in hac sententiam est tex. in l. placet, cum sequ. ff. de libe. & posth. vbi si quis instituit posthumum hæredem, non vtique is solus institutus videtur, qui ex ea, quam habet, vxore, ei primùm natus est, vel is, qui tunc in vtero est: verùm & is quoque, qui posteà ex quacunque vxore nascerur, quod gloss. ibi dicit mirabile, propter fauorem institutionis, & testamẽti conseruandi: aliàs autem secùs esset per hunc nostrum §. hoc sermone. Ex quo intelligis ex sententia illius gloss. non esse locum huic nostræ regulæ in fauorabilibus. Et eam gloss. sequuntur respectu fauoris testamenti Bart. Albe. Rapha. Comen. Paul. Cast. post medium. ipse Alex. versi. nec obstat d. §. hoc sermone. & idem Bart. in l. si ita, ff. de aur. & arg. leg. idem Alexan. in l. qui filiabus, in princ. versicu. addo quòd etiam hoc, & ibi quoque Iason. ff. de leg. 1. & Calca. consi. xx. ista quæstio habet tria. vers. ista tamen regula, vbi eam dicit not.

Deinde quod tradit Oldr. consil. ccxij. quidam in suo testamento, quòd si testator instituit ventrem vxoris, & posteà ex eadem vxore plures habuit filios diuersis temporibus, censentur omnes instituti, per d. l. placet, de libe. & posth. quia sic est (inquit) in omnibus actibus fauorabilibus, vt omnes posthumi intelligantur. l. si quis ita dederit. §. 1. ff. de testamen. tut. & l. qui filiabus. §. 1. ff. de legat. 1. & l. Clemens patronus. ff. de hæred. instit. & videtur (inquit) esse casus in l. inter veteres. C. de fideicommiss. libert.

Et idem, eo tacito, voluit Ioan. Andr. illius discipulus in add. Spec. in rub. de testam. versi. cùrrit alia quæstio. & ipsius Ioann. Andr. discipulus Fede. Senen. magistri quoque nulla mentione facta, loquens in duobus posthumis eodem partu natis consilio 42. testator instituit. & Ange. cons. 51. Simon notarius. Alex. in d.l. placet. versi. & per istum text. & ibi quoque Iason. vers. adde quòd per istum text. ff. de libe. & posthum. & ipse Alexan. consil. 171. viso processu causæ inter dominam Antoniã, ver. sed ita est quòd quando. lib. secundo.

Et idem tenuit Bald. nullo maiorum citato, cons. 122. verba testamenti sic dicunt. versi. & hæc responsio, lib. j. & cons. cxxviij. ad intelligentiam. versic. contrarium est verum, eod. lib. j. quod cons. repetitum est, consi. cxiij. proponitur quòd quidam miser. Simon, libr. v. & vtrobique per dict. l. placet. & Paul. Castr.

Castr. qui distinguit, consilio cccccix. casus iste frequenter contingit. versic. super secundo non est insistendum, libr. ij. vbi etiam allegat d. l. placet. Sed tu omnino vide Iasonem in d. l. placet, vbi id latissimè tractauit, nam Raph. Comen. & Paul. Castr. tenent contrarium in d. l. placet.

Hanc opinionem fulcit tex. in l. annua. §. Atia. ff. de annu. leg. vbi legatum ecclesiæ factum, die nundinarum, intelligitur esse non vno tantùm anno, sed in perpetuum fuisse relictum. Et quod in simili tradit Bar. in l. eum qui ita. §. qui ita stipulatur. versic. quæro promittis mihi, ibi, quid dicemus. ff. de verbor. obliga. quòd promissio certæ quantitatis ex causa alimẽtorum, præsumitur annua, fauore scilicèt alimentorum, aliàs enim secùs per l. cùm hi, §. si in annos. ff. de transact. & sequitur latè Soci. cons. xlviij. eleganter consuluit, paulò antè fin. lib. 3. Sed tu super hoc vide Paul. Cast. & omnino Alex. in d. §. qui ita stipulatur.

Sed & huic limitationi nonnihil conuenit alius text. in l. deberi. C. de fideic. lib. vbi si seruo alieno libertas legata sit, quod quidem fieri non potest nisi domino serui consentiente, si dominus ipse primùm dissenserit, quia noluit eum vendere, non proptereà continuò abrumpitur libertas, sed differtur, donec posteà dominus propositum mutauerit. Quod obtinere videtur ob fauorem libertatis: aliàs enim ex primo dissensu videretur legatum expirare, nec posteà reuiuiscere ex alio consensu, per ea quæ suprà diximus, in prin. vers. in c. trigesimò quod scriptum reliquit. Quamquam scio nullum scribentiũ super d. l. deberi, id vllo pacto tribuere fauore libertatis, sed ea re ita loqui, tanquam id generaliter intelligatur, & ex eo illud assumentes, quod differtur, non aufertur: neque etiam vellem id pertinaciter tueri, vt libertatis fauore illud fieret, licèt id fauor ille operari possit, etiamsi in aliis aliter dicendum esset.

Huc etiam pertinet, quòd leges legitimantes filios ex concubina natos persequens matrimonium, intelligitur non tantùm de primis patris nuptiis, sed & etiam de secundis, putà si primùm ducat vxorem, alteram extraneum, & deinde ea mortua, ducat illam concubinã: nam per id matrimonium legitimantur illi filij. Ita enim voluit Hostien. in Summa, tit. de filiis presbyt. §. ad fin. Ioan. Andr. in c. tanta, in verbo, post contractum matrimonium, & ibi etiam Card. Flor. circa medium, versicu. pone procreat quis filium. Petr. Anch. versicu. secundò facit, Ant. versic. quero quando. Panor. in iij. no. & Card. Alex. vers. quæro septimò, qui fil. sunt legit. & alij propè infiniti, nam id omnes tenent præter vnum aut alterum, vt videbis in nostro tractatu Primigeniorũ. in xxxiiij. quæst. num. 2. versi. sed vt ad speciem. Et id etiam multi tribuunt fauori prolis, & legitimationis, ca. peruenit, & ca. ex tenore, qui fil. sunt legit. & aliis multis citatis à Ioan. And. in c. sine culpa, de reg. iur. libr. vj. quamuis multis ex illis, quos in hanc partem cito contrarium videbatur dicẽdum ex hoc nostro §.

Et huc quoque accedit quod latissimè, & multis rationibus decidit Cald. in sua disputatione incipi. ex octo studentibus, quòd si scholasticus debitor iurauit non exire districtum sine permissione creditoris. deinde is permissionem simpliciter impetrauit à creditore, ea intelligitur vt non semel tantùm, sed quoties ei libuerit exire possit: quoniam ea concessio est fauorabilis, vt quæ reponit debitorem in sua pristina, & naturali & ciuili libertate. Ex hócque reprehendit Old. qui in quadam sua disputat. dixerat facultatem datam bannito, vt liberè posset venire in ciuitatem, intelligi de vna tantùm vice, vt ex eo diximus suprà in prin. vers. incip. xlv.

At Felin. in d. c. ij. vers. fallit tertiò, & seq. de treug. & pace, nititur vtrunque concordare, vt scilicet dictum Calderini sit verum in suo casu fauorabili, propter rationes quas in hoc adducit. Sed & dictum Oldradi in sua specie sit verum, vt loquatur in permissione minimè fauorabili, sed potiùs odiosa, quia interest reipublicæ, ne bannitus, qui hostis est patriæ, ad eam reuertatur. At ipse Fel. non meminit Bart. qui post Dyn. in l. adultera, §. vl. ff. de adu. contrariũ ex diamero tenuit, vt diximus suprà in prin. vers. incip. quadragesimononò.

Sed & ad hanc limitationẽ trahi potest, quod ab Ant. ex facti specie responsum est eo loco, ex quo nuper illum citauimus. in limitatione. consil. xxx. quòd habitatio filiæ relicta in casum viduitatis nõ solùm de prima viduitate intelligitur, sed & de secunda, & de aliis, ad quod comprobandum cùm alia multa adduxisset, tum & illud quoque, quòd in fauorabilibus sermo indefinitus non restringitur ad primum siue proximum, vt not. inquit, Ioan. And. in c. non potest, de præb. libr. vj. de cuius dicto diximus suprà in prin. vers. inc. contrarium tamen tenuerũt. & sequen.

Sunt & qui huc trahunt, quòd à multis dicunt, statutum de cõpromissis affinium, cuiusmodi sunt multa in Italia, vt scilicet affines teneãtur compromittere, non de vno tantùm compromisso intelligi, sed quoties opus fuerit, & donec lis fuerit sopita, de quo latè dicemus infrà in ix. limitatione, & aliis locis ibi citatis. Nam inquiunt, id statutum est fauorabile, & inductum ob publicam vtilitatem, vt per Bar. in j. constit. C. vers. super hoc quæro. priores. & Bald. in l. qui se patris. versic. & ideo in feudo, & ibi Paul. Castr. vers. & hoc dicit, & Rom. ver. & ex prædictis resultat. C. vnde lib. Pet. Anch. consi. clxxxvij. apud me quæstio ista, per totum illud consil. & maximè in fin. & id communiter tenetur, licèt nonnulli teneant contrarium. Hanc enim inter cæteras rationem illius sententiæ adfert Iason, in l. veluti. §. hæc vox, quem legit cum §. prætor ait, l. præceden. ff. de edendo, & in leg. prætor ait, §. deinde, in viij. not. ibi. tertiò quia tale. ff. de noui operis nuntiatione.

Et quod ab Alex. scriptum est consi. clxxj. viso processu inter dominam Antoniam. vers. superest modò, cum multis sequ. libro ij. quòd si testator reliquerit alimenta cuipiam, & futuræ ipsius vxori, intelligitur non solùm de vna & prima vxore, sed & de omnibus, quas posteà ducet, quia id legatum fauorabile est. l. j. C. de fideicom. & l. cùm hi, propè per totã eam l. ff. de transactio. Et eam Alexand. sententiam nuncupatim sequitur Soc. cons. 4. eleganter consuluit lib. 3.

Ipse autem Alex. ad confirmationem suæ illius sententiæ nonnulla ex supradictis adduxit, & illud quoque præterea quòd indefinita apposita circa personas æquipollet vniuersali in fauorabilibus, vt voluit Bar. quem cæteri sequuntur in l. si pluribus, in prin. ff. de leg. ij. per eum tex. & alium quoque tex. in l. si quis ita. §. j. de test. tutel.

Atque etiam illud, quòd in fauorabilibus fit extensio

de vna causa fauorabili ad aliam, etiam in exorbitantibus, vt not. in l. illud. C. de sacrosanc. eccles. & in l. si constante. ff. soluto matrimo. & not. Cyn. in auth. res quæ, in 4. quæstio. & ibi quoque Bar. paulò antè fin. Alber. vers. item quærit glos. Bal. versic. item videtur, & cæteri propè omnes. C. commu. de leg. cum similib. Ex hócque Alexan. reprehendit illam Bald. decisionem in l. vlt. C. de indic. vidui. tollen. de qua diximus suprà in princi. versicul. inc. quinquagesimooctauò, per text. in l. si agnatis. ff. de reb. dub. & in l. cùm ita. §. vlt. ff. de legat. ij. quod & nos diximus in d. versic. vbi & tu videre poteris, ne hîc repetam.

Postremò in vniuersum, vt hæc nostra regula non procedat in omnibus fauorabilibus, vltra Alexand. vbi suprà voluerunt Pet. Anch. consil. xxvij. non seruato ordine, versic. non obstat si dicatur. Raph. Com. cōsilio 14. dictum statutum, circa medium, & è recentioribus latè Philip. Dec. consilio 512. cùm reuerendissimus Cardinalis, tanquam scilicet id totum pendeat ex fauore & odio. & Alc. in hoc nostro §. hoc sermone, vt scilicet in odiosis nostra regula obtineat, in fauorabilibus minimè. Et ad id bene facit quod scribit ipse Dec. consil. 287. in ciuitate Placentiæ, versic. & vlteriùs in isto casu, & cons. 609. quæritur ex duobus, nu. 6.

Verùm aduersus hæc omnia vrget admodum tex. in l. matrimonij. ff. qui & à quib. à nobis adductus suprà, in princ. versicu. inc. & alius quoque. vbi appellatione nuptiarum veniunt primæ, non etiam aliæ, etiam si sit fauor libertatis, cùm tamen libertas sit rerum omnium fauorabilissima, vt latè diximus & probauimus in rep. l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, numero 329. inci. libertas autem, & numero 331. igitur vt concludamus. Ideóque Ludou. Sard. vnus omnium quos viderim, tenuit per eum tex. & alia quæ allegant, contra eam communem opin. quam suprà adduximus, versic. huius limitat. inc. huc etiam pertinet, scilicet filios naturales non legitimari per secundas nuptias contractas cum concubina. Nec certè satis video quid illi textui responderi possit, nisi dicas eam fuisse manumissoris mentem, vt de primo illius ancillæ matrimonio intelligeret, non etiam de alio, præsertim illius repudiatæ: nec eandem esse vtriusque rationem, & affectionem, vt nos ipsi omnes intelligimus. Quotus enim quisque tanti æstimaret viduæ, aut repudiatæ matrimonium, quanti eius ipsius virginis? Et id quidem, vt scilicet in casu illius l. videretur tantùm de primis nuptiis fuisse cogitatum, voluit Alber. in d. l. qui per salutem, statim post princ. & iterum post medium. ff. de iureiur. vide autem quæ diximus suprà in j. limit. versic. vlt. inc. intelligc tertiò.

LIMITATIO IIII.

Quartò limita secundum Felin. in d. c. ij. de treug. & pace. vt non procedat, quando est facta concessio quæpiam ad certum tempus, quia tunc non intelligitur pro prima vice, sed toties quoties, durante illo tempore præstituto, per tex. in l. sicut in annos, in pri. ff. quib. mod. vsusfruc. amitt. vt si cui, quandiu viuat, legatus sit vsusfructus, videtur toties repetitus quoties amissus erit. Et idē si vsque ad diem vel ad tempus sit legatus, vt puta ad decennium.

Et ita per eum text. expressim hanc limitationem adscripsit Rapha. vt à nonnullis citatur in l. si mihi, & Titio. ff. de verbor. oblig. vbi & ad hoc dicit facere not. per Bart. ibi. nam & ad hoc illum citat, & sequitur Alex. in addit. Bar. in l. j. ff. ad leg. Iul. maiest. vbi & ad hoc dicit facere tex. in l. Græcè. §. & post litē. ff. de fideiuss. & Phil. Dec. in l. j. C. de institut. & substitu. & ante hos idem voluit Bald. à nullo illorum citatus, consilio 34. statuto, seu capitulo. versiculo: nam quantumcunque negat, libro v. arg. l. sterilis. §. vltim. & l. qui fundum vendebat. ff. de cōtrah. emp. & ante illum Ioan Mona. in c. vlt. versi. quæro episcopus, de verborum significatio. de cuius illic sententia, dicam infrà in viij. limit. versiculo inci. & est simile.

Sed hîc paululum aduerte lector, nam illa l. sicut in annos, loquitur in actu successiuo, videlicet in legato siue cōcessione vsusfructus ad certū tempus. Aliud autem posset videri in actu momentaneo, & quod certo aliquo tempore perficitur, vti est (verbi gratia) ius eligendi, cui conceditur aliquod certum tēpus, videlicet trium mensium. c. ne pro defectu, de elect. Et tamen si ea semel facta fuerit, ampliùs non poterit iterari, etiam intra illud tempus, etiámque si ita inutiliter facta fuerit, vt annullari possit: quamuis secus esset si ipso iure nulla esset, vt videre licet apud Innoc. in c. publicato, in princ. & ibi quoque Hostien. in verbo, nequeunt. Baldus versiculo, quæro dicitur hîc, Panormit. versicu. vlteriùs quæro. de elect. cum aliis concordant. à me adductis in repet. l. si vnquam, in verbo, reuertatur, numer. 375. inci. trigesimumoctauum quod est admodum. C. de reuoc. donat.

LIMITATIO V.

Quintò limita secundum Felin. in d. illa 4. limitatio. (nam & hanc cum illa confundit) vt non procedat, quando confessio fit pro certa & determinata causa, verbi gratia, concessa est simpliciter securitas veniendi & redeundi pro pace tractanda: tunc enim non intelligitur pro prima vice tantùm, sed quòd semper durante eo tractatu possit liberè ire & redire, vt voluit Bart. in d. l. j. ff. ad l. Iul. maiesta. arg. l. cōtinuus. §. qui insulam. ff. de verborum obligat. & l. veteres. cum l. sequen. ff. de itin. actúque priua. & sequitur Ange in l. vtimur, ad fin. versicu. idem adde. ff. de sepulch. viola. dum citat. Bar. vbi. suprà. Panor. in d. cap. ij. in fin. de treug. & Io. Plat. in j. versicu. & simplex, & indeterminata. C. de nauicul. libro xj. & Georg. Nat. in repe. clem. sæpe. in princ. versic. mihi magis placet, ibi, comprobo hoc auctoritate, de verb. sign. & Phil. Dec. consi. dlxij. viso puncto. vers. ad idem facit.

Nam & semper aliàs durante causa, debet etiam durare & perseuerare id, quod ob eam causam introductum est, & concessum, l. semper. §. negotiatores. ff. de iur. immu. & l. si cui. §. j. ff. ex quib. cau. maior. & l. ij. §. omnes. ff. de iudi. & l. Titia, §. vsuras. ff. de l. ij. & l. qui nominibus. ff. de admin. tutor. Et ita per eos tex. voluit Signor. Homod. consi. cliij. paterfamilias. nu. 6. & diximus in nostro tract. cessante causa cessat effectus, parte j. numero decimoseptimo, incip. & illud.

LIMITATIO VI.

Sextò limita (& hæc est quinta limitatio. Felin. in d. c. ij. de treug. & pace, quæ accedit proximè ad j. limitationem) vt non procedat, quando per primum actum non est satisfactum menti, & intentioni loquentis, siue disponentis, siue agentis, ex eo quod scribit Bald. in l. fideicommissa. §. si quis alicui decē, ff. de lega. 3. quod statutū de compromissis intelligitur,

gitur, vt iterum compromitti debeat primo finito, si non sit satisfactum statuto per primum compromissum, quia adhuc vendicat sibi locum ratio statuti, quæ est, vt lites finiantur. Et sic(inquit) nō obstat l.boues.§.hoc sermone.ff.de verb.signif.

Et idem(vt id addas Felin.) voluit idem Bal.post Cyn. in l.veluti.§. hæc vox. per illum text. & ibi quoque Alexan.Iason,& Iacob. à S.Georg.ff.de edend.Ipse Bald.in l.qui per salutem, in fin.lectu.nouæ, per illum text.& ibi etiam Alex.& Iason. ff.de iureiuran. & idem Bald. in l.prætor ait. §. hoc autem interdictum,le ij.in quibusdam add.vt à nonnullis citatur, licet in meo codice non reperi, & ibi idem Rom.in addit.versic.& sic facit.& Iason,in §.deinde, in viij. not.ff.de operis noui nuntiat. & ipse Bald.consilio ccclxij. primò videndum est, libr. v. nam statutum (inquit) mandans compromitti, intelligitur cum effectu.& Rom.in l.ij. versicu.sed stat circa hoc, sub nu.58.ibi,non obstat orationem.ff.de re iudica. vbi & ad hoc allegat l.oratione.ff.de feriis.& idem Roma.consi.diiij. in casu propositæ consultationis, in prin. Alex.cons.lxx.viso consilio.versic. constat autem,libr.ij.Philip.Dec.consil. xxij. cuius suprascriptio incipit,si pronunciatur,& alij alia ratione moti,quos citabo infrà in ix.limit. Iterúmque in xviij. Et interim tamen videas Matth.Afflict. decis. Neapol.xlvj.dicit regia pragmatica.

Et huc quoque pertinet aliud dictum Hostiens. vt à multis citatur,in ca.cùm in multis, & ibi post eum Io.Andr.in gloss.vlt.Petr.Anch.versic.quintò quæro,& Domin.versic.in fin.glo.istud dicit verum,de rescrip.libro vj.quòd in casu d.cap.si quis vi gratiæ expectatiuæ acceptauerit vnum aliquod beneficium,quod consequi non potest,quia alius habens priores literas, illud acceptauerat, vel etiam id vacans non erat,poterit aliud acceptare. Aliàs autem non poterit, vt omnes vbique tenent, vt alibi dicā.

Et idem propemodum in effectu voluit glo.in cap.ne captandæ,in verbo,cùm subsit,& ibi Arch.in gl.vlt. & Io.Andr.super j.gl.de cōces.præben.lib.vj. & D. de Rota decis.v.not.quod vbi est notorium.de concess.præb.in antiq.& Rom.consil. cccxxix. præsens consultatio,& in id plerique citant l.ij.ff. de opt.lega.& quòd verba sunt cum effectu intelligenda. l. j. §.hæc autem verba.ff.quod quisque iur.& leg.si per alium.§.docere.ff.ne quis eum,qui in ius voc.& ca. relatum,de cler.non resid.

Et aliud quoque dictum Bald.in l. quod quis, in sexta quæst.in fin. C.de procur. quòd procurator constitutus specialiter ad aliquid faciendum,alium substituerit,in eum transferre videtur omnem suam potestatem,nec potest illum reuocare, nec alium substituere,per cap.is qui.& cap.quamuis, de offic.deleg.lib.vj. Si modò, inquit,ille primus institutus sit habilis,& acceptet substitutionem : aliàs enim hic procurator non videtur per eam primam substitutionem functus suo officio. per d.l.hæc conditio filiæ.ff.de cond.& demonst. vbi per primas nuptias, quæ nō sunt sortitæ effectum, non impleta est hæc conditio,si nupserit,& per nota. per Inno.in cap.in literis,de offic. delega. de cuius illîc dicto videbis infrà,hac limit.versi.huic veteri historiæ.

Et illud item ipsius Bald.post Pet.in l.inuitus,in fin.C. eod.tit. de procur. quòd procurator constitutus ad appellandum, intelligitur non solùm de prima appellatione,sed & de secunda, cùm per primam non habemus effectum, secundum intentionem mandantis,per d.l.hæc conditio filiæ meæ.ff.de cond.& demonstr.& sequitur Roma.in d.l.prætor ait,§.hoc interdictum,le.ij.id addit.versiculo,& sic facit.ff.de oper.noui nuntiat.& d.consilio diiij. & vtrobique per illum text.& prætereà per text.in l.si is à quo.§. vltim.cum l.seq.ff.vt in posses.lega.& l.j.§.quod ait prætor.ff.quor.leg.& l.si ab arbitro.ff.qui satisd.cogan.quibus probatur,quòd si per explicationem primi actus res effectum non habuit, proceditur ad secundum : nam verba sunt intelligenda cum effectu.l.qui per alium.§.docere.ff.ne quis eum qui, & lege prima.§.hoc autem.ff. quod quisque iur. & capitulo relatum, de cler.non resid. & diximus alibi suprà.

Sed & illud dictum Bald.in dict.lege,inuitus,sequitur Marianus Socin.in cap.de illis.versi.& prædicta faciunt, de conditio.appos.vbi dicit se ex hoc consuluisse Florentiæ:quòd statutum eius loci,quo dotes mulierum possunt constitui super monte, dum nubunt,intelligitur,vt etiam mulier, quæ semel fuit dotata,iterum possit dotari, si vidua facta sit, quia cùm adhuc possit nubere, non est satisfactum menti statuti ex prima illa dotis constitutione.

Sequuntur item illam Bald.& Decius in dicta lege inuitus.Caro.Ruin.consilio trigesimo,cuius exordiū est,circa primum dubium.versicu.bene facit quod not.qui est sub numero 8.libro secundo, & iterum consilio cxix.viso,& bene ponderato.versic.& minùs etiam dici potest, qui est sub numero 14.eodē libro ij.& Iason.in d.l. diuortio,§.quod in anno, in fin.ff.solut.matrimo.& Philipp.Decius consil.xxij. & consilio lij.cùm reuerendissimus Cardinalis,versiculo tertiò hoc idem comprobatur, & consilio dlxij.viso puncto diligenter formato, in princ.vbi id dicit not. ex hócque respondit potestatem datam creditori, vt possit accipere pecunias sub cambiis, ne creditor patiatur interesse de pecuniis sibi debitis, non restringi ad primam vicem, sed generaliter intelligi, donec creditori satisfactum fuerit.

Subdit autem Rom.in duobus illis locis à me citatis suprà,vers.ab hinc ij.post illā Bal.in d.l.inuitus.sententiam ab eo relatam,hæc quoque procedere (neque enim id omittere debui) etiam si dispositio loquatur per verba denotatiua certi numeri, quia si per actus in eo numero comprehensos, non est satisfactum intentioni disponentis, poterit procedi ad numerum vlteriorem,vt dicit ipse expressum in l.si quis ex argentariis.§.vlt.& l.veluti.§.hæc vox.ff. de eden.Quod & ipsum tradidit ipse Rom.in d.l.ij. vbi suprà.ff.de re iud.vbi & ad hoc allegat d. l. oratione.ff.de feriis.& sequitur Felin.in d.cap.ij. in v limit.de treug.& pace.&Georg.Nattam in d.clem. sæpè.in princ.versic.non ob.d.§. hoc sermone, vbi quod procedit etiam,de verborum signific. & Alc. in hoc nostro §.hoc sermone.

Huc item spectat,quod not. voluit Innocent. in cap. in literis,de offic.& potest.iud.deleg. quòd quando cogitatum est de effectu, vt quia Papa mandat Episcopo, vt prouideat cuipiam de aliquo beneficio, nunquam commissarius fungitur officio, nisi res sit sortita plenum effectum, quia non est de nudo facto, sed de effectu beneficij cogitatum : nam ita illum referunt & sequuntur Bald. & Anton. ibi Oldr. citans nuncupatim Innocen.consilio ccxcv.orta materia.versiculo ad id quod dicitur. Bartol.in l.ij.§.j.versiculo,item prædicta vera sunt ff.de

ff. de optio. leg. Bald. in l. serui electione, post medium, & ibi Imol. versic. item fallit quando, & Franciscus Aretin. versiculo quartò adde, & Alexan. ff. de leg. j. & idem Bald. in l. post aditam. versiculo deinde collige. C. de impub. & aliis substitut. & in leg. Barbarius, in prima lect. versiculo, & not. quòd illc. ff. de offic. proconf. & in leg. si vt proponis, la prima. versiculo. & hæc faciunt. C. quomodo, & quãdo iud. & Petr. Ancharan. in capitu. cùm in multis, quod est secundum versicu. similis est quæstio, de rescript. libro sexto, & in capitulo, si compromissarius. versiculo, vltimò, quia textus dicit ibi, sed quando est constitutio, de elect. eodem, libro sexto, dum tractant, an qui semel elegit siue benè siue malè, possit iterũ eligere, & Imol. in l. iudex posteaquam. versicu. fallit etiam quartò, & ibi quoque Alexand. in quarta fallen. ff. de re iud.

Et ad hoc quidem facit, quod post alios antiquiores, quos non nominat, voluit glossa, in dicto capitulo, si compromissarius, in verbo, consentire, in fine, dum facit discrimen, an detur potestas prouidendi, an eligendi: vt in primo casu si electio non fuerit sortita effectum, possit iterum eligere, quia per primam illam electionem nondum est prouisum, & sic non satisfactum intentioni mandantis, & sequitur Ioan. Andr. super ea gloss. qui eos nominat, qui antè fuerant eius opinio. scilicet Tancred. & Petr. de Samp. in cap. causam, extrà, eodem titulo, & id ipsum quoque recitasse Abb. antiquum, in capitulo: quia propter, eodem titulo. Et in hac quoque opinione videntur fuisse Hostien. & Ioan. And. in cap. primo, in verbo, ipso iure, de re iudic. & Baldum simpliciter eam gloss. citat, in dicto capitulo, causam. versic. quærit gloss. an compromissarius. de electio.

Verùm Ioannes de S. Georg. dicit, quòd ipsius præceptor dicebat contrarium eius quod diximus, probari in dicto cap. si compromissarius, quia loquitur de potestate prouidẽdi, cùm dicitur statim post pri. ad superiorem potestas deuoluitur prouidendi, & tamen posteà cõfestim sequitur, quòd sibi compromittentes imputent, quia in talem potestatẽ huiusmodi transtulerunt. Sed dicit Domin. ibi in §. si verò, super dict. gl. vltim. addici posse, quòd finis tex. illius §. debet referri ad princip. vbi loquitur de potestate eligendi data compromissariis: verbum autẽ prouidendi postea positum, dicitur respectu illius ad quẽ deuoluitur, & satis probatur ex eo tex. quòd isti compromissarij habuerunt tantùm potestatem eligendi, vt dicit gl.

Cæterùm istam distinctionem eligendi, & prouidendi reprobat Lapus in dicto ca. si compromissarius. nihil enim referre inter potestatem eligendi, & prouidendi, vtrumque enim consumi vna electione: nã cõpromissarius potest dicere, eligo vel prouideo, vt scripsit Arch. in c. sicut cùm per formam, eod. tit. & lib. & in c. in genesi, extrà eod. tit. & Inn. in c. in causis, eod. quoque titu.

Sed & Specul. titu. de elect. in forma pronunciationis electionis, dicit quòd compromissarius magis propriè potest dicere prouideo, quàm eligo, vt in dicto ca. quia propter. Et facit (inquit) quod not. gloss. vltim. in ca. causam quæ, extrà, eod. titu. & in ca. constitutus, in dicta gloss. prima, extrà de concess. præbend. nam ista duo promiscuè ponuntur in iure, scilicet prouisio ponitur pro electione in dicto ca. causam quæ, & in capit. quia propter. Et diuerso electio pro prouisione, in capit. dilectus. extrà de conces. præbend. vti obseruauit Ioann. Andr. post Arch. in ca. j. post princ. in verbo, prouisionem, extrà de elect.

Verùm propriè loquendo aliud est prouisio, aliud est electio, vt patet ex ca. primo. in princi. ibi, electionem, postulationem, vel prouisionem, de elect. lib. vj. & cle. dispendiosam, quæ est ij. in illis verbis, in causis super electionibus, postulationibus, vel electionibus. & ibi Card. Flor. in iiij. not. de iudic. & in clem. prima. §. ad hoc. ibi, prouisionem. seu electionem, & iterum ibi, ne ad prouisionem procederet, vel quempiam eligant, & ibi idem Card. in tertia quæ. de præben.

Quod & ex hoc videri potest, quòd prouisio spectat ad superiorem, & per eam prouisus cõsequitur plenum ius, & ponitur pro electione, capitulo dilecto, primo respons. extrà, de præbend. & capitulo, cùm dilectus, etiam primo respons. extrà, de iure patronatus, & capitulo, is cui, de præbendis, libro sexto. Electio verò spectat ad inferiores, capitulo primo, de election. & capitulo. cùm ecclesia, de causa possessionis, & proprietatis. & capitulo, congregatio, xvj. quæstione prima, & capit. Abbatem. xviij. quæstio. ij.

Concludit igitur Dominic. in dicto capitulo, si compromissarius, & post eum Philipp. Franc. ibi, super gloss. in verbo, consentit, hanc potestatem eligendi vel prouidendi finiri vnico actu, nisi si ita fuerit mandatum eligendi, donec, siue quosque fuerit ecclesiæ prouisum. Contra autem Imo. in dicto cap. in literis, ad fin. de offic. deleg. dicit neutram potestatem eligendi, & prouidendi finiti vnico actu electionis vel prouisionis, quæ non est sortita effectum.

Et hoc quidem in loco occurrit historia memorabilis huc admodum pertinens, relata primum à Polybio libro vij. histor. & Atilio, deinde à Tullio, paulò ante fin. lib. iij. offic. & Liuio 3. decad. libro ij. ad fin. iterúmque libro quarto, & posteà quoque à Gellio libro noctium Attic. vij. cap. xviij. Ea est, post Cannensem pugnam Hannibal ex captiuis Romanis, quos detinebat, decem iuratos ad Romanum Senatum misit, in castra redituros, nisi de redimendis captiuis impetrarent. Cùm egressi castris essent, vnus ex iis, minimè Romani (vt dicit Liuius) ingenij, veluti aliquid in castris esset oblitus, in castra rediit, iurisiurandi soluendi causa, & confestim comites secutus est. Re à Senatu non impetrata, cæteri in castra Hannibalis redierunt: is domum abiit, tanquam fallaci in castra reditu sese iureiurando exsoluisset, nec iterũ redire teneretur. Quod cùm resciuisset Senatus, censuit eum comprenhendendum, & custodibus publicè datis ad Hannibalẽ deducendum, & quidem rectè. Fraus enim, vt dicit Tullius de ea re loquens, vbi suprà, distinguit periurium, non dissoluit. Et si ad hunc locum referre possumus, vt certè possumus, ex huiusmodi primo, fallacique reditu, non erat satisfactum menti, & intentioni concedentis.

Huic veteri historiæ germana est alia hæc recentior historia, quam recenset Æneas Syluius qui adopto summo pontificatu Pij nomen sibi adsciuit, in descriptione Europæ cap. xxxix. & Raphael Volaterranus, libro vij. Geographiæ in Francorum historia,

storia,& è nostris Andræas Alciat.in hoc nostro §. hoc sermone,de verborum signific. Cùm Albertus Franconiæ comes in arce munitissima Branbergẽsis vrbis à Ludo.Imperatore obsideretur,cuius filiũ interemisse insimulabatur,difficilisq; eius arcis expugnatio videretur: Otho Magũtinus episcopus profectus ad Alber.se litis arbitr. professus est,iurauítque si secum ad Imperatorem proficisceretur, vel pace impetraturũ,vel in arcem incolumẽ reductur ũ.Credit Alber.& Othon.sequitur. Vix arcem egressi erant,cùm Otho hortatur,vt in arcem pransum redeant,ne fortè longiuscula apud Imperatorẽ esset futura mora:redeunt,pransíque iterum egressi ad Ludouicum redierunt, mox Albertus captus est, & capitali iudicio damnatus. Cui Archiepiscopi fidem imploranti,respondit religiosus ille pontifex se datæ fidei satisfecisse,religionéque exsolutum esse,qui semel reduxisset incolumẽ, bis reducere non promisisse. Verùm is non satisfecerat menti, intentioníque eius, qui iusiurandum exegerat, propterea nec eo se liberarat.

Hanc tamen limitationem intelligunt nonnulli in dispositione legis,nõ etiam in dispositione hominis, quæ primo actu consumitur, etiamsi posteà euanuerit,nec sortita fuerit effectum. Ita enim voluit Bal. in l.j.versi.tertiò, quæro statutum. C.de his quæ pœnæ nomi,& eius auctoritate Socin.consi.cxvij.visa & diligenter,circa medium,li.j. vbi & id dicit sing. & iterum consi.xcj. concludo dictum Philippum. versi.confirmatur ratione,lib.iiij.vbi ex hoc infert, quòd dispositio sententiæ, & promissio consumitur in primo actu, licet is posteà fuerit retractatus, cum sit hominis dispositio, & subdit hãc rationem concludere,nisi ipse fallatur, & Franc.Curt. Iunior consilio clxxviij. habita diligenti consideratione. numero 27.vbi ex hoc dicit,quòd dispositio hominis consumitur primo actu,etiamsi non fuerit sortitus effectum,prouisio autem legis tum demùm,si ille primus actus sortitus fuerit effectum. Vide autem quæ de hoc latius dicemus infrà in noua limitatione. Sed vt interim non omittam, cum hac sexta limitatione multùm conuenire xij. limitationem.

LIMITATIO VII.

Septimò limita (& hæc est sexta Felini limitatio) vt procedat in dispositione affirmatiua, siue permissiua,non etiam in prohibitiua,siue negatiua, quæ nõ solùm de primo actu, sed & in infinitum intelligitur,per text.in l.si sic stipulatus sum,vbi id not. Iason in ij.not.ff.de verborum obligationib.& voluit not.in l.hoc genus,& ibi Alber. Goffred. Salig.in fin.& Bartol,qui eam dicit notandam.& Paulus Castrens. qui dicit sing.& præterea Oldr.in l.cum pater.§.pater filiam,& ibi quoque Bartolus.ff.de leg. secundo.

Et idem quoque voluit ipse Oldrad.consilio decimosexto,thema tale est, Titius habens vnam filiam. versic.nec in hoc multùm,vbi & ad hoc allegat l.si sic.ff.de verbor.obligationi.vbi per hoc consuluit, quòd si testator aliquid vltra legitimam legauerit filiæ,ne nuberet alij, quàm mercatori, aliàs legatum amittat:& filia primò nubat mercator, & eo mortuo,nobili amittit legatum:neque enim in hac prohibitione de primis nuptijs tantùm est intellectum,sed de omnibus. Et id muncupatim sequitur Benedictus Plumb.in l.matrimonij, in fin.ff.qui,& à quib.manu.vbi tamen est corruptus nume.illius consil.& Paulus Castr.in dicta l.hoc genus.vbi ex hoc dicit se consecutum fuisse honorem.& Catellan.Cot.qui id dicit singu.memor.incip.testator læ taliter vulneratus, circa medium. & Alciat.in hoc nostro §.hoc sermone. Et idem propè ad verbum, nulla tamen Oldradi mentione facta, voluit Alber. in l.vlt.versic.vltimò quæro,ibi,nec est multum.C. de spons.& in l.hæc códitio filiæ,in fi.ff.de condit. & demonstr.

Sed & illud quoque voluit Signor.consilio lxvij.quædam mulier.versiculo,deinde sic.& iterum consilio lxxj.factum sic se habet,D.Episcopus.versi.præterea non est nouum.Baldus,qui illam gloss.dicit satis not.in l.si vt proponis, lxj.versicu.opponitur illud quod nullum est.C.quomod.& quand.iudex.Rom. consil.diiij. in casu propositæ consultationis, ante medium.versicu.alia enim limitatio, dum allegat glo.in d.l.hoc genus.& non obscurè sing.cccxcj.legauit viduæ.& Lauren.Calca.consil.xx.ista quæstio habet tria dubia.versicu.iiij.limitat.vbi ad hoc expressim allegat d.l.si sic stipulatus sim,de verborum oblig.Alexan.in addit. Barto. in hoc nostro §.hoc sermone.& ibi Alc.Iason in d.l.in duobus.§.j.versicu.item prædicta limit.ff. de iureiur. vbi tamen dicit se id nullibi legisse, præterquam apud Oldr.vbi suprà,& ipse Iason in l.decem stipulatus, versic.sed huic responsioni,ff.de verbor.oblig.Philip. Decius in c.nam concupiscentiam. in iij.not de constitut. in prima lectu.& consi.iij.cuius superscriptio incipit,quando iurisdictio.ver.comprobatur hoc, quia negatiua,& cons.ccccxc.visis & circumspectis.ver. & quia negatiua.

Huius differentiæ rationem, cur scilicet affirmatiua intelligatur de primo actu,non etiam negatiua.Iason vbi suprà cogitandum suadet;& ita quidem suadet,vt nullam sibi esse videatur. Verùm Alberic.& Pau.Cast.in d.l.hoc genus.ff.de condi.& demonst. & Philip.Deci.in d.c.nam concupiscentiam.vbi suprà.id tribuunt viribus, & robori negatiuæ, siue prohibitiuæ, quod aliàs semper multò fortius est, quàm affirmatiuæ,siue permissiuæ, id est, plus neget negatio, quàm affirmet affirmatio.l.quicquid adstringendæ.ff.de verborum obli.& l.luminum.§. vlti.ff.de seruit.vrban.præd.& quod habetur in l.is qui ducenta,§.sed vtrum.ff.de reb.dub.& l.filiusfamilias.§.pe.ff.de dona.iuncta l.alienatum.§.donationis.& ibi glo.ff.de verbor.sign.& l.ij.§.editiones & ibi Bald post Rayn.ff.de edendo. & l.eum qui.§. si libertus.ff.de iureiur.iuncta l.si iurauero.ff.de iure patro.& voluit glos.in cap.cùm dilectus.in verbo,à suspensis.versiculo alij dicunt.& melius & ibi Antonius,de consuetudi.Bald.in procemio Decreversicu.item potentius.vbi & ad hoc allegat l.Sabinus.ff.commu.diuid.Iason in l.si arrogator.versic. tertiò contra decisionem. & ibi ad idem contrà.ff. de adoptio.

Hincque prodit, quod trahit Archi.in c.si peccauerit. ij.q.j.quòd præcepta negatiua potentiùs, & efficaciùs obligant, & magis præcisè adstringunt, quàm affirmatiua.& sequitur Panor.in c.nouit.versicu.ij. quæritur,an quilibet,de iudic. Et quod scribit Raphael Fulgos.in l.iuris gentium.§.sed si fraudandi. per gloss.ibi. ff. de pact. quòd negatiua indefinita æquipollet vniuersali ex proprietate sermonis licet aliàs regulariter ex benignitate id fit, non ex proprietate,vt not.in c.vt circa.de elect. libro vj.& per Barto.in l.si in pluribus.ff.de leg.ij.& probatur. in l.

in l.si seruitus.ff.de seruitut.vrban.prædiorum.

Et quod per tex.in l.tutor quoque. quæ est iij.§.liberti. ver.sed patronum.ff.de suspect.tutor.iuncta l.j.§.consequens.eodem titu.tradunt Iacob. Aret. Dyn. & Barto.in priore lect.quod vbi reperiuntur duæ regulæ,vna affirmatiua, alia negatiua, hanc potiùs esse attendendam. Et id sequitur Alexand.in leg.si conuenerit.ff.de re iudic.Et idem in duobus priuilegiis,vno prohibitorio, altero permissiuo, illud enim præualet.l.si Ruffinus.& ibi Bal. in princip. Rapha.Fulgos.Alexand. Francisc. Aretin.& Iason. C.de testamen.milit. Idémque in duobus statutis, ex Socin.consil.lxxix.si essemus in terminis. versiculo,confirmatur quia hic.lib.quarto. Et quod nos scripsimus in repet.l.si vnquam, in verbo, donatione largitus. numero 247.incipien.tu autem, & in nostris legibus connubialibus. gloss. v. quæ est in verbo,contracter, numero 80.incipien.& hoc mirum.Et quod item latè probauimus, constitutioni prohibitiuæ renunciari non posse, nec item priuilegio prohibitorio. in nostro tractatu Primigeniorum.quæstio.xxiiij.numero 9.tamen Barba.& secũda sequen.

Et hæc quidem nemo impugnat, licet contrà faciat tex.in l.prima, §.veteres.ff.de acquirend.possess.ex quo not.Socin.& Iason, ibi ille.versicul.tertiò not. in versiculo,vt si plures, alter.versiculo tertiò not. quod vbi in eodem subiecto concurrunt duæ qualitates,potiùs attenditur affirmatiua, quàm negatiua.& gloss.in cap.statutum.§.cùm verò.in verbo, eiusdem ciuitatis.de rescriptis, libro sexto.ex qua not.ibi Domin.versiculo not.ex ista gloss. id quod iam diximus.attendi potiùs qualitatem affirmatiuam, quàm negatiuam, cùm vtraque concurrit in personam vnius. Imò verò etiam si in diuersa subiecta concurrant, vt dicit Iason vbi suprà,per tex. not.in l.si is qui duas.ff.de lib.leg. Cuius rei reddit rationem ipse Ias.quem vide,ne hîc diutiùs immoremur.

LIMITATIO VIII.

Octauò limita(& hæc est septima,& vltima limitatio. Felin.in dicto c.ij.de treug.& pace.) vt non procedat, quando dispositio inducta per viam priuilegij (vt nostri loquuntur)esset temporalis, si intelligeretur de prima vice,quia hoc esset contra naturam priuilegij,quæ ea est, vt sit perpetuum capit.decet, de regulis iuris libro sexto. Ideò priuilegium concessum alicui,& eius familiaribus, vt possint ingredi ecclesiam tempore interdicti,non de primis tantum intelligitur,qui,scilicet, familiares erant tempore priuilegij concessi,sed & de aliis in eorum locum subrogatis. Ita enim post Ægid. Cremo.voluit Ioannes Andr.in cap.licet.quod est pen.circa medium,& ibi quoque Domin.in §.j.versiculo, sed pone quòd concessum,& Philip. Franc. versiculo, quærit tamen hîc,de priuileg.libro sexto, per not. in cap.vlti.de verborum significatio.eodem lib.vj. & in c.quãto.de censib.& in l.filiæ.§.Titia.ff.de cõditio.& demonstra.& in l.nõ aliàs.§.vltim.ff.de iudic.& in l.vel inutilem.ff.de vsufruct.& in l.placet, ff.de liber.& posthum.& in l.actione.§.diximus.ff. pro socio.Et idem quoque voluit ipse Ioan.And.in c.qui sentit.de reg.iur.eodem libro sexto,& Alciat. in hoc nostro §.hoc sermone.& Ioan.Lup.in repet. rub.de dona.inter virum & vxor.§.lxix.versicu.sed meo iudicio.

Et est simile quod tradit Ioann.Mona.in dicto c.vlti. versicu.sed quæro episcopus. de verborum significatio.libr.vj.quòd si episcopus habet indultum ad certum tempus,vt quatuor ipsius famuli gaudeant fructibus beneficiorum suorum, traditur etiam ad illos,qui loco priorum fuerunt substituti.arg.l.sicut in annos.in ij.respon.ff.quibus mod.vsusfruct. amit. Nec obstat (inquit) l.fideicommissa.§.si quis alicui decem.ff.de leg.iij.quia ibi illud fit,ne hæres obligetur in infinitum,ne detur occasio fatuè consumendi.

Et hoc dictum Ioannis Mona.sequitur Ioannes Andr. in d.c.vltim.vbi & in id præterea allegat cap.quia circa.extrà, de priuil.cum aliis iuribus ibi allegatis in gloss.vlti.& l.si ita fuerit.ff.de leg.iij.vbi eius qui natus est post testamentum,vel eius qui posteà, in familiam venit,habetur ratio.& l.si mancipia.ff. de fund.instruct. vbi in legato fundo cum mancipiis comprehenduntur mancipia post inducta. Sequuntur item Dominic.& Philip. Franc.in eodem cap,vltim.ille versicu.sed pone episcopus.hic, in v. not.Et ex hoc dicunt ipsi Ioannes Andr.& Domin. in d.c.vltim. quòd eadem ratione illud indultum trahitur ad beneficia postea quæsita, vt ibi videre poteris.Sed & prius illud dictum Ioan.And.in d.c. vlt.sequitur etiam Io.Lup.in d.rubri.de dona.inter vir.& vxor.vbi suprà.

Et facit præterea quod scribit Alber.in l.cùm quidã. quæ est antepe.in fi.ff.de annu.leg.quod immunitas concessa simpliciter, intelligitur perpetua, ad quod allegat tex.in l.beneficium.ff.de constit.prin. & d.c.decet.de reg.iur.lib.vj.quæ haud dubiè loquũtur de priuilegiis principum, ideo secundum ea iura est intelligenda illius sententia,vt per Ioan.And. in c. cùm nuntius.haud multò ante fi.de testibus.& Bart.in l.non solùm nostrum.§.si liberationis.ff.de liber.leg.cum simil.

His adde multa latè collecta ab Oldra.consil.xxx.factũ tale est, magistro milite.quibus probat priuilegia principum latissimè esse interpretanda,extendendáque,& quò ad res,& quò ad personas, & quò ad tẽpus,& quò ad modum agẽdi,& quòad omnia genera causarum,atque etiam fauorabiliter intelligenda quò ad perpetuam,& commutabilem eorum durationem(vt ipse loquitur) quæ quidem vltima clausula propriùs ad hunc locum pertinet.& hoc quidẽ sigillatim tractat & probat:vt ibi videre poteris,ne hîc iterum repetamus.

LIMITATIO IX.

Nonò limita,vt hæc nostra regula procedat in dispositione hominis,non etiam legis vel statuti,per tex. qui ad hoc solet allegari, in l.veluti.§.hæc vox.vbi Cyn.id not.& post eum Bald.qui eum §.legit cum §.vlt.l.si quis ex argentariis.& Iason qui eum legit cum.§.prætor ait.l.præcedentis.fi.de eden. Rapha. Comen.in l.si cùm dotem.§.j. versicul.not.tamen ex gloss.ff.soluto matrim.ex hoc limitans hunc nostrùm §.& iterum consil.xiiij.statutum dictat.ver. non ob.l.boues.& Rom.consil.diiij.in casu propositæ consultationis.vbi intelligit,quando est eadem ratio.Alexand.dum Cyn.& Bald.vbi suprà allegat. consi.lxxxj.lecto & discusso.versicu.& quamuis eodem die.libr.iij.& Socin.consi.v.suprascriptus insignis doctor.versicu.& confirmatur ista ratio,libro quarto.Philip.Dec.consil.cclxxxvij.in ciuitate Placentiæ.versiculo,& quia in dispositione hominis.& consilio dxij.cùm reuerendissimus. versicul. secundò principaliter, & consilio dcix.quæritur ex duobus

bus. numero 6. & cæteri omnes. quos posteà in hac limitatione citabimus post seq. versi.

Et huius quidem differentiæ duplex ratio esse potest, prior quòd legis natura ea est, vt disponat non pro vno actu tantùm, sed perpetuò, & quoties opus fuerit, ne alioquin sit manca, & mutila & imperfecta, contra leg. primam, Cod. de his quibus vt indignis. Altera quæ proximè accedit ad priorem, quòd lex ipsa semper loquitur. leg. prima. ff. de condict. ex lege. vt per eam dicit Barto. in leg. vltima, ante fin. ff. de reg. Catonia. éstque semper in viridi obseruantia: vt dicit text. quem & ad hoc nostri vbique appellant. in leg. Arriani. Cod. de hæret. Qua etiam ratione motus Barto. in leg. si ita esset. versiculo circa primum dic. ff. de auro & argent. lega. dicit quòd verbum præsentis temporis prolatum à lege, etiam ad futura trahitur, vti probatur ex dict. leg. j. de con dict. ex leg.

Ex hoc plerique dicunt fieri, quòd alibi diximus, statutum de compromittendis causis affinium non restringi ad vnum compromissum, sed vt toties fiat, quoties opus fue rit donec causa fuerit decisa & expedita, cùm hæc dispositio sit legalis, siue statutaria. Ita enim hac ratione voluerunt Cyn. & Bald. in dicto §. hæc vox. & idem Bald. in leg. si vt propo nis. la j. versiculo ibi, officio suo. Cod. quomodo & quando iud. dum allegat Cyn. in dicto §. hęc vox. & ipse Bald. in l. j. versiculo quartò quæro. testator mandauit. C. de his quæ pœnæ nomin. vbi illud dicit quod suprà diximus, legem semper loqui. Rapha. Comen. in leg. si cùm dotem. §. j. versiculo not. tamen ex gloss. & ibi Alexand. versiculo iuxta hoc quæro. ff. soluto matri. Alexand. consilio lxx. viso consilio. versiculo sed posito quòd illud. lib. secundo. Cæpola causarum criminal. consil. lxviij. circa primum dubium. Soci. qui id reputat singul. consil. cxvij. visa & diligenter. libro primo. Iason in d. l. duobus. §. j. versiculo item limita suprascripta. ff. de iureiur. & in leg. diuortio. §. quod in anno. versiculo secundò limita. ff. soluto matrimo. & in leg. prætor ait. §. deinde. versiculo nec obstat si diceretur. ff. de oper. noui nuncia. vbi dicit, quòd si ex pacto compromissum fieri deberet, non cogerentur partes bis compromittere, & Philip. Dec. in capitulo sua nobis versic.. & ista habent locum. de appellatio. And. Alciat. in hoc nostro. §. hoc sermone.

Sed ex hoc fit quòd nonnulli in ea quæstione, an qui tenetur dotare, si dotauerit, & dos amissa fuerit, teneatur iterum dotare, distinguunt an teneatur dotare, ex dispositione legis, vt iterum teneatur dotare, si dos sine culpa dotatæ amissa sit: per leg. vltimam. C. de dot. promiss. & in dicta auth. sed quamuis. C. de rei vxor. actio. & voluerunt Bartol. & alij in leg. si cùm dotem. §. primo. ff. solut. matrimonio. & Bald. in authentic. quod locum. C. de collatio. cū si. An verò ex pacto, vel alia dispositione hominis, & non tenebitur, per leg. si socius pro filia. ff. pro socio. de qua diximus suprà in princip. versiculo incipien. tertiò. Nam ita has leg. quæ discordare videbantur, concordant Bald. Angel. Imol. & Alexander in dicta leg. si cum dotem. §. primo, ille circa medium, alter in fine, ipse. Imol. etiam circa medium, postremus versiculo, iuxta hoc quæro. ff. soluto matrimonio, & Laurent. Calca. consilio xx. ista quæstio habet tria. versiculo, secunda limitatio. & Socin. consilio cccxcj. visis literis. versiculo, sed huic considerationi. lib. ij. Sed tu omnino circa hanc decis. vide eundem Socin. dicto consilio v. versicul. ad secundum respondeo, cum multis sequen. libr. iiij. & quæ dicam infrà versiculo, incip. sed & hanc.

Nec omittendum quod per hanc nostram limitationem, ex specie facti, consultò respondit Raphael Comen. consi. xiiij. cuius id exordium est, statutum dictat capientem, quòd si ex statuto, capiens condemnatum pro delicto, debeat habere dimidiam partem condemnationis, non tantùm intelligitur de prima captura, sed & de secunda, & de aliis, quia legis dispositio intelligitur, quoties opus erit, per d. l. veluti. §. primo, ff. de edend. & alia quæ allegat.

Hæc autem nostra limitatio ex eo iuuatur (nec illud enim prætereundum est) quod scriptum est à Soci. in l. hęc conditio filiæ. in vlt. not. ff. de condict. & demonstra. notari ex eo text. & l. qui per salutem, & ibi gloss. ff. de iureiur. quòd dispositio hominis verificatur in primo actu valido, non autem in primo actu inualido. Ex quo (inquit) infertur non esse differentiam inter dispositionem hominis & legis in hoc, quia neutra verificatur in primo actu inualido: sed in eo esse differentiam, quando primus actus est validus, sed non sortitur effectum, tunc enim dispositio legis non consumitur illo primo actu: dispositio autem hominis consumitur, verbi gratia, lex vel statutum iubet fieri compromissum inter affines, & factum fuit compromissum validum, sed non sortitum fuerit effectum, non con sumpta est dispositio, sed debet fieri aliud compromissum, & toties quidem fieri, donec laudum secutum fuerit.

Secus vt subdit Socin. si testator mandauerit hæredi, vt faciat compromissum, quia tunc si semel validè compromiserit, licet effectus inde nullus secutus fuerit, non tenebitur iterum compromittere, sufficit enim semel satisfecisse, secundum Bald. in d. l. j. vbi suprà. C. de his quæ pœnæ nomin. & ita dicit se con suluisse Ianuæ.

Tandem tamen subiungit ipse Soci. posse dici totum contrarium colligi ex d. l. hæc conditio filiæ, scilicet quod dispositio hominis cōsumitur primo actu etiam inualido: quia ille text. dicit benignè dicendū esse non consumi, ergo (inquit) de iuris rigore, secùs: & hoc videtur probare tex. rectè intuenti, in l. dotis promissio. in fi. ff. de iur. dot. Mihi autem, (vt dicam quod sentio) nihil referre videtur, an id fiat ex æquitate scripta, an stricto iure, quoniam æquitas illa scripta præferatur rigori iuris, vt not. in l. placuit. C. de iudi. & vide interim quæ dixi suprà, in sexta limit. ver. vlti.

Iuuatur item hæc limitatio ex eo, quod à nonnullis dictum est, quòd cum electio data est cuipiam ab homine, si semel elegerit, etiam qualitercunque, variare non licet, est enim consumpta electio, per c. fi. cōpromissarius. de elect. libr. 6. Si à lege, licet, per l. cū qui certarum. §. vlt. ff. de verb. obligat. Ita enim per eos text. voluit Damasus in c. causam. de elec. vti eū allegat glo. in d. c. si compromissarius. §. porrò eo casu. in verbo, consentire, vbi & idem voluit Archi. in verbo, fructus. & ibi quoque Ioan. And. post eum. & ab eo Alber. in d. §. cum purè. versi. Archid. autem breuiter.

Subdunt autem ipsi Damasus & Archid. vbi suprà, non obstare l. ij. de opti. lega. vbi ab homine data est electio, nec tamen consumitur vna electione: quia ibi non fuit exhibita tota familia, in qua de-

buit fieri electio, per leg. serui electione. ff. de lega. j. postea subiungit Arclu. cõtra secundum membrum videri facere l. si cui. ff. de seruitu. & l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. actio. vbi data est electio à lege, & tamen variare non licet, ex quo dicit hanc esse viam brocardicam.

Postremò confirmatur hæc limitatio ex eo, quod voluit Bald. in addi. Spec. titul. de emphyteus. §. nunc aliqua. in xxxviij. quæst. quòd pœna legalis sæpius committitur: conuentionalis non nisi semel, nisi expressè dictum sit, vt sæpius committatur, quod & ipsum tenuit idem Bald. in leg. si duo. §. j. ibi, contra hîc quia aliud. ff. de arbit. Licet contrarium teneat Imol. in l. si sic stipulatus. versi. & cõclude breuiter. ff. de verbor. oblig. vbi dicit nihil referre quantum ad id, sítne pœna legalis an conuentionalis, vtriusque enim eandem esse rationem, arg. l. non rectè. C. de fideiussor. & l. cùm quis. ff. si cer. pet. Et in vtranque partem respectu diuersorum casuum, facit quod dici solet, mitius agi cum lege, quàm cum homine. l. Celsus. ff. de arbit. cum similibus.

Sed hanc limitationem ita primò declarabis, vt si dispositio hominis facta est ex necessitate legis, vel statuti, ea censeatur esse facta à lege statuto, ita vt non intelligas de primo actu: verbi gratia. in casu de quo suprà locuti sumus, cùm statutum iubet fieri compromissum inter affines, & iudex sequendo statutum id fieri iusserit, certè si ex primo compromisso lis sopita non fuerit, iterum compromissum faciendum est, vt nuncupatam & in hac specie respondit Philip. Dec. consilio xxij. cuius superscriptio incipit, si pronunciatio. Nam cùm id faciat iudex necessariò secutus statutum, id statuto attribuitur, autoritate Bald. in leg. nouissimè. ff. quod tutor. auto. vbi dicit, quòd quando quis facit actum, ad quem tenebatur, actus videtur factus ex necessitate, nec voluntati facientis tribuitur, sed necessitati, quod & ipsum ante illum voluit Ioan. Andr. in capitulo prætereà. de iure patrona. & in capit. bona fides. in prin. de reg. iur. lib. vj. Et hoc quoque vt subdit Deci. colligi potest ex eo quod scribit Bar. in l. j. versicul. pro ea declaranda. C. de eden. quòd mandatum factum argentario, vt edat rationes, non producit actionem mandati: quia cum argentarius ad id teneatur ratione officij, non reputatur mandatum hominis voluntarium, sed necessitati legis attribuitur.

Cui adde quod tradit Bald. post Guliel. Cu. in leg. cùm hi. §. planè. in vtraque lectu. ff. de transact. quòd si hæres iussus à testatore vendere alimenta, ea vendiderit, non poterit super hac venditione transigi, tanquam facta vi illius testamenti, inspecta scilicet causa originali. Quódque scripsit Iacob. Butrig. in leg. si hæres testamento. ff. de actionib. empt. quòd si sit statutum, vt de quolibet contractu soluatur gabella, hærésque venditionem fecerit iussu testatoris, non soluitur gabella, quia id factum attribuitur testamento, & non actui inter viuos, per gloss. singu. in leg. si quis ita. in princip. in verbo, defectus. ff. de statulib. & id sequitur Bald. ipse in sua marga. in verbo. venditio. versiculo facio. Adde (inquam) multa alia similia, quæ & nos adduximus in nostro tractatu Retractuum. tit. j. in fi. illius tituli, quæstione secunda.

Sed & hanc principalem limitationem secundò declarabis, vt procedat in dispositione legis communis, secus si ex speciali beneficio legis quippiam competat: verbi gratia, pater tenetur iterum dotare filiam, quæ nullo suo dolo, aut culpa sua dotem amisit, vt diximus, & probauimus suprà, ver. iiij. sed & ex hoc, ob eam scilicet rationem, quod ex dispositione iuris communis pater tenetur dotare filiam. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. & l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & obligatio. At frater qui etiam certis casibus tenetur dotare sororem inopem, ex speciali beneficio ipsi sorori inopi concessо, per notata in l. cùm plures. §. cùm tutor. ff. de administ. tut. & l. non omni. C. eod. tit. & latè diximus in tractatu Primigeniorum, quæ lxij. si semel eam dotauerit, non ampliùs tenebitnr eam dotare, etiam si nullo sororis dolo aut culpa sua dotem amiserit, vt non obscurè sentit Bart. in l. si cùm dotem. §. j. ff. solut. mat. & apertiùs Bald. in l. vlt. versic. sed nunquid eo casu. C. de dot. promissio. l. si socius pro filia, suprà allegat. & apertissimè idem Bald. in authen. quod locum. & ibi quoque Rom. ver. item inducitur. C. de collat. illam differentiæ rationem asserentes, quòd faciliùs amittitur beneficium iure speciali competens, quàm iure communi. l. cùm miles. §. militia missus. ff. de testamen. milit. Sed tu tamen vide omnino Alexand. in d. l. si cùm dotem. §. j. in fi. cum sequen.

Limitatio x.

Decimò limita, vt nostra regula non procedat, quando post primum actum etiamnum manet eadem ratio dispositionis, vt procedatur ad secundum actum: tunc enim & ad eum procedi potest, per id quod dicit Bald. quem ad aliud suprà citauimus in vj. limitatio. in princip. scilicet. in l. fideicommissa. §. si quis alicui decem. ff. de legat. iij. hanc inter alias rationem afferens, quare in casu statuti iubentis compromissum fieri inter affines, compromissum est iterandum, si per primum lis non fuerit sopita, quia videlicet adhuc vendicat sibi locum ratio statuti, quæ est vt lis finiatur, & sic (inquit) non obstat l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signific. Quasi diceret Bald. hunc nostrum. §. non procedere, cùm adhuc durat ratio dispositionis.

Quod & idem voluit & quidem expressiùs Roma. consil. diiij. in casu propositæ consultationis, post princip. & Ant. consi. xxx. casus. Titius quidam testator, cuius illic dictum sæpius in hoc opere, ad alia quædam attulimus, loquens in illo ipso casu. consi. xiiij. statutum dictat. Feli. in c. licet dilectus. ad fi. de testi. Iason in l. veluti. §. hæc vox. quem legit cum §. prætor ait. qui est vlt. l. præcedentis. ver. pro eius confirmatione, iunctis præcedent. ff. de eden. & in l. prætor ait. §. deinde. in vlt. no. ibi. cõfirmo istam conclusionem. ff. de oper. noui nunt.

Nam (vt inquit ipse Iason) donec durat ratio finalis statuti, durat ipsum statutum. l. ij. §. vltimo, ff. de donatio. Et vt ei id addas, ratio est quæ dispositionem ampliat, & extendit. leg. regula. §. si quis. & ibi Barto. & Bald. & iterum §. & licet ff. de iuris & facti ignorantia, & leg. j. §. mater. versic. quid si curatores. & versiculo quid si decesserint. ff. ad sen. Tertul. cum aliis multis concordan. text. & doctor. à me latè congestis in tractatu, cessante causa cessat effectus, parte j. numero 146. incip. secundum autem. cũ multis sequen. Sed aduerte quia hi omnes loquuntur in dispositione legis, secundum ea quæ diximus suprà in ix. limitatione, vt scilicet locus sit secundo actui, cùm est eadem ratio legis in illo secundo actu vt in primo.

LIMITATIO XI.

Vndecimò limita vt hæc regula nostra procedat in dubio, & cùm simpliciter fuerit aliquid dispositum, tunc enim etiam in dubio de primo actu intelligitur. Secus si aliter disponentes dixerint. Primùm enim inspiciendum est, quod illi expresse egerunt. In dubio autem de primo intelligendum est. Ita enim apertè declarat text. in leg. cum qui Kalendis. ff. de verbor. obligatio. & in l. si duo. §. j. ff. de arbit. quos nos suprà in princip. pro concor. nostræ regulæ citauimus. versi. sextò alius tex.

Id autem generale est, vt semper alias primo loco inspiciendum sit, quid inter partes actum est, leg. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. vbi ita ad verbũ scribitur. Semper in stipulationibus, & in ceteris cõtractibus id sequimur, quod actum est. Súntque in id alij infiniti text. quos non est necesse in re tam clara & minimè dubia adducere.

LIMITATIO XII.

Duodecimò limita non procedere, non solùm, quando expressè aliud dictum est à partibus, sed & si ex coniecturis verisimiliter colligeretur intentionem earum aliter intelligere, verbi gratia, vt loquamur in illo casu, de quo suprà, in princip. versiculo incipien. tertiò ad hanc sententiam, videlicet, si quis vẽdit fructus alicuius prædij huius anni, & id prædiũ binos fructus hoc anno adferat, de primis tantùm intelligitur, vt ibi diximus. Sed hoc intelligit Roma. in dicta leg. diuortio. §. quod anno, quem legit cum §. ob donationes. versiculo vnde dicit hic, nisi precium esset æquiualens omnibus fructibus totius anni, ita vt sit verisimile partes intellexisse de omnibus, per text. in leg. cùm in fundo. §. vxor viro. ff. de iure dotium. Et id sequitur Alexand. ibi versiculo limita tamen dictum Cæpol. in tractatu seruitutum rusticor. prædior. titulo de seruitut. iuris pascendi. & Georg. Nat. in clemen. sæpe. in princip. versiculo mihi magis placet. ibi, ad idem adduco quod voluit.

Et huc pertinet alia gloss. in leg. j. §. in verbo, agendo. ff. de superfic. quòd si dubitetur quis contractus fuerit, pretium (inquit) facit discerni, quam glo. sequitur, & dicit valde not. Bartol. ibi, paulò ante fin. ver. vlteriùs quæro. & Bald. in leg. ex conuentione. versicul. tertio casu. C. de pact. vbi ex ea dicit, id quod dicitur ex mẽtione pretij præsumi emptionem: vt not. in leg. vlti. C. de pręd. curial. libro x. intelligi, quando pretium est re condignum, & idem Bal. in leg. j. versiculo quæro nunquid ille, & ibi quoque Ange. in lectu. Perusi. Paul. Castren. Alexand. dum simpliciter allegat Bald. vterque paulò ante fin. & Iason, versiculo tertiò successiuè quærit. C. qui testamẽ. facere possunt, vbi dicunt, quòd si quis vendidit rem communem simpliciter, an totam eã, an verò partem tantùm suam vendere censeatur, in dubio id ex quantitate pretij esse æstimãdum, quod & ipsum voluit Alexand. qui hanc dicit esse communem opinionem, & alias concor. aufert, in leg. si domus. §. vlti. versiculo quid in vendente. ff. de legat. primo. Sed & illam quoque gl. sequitur Petrus Anchar. qui eam dicit singu. consil. ccccij. pluribus rationibus. versiculo item potest intelligi, & Alexãder consi. lxviij. visis & opportunè consideratis, ad finem, libro v.

Et ad id quoque optimè facit alia glo. in leg. semper in stipulationibus. ibi, item actum intellige etiam tacitè, ratione rei, quę venditur, & ibi quoque Bart. in prin. & Philip. Dec. ver. item actum videtur. ff. de reg. iur. Et alia item glo. illi omnino similis, in l. in obscuris. ibi, si enim res digna erat. cod. tit. & ipse Bart. post Dyn. l. patronus. §. j. vers. fallit. si ex coniecturis. & idem quoque Bar. in l. cum tabernam. in prin. post medium. ff. de pignor. & in l. Paulus versi. item, quod dixi. ff. de solut. Franc. Aret. qui duas illas priores glo. allegat consi. vj. viso instrumento diuisionis. versi. sed tamen his non obstantibus. & Alex. consi. xxvj. consideratis verbis, post medium. versi. corroborantur prædicta. lib. iiij.

Sed & pro ista limitatione optimè facit text. in l. cùm quidam. ff. de ann. lega. vbi cum quidam decurionibus diuisiones dari voluisset die natalis sui, interpretatum est non esse verisimile testatorem de vno sensisse, sed de perpetuo legato. Nam (vt dicit ibi Bart.) hanc interpretationem facit imperator ex qualitate personæ relinquentis, & eius cui relinquebatur, scilicet decurioni: & sic ex qualitate personæ non præsumitur quòd voluerit dari semel tantùm, arg. l. sed & si susceperit. §. j. ff. de iudi. vt proinde intelligas illum tex. inniti præsumptione, coniectura, & verisimili.

Et quod pulchrè responsum est à Petro Anch. consil. xxvij. non seruato ordine. ver. postquam igitur propter dictum, quòd si quis hærede instituto substituit duos antiquiores domus, ista substitutio non restringitur ad duos primos antiquiores tantũm, sed ad sequentes, illis exclusis, vel repudiantibus propter verisimilem mentem testatoris, quam ex multis colligit, vt ibi videre licet. Et sequitur Ro. consi. cccxxviij. in causa consulationis. in iiij. dubio, ad fin. Barba. consi. xxvij. scripsit doctissimus. versi. præterea additur vltimus, & alij quos tibi adduxi in nostro tractatu Primogeniorum q. iij. num. 9. incip. facit item. & præter eos Carol. Rui. consi. cxix. viso & bene ponderato. sub num. 14. in fi. lib. ij. dum allegat Pet. Ancha. vbi suprà.

Et quod item not. consuluit Anto. vt alibi ad aliud propositum citauimus, consi. xxx. casus, Titius quidam testator, quòd si testator reliquit habitationẽ domus filiæ suæ cùm vidua erit, non intelligitur de prima viduitate tantum, sed de aliis omnibus, quia testator hoc verisimiliter intellexit: & inspecta mẽte eius, eadem est ratio in omnibus.

Postremò hanc limitationem hæc ratio adiuuat, nam hæc nostra regula tum demum procedit, nisi aliter dictum sit à deponentibus, vt diximus suprà in præcedenti limitatio. Id autem satis actum videri debet, etiam si dictum non fuerit, quod partes verisimiliter intellexerint: aut si interrogati fuissẽt, verisimiliter respondissent. l. tale pactum. §. vlt. & ibi gloss. not. & Bald. qui id quod omnes dispositiones trahit, & alij. ff. de pact. cum aliis infinitis concor. à me collectis in l. si vnquam. in præfatione, numero 56. incip. inter tam multa. Sed vt tamen intelligas, & huc quoque spectare quæ de verisimili latè inibi scripsimus. nume. 37. incip. sed iam ni fallor, ad num. 61. quæ tu ibi videre poteris. Et hæc quidem limitatio non admodum dissidet à vj. limitatione, quam suprà posuimus.

LIMITATIO XIII.

Decimotertiò limita hanc regulam procedere, quando verba referuntur ad aliquem actum, qui potest sæpius iterari ab eadem persona, secus si ex suapte natura traheretur ad plures personas. Cuius rei tex. habes & exemplum in l. in annalibus. C. de

legat.& in l. paterfamilias,in prin.ff.de vulg. & pupil.& in leg.qui liberis.§.hæc verba.eod.titu.Et ita per eos text.nuncupatim voluit Corn.consilio 279. videtur prima facie.ver.nec obstat etiam secunda ratio .lib.3.vbi ex hoc expressè limitat hunc nostrum §.hoc sermone.

LIMITATIO XIIII.

Decimoquartò limita procedere, nisi secundus actus subrogaretur in locum primi,verbi gratia, Si is qui ex dispensatione obtinet duo beneficia, ea, aut alterum eorum dimiserit, non poterit vi illius dispensationis, vnum aut duo alia beneficia obtinere,quia ea gratia intelligitur de duobus primis tantùm, per capitul.ordinarij. ante fina. & ibi gloss. de offic.ordinar.libro sexto, & in capitulo non potest. versiculo illud autem.de præbend.eod.libr.& diximus suprà in prin.versiculo inci.decimosextò,vt relinquamus. Quid igitur si vnum illorum priorũ permutet cum alio, aut etiam duo illa propria cũ aliis duobus?Et hæc quidem obtinere poterit,quia quod subrogatum est loco alterius,idem reputatur.l.si filiæ.§.j.ff.de condi.& demon.& l.si donatæ.§. si sponsus.ff.de dona.inter vir.& vxor.permutatum autem subrogatur loco eius cum quo permutatur.le. idem seruandum.ff.de leg.ij. Et quasi continuatiuè gratia extenditur.leg.quod dicitur.ff.de milit.testam.Hæc Bald.expressim in capitulo dudum.le.ij.de electio. Nec obstat (inquit) leg.boues.§.hoc sermone.ff.de verb.sign.quia ibi secundæ nuptiæ non subrogantur loco primarum.

Cui adde ad confirmationem huius sententiæ, quod in vniuersum dicitur,rem permutatam eandem sortiri naturam,quam alia res, cum qua permutata est, quod ex eo videre licet quod tradit Bald. consilio cxij.quæritur qui intelligantur. versicul.& prædicta sunt vera,libro j. fundum, cum quo permutatus est fundus patrimonialis, cēseri etiam patrimonialem, quod & ipsum voluit Masuer.titu. de societ.§.item & dicuntur conquestus. Quódque scribit Alberic. auctoritate Guli.Cum.in leg. vlt. versi.item quærit. ff. de negot. gest. quòd si quis rem meam permutat cum alia, & ea ipsa res mea periit, possum contra eum agere, vt mihi reddat aliam rem quam habuit causa permutationis.

Et quod in eandem sententiam prodidit Lucas Pen.in leg.j.verficulo sed quid in quæstio. C.de impo.lucr. descrip.libro decimo,rem immobilem à patre receptam ex permutatione alterius, eandem omnino sortiri naturam, in ídque multas rationes adducit, vbi videre poteris, Et ex hoc colligit filios in hac ipsa re permutata eodem modo succedere, vt in illa quam pater reliquit, etiam si aliàs aliter successuri fuissent. Et quod item ex facto respondit Iason consilio ccxxxj.istæ duæ mulieres.lib.ij.rem permutatam cum re subiecta fideicommisso,fieri fideicommissariã. Et hoc denique scriptum est à Matth. Afflic.decis.Neapol.cccxxxvj.quidam nobilis, rem permutatam cum re dotali effici dotalem. Quæ & nos latiùs tractauimus in nostro tractatu de Retracti.tit.j.§.xxxij.glo.j.numero 26.neque enim hic casus,& seq.

LIMITATIO XV.

DECIMOQVINTO limita, vt procedat in dispositionibus inter viuos, in quibus voluntas obligandi semper in id fertur,quod minus est,leg. inter stipulantem.ff.de verb.oblig.& leg.semper in stipulationibus.in fin. ff.de reg. iur. & ibi concor.ibi gloss. Et propterea huiusmodi dispositiones sunt stricti iuris,strictéque sunt interpretandæ, l.quicquid adstringendæ.de verbor.obliga. Ideò non mirum, si intelligitur de prima vice tantùm. Secus autem in dispositionibus testamentariis, quæ multò longiùs producuntur pleniúsque interpretantur, l. in testamentis.ff.de reg.iur.& ibi quoque concord.quibus adde cap.cùm dilecti,in fin.de donat. Et id quidem voluit Anton. consilio xxx. casus, Titius quidam testator, in j. dubio. ad id quoque referens, quod ex eo suprà diximus, tunc in ij.limit.vers. incip.sed aduerte,tùm in iij.versi.incip.sed & ad hanc. Et sequitur Philip.Dec.consi.dxij.cùm reuerendissimus. num.6.

Et idem quoque, nulla Anto. mentione facta, voluit Roman. in l. diuortio.§. quod in anno. quem legit sub §.ob donationes. versic.vnde dicit hîc, ff. solut. mat.& Alex.in addit. Barto.in l.dotis promissio.ff. de iure dot.& vterque quidem per l. defuncta. ff.de vsufru.& Lauren.Calca.consil.xx.ista quæstio habet tria dubia.versi.ista tamen regula, per l.placet. & ibi gl. ff.de liber. & posthum. de qua & nos diximus in eadem iij. limit.in prin.

Sed addit præterea Roma. quòd in dubio nunquam contractus intelligitur continere promissionem annuam,vt not.gloss.relata ad text.si rectè (inquit)intueamur, in l. legatum. ff. de annu. leg. & firmat Bart.in l.eum qui ita.§. qui ita. ff.de verb.obli. Quin & idem voluisse videtur Soci.in l. hæc conditio filię, paulò ante fi.ibi,sed per prædicta. ff. de re condi. & demon. dum etiam in hac re facit differentiam inter contractus,& vltimas voluntates.

Et hanc opinionem confirmat, quod suprà diximus in ix. limit. hanc nostram regulam non procedere in dispositione legis,vel statuti.Nam ex eo sequitur nec in dispositione quoque vltimæ voluntatis procedere, vtpote quæ illi æquiparatur, ex sententia glo.Bart.Rapha.Corn.& Alexand.& aliorum in l.j. C.de his quibus vt indignis. glo.& Barto.in l.in cognitione.ff.de Senatusc.Sylla. Bartol. in l.ij.ff.de in diem addictione.& in l. vlt.versic.eodem modo pone.ff.de reg.Caton.Bal.in repe.l.& post tres.versic. prætereà inter contractum. ff. si quis cautio. & in l. quoties. la ij. in lec. antiqua. C.de fideicom.& in c.j. in prin.versi.deinde quæro,pone quòd princeps.tit. de pace Constan.Roma.in l.iij.§.filius.versi. & hæc faciunt. ff.de lib.& posthu. & in l.iiij.§.Cato.versic. secundò quæro statuta. ff. de verbor.oblig.& in l.j. versi.quartò inquantum. C.quando non peten.par. quibus locis aut magna parte eorum reprehendit Bald.contrarium,vt ipse dicit, tenentem in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure. cum aliis multis, ne dicam infinitis concordant. à me collectis in tractatu Retractuum,titu.j.in fi.numero 13. denique obligatio. Sed quibus adde Franc. Aret.hanc expressim rationem huius nostræ limitationis adferentem,in l.serui electione.post princip.ff.de lega.j.&tex.quem nonnulli in hoc citant,in l.Labeo. ff. de statuli. & l. seruus hac lege.ff.de manumissio. Nam & illud scitum est,disponat testator, & erit lex.§.disponat. in auth. de nup.

Adde, inquam,quòd hinc fit, vt bonum sit argumentum de testatoribus ad statuentes, & è diuerso, l. vltim. C. de reb.alien.non alien. & voluit Angel.vt à nonnullis citatur in l.j.ff.de acquiren. rerum domi. per tex. quem ad hoc dicit singu. in l.iiij. C.de om. agr. deser. lib. xj. vti illum allegat & sequitur Iason

in l.testa.

in l.testandi.in j. not.C.de testam.sed in meo codice Ange.nulla est illius lect.in eum tit.

Adde & postremò, quòd omnibus modis quibus coniecturatur mẽs testatoris, iisdem quoque & mẽs statuentium, vt dicit ipse Ange.consilio cclxxxj. Martinus Ioan.de Florentia.versicul.item per præcedentia, quod notabile dicit Iason in d.leg.testandi. vbi suprà. Et quòd prohibitio testatoris æquiparatur prohibitioni statutariæ, vt tradit Petrus Ancha.consi.clij.plura, & sequitur etiam Iason vbi suprà, vbi tamen est corruptus in d.consi.

Et ad hanc limitationem pertinere potest quod proditum est à Guid.Suz.& Raph.Comen.in l.eum qui calendis.in prin.ff.de verbor.oblig. quòd si testator legauit fratribus minoribus vnam pitantiam, vt ipse loquitur, in festo sancti Francisci, non de primo tantùm anno intelligitur, sed & semper & perpetuò in eodem festo, & nuncupatim, ipse Rapha.reprehendit Bart.qui contrarium tenuerat in leg.cũ quidam. ff.de annuis legat.fatetur tamen idem Rapha. dictũ Bar.posse procedere in contractibus, per text.in hoc nostro §.hoc sermone. De quo & nos pleniùs diximus suprà in prin.vers.incip.quadragesimooctauò, vt redeamus.

Verùm de hoc principali dicto Anton. d.consilio xxx. dubitat Felin.in d.capit.ij.versiculo bene facit elegans, de treug.& pace. Et id expressè & apertè reprehendit Iason, in leg.diuortio.§.quod in anno.in fi.ff.sol. mat.dum dicit ipsum Anto.in d.consi. quinque modis, inter quos hic vnus est, limitasse hanc regulam, sed illas limitationes parũ sibi placere, nec tamen adiicit rationem, quare sibi displiceant.

Et pro ipsius Iasonis opinione, posset illud nonnihil facere, quòd in testamentis difficiliùs permittitur secunda electio, scilicet priore iam facta, quàm in contractibus, vt videre licet ex leg.si sterilis. §.vlti. ff. de actio.empt.& leg.huiusmodi.§.Stichum.&ibi gloss.Bar.Raph.Comen.& alij.ff.de lega.j.& leg.serui electione.& ibi Barto.in j.oppo. Alber.Bal.post Petr.in princ.Angel.Imol.Raph.Comen. in princ. Paul.Cast.distinguens, Alexand. Franc.Aret. & Ias. eo.tit.& leg.fideicommissa.§.sic fideicommissum.ff. de leg.3.& leg.apud Aufidium.& ibi Alb. post Iaco. Ra.& Pe.ff.de opt.leg.& Ioan. Mona. in cap. si tibi. versic.& vt planè liqueat, de. præben.lib.vj. & Ioan. Andr.in capit.gratia.paulò ante fin. & ibi Domi.& Philip.Franc.nu.9.de rescri.cod.lib.vj.Bar.post antiquiores, in l.eum qui certarum.§.j.in j.oppo.& ibi quoque Alberic.post princ.Ange.in fin.Paul. Cast. post medium.ff.de verbo.oblig.Pet.Ancha.in cap.si compromissarius. versicul.vltimò quia tex.dicit, de elect.lib.vj.Alexan.in d.l.quicquid.versi.ex qua habes perpetuò, & ibi quoque Iason, versic.in ea gloss. ibi, & iterum in fi.eius vers.ff.de verborum obligat. Cuius differentiæ redduntur quatuor rationes, vt videre poteris apud Iasonem post alios, in d.l.serui electione, versi.operæpretium est.

Et certè huic limitationi ex diametro pugnat, quod scribit Bal.in leg.j.versi.quintò quæro testator mandauit. C. de his quæ pœnæ nomin. quod si testator mandauerit hæredi, vt compromitteret causam, quam habebat cum Titio super mutuo, sub certa pœna: sufficit vt hæres semel compromiserit, & confestim quàm id fecerit, liberatus est: quia verbum ab homine prolatum consumitur, etiam si posteà euanuerit: licèt secus sit, si à lege esset prolatum, per leg.vlt.§.vlt.& ibi Cyn.ff.de edend. Et eum sequitur Soci.consi.cxvij. visa & diligenter, versi.hoc etiam apertè, libro j.vides enim ibi compromissum in testamento iussum, primo compromisso consumptum, etiam si euanuerit, tanquam scilicet ab homine iussum. Et certè ego sum in ea sententia, vt nihil in hoc referat, fiat dispositio à contrahente, an à testatore, vtrobique enim censetur dispositio hominis, non legis, quantùm ad hoc nostrum institutum attinet.

LIMITATIO XVI.

Decimosextò limita, vt procedat nostra regula in dispositione conditionali tantùm, non etiam in cæteris, ex eo quod post Cyn.& Petr.voluit Bart. (quem omnes præter Rapha.Com. sequuntur) in l.inter stipulantem.§.sacram, versic.venio ad versi.pro quo.ff. de verb.oblig. quòd quando promissio, vel legatum fructuum nasciturorum ex tali fundo fit cum relatiuo quis, vel qui, quòd coniunctum verbo futuri temporis facit conditionem, l. Stichum qui meus erit. ff.de legat.j.& l. nuper. ff. de legat. iij. vel quando promittuntur fructus nascituri non expressa quantitate, quo casu etiam promissio censetur esse conditionalis, l.j. in fin.ff.de condict.& demonstra. & l. interdum. ff.de verbor.obligat. Tunc nullis fructibus primo annotatis, aut si nati fuerint, consumptis, non debentur fructus anni sequentis, l.si debitor. §. verisimile.ff.de contrahend.emption. & l. certus, ff. de vino tritic. & oleo leg. quia conditio intelligitur de prima vice, per hunc nostrum §. hoc sermone. Secùs quando promittitur certa quantitas fructuum nasciturorum ex aliquo fundo, non adiecto relatiuo: tunc enim quia ista promissio non habet conditionem, non solùm de primo anno intelligitur, sed & de sequentibus, per text.in d.§.sacram, & in l.Firmio, in princip. ff.quando dies leg.ced. Et idem certè voluit Cy. in l. si quis argentum, ad fi princip.versi.si quærat nunquid.C.de donationib.

Hanc rem primus, solúsque expendit Iason in d.§.sacram, ad limitationem huius nostræ regulæ, quam dicit mirabilem, nouam, & valdè singularem. Subdit tamen id fieri videri ineptissimum, quoniam in omni materia sermo simpliciter prolatus, intelligitur de prima vice, per tex. iam sæpius suprà à nobis citatum, in l.dotis promissio, ver.vlt. ff. de iur. dot. Tamen illico subiungit defendendo (vt ipse dicit) opinionem Barto.dici posse, quòd ea l.& similiter hic noster §. hoc sermone, quem ipse allegat, benè faciunt pro eo: quia talis promissio dotis, de qua loquuntur, habet tacitam conditionem, si matrimonium sequatur, l.stipulationem, & l.promittendo, in princ.& l.tali. ff.de iure dotium. Cui in hoc vltimo adde quæ latè diximus in nostro tractatu Retractuum, titulo ij. §. ij.numero 58.ad octauum, & duobus sequ.

Posteà autem ipse (vt ad eum redeamus,) subnectit, ꝙ contra Barto. iura abundant, probantia in omni alia materia etiam non conditionali, sermonem simpliciter prolatum intelligi de primo actu, vt in l.eum qui kalendis, & ibi glo.j. de verborum obli.& in l.si socius pro filia, in princ.& ibi Raph. Fulgos. id reputans singulare, in v. no.ff.pro soc.& in c.non potest, §.j.& c.mandato, & c.si clericus, in princip. & ibi Domi.in iiij. not.de præbend.libro vj.quæ iura allegaui s.in princi. Tandem Iason relinquit cogitandum, quia nemo aduertit, & nemo tangit, nec aliud dicit.

Ego autem prætereà illud scio, Bald. qui nihil omnino intactum reliquit (vt sæpè aliàs dixi) in leg. qui per salutem, in fin. nouæ lect. ff. de iureiur. in ea quoque sententia fuisse, vt hic noster §. hoc sermone, intelligatur in actu conditionali tantùm, non etiam in præceptiuo & dispositiuo per d. l. qui per salutem. Et idemque quoque effectualiter, vt nostri loquũtur, voluit Ang. consi. lj. cuius exordium est ex facto proposito, factum autem incipit, Simon notarius. At vt tandẽ in ea re iudiciũ meum interponam, censeo non solũ in conditionali materia, sed & in omni alia regulam nostram procedere, per iura à Iasone citata, & alia plura suprà in prin. à nobis quoque citata.

LIMITATIO XVII.

Decimoseptimò limita, vt scilicet sermo simpliciter prolatus, de primo actu, non etiam de secundò intelligitur, nisi ille actus secundus sit reuocatorius primi, qui aliàs ex suapte natura sit reuocabilis, quia tunc reuocari potest. Verbi gratia, princeps ciuitati potestatem fecit statuendi, quæ quidem ciuitas vsa ea potestate quippiam statuit, an posteà poterit id statutum reuocare, & aliud facere. De qua re loquens Bald. in capitulo j. in princ. versicul. deinde quæro, pone quòd princeps, titulo de pace Constan. dicit primùm videri, quòd non, quia ea facultas intelligitur de primo actu, per hunc nostrum §. hoc sermone. Subdit tamen contrarium esse verius, arg. leg. omnium. C. de testa. & not. à Ioanne Andr. in capitulo non potest, de præbend. libro vj. in nouella. Et sequitur Alexan. in addit. Bar. in l. omnes populi. in verbo, non potest reuocari, vers. sed quid si princeps. ff. de iust. & iur. Ex quo (inquit) apparet statuta potiùs accedere vltimæ voluntati, quàm cõtractui, de quo nos diximus suprà in xv. limit. versic. incip. & hanc opinionem. Sed ex hoc vides illos intelligere id quod dictum est in his, quæ ex sua natura reuocari possunt.

Sed tu super is, & primùm super eo, an statuta reuocari possint à statuentibus, vide Bar. in d. leg. omnes populi. versi. quartò quærit vtrùm, quæ est 4. quæst. 4. quæst. principalis, per totam eam quæstio. ff. de iu sti. & iur. & in l. ij. §. j. versi. & prædicta sunt multum, ff. de opt. leg. & in l. ambitiosa. vers. quæro an decretum. ff. decre. ab ordi. facien. & in d. leg. omnium, in iiij. not. & ibi Bal. ad fi. vers. item nota quòd licet, & Ange. vers. in tex. ibi, inhibitũ, Pau. de Cast. circa mediũ, vers. videtur etiã esse hic casus Alex. ver. & ideo facit, Corn. versic. not. quòd licet testamentum, & late Iason, versi. ideo facit secundũ Bar. C. de testa. Panor. post alios in c. dilecto, vers. sed aduerte ad aliud dictum, de præbend. Roma. consi. cxvj. visis necessariis, ferè per totum.

LIMITATIO XVIII.

Decimooctauò limita, vt hæc nostra regula non procedat, si natura rei siue subiecta materia repugnet, vt expressè voluit Alciatus in hoc nostro §. hoc sermone, ad id referens quod suprà diximus in 8. limita. de priuilegio quod suapte natura perpetuum est. Ideóque quod per viam priuilegij cõcessum est, primo actu non consumitur. Quódque etiam diximus, s. in ij. limitatione, de re quæ ex consuetudine regionis requirit reiterationem.

Nam & illud perpetuum est, vt omnis dispositio, quæcunque ea sit, sumat interpretationem ex natura rei, & subiecta materia, leg. si vno, in princ. & ibi gloss. Bart. & Bald. ff. loca. & c. constitutus, de religio. domib. cum aliis concord. adduct. à Steph. Pheder. in lib. de legum interpretat. par. iij. versi. amplius licèt, & Iason. in l. iij. in ij. not. C. de transact. & in l. stipulatio ista habere licere. §. hi qui sunt. ff. de verb. obli. & Felin. & Dec. in c. nam concupiscentiam, de const. & à me latius in repet. l. si vnquam, in verbo, reuertatur, nume. 37. incip. & aliàs etiam videmus, & seq. C. de reuoc. donatio.

LIMITATIO XIX.

Decimononò limita, vt procedat nostra regula, cum æquitas id suadet, vt scilicet de secundo actu non intelligatur. At si diuersum suadeat, certè & de secundo actu intelligitur, vt expressim voluit Salice. in l. dotis promissio. ff. de iur. dot. in id referens tex. in l. quò enim. §. j. ff. rem rat. habe. tanquam scilicet hæc nostra regula habeat, vel non habeat locum, vbi æquitas suadet, aut dissuadet. Et idem propemodum voluit Raph. Comen. in l. si cùm dotem. §. j. post medium, ibi not. tamen ex gl. ff. solut. mat. vbi tamen intelligit, in dispositione hominis, ad id scilicet respiciens quod diximus suprà in ix. limita.

Et huc quidem spectat text. in l. hæc conditio filiæ, in fin. in princ. in illis verbis, benignè tamen dicendum est. ff. de cond. & demonst. vbi in casu illius legis conditio nuptiarum benignè intelligitur de secundis nuptiis: benignè igitur, id est, æquitate, vt interpretantur Accur. Bar. & cæteri doctor. ibi. & quidem optimè. Nam id verbum benignè id propriè ac peculiariter significat, vt latè docuimus in nostro tractatu Retractuum, titul. j. §. xxxv. in gloss. j. quæ est in verbo, d'estroictz droictz. num. 25. inci. & sicut strictum ius. Et facit quod scribit Franc. Aret. in l. serui electione, ad fin. prin. ff. de leg. j. & Iason in l. diuortio. §. quod in anno, versiculo, tertiò not. limita. ff. solut. mat.

LIMITATIO XX.

Vigesimò limita, vt procedat nostra regula in acta nõ iterabili (vt nostri loquuntur) durante eodem statu, secùs in iterabili. Ita enim voluit Alberic. autoritate Oldra. in l. matrimonij. ff. qui, & à quib. eum text. concordans cum l. qui per salutem. ff. de iureiurand. vt scilicet d. lex, matrimonij, quæ non admittit alteras nuptias, procedat in actu non iterabili. d. auth. l. qui per salutem, loquatur in actu iterabili. Quò etiam spectat quod diximus suprà in ij. limit. Porro alij aliter intelligunt d. l. qui per salutem, vt diximus s. in j. limit.

Et huc quoque facit, quòd multi in hac materia distinguunt in die iterabili, & die minimè iterabili, vt videre licet ex Bart. Alberico, & Goffred. Salic. in l. cùm quidam, quæ est pen. ff. de annu. legat. & quod item dicitur in alio casu, scilicet de actu iterabili, & non iterabili, vt sciamus, an pœna vel stipulatio semel an pluries committatur, per glo. in l. si sic stipulatus, in gl. vlti. paulò ante fi. & ibi Bart. versi. si quæris vtrum stipulatio, post princ. illius vers. & Alber. in 4. oppos. & Bal. paulò post princi. iterúmque posteà versi. nota quòd actus. ff. de verb. oblig. Et vide quæ dicam ĩ. in xxij. limitatione, quæ ad hanc proximè accedit.

LIMITATIO XXI.

Vigesimoprimò limita, vt non procedat nostra regula, quando quis in primo suo actu, nulla sua culpa fuit deceptus. tunc enim ad alium accedere potest, verbi gratia, si quis vi gratiæ apostolicæ elegerit, siue acçeptauerit aliquod beneficium, consummata est gratia, nec poterit (etiam hoc dimisso) aliud petere, c. quia cunctis. quod est primum, & cap-

cap.executor, de concess. præb. lib. vj. & diximus suprà in princ. versicu. incip. decimoquartò quod voluit, & seq. Sed id sanè intelligitur, nisi is errâter elegerit, siue acceptauerit beneficium alteri collatum, vel debitum, tunc enim poterit aliud eligere, vel acceptare, vt voluit gloss. in d. cap. quia cunctis, ad fi. in verbo, causa, & ibi quoque ante eam Inno. (nam vt alibi diximus, is multa capitula libri vj. legit. in lectura decretalium) in verbo, voluntatibus, versic. sed quæro vtrùm semel, & Ioan. Andr. in nouella, ad fi. Dominic. super glo. in verbo, causa, & Philip. Franc. in gloss. vlti. de concess. præben. libro vj. & alia glo. in cap. ne captandæ, in verbo, causa subsit, & ibi quoque ante eam Ioan. Mona. circa medium, Archidiac. in verbo, rationabilis causa, Ioan. Andr. in verbo, ius in ipso, in nouella. Pet. Anch. vers. quærit Ioan. And. an qui semel, & Domin. super gloss. in verbo, causa, eod tit. de conces. præb. lib. vj. & Ro. cons. cccxxix. præsens consultatio.

Et idem in capitu. gratia, de rescript. lib. vj. vbi is, qui ignorans beneficium sibi absenti collatum, aliud à sede apostolica, quod simul cum illo tenere non poterat, impetrauerit, eligere debet, vtrum eorum retinere maluerit: & si semel vnum elegerit, non poterit ampliùs alterum eligere: vt scilicet id procedat, nisi hic qui primum elegit, fuerit deceptus, ignorâs scilicet id beneficium à se electum alteri deberi, vt etiam errans, simplex beneficium pro dignitate elegerit. Ita voluit vbi Archiadiaco. ad fi. & ipse Ioan. And. in gloss. vltim. argum. l. ij. ff. de opt. leg. & l. si maritus, §. vltim. ff. ad leg. Iul. de adult. & c. quia veri simile, de præsumpt. citántque in eam sententiam Hostiens. in d. capit. quia cunctis, in verbo, extantibus, de conces. præben. eodem libr. vj. Sed hactenus non vidi lecturam Hostien. in lib. vj. nec legit illud cap. sub eodem titu. decretalium. Sed & id sequuntur Dominic. & Philip. Francus in d. c. gratia, ille, in gl. vlt. hic num. 9.

Sed & idem quoque in capitu. si tibi, de præben. libro sexto, voluit Ioan. Mon. ibi. dicens acceptantem in eo casu posse variare, si nihil sit quod ei imputari possit, per d. l. ij. ff. de opt. leg. Et aliud quoque non dissimile in alio casu scribit Calder. consilio vj. an si consuetudo, sub tit. de consuet. vt ibi per eum videre poteris.

Et huc quoque pertinet, quod dicitur delegatum, qui semel etiam inutiliter pronuntiauit, aut quicquam nulliter fecit, non posse iterum pronuntiare, cùm sit functus officio, per l. si vt proponis, la j. C. quomodo & quan. iud. & capitu. in literis, & ibi omnes, de offic. deleg. & latè, D. à Rot. decisio. xvj. dubitabatur vtrùm auditor, de re iudic. in nouis, hoc tamen non procedit, vbi ipse delegatus per iustum errorem facti nulliter gessit, vt si executor, cui mandatum fuerat, vt prouideret Titio de præbenda, illi prouidit de præbenda Martini, qui communi opinione reputabatur mortuus, cùm adhuc viueret, nô impeditur de alia prouidere, per l. error. C. de iuris & fact. ignoran. & c. dominus, de secund. nupt. Ita enim voluerût Innocen. Hostien. & Ioan. Andr. in capitulo j. in verbo, fortè. & ibi Bald. versi. sed quid in eo cui est mandata, de re iudic. Barto. in l. iudex posteaquam, in iiij. opposi. ff. eodem titu. Card. Floren. consilio xxxij. in decisione. versic. quartò. quia quando, & consilio ciiij. post redditum consilium. vers. ad aliud dubium. Petr. Ancharan. in cle. j. in j. quæstio. de re iudic. Paul. Castren. in l. cùm quærebatur, ante medium, ff. eod.

Súntque qui idem tenêt in errore iuris, vt videre licet per Host. Ioan. Andr. Imo. & alios præter ipsum Inno. in d. c. j. de re iud. & Petr. Anch. in d. cle. j. vbi s. & Alexan. in d. l. iudex. in iij. limi. Sed huius contrarium expressè tenet Card. Flor. in illis duobus cons. suprà allegatis, & bona pars eorum quos citauimus in præce. vers. dum loquuntur de errore facti tantû, tanquam aliud sentiant in errore iuris.

Quid, quòd sunt qui negant in sententiis, & aliis actibus iudicialibus prodesse, errorem facti, vti nec errorem iuris, & in his Imo. in d. l. iudex posteaquàm, versi. fallit etiam quartò, ff. de re iudic. & ibi quoque Alexand. versic. quartò fallit. & Panor. in d. capitu. j. versi. aduerte inquantum Innocen. loquitur, eod. titul. Nam Inno. in eodem cap. j. de re iud. & qui eum sequuntur, loquuntur in factis extraiudicialibus, vt in prouisione de beneficio, de quo latè diximus suprà in vj. limi. versi. incip. huc item spectat. & multis seq. Sed tu hîc vide quæ scripsimus s. in j. limit. versi. sed quod dictum est, & seq.

Hanc autem principalem limitationem intellige, modò si is qui ita errauerit, posteaquàm certior factus fuerit de suo errato, & ita iure sibi non competente in beneficio quod priùs acceptauit, mox, id est, sine mora aut negligentia ad aliud redierit. Ita enim not. voluit Roma. d. consilio cccxxix. versicu. sin autem membrum, per text. quem dicit sing. in capit. si beneficia, de præben. libro vj. vbi si quis ignoranter recipiat beneficium alteri collatum, vel etiam reseruatum à Papa, liberè reuertitur ad priora beneficia propter illud dimissa, modò postquam certior factus fuerit, sine difficultate aliqua omnino id dimiserit. Nam si (vt inquit Roman.) quis perdit ius quo habet in re, in prioribus illis beneficiis, ob moram dimittendi posterius illud, multò magis perdit commoditatem iuris ad rem, si in mora fuerit relinquendi beneficij acceptati vi gratiæ: multò enim facilius perditur ius ad rem, quàm in ius re, capitulo, si is, cui, de præbend. libro sexto. & capitulo vltim. de concess. præbend. libro sexto. Hæc ille. Cui & tu addere potes optimum tex. in l. qui contrà, in fin. C. de incest. nupt. cùm dicitur, si, errore comperto con iunctionê huiusmodi, sine vlla procrastinatione dirimerunt. & alium quoque in l. quis sit fugitiuus, §. idem ait si seruus, ff. de ædilit. edict. ibi, si imprudens secutus est, neque occasionem redeundi nactus prætermisit. & in c. cupientes, §. insuper, de elect. lib. vj. ibi, tunc infra idem tempus iusto impedimento cessante, &c. & quod voluit glo. ibi, in §. quòd si per xx. in verbo, proposita, in prin.

Ex hócque approbat Romań. vt ad eum redeamus, eorum sententiam qui reprobant opin. Hostien. dicentium, quòd vbi manifestum acceptantem beneficium ius in illo non habere, non esse expectandam sententiam super declaratione non iuris: nam in re manifesta debet ipse acceptans statim bonam fidem agnoscere, nec sententiam acceptare, l. emptorem, in princ. ff. de act. empt. & clariùs in l. quoties, §. denique. ff. de administra. tutor. & ad id quoque citat l. si res, §. non tamen, ff. de alienat. iudic. mutan. caus. fac. & l. j. ff. de inofficio. testamen. Quibus & tu adde alium text. not. quem & ipse postea ad aliud adducit, in l. nemo rem suam vtiliter. §. j. in fin. ff. de verborum obligatio. cùm dicitur, hic moram fecisse videtur, qui litigare maluerit, quàm restituere. Adde item & alia multa quæ diximus de execra-

tione litium in nostro tract. Retractuum, ti. j. §. 8. gl 7. in verbo, le retrayant decherroit, numer. 20. incip. hic autem maxima. & seq.

Intellige item hanc limitationem in eo, qui deceptus fuit errans in facto, secus si in iure errauerit, vt pulchrè voluit Innoc. loquens in executore dato à Papa, qui errans in iure, contulit beneficium, quod nō vacabat, in c. j. in fi. de senten. & re iudic. quem nuncupatim sequitur, idque dicit not. Card. Flor. consi. 104. cuius initium est, post redditum. vers. ad aliud dubium. Neque enim aliàs error iuris excusat. Super quo vide quæ diximus suprà alicubi.

LIMITATIO XXII.

Vigesimosecundò limita hanc regulam, vt procedat cùm agitur de specie, quæ suapte natura non est iterabilis, iuxta l. Lucius, §. impuberem, ff. de legat. iij. Secùs, si de quantitate, quæ sua ipsius natura iterari potest, ideò si quis reliquerit certam quantitatem filiæ, dum vel donec nupserit, censetur esse legatum annuum pro quolibet anno, non pro vno tantùm, l. qui concubinam, §. vxori, ff. de leg. 3. & l. legatum, ff. de annu. leg. & l. iij. & iiij. ff. de condit. & demonstrat. Ita enim authoritate earum ll. voluit Imo. in l. in substitutione, circa medium, ff. de vulg. & pupil. quem sequitur Lauren. Calca. consilio xx. ista quæstio habet tria dubia. versicul. tertia limitatio, per hoc expressim limitans hanc nostram regulam. Et vide quæ diximus suprà in xx. limit. quæ ad hanc proximè pertinet.

LIMITATIO XXIII.

Vigesimotertiò limita, vt procedat nostra regula, cùm per primum actus ius alteri est quæsitū: exempli causa, Eligentes per viam electionis, ea publicata, ad secundam electionem venire non possunt. cap. cùm inter canonicos, & c. publicato, de elect. Per viam autem postulationis possunt antè, quàm postulationem præsentauerint, postea non possunt. c. bonæ, le ij. de postu. prælat. quod non ob aliud est, quàm quia per simplicem electionem quæritur ius, saltem ad rem, electio, per postulationem non quæritur ante præsentationem.

Quam quidem eius differentiæ rationem posuit Compostel. in d. capit. bonæ. in verbo, quæsitum, & ibi Panor. versicu. ex hoc habes, vbi ex hoc ponunt hanc regulam generalem, quòd quis variare potest, antequam ius sit alteri quæsitum: secus si ius sit quæsitum, & ad hoc quoque allegat ipse Compostel. l. nemo. ff. de regul. iur. & cap. cùm inter dilectos, de elect. & ipse quoque Panor. citat clem. j. de renun. Quod & ipsum voluit Card. Alexand. in cap. Osius, §. j. lxj. distin. & Roch. Curt. in tract. de iure patr. in verbo, honorificum. vers. secundò suboritur quęstio accessoria.

Et bene facit, quod à Ioan. Mona. traditum est in cap. cùm expediat. versic. item publicato, de elect. libro sexto, quòd publicato scrutinio electores variare nequeunt, per d. cap. publicato, quod, vt subdit, verum est, vbi electus ius habet. Quòd si ius non habet, vt ibi, ex scrutinio, capitu. si cui, eodem titu. & lib. variare poterunt. Et sequitur Ioan. And. ibi, post prin. in verbo, consenserit, & Petr. Ancharan. ad fi. & Domi. Et idem propemodum voluit Dyn. in cap. mutare, in princ. de regu. iur. libr. vj. & Host. in summa, titu. de elect. §. vtrùm mutari possit, vers. & vt pleniùs. & non obscurè voluit Card. Flor. in d. capit. publicato, in j. opposit. & iterum in vij. quæ. & ante hos omnes Compos. in eo ipso c. publicato, in verbo, variare, & iterum paulò ante fin.

Et quod etiam voluerunt D. à Rota, decis. xxxj. nota quòd vbi episcopus, de concess. præbend. in antiquis, quòd si episcopus habet ex priuilegio vel ex consuetudine, vt possit in sua noua creatione nominare vnum canonicum in qualibet ecclesia collegiata, & aliquem nominauerit, qui ipse acceptauerit, non poterit alium nominare, etiam si ea nominatio non sortiatur effectum, per l. apud Aufidium, ff. de opt. leg. & alia quæ allegat, vt diximus suprà, in prin. vers. incipient. sexagesimosextò quod tradiderunt. Nec obstat (inquiunt) capit. si electio, de electio. libro sexto, vbi si electio non sortitur effectum, quia electus nolit consentire, vel post consensum renunciat, aut moritur, aut propter occultum quodpiam vitium, irritatur electio, poterunt eligentes electionem aliam facere, quia ibi ex sola electione immediatè in dignitatibus electiuis non quæritur ius, in simplicibus autem quæritur, vt in c. si tibi absenti, & ibi not. de elect. lib. 6.

Vides igitur ex eorum sententia cardinem huius rei in hoc verti, an ius sit quæsitum, an non: vt primo casu variare non liceat, secundo liceat. Nam & hoc ipsum in vniuersum voluisse videtur gloss. distinguens tamen in secundo membro, in capit. nosti, extrà de elect. & simpliciter Archidiaco. tractans, an liceat mutare consilium, in capit. certè, in verbo, muto, xij. quæst. j. dicens ita esse concordanda iura, quæ dicunt licere mutare consilium, quæque dicunt non licere. quod & ipsum sequitur Card. Alexand. ibi. super gloss. in verbo, ecce. Et idem quoque voluit Ias. in l. serui electione. versicu. secundò limita, ff. de leg. j. in id referens text. ibi. & in d. l. apud Aufidium, ff. de opt. leg.

Et quod item proditum est à Bald. in l. j. C. senten. rescin. no. posse. vti allegatur ab his, quos statim citabo (licèt in meo codice non reperi) quòd si consentientibus partibus à delegante statutum est tempus delegato ad expediendam causam, non poterit amplius id tempus prorogari, ne tollatur ius quæsitum alteri parti ex lapsu eius temporis: & sequitur Rom. in l. ij. vers. dubitatur vlteriùs, ibi, aut terminus ipse, ff. de re iudic. & Geor. Nata. in repet. cle. sæpe, in princ. vers. prædictis accedat, de verbor. significat.

Quod tamen intelligunt Ro. & Nat. (neque enim id prætereundum putauimus) nisi quippiam nouum atque inopinatum emerserit, ob quod is qui prorogationem petit, non potuerit intra tempus præstitum dicere de iure suo: tunc enim iustum esse, vt ei succurratur, argu. l. de ætate, §. ex causa, ff. de interr. act. & c. cæterum, de iuram. cal. vt & in simili dicitur, tempus præscriptum appellanti ad prosequendum appellationem ei prorogari debere, si aliquid acciderit, propter quod non potuerit appellationem prosequi, authen. ei, qui. C. de temp. app. & capitu. ex tenore, de appe. Debet enim iudex maximè in arbitrariis æquitatem ob oculos ponere, l. quod si Ephesi, ff. de eo quod cer. loc.

Sed & huc propiùs accedit quod à Barto. & Alb. scriptum est in l. qui per salutem, vtroque circa mediū, & ibi quoque Ang. Sal. in vltim. oppo. & Ias. in fi. ff. de iureiur. dum tollere volentes antinomiam, quæ videbatur illius l. & huius nostri §. dicunt in hoc §. & simil. tractari de nouo iure quærendo per matrimonium, siue aliquem alium actum. At in d. l. qui per salutem, quis iurauerat ex iure suo sibi iam quæsito

quæstio per acceptationem. Quod & ipsum secutus est Bened. Plumb. in d. l. matrimonij, post medium, ff. qui, & à quibus, dum concordat. d. l. matrimonij, quæ omnino similis est huic nostro. §. cum d. l. qui per salutem. Quibus etiam accedit Bald. in l. post aditam, paulò ante fi. C. de impu. & ali. subst. dum allegat d. l. matrimonij, & aliàs, in hócque manet, vt si ex primo actu ius sit quæsitum, non liceat ad alium transire. Sed tu hîc omnino vide quæ diximus s. in j. limitat. vers. incip. declara item tertiò, & seq.

LIMITATIO XXIIII.

Vigesimoquartò limita procedere, vt primo actu consumatur dispositio, nisi ipse actus sit necessarius, scilicet continens necessitatem actu permanentem, vt dicit Bald. in l. vltim. C. qui bon. ced. possunt, ad hoc trahens, quod alibi diximus, statutum de compromissis non consumi vno tantùm compromisso, sed tãdiu durare, donec lis finita sit, scilicet s. in 6. limi. in prin. atque iterum in limit. ix. ver. incip. & ex hoc plerique, & alibi sæpè.

LIMITATIO XXV.

Vigesimoquintò limita, vt hæc nostra regula non procedat in vniuersali, siue etiam generali dispositione, aut etiam indefinita, cùm ea æquipollet vniuersali. tunc non tantùm intelligitur de primo & præsenti actu siue tempore, sed etiam de aliis postea futuris, per text. in l. si seruitus. ff. de seru. vrban. præd. vbi generalis cõcessio seruitutis, ne luminibus officiatur, etiam ad futura lumina trahitur. Et ita illum tex. intelligunt omnes doc. ibi.

Et illius arg. dicit Bald. in authen. excipitur, in fin. C. de bon. quæ libe. quòd si pater ita dicit, concedo filio meo omnes fructus aduentitiorum bonorum ipsius, non solùm includũtur fructus illius anni, sed & aliorum futurorum, quia videtur vniuersalis concessio, & quia vno, & eodem tempore pertinent ad concedentem, l. Lucius, quæ est penult. ff. de fun. instr. & quod not. Cyn. in l. non modus. C. de seru. vbi & idẽ dicit de vniuersali concessione, vt scilicet ad futura trahatur, & ad id quoque allegat d. l. penult. & l. peculium, ff. de leg. ij.

Sed & Bald. vbi suprà citat Archid. in ca. cognouimus, paulò antè fi. vers. & est argu. quòd qui concedit, xij. quæst. ij. vbi post Hugo. dicit quòd qui generaliter concedit omnem decimationem cuiuspiam loci, intelligitur concedere etiam futuram decimationem noualium, nam & præteritæ & præsentes & futuræ decimationes eodem iure ei competunt, omnésque eodem iure censeri debent, arg. l. j. ff. de pignorib. & l. si quis, quæ est vlt. C. quæ res pig. oblig. poss. & hoc quoque ibi sequitur Card. Alex. etiam ad fi.

Attende tamen, lector amãtissimè, ne decipiaris, quod nonnulli tradunt in d. l. si seruitus, quam tibi pro fundamento huus limitationis post alios citauimus, ideo disponentẽ, qui indefinitiuè locutus est, intellexisse etiam de futuris, quia potuerunt omnia futura præuideri: aliàs enim futura non comprehenderentur, per l. si ita esset, ff. de aur. & argen. leg. Ita enim expressè voluit Bar. in d. l. si ita. vers. si verò de magno præiudicio. & ante eum Cyn. in d. l. non modus. vers. quandoque concedit sub nominibus.

LIMITATIO XXVI.

Vigesimosextò limita procedere, nisi dispositio permittens aut aliter disponens aliquid fieri, vtatur verbo, quoties, aut aliis similibus: vt si dicat fieri quandocunque, vel quotiescunque quis voluerit, tunc enim ea dispositio non vno actu cõsumetur, ob vim, & significationem huiusmodi dictionum, quę iterationem important, vt magna autoritate affirmat Archidiac. in cap. nunc verò, ix. quæstio. iij. quem sequitur Domi. cons. xcvij. super primo dubio. vers. prætextu istius, vbi auctoritate illius dicit eam dictionem, quoties, esse eius naturę, vt importet vniuersaliter potestatem variandi, ex hócque capit. non potest, de præben. lib. vj. quo cauetur dispensat ionẽ ad duo beneficia, intelligi de duobus primis tantùm, vt diximus suprà, in princip. versicu. incip. decimoseptimò accedit. non procedere quando in dispensatione essent illa verba, quoties sibi placeret. quod & ipsum nulla illorum mentione facta consuluit Phil. Dec. cons. clxix. cuius superscriptio incipit, dispensatio facta, in j. dubio.

Quibus addes Cyn. Alber. Barto. Imol. & Alexand. in l. qui bona, §. vltim. ff. de dam. infe. dicentes hęc verba, toties quoties, significare infinitatem, vti etiam ipse Alexand. voluit in l. si Stichum. §. j. vers. nec obstat ratio, ff. de verbo. oblig. & in l. ij. §. vltim. vers. puto quòd in terminis. ff. qui satis. cogan. & cons. cxlv. quoniam abundè vers. sed hoc non obstante, libr. ij. & alij multi quos tibi citauimus in tractat. Retractuum, tit ij. §. j. in gloss. in verbo, à tel temps, nume. 11. in contrarium, cum multis seq.

Et hoc quidem aliis probatur in his dictionibus & similibus, ex multis textu. videlicet in l. si ita stipulatus à Seio fuero, & ibi Bartol. Ang. & Imo. ff. de fideiusso. quæ loquitur in dictione, quandocunque, ibíque gloss. in verbo, summas, adducit pro contrario huic nostrum. §. hoc sermone, vt intelligas hanc limitationem ad hunc tractatum pertinere, & alios tex. in l. j. §. j. ibi, toties quoties. ff. si fam. fur. fec. dic. & in l. si duo, §. vlt. ff. de arbit. & §. in primis, Insti. de eo cui lib. cau.

In quo tamen illud annotandum est quod tradit Ang. in l. si finita, ff. de damn. infect. & iterum in l. ij. §. qui exhiberi, ff. de cust. reor. quòd si quis promiserit alterũ repræsentare toties, quoties fuerit requisitus, sufficit vt bis illum repræsentet, ita vt posteà liberetur, per d. l. qui bona. §. vlt. ff. eodem titulo & fideicommissa, §. si quis alicui decem, vt ff. de legat. 3. Et illum sequitur, & multis argu. & rationibus comprobat Ro. in repet. Rub. ff. de arbit. vers. quid autem si compromissum est, & consi. xv. plura sunt quæ quæruntur, in 4. eodémque vlt. dubio, vbi & alia loca citat ex eodem Ang.

Sed hæc sententia reprehenditur ab Imo. Ro. sibi contrario Alex. & cæteris recentioribus in d. l. si finita, ea quã diximus ratione, quòd ea verba (toties quoties) infinitatem designant, proptereáque duabus vicibus tantùm minimè contenta est. Quod & ipsum tradidit idem Ro. in d. l. ij. §. vlt. vers. modo ad propositum. & ibi quoque Soc. vers. sextò & vlt. ff. qui satisd. cog. & Paul. Cast. in l. duobus. §. quòd si reus, ante fi. & ibi quoque Ias. ff. de iureiu. quod in loco ipse Paul. monet notarium, vt promittere faciat de sistendo toties quoties. & ipse item Alex. in d. l. qui bona, §. vlt. ff. de dam. infec. & d. cons. cxlv. in prin. lib. 2. & alij quos in id citat Hipp. Marsil. in l. vnius, §. cognitorum. vers. item & vltra, cum multis sequent. ff. de de quæst. & vide quos citaui s. in prin. ver. inci. quid autem si quis.

Sed & hîc non omittendum ducimus, quod ab Ange. scriptum est in d. l. si ita stipulatus à Seio fuero, ff. de fideiusso. volens soluere contrarium, quod gloss. ibi fecerat de hoc nostro §. hoc sermone, vt suprà diximus.

diximus, hæc tradit, Quòd vbi tractamus de obligatione contrahenda in alicuius conditionis euentum toleratur infinitas, & solus primus actus impletionis consideratur, per hunc nostrum §. hoc sermone. Vbi verò tractamus de obligatione multiplicanda, tunc etiam toleratur infinitas, si per multiplicationem, in effectu non multiplicatur interesse, neque contrahitur nouum damnum, vt in dicta lege si ita stipulatus, vbi licèt fideiussor obligetur in plures quantitates, tamen eas recipere potest à reo, & in l. vbi exigitur. §. hæc vox, ff. de eden. de qua nos alibi diximus. Sed vbi ex multiplicatione semper inducitur nouum damnum, quantumcunque verba sint apta ad infinitatem, non toleratur infinitas, sed restringitur. d. l. fideicommissa. §. si quis alicui decem, ff. de leg. iij. quam & gloss. in d. l. si ita stipulatus: adduxerat pro contraria. Sed antè, quàm obligatio contrahatur, potest futurus (vt ipse loquitur) obligari, dicere se nolle in infinitum obligari, & sic, inquit, intelligitur l. qui bona, §. vltim. ff. de dam. infec. Hæc Ang.

Cæterùm Imo. in d. l. si ita stipulatus, dicit hæc bene notanda, quia secundum ipsum Angel. etiam si apposita sit dictio, quandoque, vel quandocunque, in dict. §. si quis alicui decem, nihilominus procederet quod ibi dicitur. Cuius tamen oppositum sentit Barto. in d. l. si ita stipulatus, & rursus in d. l. qui bona, §. vltim. & fortè, vt subdit Imol. illud verius est, quia standum est voluntati testantis, nec recedendum à verbis claris, l. ille aut ille, §. cùm in verbis, ff. de leg. iij. & l. penult. ff. de annu. leg. Et pro hoc facit d. l. si ita stipulatus, nam posset esse, quòd ibi sæpius damnum incurreretur ipsi fideiussori, si contingeret ex post facto reum effici nõ soluendo, vt in §. vltim. Instit. de replic. Aequitatem tamen habere opinio. Ang. sed æquitas non scripta, & rigor scriptus videtur resistere, per supradicta.

LIMITATIO XXVII.

Vigesimoseptimò limita, vt procedat in concessione onerosa, secùs, in lucratiua siue gratuita, ex hoc quod voluit Alexand. in l. diuortio, §. ob donationes. versicu. secundò limita dictum, ff. sol. matri. dũ limitat dictum Bald. ibi dicentis, quòd si quis vendit fructus cuiuspiam horti, & bis ipsi fructus colligãtur in anno, intelligitur tantùm de primis, de quo nos suprà diximus in princ. vers. incip. tertiò ad hãc sententiam. Vt scilicet id procedat in titulo oneroso, in quo & ipse Bald. loquitur: in lucratiuo autem secus: nam tunc (inquit) id perpetuò intelligitur, per leg. si seruitus, ff. de seruitut. vrbanorum prædiorum.

Cuius (vt ipse dicit) textus argu. dicit idem Bald. in authentic. excipitur, ad finem, C. de bon. quæ libe. quòd si pater concedit suo filio fructus bonorum suorum aduentitiorum, non solùm includuntur fructus illius anni, sed futurorum, & ad hoc quoque alia allegat, de quo nos alibi suprà diximus. Tanquã scilicet intelligat Alexan. illam Baldi diuersitatem ex sola diuersitate lucratiui, aut onerosi tituli. Subdit tamen ipse Alexan. hoc posterius dictum Baldi verum esse, si fructus eorum bonorum aduentitiorũ non extabant tempore donationis, nam si extarent, de illis tantùm debere intelligi, per textum in l. si ita. ff. de auro & argento leg.

Ex quo iterum vides Alexand. non satis sibi bene constare, nec hìc diuersitatem tituli onerosi vel lucratiui quicquam facere; sed id ex eo tantùm pendere, an fructus extent, an non extent. Si enim extant, de illis tantùm intelligi, etiam in titu. lucratiuo: si non extant, secus. Et id quidem postremum omnino verum est, nam si nulli extarent, concessio, siue gratuita, siue lucratiua, omnino esset inutilis, & superuacua, nisi de fructibus posteà sequentibus intelligeretur, quod minimè dicendum est, ex not. in l. si quando, C. de inof. test. cum simil.

Subiungit tamen Alexan. pro illa posteriori sententia Baldi, facere quod ipsemet Bald. scribit in l. prima, versic. pone quòd testator, C. de fideicõmissis, quod si testator mãdauerit hæredi, vt vestiret vxorẽ suam, & sic (ait Alex.) titulo lucratiuo, intelligitur vt singulis annis vestiat. Sed nos de hoc Bald. dicto, & illius ratione, alibi suprà diximus.

LIMITATIO XXVIII.

Vigesimooctauò limita, vt hæc nostra regula non procedat in actu protestationis, quia tantùm abest, vt prima ac vna consumatur, vt etiam iterum, ac interdum sæpius (si quando ea requiritur) fieri debeat: aliàs ea prima protestatio euanescit, manétque inutilis & inefficax, peræquè ac si nulla facta fuerit, per tex. in l. de pupillo, §. quis ipsi prætori. ff. de operis noui nũtiatione, & in l. mora, in fine principij, ff. de vsuris.

Verùm hæc res patitur multas distinctiones & declarationes. Nam primùm Barto. in dicto §. si quis ipsi prætori, in secund. oppositione, videtur, inquit, quòd sufficiat protestationem semel esse factam, l. Titia, §. vsuras, ff. de legatis ij. Idq. ita soluit quòd quando protestor, quòd non stat per me, tunc si stat per aduersarij delictum, vel contumaciam, sufficit vna protestatio, nec requiruntur plures, nisi prima fuerit remissa, per dictum §. vsuras, & d. l. mora, & ibi gl. in verbo, repetendi, & facit l. iij. §. illud, ff. quod vi, aut clàm.

Aut stat per aduersarij casum, vel dignitatem, & sic sine delicto illius, & tunc aut protestatio fit ad conseruandum ius protestantis, & sufficit semel fieri, l. si intra, & l. in contractibus, §. penultimo, C. de non numerata pecunia. l. vt perfectius, Cod. de annali exceptione, cum similibus. Aut fit protestatio ad acquirendum ius quodpiam nouum, & tunc finito impedimento aduersarij, debet iterum fieri, aliàs prima protestatio nihil operaretur, per d. §. si quis ipsi prætori.

Ex hócque subinfert, quòd si emptor cui mouetur lis de re empta protestatus fuerit se non posse eam litem nuntiare venditori, quia ignoratur, quo in loco sit sine culpa ipsius. iuxta l. si dictum. §. penultimo, ff. de euictionibus, tũc si reuersus fuerit, debet ei denuntiare, aliàs prima illa protestatio nihil operatur, videretúrque ab ea recessum, per dictum §. si quis ipsi prætori, quod, inquit, tene menti ad multa. Sed tu super hoc vltimo, vide Angelum in dicto §. si quis ipsi prætori, vorsiculo ex hoc dicit, & ibi quoque Paulum Castrensem, versiculo qui per hoc dicit, Imolam. vers. item adde secundò, Romanum vers. inquantum Barto. in eadem, Alexandrum versiculo, ex hoc infert. Iasonem. vers. tertiò inquantũ, & prætereà Antonium in cap. vlti. in quarta quęstione, extrà, de appellationibus.

Porrò si alia multa super hac re, an scilicet vna protestatio sufficiat, & de similibus, scilicet interpellatione, denuntiatione, admonitione, requisitione, citatione, & aliis id genus, vide omnes in d. §. si quis ipsi prætori. glossam in capitulo si episcopus, decimaoctaua

ma octaua distin. & in cap. cupientes, §. si per viginti, in verbo, propositam, versic. sed solet quæri, & ibi Petr. Anchara. versiculo, incidenter tamen quæritur, Dominicum versiculo. & nota istam gloss. & Philippum Franc. versiculo in eadem gloss. in fin. Innocentium in capitul. cùm nobis. in verbo, reuocare, versicu. item an sunt. Ioannem Andream in capitulo ego. in verbo, vocatus, de iureiurando, & alios plurimos citatos ab Alexandro in dict. §. si quis ipsi prætori.

LIMITATIO XXIX.

Vigesimonono limita non procedere in promissione cuiuspiam generis subalterni (quod vocant dialectici, & nostrates) in quo quidē haud dubiè est electio debitoris, l. plerunque, §. penultimo. ff. de iure dot. & capitu. in alternatiuis, de regu. iur. libro sexto, cum concord. ibi adductis. Sed quod ad nostram tractationem pertinet, si semel vnum promissor elegerit, non ex hac prima electione consumitur electio, quin possit posteà & sæpius quidem aliud eligere, & soluere, l. qui ex pluribus, & gloss. Bartolus, & alij, ff. de verborum obligat. & l. eum qui certarum, §. j. & ibi etiam gloss. & doctor. ff. eodem tit. In quibus locis, ne hîc te diutius detineam, videbis, vtrùm & id facere poterit post litem contestatam, an & post sententiam, & an id procedat in voluntate expressa aut tacita, & an in testamentis, vt in contractibus, & an cùm à lege datur electio, an & cùm ab homine.

LIMITATIO XXX.

Trigesimò limita, vt non procedat in pignoribus, & hypothecis siue prætoriis siue conuentionalibus, nā si creditor cadat possessione pignoris, vel hypothecæ, quam habebat, siue nulla eius culpa, siue etiam sua culpa, non ita perdit ius pignori quin possit iterum eam possessionem recuperare hypothecaria actione, vt est tex. expressus, & not. in l. vltima, & ibi omnes Doct. C. de præto. pigno. Sed cui similis est alius, in l. is cui. §. quæri potest. ff. vt in poss. leg. & voluit glo. in l. si quis missum. §. vlti. in glo. pen. in fi. ff. de dam. infec. & Innoc. in capit. contingit. in princ. de dol. & contu.

Sed hoc ita accipiendum est, nisi creditor expressè consenserit alienationi rei pignoratæ. Nam licet ea posteà redeat in dominium debitoris, non tamen redit pignus, quin ipsum perpetuò manet liberatum, per alium text. & ipsum quoque not. in l. vltima. C. de remiss. pign. quem sing. dicunt Bal. & Ang. & Salic. ibi. Nisi tamen in duobus casibus, qui ibi adscribuntur à Doct. vti videre poteris.

LIMITATIO XXXI.

Trigesimoprimò limita, vt similiter non procedat in constituto, verbi gratia, vt id intelligas, si constitutarius, id est, is pro quo venditor aut alius id genus se constituerit possidere rem venditam aut aliter cessam, ipsius rei realem siue naturalem possessionem apprehenderit, & ea posteà cadat, & deinde res ad constituentem redierit, redit & possessio vi illius constituti in constitutarium, ex sententia Bald. in capitul. si facta. versi. pone, vendo tibi. & ibi quoque Matth. Afflict. vers. & dicit hîc, tit. si de feu. fuer. contr. inter domin. & agnat. & alij, quos tibi citaui in nostro trac. Constituti. in v. limita. quo in loco videbis an id verum sit.

LIMITATIO XXXII.

Trigesimosecundò limita, vt non procedat, quandò destructio voluntatis ad interpretantem, siue declarantem spectat, verbi gratia, duximus in princip. in versicu. incipien. vigesimò quod voluit, quòd declaratio siue interpositio obscuritatis vel ambiguitatis, non nisi semel fieri potest. per gloss. in l. quicquid astringendæ, in princip. ff. de verborum obligatio. cum multis simılib. ibi adductis. Sed id intelligitur, nisi is qui disposuit aliquid obscurè, postea quæ semel interpretatus fuerit, aut declarauerit, id ipsum obscurum possit totum ipsum reuocare. Exempli causa, testator quicquam obscurum disposuit, cuius dispositio ambulatoria est vsque ad mortem éstque ei semper liberum reuocare testamentum. l. quod per manus. ff. de iure codicil. l. iij. ff. adimend. leg. cum simil. Ideóque ei licet interpretari & declarare testamentum non semel tantùm, sed & toties quoties libuerit. l. hæres palam. §. sed si notam. ff. de testa. Id quod ab Ang. annotatum est, in dict. l. quicquid astringendæ, paulò ante fin. & ibi quoque Alexand. versic. ex qua habes, ff. de verborum obligation. & nos quoque diximus suprà, in princip. versic. incip. quinetiam illud: sed id inter limitationes repetere non inconueniēs mihi visum est.

LIMITATIO XXXIII.

Trigesimotertiò limita, vt procedat, nisi natura repugnaret, verbi gratia in casu, l. eum qui Kalendis. ff. de verborum obligatio. de qua diximus suprà, in princi. versic. incip. duodecimò accedit in ea igitur lege dicitur, quòd si quis simpliciter stipulatur, Kalendis Ianuariis intelligitur de primis. Quid ergo si quis In mense Decembri stipulatus fuerit Kalendis Ianuariis partum Arethusæ, quæ nondum prægnās est, aut certè prægnans est ex duob. mensibus tantùm, ita vt natura repugnet, vt stipulatio possit habere effectum in primis illis Kalendis Ianuariis proximè sequentibus stipulationem. Igitur non de illis stipulatio illa intelligenda est, sed de aliis partum sequentibus, vt dicit gloss. in dict. l. eum qui Kalendis, in verbo Kalendis. in princip. per tex. in l. interdum. in prin. ff. eod. titu. vbi interdum puta stipulatio ex re ipsa dilationem capit, vt si id quod in vtero sit, stipuletur: tunc enim incipit actio, cùm ea per rerū naturam præstari potest.

Quibus adde quæ latè cōgessimus in nostro tractatu, cessante causa, cessat effectus, numer. septuagesimo, incip. súntque & aliæ, & sequen. quo conuinceremus naturam leges & cæteras dispositiones interpretari. Hæc autem limitatio potest reduci ad ipsam nostram regulam, vt scilicet ea stipulatio intelligatur de primis Kalendis, postquam res præstari possit. A. Tiraquel.

¶ SERVIRE, si quis promiserit alicui per annum, si aliquo illius, primi anni tempore valetudine cui promissio facta est, impeditus fuerit, vel etiam ille qui promisit fuerit impeditus, vt seruire non possit, non tenebitur altero anno tanto tempore secundi anni ei seruire. l. cū quæritur. §. item ff. de fideiuss. l. cum hæres. §. stichus. ff. de stat. lib. quia promissio debet intelligi de primo immediato anno. Medic. reg. 4.

¶ SERVITUS aquæ non imponitur, quæ nondum est. leg. fin. ff. si seruit. vend. sicuti non præscribitur id, quod nondum est. l. §. nemo. C. de annali exc. l. si quis alia. ff. quæmadmo. seruit. vend. gloss. capitul. ad dissoluendum. versicu. accusari. de despon. impube. Medic. reg. 6.

¶ SERVITUS habens causam discontinuam, non acquiritur

acquiritur per præscriptionem.text. est in l.seruitutes.la iij.ff. de seruit.tit: generali.vbi Bart.Ang. & alij.Bar.in l.j.§.fi.ff. de aqua pluu.arcen.omnes Doct. in l.ij.C.de seruit.& aqua.

Limita tripliciter,vt per Felin.in c.de quarta.num.41. de præscript. B.Dias,reg.687.

¶ SERVITVS non præsumitur, quare quælibet res in sui origine est ab initio libera,l.altius,& l.si in ædibus,C.de seruit.& aqua.

Fallit in 2.casibus,quos not.Ias.in l.si prius,ff.de op.noui nuntiat.num.40.

Seruitus habens causam discontinuam non acquiritur per præscriptionem,l.seruitutes,la iij.ff. de seruitut. Bart.& alij,in l.1. §.fin. ff.de aqua plu.arc.

Fallit in 3.casibus,vt per Fely.in cap.de quarta nume. 41.de præs.

Serui capacitas, vel incapacitas pendet à capacitate, vel incapacitate domini,l. mihi,& tibi,§.regula, ff. de leg.1.

Fallit in 3.casib.quos not.Ias.in d.§.regula.

Seruus acquirit domino etiam inuito,l.etiam inuitis.ff. de acq.rerum domi.

Fallit in 2.casibus,vt per Ias. in l. seruus vetante. ff. de verbo.oblig.

Si alicui non debetur seruitus,quis potest domum suã vsque ad cœlum eleuare,l.altius,C.de ser.& aqua.

Fallit in 4.casib.quos not.Soc.reg.101. Ampliatur in 3. casibus,& limitatur in 8.à Petr.Duen.reg.33. Fallit vt per Dec.in l.nullus,ff.de regu.iur.Alias limitationes tradit Bart.Vero.in titu.de seruit.prædio.in tit. de solo,& area.

Ampliatur vt per Abb.in conf.57. lib.1.

Ius seruitutis,tam actiuè, quàm passiuè, transit ad eũ, ad quem transit fundus,l. antepe.ff.de ser.rust.pręd. l.via constitui,§.si fundus,eod.tit.

Fallit in 4.casib.quos not.Lancil.Galia.in l. 2.§.itemsi in facto,ff.de verb.oblig.

Seruus non potest facere conditionem domini deteriorem,l.melior,ff.de reg.iu.facit text.in c.relatum, de sent.excom.

Fallit in 3.casibus,quos not.Dec.in l.seruus, C.de pact. numer.1.

Seruitutem debens an & quando reficere teneatur,distinguendo declarat Bart.in l.& si fortè, §. etiam de seruit.ff.si ser.vendi. Donat.Fina,lib.1.

¶ SERVITVS, quæ causam discontinuam habet, ad hoc vt præscribatur,requiritur tantùm tempus, cuius initij memoria nõ existat: vt l.hoc iure. §.ductus aquæ.ff.de aqua quot.& æsti.& not.gloss.in l.seruitutes.la grande.ff. de seruit. tit. gene. & tenet gl.magna.C.de ser.rust.præd.& est tex.in capit super quibusdam,de priuileg. & in capitulo j. in princip. de præscrip.

Primò fallit,quando ille,qui alleg.seruitutem sibi debitam,dicat habere titulum ab eo, qui potuit concedere,licet illud non probet: si tamẽ probet possedisse spatio x.ann.inter præsentes, & xx.inter absentes, sufficit,& obtinebit in causa.Ista est glo.singularis, quam sequuntur Docto.in d.l.seruitutes.quod perpetuò tene menti:& ita ad literam tenet Azo in Sũma.in tit.de seruit.in §.constit.seruitutes per cõsuetudinem.& ita tenent Bald.& Floria.in d.l.seruitutes.& do.Ang.de Aret.In princi.Institut.de action. & hanc opinionẽ tenent communiter Doct.tam legistæ quàm canonistæ:vt dicit do. Paul. de Castr.in prælleg.l.seruitutes. Et ideo cautela est quòd ille, qui allegat seruitutes sibi debitas,quæ habeant causam discontinuam,vt dicat se habere titulum cõcessionis.& sic ex aliquo titulo precedenti dicat sibi nõ autem seruitutem fuisse constitutam, & quamuis illud non posset probari per testes, vel per instrumẽta, tamen ad adminiculum suæ intentionis inducit coniecturas: l.si vsusfructus: de ser.rust. prędi.domino sciente,& non contradicente per x.vel.xx.annos per x.inter præsentes,& xx.inter absentes,præsumitur seruitus constituta per superius allegata aliàs autem si non allegaret titulum concessionis, deberet probare possessionem per tãtùm tempus cuius non esset memoria hominum in contrarium, ad hoc est optimum arg.text.in d.l.hoc iure.in §.ductus aquę. de aqua quo.& æsti.& per alia iura. & ita aliàs determinaui propter imperitiam procuratoris, qui non intelligens, neglexit allegare titulum. quod not. in practica. B.Soc.460.

¶ SERVITVS personalis soluitur morte, Doct.Com. §.finitur.Inst.de vsufr.gloss.§.deinceps, versi.similiter.Authentic.de nupt.Inst.de vsu, & hab.in princ. not.l.2.ff.de vsufr.dicam infer.vers.vsufr. dixi super. conclu.80.Item not.quòd seruus est tanquam mortuus quoad ius ciuile.l.quod attinet.ff.de reg. iur. l. isti quidem.ff.quod met.caus.l.seruus.C.de iud.dixi super. in 1.part.nu.108. Medic.tract.2.part.

¶ SERVITVS. Sententia lata pro vno de dominis fundi,cui seruitus debetur prodest aliis pro iure eiusdẽ seruitutis, præsertim quando seruitutes indiuiduæ sunt.gloss.leg.loci.§.fundus. ff. si seruit.vend. leg. 2. l.stipulationes non diuiduntur. ff. de verbor.obligatio.Alexand.leg.sæpe.numero 48.ff.de re iudic. Medic.reg.8.

¶ SERVITVS,Ius naturale. Vlpian.lib.xliij. Ad Sabinum. Lex xxxij. al.xxxiij.

Quod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur: non tamen & iure naturali: quia quod ad ius naturale attinet,omnes homines æquales sunt.

Vid.l.in personam.suprà eod.l. generali. C. de tabul. lib. x. Viuiennus.

¶ SERVITVS. Vlp.lib.iiij.ad leg. Iul.& Pap.Lex ccix.

Seruitutem mortalitati ferè comparamus.

Vid.l.intercidit.in fin.de condit.& demõst. l.cùm hic status.§.si donator,ibi etiam seruitus.l.res vxoris.C. de donat.inter vir.& vx. Viuiennus.

¶ SERVITVTIS generalis reseruatio nihil operatur. Barto.& Doct.l.omnes.l.quicquid.C.commu.pręd. Medic.reg.1.

¶ SERVITVS. De seruitute est reg.110.seruitutem.

Seruitus morti assimulatur.De con.& de.l.17.§. fin.

Seruitutem recipere,nisi sibi nemo potest. Com.pręd. l.proprium. Riisvvich.

¶ SERVVS acquirit domino, etiam inuito tex. in l.seruus vetante.ff.de verb.oblig.& in l.etiam inuitis.ff. de acquir.rer.domi.& gloss.in d.l.seruus vetante. allegat concordantes text.

Limita duobus modis hanc regulam, vt per Iaso.in d. l.seruus vetante. B.Dias, reg.686.

¶ SERVVS. Conditio. Paulus lib.xj.ad Plautium.al.Vlpian. Lex clxxv.cxxxvj.

In his,quæ officium per liberas fieri personas leges desiderant,seruus interuenire non potest. Non debeo melioris conditionis esse quàm author meus, à quo ius in me transit.

ADDIT.sic.in P.flor.aliàs in omnibus officiis, quæ fieri per liberas personas.

Veluti tutelæ vel curiæ iudicij,arbitrij testimoniis interesse,nec officio publico fungi. Concord.reg.& l. quod at.

quod attinet.& l.in personam.l.cum prætor.§.fi.de iudic.l.qui testamento.§.seruus.de testa. Viuien.

¶SERVVS dominum iuuare tenetur, secus dominus seruum.l.1.ff.ad Sylla.non enim locum habet in cor relatiuis quæ se habent ad inuicem per modum superioritatis. Med.re.9.

¶SERVVS ex gesto contractu, vel quasi non tenetur.

ff.de pecul.l.licet.in prin.
ff. de dolo.l.& eleganter.
ff.de pet.hær.l.vlt. Azo,ru.69.

¶SERVVS.L.fi.Paul.60.ad edictum.

Seruus Reipublicæ causa abesse non potest.

De Romanis & nō Germanis seruis intelligit Old.ne obstent.l.3.§.spurios,de Decu.arg.l.3.§.vtrum.Inn. ad l.183.absentia,si quis cau.l.si qui ser.l.si is,7.de re. do.c.inter quatuor. Ratio sup.l.seruitutem, 209.l. quod attinet,33.ad l. Aq.l.2. Inst.de exc.§.pe. Secus ex qui.cau. ma.l. reipub.de proc.l. seruum,§.eum, de off.Præt.l.Barbarius. Vide de hoc latè Hie.Cag. Riisvvich.paratit.

¶SERVVS. Paul. lib.lxix.ad edictum.

Lex ccxj.

Seruus reipublicæ causa abesse non potest.

Vid.l.generaliter.§.spurios.ff.de decur.& facit text.c. inter quatuor.de relig.domibus. Viuien.

¶SERVI capacitas, vel incapacitas, pendet à capacitate, vel incapacitate domini. tex.est in l.si mihi & tibi.§.regula.ff.de legat.j.vbi casus planus, per quē ibi Ias.confundit decisionem notabilem. Bartol.in l.iij.§.hoc autem.ff.de leg.præst.de qua ibi egregiè disputat.

Limita hanc regulam tribus notandis modis, vt per Ias.vbi suprà. B.Dias re.688.

¶SERVI modica percussio non parit actionem domino.§.seruus.instit.de iniuriis. modica enim iniuria non est vindicanda.Bald.l.1.C.vnde vi.Matthes. not.133.l.si ex plagis.§.tabernarius.ff.ad l.Aq. Aret. §.1.inst.de action.Felin.in ca.interfecisti.colu.2.de homicidio.Aretin.in tracta.Malefi.versicu.vestem. Med.re.5.

¶SERVVS. De seruis est reg.4.velle.33. quod attinet. 108.cum seruis.ibi.qui in seruitut.136.in iis off. 22.in personam.176.melior cond.189. quod quis cùm seruus.212.seruus Reipub.cau.78.actus legitimi. Vide Probatio,Legitimum,Militia.

Seruus communis ab extero hæres institutus, si iussu vnius adierit hæreditatem, non pro maiore parte, interim hæredem eum facit, quàm pro dominica, deinde cæteris sociis non iubentibus, tacito iure partes ei adcrescunt. Vlpia.Reg.lib.1. De acquiren. hær.l.67.

Ex parte hæres institutus seruus,& nondum adita hæreditate cohærede eius, liber & hæres fit necessarius,quia non à cohærede eius,sed à semetipso accipit libertatem:nisi ita institutus fuerit. Cùm mihi quis hæres erit,Stichus liber & hæres esto.Pau.Reg. lib.2. De acq.hær.58.

Seruus hæreditarius futuro hæredi nominatim dari stipulatus nihil agit,quia stipulationis tempore hæres dominus eius non fuit.Pau.Reg.libr.4.De stip. ser.l.16.

Veteres putarunt, non posse nos per seruum hæreditariū acquirere,quod sit eiusdem hæreditatis. Pau. de acq.poss.l.1.§.vet.

Si alienus seruus hæres institutus fuerit à domino, eius fideicommissum relinqui potest, sed ita hoc fideicommissum præstare dominus debet, si per seruum factus sit hęres,&c.Licin.Reg.4.lib.De leg.2. l.62.

De bonis eorum qui ex seruitute aut libertate in ingenuitatem vindicati sunt, senatusconsultum factum est, quo cauetur de his qui in seruitute defensi essent, vel id duntaxat ferrent, quod in domo cuiusque intulissent.Pau.Reg.vi.lib.de lib.cau.l.de.vide Probatio.

Alienis seruis directè libertas dari non potest. Carus. C.de test.ma.l.seruo.

Vox serui est vox domini.de dam.l.si seruus.Inst. De inuti.sti.l.2.l.antepen. Riisvvich.

¶SERVITIVM.Non præsumi seruitium debitum,licet longo tempore sit præstitum.

PRO.

Ext.de censibus. c.peruenit.
10.q.3.c.quia cognouimus.
C.de pact.l.si certis annis.
C.de vsur.l.si creditor.
C.de act.& oblig.l.obligationem.§.placet.
C.de agricol.& censi.l. litibus.
De seruit.l.seruitutes.
D.de vsucap.l.sequitur.§.vlt.

CONTRA.

Ext.de præscrip.c.de quarta.
1.q.3.c.quæsitum.
18.q.2.c.seruitium.
C.de long.temp. præscript.l.vlt.
C.de serui.l.2.
D.de seruit.vrb.præd.l. foramen.

SOLVTIO.

Seruitutes præscribuntur,quæ habent continuam causam,seu naturalem,vt est seruitus aquæ ducendę.C. de serui.l. 2.Item tigni immittēdi,& stillicidij,quę habent causam naturalem acquiruntur longa, vel longissima præscriptione, secundum canones.d.l. foramen. Quæ verò continuam aut naturalem non habent causam,non præscribuntur: nisi tanto tempore durauerint, cuius non existat memoria.D.de aqua,& aquę pluuię arc. leg. 2.§.1.& §.idem Labeo. Damas.reg. 95.

¶SEVERITAS: Neque seueritatis neque clementiæ gloria affectāda est.Mar.de pœ.l.respiciendū. Riis.

¶SIGILLIS ignotis,seu literis sigilli ignotis credendum est si in his plura concurrant:vt in capit.j. & 2. xviij.distinct.& cap.super his.& ibi per gl.& Doct. de fid.instrum.

Primò fallit quando nomina illorum dominorum,vel sigillorum, quorum sigillis vel nominibus dicuntur literę sigillatæ,essent ignota probata: cùm tunc non credatur nec sit eis stādum, etiam si sint mille sigilla.vt notat glos.in d.canone j.

Secundò fallit in alio iure quàm speciali in præiudicium alterius:cum tunc non stetur ipsis sigillis ignotis, nec creditur, etiam si essent quinque vel plura, vt not.Nic.in d.c.j.& Io. And.in c.super his.extrà, de cleric.peregri. pro quo facit,quod quando de alterius præiudicio agitur, probationes debent esse claræ.extrà,de proba.cap.in præsentia.& hoc etiam in cap.inter dilectos.in fin.de fide instrumento. B. Socin.reg.461.

¶SIGNA seu sigillū apposita, seu appositū ballis mercatorum indicant,& arguunt dominium,& eorum pręsumuntur,quorum sunt signacula.Ita Bald.in rubri.C. de pericu.& commod.rei vendit.Ias.in l.quotiens.in vj.limit. C.de rei vendicat. Idem Bald.in.

auth. dos data. C. de donat. ante nupt. Bartol. in leg. eum qui. §. fina. ff. de furt. hoc idem in arboribus incisis, quæ illorum præsumuntur, quorum sunt signa. l. quod si neque. ff. de per. & commod. rei vendit. Rom. singul. dcxliij. nu. 4. Cor. cons. ccxxvij. ibi b. & c. vol. j.

Fallit in vegetibus vini empti & bullatis, seu signatis. vt l. j. §. si dolium. ff. de per. & commod. rei vendit. quia per simplicem signaturam non transfertur dominium, secundum Bal. in d. rubr. C. de per. & commod. rei vendi. Ratio, quia in hoc requiritur actus medius ipsarum partium, secundum Bald. qui est degustatio, & consignatio vini, vt suprà venditi, quod not.

Fallit etiam, quando concurrunt duo signa vniuersalia, dic quod dispositio vniuersalis, & generalis non patitur interpretationem restrictiuam propter latiorem voluntatem testatoris, vt puta si per testatorem factum est legatum sub nomine & signo vniuersali omnium rerum quæ quoquo modo sunt in domo, veniunt etiam venales, vt leg. pædiculis. §. Labeo. ff. de auro & argent. legat. & l. Iulianus. ff. de legatis iij. & hoc propter dictionem omnium, & quoquo modo sunt in domo. Ita Affl. decis. cvj. nu. 6. quod not.

Fallit in instrumentis authoribus, vbi signum est de solennitate instrumenti, & requiritur ad essentiam & validitatem instruméti, vt signum apponatur, not. aliter non valet & suspectus redditur. Specu. in tit. de instrumen. edit. §. breuiter. ver. in fi. autem. Cyn. in l. contractus. in fin. C. de fide instrumento. gloss. in versicu. signum, institu. de public. iudic. §. Item. l. Corn. de falsis. l. eos. ad fi. ff. de Falc. & latè Corn. cõsil. lxx. A. Corn. consilio xciiij. volu. iiij. numero 1. & Anchar. consilio ccccxxxj. præmissa, in principio, quod not.

Fallit etiam, quando esset consuetudo notariorum contraria aliter & alio modo disponens, secundum Zabarel. consi. cxxxiij. in tertio dubio. Fel. in capit. cum dilectus. §. j. de fide instru. Old. cons. cv. Alex. cons. lxxxiiij. volum. v. do. de sancto Gemi. consilio cxxxvij. Boer. latè in suis decisi. quæst. xxxvij. nu. 10. Nouel.

¶ Socius regulariter potest in domum communẽ, Socio inuito, inducere quem vult, secundum Alex. post Bart. & Ang. in l. si stipulatus fuero per te non fieri. ff. de verb. oblig.

Fallit, quando vellet ducere inimicum Socio: quia nõ posset. Alexand. in d. l. si stipulatus. post Angel. ibi Bart. in l. cæterum. ff. de vsu, & habita. Bald. in l. j. C. qui testam. face. pos.

Fallit, quòd non potest retinere concubinam in domo communi, Bal. in l. si conuenerit, pro Socio.

Fallit, quando vellet ducere ganeas, vel meretrices, glos. in verbo nõ aliter, in verbo honestè. ff. de vsu, & habita.

Fallit, de nocte, quia de nocte ostium debet stare clausum, de die apertum. Regula tenet de die, nõ de nocte. Alberi. de Ros. in l. in tãtum. §. religiosum. in fi. de re. di. refert Bolo. in repet. authen. habita. in fi. C. ne filius pro parte. Nouel.

¶ Sigillis ignotis, siue literis sigillantis ignotis credendum est, si in his plura concurrant, cap. 1. & 2. dist. 18. c. super his, de fide instr.

Sigillo alieno quis sigillare potest. §. possunt, institut. de testa.

Fallit in 3. casibus, secũdum Fel. in c. scripta, de fide instrum. nu. 4. Donat. Fina, lib. 5.

¶ Significatio verbi. Ad communem & vsitatã verborum significationem esse recurrendum, nec ab ea sine iusta causa recedendum.

Pro.

De lega. 3. l. non aliter.
D. de reg. iur. l. semper.
D. de tributo. l. 1. §. ideo.
D. de reb. dubiis. l. in ambigua.
32. q. 5. c. humanæ.
Ext. de spons. c. tuæ. & c. ex literis.
D. de exercit. act. l. 1. §. si is qui.

Contra.

D. de verb. signifi. l. præterea.
Ext. de baptis. c. 1.
22. q. 5. c. quacunque arte.
D. de verb. oblig. l. quotiens.
D. de pact. l. veteribus.
D. de in ius vocand. l. quamuis. in fin.

Solvtio.

Verborum ambiguitas quandoque est in iudiciis, quãdoque in contractibus, quandoque in testamentis, de quibus ad præsens nihil. in iudiciis autem circa litis exordium plus creditur actori, quàm reo. D. de iudic. l. si quis intentione. D. de verb. obl. leg. inter stipulantem. §. si Stichum. In confessionibus autem vrgeri debet confitens vt certum confiteatur, & id demum accipiatur, quod magis aduersario expedit. D. de confessis. l. certum & D. de interrog. actio. l. de ætate. In sententiis autem iudicis interpretatio requiritur. Sed si delegatus est, tantum eadem die potest interpretari, D. de re iudic. l. Paulus. & ext. de offic. delegat. c. in literis. Idem dicendum est de prætoriis stipulationibus. D. de præt. stipulat. l. in prætoriis. In contractibus autem & pactis distinguo: Aut certum esse quid senserint, & tunc si per se non subsistat nihil agitur. D. de contrahend. emptio. l. in venditionibus. & 32. q. 2. c. solet. Vbi autem dubitatur quid senserint, tunc subdistinguo. Aut valet secundum vnam partem intellectus, aut secundum vtranque. in primo casu commodissimum est id accipi, vt res, de qua agitur, magis valeat, quã pereat. D. de reg. iur. l. quotiens. & ext. de verb. signific. c. ab bate. Secundo casu inspicimus quod verisimilius est. D. de verb. obligat. l. eum quidem. §. vlt. & quod quandoque consueuit accidere. 28. distinct. c. de Syracusanæ. Aliter contra eum interpretatio fieret, qui pactum apposuit. d. l. veteribus. Quod verum est si non apparet cui profuturum sit. D. de verbor. oblig. l. quicquid. Damas. re. 100.

¶ Simile & contrarium. Simile ex lege, & eadem ratio æquitatis.

In Instit. quod cum eo. §. insti.
I. de contra. empt. §. sed nostra.
C. de inoff. test.
In Decret. dist. 4. denique. & distinctio. 5. ad eius.
C. de inoff. do. l. precibus.
C. de inoff. do. l. 1.
C. de constit. pec. l. vlt. diui.
C. de necess. seru. hab. l. quidam.
C. de don. aute nup. l. vlt.
C. de hæret. l. quoniam.
ff. de bon. poss. l. ex rem.
ff. de duob. rei. stip. l. si reus promit.
C. de fideicommiss. l. vlt.
C. ad. l. Fal. l. vlt.

C. de

C.de indic.vidui.l.1.& 3.
ff.de ll.& senat.consf.l.non possunt omnes.
ff.quod quisque iur.l.si quis.§.1.
ff.de neg.gest.l.ex facto.in fin.
ff.quod vi aut clàm.l.si ipsa.
ff.de minor.l.si filiusfam.§.si mino.
ff.ad l.Rhod.de iact.l.2.§.1.
ff.de contra.emp.l.si emp.§.vlt.
ff.de hæred.vend.l.2.§.Titius.
ff.de aur.& arg.leg.cum aurum.
ff.de acquir.rer.domin.l.quæsitum.
ff.de acquir.poss.l.qui ad.§.si is.
ff.de verbor.obl.stipulationum.§.vlt.is cui à Titio.
ff.de sol.sub.con.l.si quis seruo.cum quis.§.1.
ff.de iniuriis.l.eos.§.hac lege.
ff.mandat.l.si procurator.§.mandati.
ff.de rei vend.l.sin autem.§.si homo.
ff.ad l.Aquil.l. illud quæsitum.
ff.de vsufr.l.arboribus.§.de illo.
ff.de tut.& rat.dist.l.1.§.nunc.
ff.ad Treb.l.qui filium & filiam.in fin.
ff.de aq.plu.arc.l.si idem.

De similibus ad similia non est procedendum.

ff. de caut.empt.l.ex empto.
C.ne de stat.defunct.l.quod est ex empto.
ff.de iur.dot.l.cum post.§.gener.
ff.de leg.3.l.si cui.§. lana.
ff. de ser.leg.l.& si maximè.
ff.de ver.obl.l.Stichum.§.1.
ff. de stip.ser.l.si communis seruus.
ff.de adopt.l.nece.
C.de interd.l.si patris.

Simile ex lege, &c.) Lex ipsa quandoque facit inter duo vel plura similitudinem, & eădem statuit rationem & tunc cum quis dubitat, de similibus ad similia est procedendum: sicut probatur infinitis exemplis, sub hac Rubrica notatis. Amplius etiă iudici, & cuilibet doctori, ex suo ingenio in quæstionibus licet notare similia, vt secundum ea quæstiones decidat, vt ff.de legib.& constit. l.non possunt. & l.nam vt ait Pedius.& ita patet, de similibus eandem esse sententiă ferendam. Nec obstat, quod legitur in cōtraria. Illud enim diligenter est intuendŭ, an ea quæ dicuntur similia, eandem contineant rationē æquitatis, an non, & sic respondeo ad l. C.ne de stat. defunct.l.quod est constitutum, licet enim videantur similia, emancipatio & manumissio, vel eorum libera possessio: nō tamen est ita, quia libertas est fauorabilior. ff.de reg.iu.l.libertas. Similiter respondeo ff.de iu.dot.l.cum post. §.generale. quia dos priuilegiatior est stipulatione, vel dignior est legato. vt ff. de reg.iur.l.in ambiguis. Similiter nō obstat, quod legitur ff.de act.emp.l.ex empto. licet enim quędă similitudo videatur, quòd venditor debeat facere rem ementis, sicut facit emptor precium vendētis: non tamen ita est, quia vēditor est in specie obligatus ad aliquid certum, vnde succurritur ei, vt siquoquo modo possit tradere, tradat, & satis est. Emptor verò est in genere obligatus, vnde bene est, vt talē det pecuniam quæ transeat in dominium venditoris. Item nō obstat, quod legitur ff. de ser.leg.l.& si maximè, & de stipu.ser. l.si communis seruus meus. licet enim vltimæ voluntates videantur similes contractibus habitis inter viuos: certo tamē certius est, infinitas denotari posse dissimilitudines: nam contractus etiam sine vllo teste valent, ibi contrà. Item hîc duo, ibi quinque vel septem sunt necessarij testes ad probationem. Aliæ leges in Rub. positæ, nil videntur ad rem facere.

ADIECTIO.

Aut dic melius & breuius, si vis. Semper iustè proceditur de similibus ad similia, ne ratio diuersitatis possit ostendi. arg. C.de lib.præter.l.1.in fin. & ff.de iurisd.om.iud.l.si familia. Attende etiam solutionem Iesu Christi in hac parte, dicebant enim Pharisæi: Num licet censum dare Cæsari? si enim sui serui sumus, non debemus aliis seruire. indignum enim reputarent seculares iudices vt vnus seruus alteri domino seruiat. ostendens rationem diuersitatis, dicēs: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Quasi dicat: Non sequitur quod dicitis: quia nil mihi quod ei debetis. nec ægrè debet ferre creditor, si debitor eius etiam alteri soluerit quod debet.

Argumentum à contrariis.

C.quod met. caus.per vim.
C.de vsufr.neque.C.de testi.l.nimis.
ff.de off.eius cui mand.est iurisd.l.1.
ff.de act.emp.l.Iul.ex empto.
ff.de ver. o.sisti.§.1.
ff.de min.l.si filius.si minor.
ff.de fideiuss.l. hæres.§.si quid.
In Decr.dist.63.Ephesiis.
In Decret.25.qualis.

Falsificatio à contrariis.

C.de bon.quæ lib.l.cum non.§.filius.
C.de testa.tu.l.mater.
ff.de excep.rei iud.l.si inter me.
ff.de vsufr.l.arborem.§.cæsæ.

Argumentum à, &c.) Quando & qualiter accipiatur à contrario sensu legis, dictum est suprà in illa Rubr. Contrarius sensus, &c. Hæc non videtur ponere quòd eadem sit ratio contrariorum: puta si conuenior ex contractu alicuius: ego debeo eadem ratione posse agere, hoc enim lex innuit, in Rub.posita. vt ff.de act.emp.l.Iul.inter.§.si procurator, vel si pertinet ad aliquem lucrum, eadē ratione ad eum pertinet damnum, vt in Inst.de contrah.emp.§.cum autem. Est autem argumentum hoc probabile, & non necessarium. fallit enim, ff.pro scio.l.de illo.& l.si seruus.& l.si non. Et si ita vt dictum est, intelligatur hoc generale, videtur repeti in eo.in illa Rub. Contrariorum, &c.& ideò quę diximus, hîc ibi repetenda dicuntur. Si verò ita intelligatur hoc generale quòd liceat argumentari à contrario sensu legis: hoc videtur innuere lex posita in Rubr. vt ff.de off. eius cui mand.l.1. Videtur tamen repeti generale, quod suprà habuimus in illa Rub. Cōtrarius sensus, &c. Hoc ideò sub dubio pono: quia leges sub Rub. positæ, non significant apertè, ad quod eorum generalium debeant aptari.

Ex contrarietatibus quoddam medium temperamentum sumi ex bono & æquo.

ff.si quis caut.l.2.§.quod.
ff.de verb.obl.l.continuus.§.is qui.
ff.de procur.l.sed hæ neque.
ff.de pigno.l.si seruus.
In Auth. de his qui ingredi. ad ap.circa prin.
ff.de rei vend.in fundo.
ff.de redhi.l.si quis vend.

Ex contrarietatibus quoddam medium, &c.) Impropriè ponit nomē contrarietatis: nō enim est in lege contrarietas, sed potius in diuersis & cōtrariis opi-

nionibus, ex quibus lex sumit medium quoddam tē peramentum, in infinitam quantitatem proceden-do, nec minimam sustinendo. vt ff. de rei vend. l. in fundo. & C. de pig. act. l. si seruo. Nec est hoc semper faciēdum, sed ita demum, si æquitas suadeat: vt in Rub. contraria continetur: & in illa Rubr. Mediū tenendum, suprà diximus.

Contrariorum eandem esse disciplinam.
C. de Iud. & cœlic. l. dic.
C. de act. emp. l. sicut periculum.
ff. de neg. gest. l. 2.
ff. de procur. l. qui proprio. §. vlt.
I. vbi est onus, ibi & emolumentum.
ff. de hæred. vend. l. 2. §. si cui.
ff. de publ. l. eum. §. in hac.
ff. de seru. rust. præd. l. via. §. 2.
ff. qui satisd. cog. l. sciendum. §. vlt.

Non esse eandem.
ff. si quis in ius voc. l. 1.
ff. de inoff. test. l. nam etsi.
ff. si ser. vend. l. loc. §. si de communi.
ff. ad l. Iul. de adult. l. deinde. §. quæritur.
ff. si quis omiss. caus. test. l. Iul.
ff. de arbitr. l. non distinguemus.
ff. de verb. sign. l. licet inter gen.
ff. de bon. lib. l. pen.
ff. de bon. dam. l. cum ratio.
ff. de adop. l. qui adopt.
C. de adulter. l. 1.
ff. de pact. l. si plures.
ff. de in rem vers. l. si rem.
C. ad Vell. l. 1.

Contrariorum eandem esse, &c.) Hæc Rub. posita est suprà, in illa Rub. arg. à contrario, &c.

Non sufficit similia verba dicere.
ff. de verb. obl. l. sciendum. §. vlt.
ff. de cond. indeb. l. nonnunquam.
ff. de accept. l. pars.
C. de don. ante nupt. l. sicut ante.

Non sufficit, &c.) Illud verum est, quòd sæpenumerò mutatur rei effectus, licet alia verba apponantur, quæ verisimilem videntur habere significationem: vt in legib. sub Rub. positis continetur.

Non interest quid fiat, an eius simile.
C. si mancip. ita fu. al. l. vlt.
ff. pro socio. l. idémque.
ff. mandat. l. vlt.
C. de instit. & substit. l. si manda.
ff. de con. & demonst. l. intercidit.
ff. de re iud. l. in summa.
ff. de arb. l. quid tamen. §. si ar.
ff. de vsufr. l. quot. §. vnus.
ff. si cert. pet. l. certum.
ff. de Carb. ed. §. si quis.
C. de pact. inter empt. l. qui ea.
C. de donat. ante nupt. l. sicut.

Non interest, &c.) Hæc Rub. suprà exposita est, in illa Rub. Quod non est factum. Azo, ru. 29.

¶SIMILE soluitur per dissimile. Qui fi. sint leg. c. per venerabilem.

In similibus facilior est transitus & coniūctio. de pac. l. 28. §. pactum. de rei ven. l. si rem. §. quicunque. de accept. l. an inutilis. §. actio.

In quibus est eadem ratio similitudinis, eorum debet idem ius æstimari. de legib. l. neque leges. l. non possunt. de verb. ob. l. à Titio. Ad leg. Aqu. l. illud. & ibi Bar. de adul. l. si postulaueris. §. ratio. C. Quæ sit lōga con. l. 1.

Similium eadem est ratio. Man. l. fi.

Simile non est idem. C. de epi. l. ad similitudinē. Riisv.

¶SIMPLEX. Simpliciter actus gestus censetur eo nomine, quod debuit, factus. de libe. & post. l. Gallus. §. quidam rectè. De test. tu. l. si hæreditas. §. seruus alienus. vide Geminatus. Riisvvich.

¶SIMILIVM non est idem iudicium, cum modica dissimilitudo assignatur. Ant. cap. fin. colum. 44. de consuet. Felin. capitul. 1. colum. 3. de spon. not. doct. l. non possunt. ff. de legibus. & dicam suo loco latè. Med. re. 5.

¶SIMONIA in modico quod datur pro expeditione literarum nō dicitur committi. Rebuffus in praxi benefi. in tit. de simon. in resignat. nu. 22. glo. c. super. de ren. Feli. c. dilectus. de simon. c. etsi quæstiones. eod. tit. gl. cap. si proponente. de resc. c. etsi quæstiones. 1. quæst. 1. not. c. de appellationibus. de appellat. Med. re. 5.

¶SIMPLICITAS legib. amica. Inst. de leg. ag. suc. §. cæterum.

Simulatus actus nullius est momenti. De ritu nup. l. simulata. Riisvvich.

¶SIMVLATIO. Simulationē non esse admittendam.

PRO.
Ext. de electio. c. causam.
22. q. vlt. c. quotiens.
27. dist. c. quod interrogasti.
Ext. de reg. & transe. c. vidua. c. vt clerici.

CONTRA.
22. q. 2. c. vtilem. & c. quod autem ait.
Ext. quod me. causa. c. perlatum.
Ext. de conuers. coniug. c. charissimus.

SOLVTIO.
Simulatio ad deceptionem vitandam licita est, quia non dolum committit qui fraudem excludit, D. de lega. 2. l. cum pater. simulatio autem ad circumueniendum ac fallendum alium adhibita, est illicita. d. c. vidua. & c. quotiens. Damas. re. 84.

¶SIMVLATIO. Simulationem vtilem permitti.

PRO.
D. de dol. l. 1.
Ext. de conuers. coniug. c. charissimis.
Ext. de his quæ vi met. c. perlatum.
De consec. dist. 2. c. accesserunt.
22. q. 2. c. *vtilitatem.
ADDIT. vtilitatem. * Text. habet vtilem.

CONTRA.
22. q. 2. quotiens.
27. dist. c. quod interrogasti.
Ext. de regula & trans. c. vidua. & c. vt clerici.
Ext. de elec. c. cum causam.
Ext. de donat. c. inter dilectos.

SOLVTIO.
Dolus, fraus, & simulatio æquiparantur, & sunt nomina actiua ac nunquam permittuntur per canones, quia illicita sunt, & canon non permittit illicitum 23. q. 4. c. qui peccant. Aliquando autem fraus seu simulatio vocatur quædam astutia in deuitando periculo, d. c. perlatum. vel in redigendo alio in angustias, vt satisfaciat, d. c. vtilitatem. Damas. reg. 30.

¶SINGVLARIS locutio vno contenta est. l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. sig. ibi (hoc sermone dū nupta erit primæ nuptię significantur:) con. Inn. c. gaudemus. de diuort. c. vnam. extrà, de maior. & obed. Io. And. c. pluralis. de reg. iur. 6. & in c. 1. de reb. ecc. non alien. 6. vbi exemp. ponit: nam certum est quid in

in alie.rei ecc. vnus tãtum requiritur tractatus, quia textus vtitur verb.sing.simi.Io. And.c.delictum.de reg.iur.6.Bal.c.inter cæteras.de resc.Ias.l.cũ quidã. col.2.C.de verb.sig.Euer.in loco à vi numeri.nu.2. Tyra.d.§.hoc sermone.Fel.c.2.de tre.& pa. Ias.l.in duob⁹.§.si ei.ff.de iur.iu.l.diuortio.ff.sol. mat. Ale. cons.16.nu.9.vol.4.Curt.cons.132.Ias.cõs.36.vol.3. Pro declaratione huius reg.nonnulla prius præmittenda sunt, & primò, quòd quemadmodum singularis locutio vno contenta est, ita etiã pluralis duorum numero dicitur contenta.c.pastoralis.de reg. iur.6.l.vbi numerus.ff.de testibus.l.inter illam.ff.de verbo.sig.vnde si quis dixerit post annos liber esto, de biennio intelligitur.gl.l.inter illam.§.ita.ver.biduo.vbi Alc.ff.de verb.sig.conc. Bar.l.si gemina.ff. arborum furt.cæsar.l.fi.ff.ad Treb. Paul.l.qui cohæredi.§.qui discretas.ff.de vulg. Alex.cons.66.nu.2. vol.6.Dec.l.quamuis.nu.5.C.de imp.Rui.cons.168. nu.12.vol.2.Ceph.cõs.107.nu.4.nec potest pluralis locutio verificari in vno.Bar.l.fi.in fi.ff.ad Trebel.l. cohæredi.§.discretas.ff.de vul.l. Titius.col.1.ff.de lib.& posth.Salic.l.hac edictali.§.is illud.C.de sec. nupt.Ias.§.præiudiciales.n.33.ins.de act. Dec.l.quãuis.nu.5.C.de impub.ex quo infertur quid, Dominus non potest exigere talliã à subditis nisi bis,etiã si dictũ sit toties quoties voluerit. Boer.dec.131.nu. 23.in terminis Afflict.deci.282.nu.3. nisi ponatur cũ clausula quocunque tẽpore.Bal.l.qui Romæ.§.Callimachus.in.fi.ff.de ver.ob.Com. cons.189.Ful.cõs. 112.Bal.cons.299.col.3.vol.1.itẽ fideiussor qui tenetur repræsentare reum toties quoties videbitur iudici non tenebitur nisi bis.l.fideicommissa.§.qui de cẽ.ff.de leg.3.l.si finita.ff.de dãno infe.Rom.cons.15. Pau.l.duob.§.si ei.ff. de iur.iu.Affl.dec.46.n.4.An. l.quòd si nolit.§.si quid ita.ff.de ędil.edi. Bald.l.qui crimen.col.3.C.qui accus.nõ poss.Barb.cons.51.nu. 12.vol.1.cõs.50.nu.2.cons.23.nu.5. vol.2.Bar.l.quæritur.ff.de const.pecun.& l. duob.§.quoties.ff. de iur. iur.Vital.in trac.mal.in ti.de cõp.nu. 68. Gem.cõs. 97.col.2. item vbi numerus testiũ non exprimitur, sed simpliciter in plurali dicitur, de duo.debes intelligi.l.vbi numer⁹.vbi doc.Com.de testib.Abb.c.ad nostram.de reb.eccl.non alie. c.fi.de app. Lapus allegat.39.Doc.Com.c.cũ Ioan.de fid.ins.Euer.in loco à vi numeri.nu.3.Secundò præmitto,quòd pluralitas nõ præsumitur nisi probetur.l.2.C.de err.adu. Bal.l.testiũ.C.de testi.l.edita.col. pe.C.de edẽ.Aff. dec.23.nu.2.l.publi.ff.depo.Bar.l.triticũ.ff.de verb. ob.l.Sem.ff.de l.2.Floria.l.50.de prob. Ale.cons.4. vol.1.col.3.Ceph.cõs.170.n.45.per l.2.vbi Doc.Cõ. C.de bon.poss.sec.tab.Dec.& alij c.in præsentia.de probat.non.n.probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse.l.neque natales.C.de prob.Dec.l.hac cõsultissima.nu.18.C.qui test.fac.poss.Ale.cõs.88.nu. 27.vol.1.conc.cum Io.de fid.instr.vnde testes deponentes idem,quod in scriptura continetur , nõ per hoc dicitur duplicatus actus.Affl.in term. Dec.23. itẽ nec pluralitas nominis præsumitur. Alba.cons. 6.nu.12.tertiò hoc idem in personis:nam personarũ pluralitas nõ præsumitur.Alba.cons.83.nu.12.Quartò pluralitas hæredum non præsumitur.Ias.l.qui Romæ.§.Augerius.nu.13.ff.de verb.oblig. Quintò pluralitas testamentorum non præsumitur,ideo vnum tantum conditum esse in dubio censetur.gl.l.omnium.C.de test.l.fi.de reb.cred.Dec.c.in pręsentia. in not.6.de probat.sextò pluralitas in sententiis nõ præsumitur.Ias.l.cum qui.§.in popularibus.nu.13.ff. de iur.iur.Bal.tractat.stat.ver.pœna.n.28.l.1.col.2. C.quando prouocare non est necesse. gl.& Alex.l. qui iurasse.§.si pater.ff.de iur.iu. Imol.l.is qui.ff.de public.iud.Alexand.l.scire.ff.de verb.obli.Septimò amplia vt neque in contractibus pluralitas præsumatur.Doct.com.l.triticum.ff.de ver.obl. Octauò pluralitas instrumentorum non præsumitur. glo.l. omnium.ver.comprobatur. C.de testib. Dec.cons. 11.col.9.Ias.cõs.42.col.4.vol.1.Nonò & vl.not.quatenus ad hoc attinet , quòd potius præsumitur error,quàm pluralitas actuũ.Bal.cons.99.vol.1. Crau. cons.198.nu.1.cons.73.nu.38.l.si diuortio.ff.sol.mat. Pau. cõs.405.vol.1.Dec.Neapol.197.nec minus pluralitas delictorum. Bal.cons.378.vol.4.Rom.cons. 449.cons.134.vol.3.Crau.cons.6. nu.35.cons.112.nu. 4.declaratur hoc tamen secundũ præmissum, quando sumus in his, quæ possunt esse vnum , & idem secus è contra.Alex.cons.134.col. 2.vol.2.Affli.Decis.xxiij. nu.3. vbi quando identitas rei non probatur pluralitas in rebus præsumitur.l.1.ff.de l.ij.Nel. de S.Gemi.in tract.de testibus.nu.156. secundò declaratur secus esse quando actus sub duplici forma celebratus apparet,tunc.n. præsumitur fuisse iteratus.Doct.l.cum Ioan.de fid.instrumen. Tertiò præmitto quòd quandoque plurale in singulare conuertitur.gl.ij.c.2.dist.j. vbi omnes leges.1.õnis lex. gl.ibi dat exemplum in rescriptis dicentibus, hæc vera sunt.i.si hoc verum est: conc.c.significauit.de appel.c.cum iam dudum. de probat.c.ex parte, de rescrip.c.in primis.2.q.j.l.falsa.ff.de cond.& dem.l. summa.ff.de stat.homin.gloss.l.scimus.§.sin autem. ver.tabulariorum.C.de iur.deliber.l.1. C.de his qui in Eccl.l.orphanotrophos. C.de episc.& Cleric.Cepha.consilio xxx.numero 51. cõsi. clviij. nu.48.consi.ccliij.n.42.Brun.in tract.stat. Articus.xij.nu.187. l.ij. §.quod ait.ff.vi bon.rapt. glos.l.si seruus.si plurium.vers.omnes.ff. si quis caut.l. qui concubinã.§. si Stichus.ff. de.leg.3.amp.j.procedere in vlt.vol.vt si testator dixerit Stichum,& Pamphilum do lego Titio si mei erunt cum moriar:in vno ipsorum tantum verificabitur si suus erit.glo.& Bart.l.falsa.§.si quis ita.ff.de cõd.& demon.l.quoties. C.famil.hercis.l.si plures.de cond.inser.gl.l.ij.§.sed si.ff.de cõd. inst.l.cui fundus.ff.de hæred.inst.l.j.C.de cond.ins. l.iubemus.§.sin autẽ.C.ad Treb.l. Lucius.§. Caio. ff.eod.glo.l. iij.§.negotia.ff.de neg.gest.Bald.c.vnico,de duobus fratr.secundò infero , quòd quando ius plurium peruenit ad vnum, potest ille solus idẽ, quod illi omnes.l.si mihi.ff.de leg.j.Tertiò statutũ stantibus masculis verificatur in vno. Doct. Com. l.j. C.de cond. insert. Quartò testator dans tutores filiis habebit locum eius dispositio etiam in vnico, si vnicum tantum filium habuerit. Deci. consilio l. numero 3.in terminis, & consilio dcxxvij. Deci.l.§. numero 12.C.de pact. c.excepta.de appel.Angel.cõsil.cclxv. Bar. l.falsa. §. si quis.ff.de cond.& demon. Quintò stante statuto , quòd procedens falsos testes puniatur pœna falsi, habebit etiam locum in producente vnum tantum testem. Ang. §.j.inst.de obli.quæ ex delicto nascantur, & inst.de iur.pres.in prin.col.1. Alber.ij.part.stat.q.xxviij. Aret.l.si quis ante.ff.de acq.poss.Gand.in rub.de fals.numero 13. Cyn.l.1.C.vti possid.Bald.l.Gallus.§.quid si.vbi Ias. numero 2.ff.de liber.& posthum. Bonif.in tract.de Malefi.in tit.de fals.numero 18. Anchar.c.relatum, de testam. Calcan.cons.j.nu.15. Euer.in loco ratione legis.nu.3.Alex.cons.lxxxv.nu.3.vol.4.Barba.c.

mandatum.nu.46.de rescri. Nicon.in rubr.de nou. oper.nunc. nu.265. Tiraq.l.si vnquam.in glos.susceperit.nu.248. C.de reuoc.don. Asin. in praxi iud.§. xx.c. j.nu.2.qui plures alios citat, declaratur vt hoc procedat per modum figuratum loquendi, est.n.figura Syllepsis.gl.l. diuus.§.quorum.ff.de pet.hęred. gl.ibi dicit quorum iudiciorum, id est cuius iudicij. gl.l.2.ver.exactis.ff.de orig.iuris:vbi dicit exactis regib.i.exacto rege Tarquinio. regulariter tamen secus est, item declaratur procedere quando scilicet respicit diuersos effectus. Dec.cons.50. nu.3. hoc idẽ quando sub nomine collectiuo recipitur. Dec.cõs. cccxx.nu.6.l. interdum.ff. de hæred.inst.vbi filij pro vno habentur. non tamen procedit quando pluralitas necessariò requiritur, vt in numero testiũ.Bart. l.iij.§.negotia.ff. de neg. gest.nu.1.item fallit quando de pluralitate sæpius fuerit mentio facta. Deci. leg. si emancipati.nu.6.C. de collat. Quartò,& vlt. præmitto quòd singularis numerus conuertitur in pluralem.gl.l.quod & lex.§.hæc verba. ver.siue plures.ff. de liber.& posthu.conc.l.in vsu. ff.de ver.sig. c.is qui.§.si verò.de præb.6.gl.& Doc.c.pluralis.de reg.iur.vj.gl.l.cum his.§.si cui. ff.de transact.l.j.§. j. quod falso tutore.l.ij.§.homines.ff.vi bon. rapt.Bal. l.j.C.de probat.Pau.l.j.C.de cõd.insert. Corn.consi.ccxxxiij.col.iij.vol. 4. Dec.l.ij.nu.70.ff.de re.iu. cons.ccxxiij.col.2. Curt.Iun. cons.xlix.col.2.Crau. consi.clxj.nu.2.§.si plures.inst.de leg.agnat.seccess. dixi latiùs suprà in 2. reg.per totum,his ita pręmissis ampliatur primo reg.ista. Med.re.3.

¶Singvlaris numerus indefinitè prolatus in pluralem conuertitur.gl.l.quod & lex.§.hæc verba.ver. siue.ff. de liber.exhi. (vbi hæc verba quem liberum, &c.) ad omnem liberum hominem pertinent siue pubes,siue masculus,siue fœmina,siue vnus,siue plures,siue sui iuris,siue alieni.conc.l.in vsu.ff.de verborum sign.c.is qui. §.si verò. de præb.vj.gl.l.cum his. §.si cui. ff.de transact. Cephal. consilio cxlix.nu.21. aliud exemplum est,nam quod lex dicit, quod falso tutore auctore factum est locũ etiam habet in eo, quod falsis tutoribus auctoribus factum est.l.j.§.j. ff.quod falso tutore auct.fac.est l.ij.§.homines.versi. sed si.ff.vi bono.rapt. Tertium exemp.est in materia substitutionis conceptæ de propinquiore in genere,quæ licet sit in numero singalari, comprehẽdit nihilominus omnes descendẽtes testatoris vtriusque sexus.Bal.l.1. de probat.Paul.l.j. ff.de cõd. insert.Corn.consilio ccxxiij.columna 3. volumn.4. Dec.l.ij.numero 70.ff.de regu.iur. consilio ccxxiij. colum.ij.Curt.Iun.consil. xlix.colum.2. Crauet.in terminis consilio clxj.numero 2.§.si plures.institu. de leg.agnat. success.cum multis aliis simil. Medic. reg.2.

¶Singvla singulis referenda sunt. gl.l.si negotiũ. ff.de neg.gest. l.j.§. sin autem.C.de cad.toll.Ang.l. fin. C.de fideicom. Crauet.consilio xcviij.numero 11.not.in proœm.instit.de principio. versiculo,non solùm armis. Med.re.10.

¶Singvla quæ non prosunt multiplicata iuuant. c.cum causam.de proba.gl.l.ij.ff.de excusat. tutor. Ceph.cons.xc.nu. 21.Afflictus Decis.13.n.24. Soci. Iun.l. Centurio.nu.300.ff.de vulg.idem Cepha.cõs. cxxxv.nu.11.duo.n.vincula magis ligant. Bart.Aut. itaque.C.commu.de leg.gl.l.si stipulatus.de vsuris. l.instrumenta. C. de probatio.exemp.reg.est quòd vox vnius fit vox nullius.l. Iurisiuran di.C.de testibus, si tamen dictum vnius testis erit cum publica fama ei credetur, quia fama facit semiplenam probationem per se,sicuti vnus testis.glo.l.iij.§. diuus. ff.de testibus.l.bonæ fidei.D.de iur.iur.gloss.c.1.de prob.& glo.c.j.de appel.Bar.l.admonendi.col. 4.ff. de iur.iur. fallit hoc dictum in causa criminali, in qua fama cum dicto vnius testis non sufficit.gl.c.veniens,de testibus. Not.tamen quod reg.hæc procedit quando.s. plura tendunt ad perficiendum vnum totum, quæ non prosunt singula multa iuuant:patet in naturalibus,nam fundamentum per se,paries per se,& tectum non faciunt domum:sed istis simul iunctis bene perficitur domus,sed quando plura tẽdunt ad diuersa,tunc quæ non prosunt singula, nec multiplicata iuuant.l.1.C.quo no.tut.Bar.l.1.§.idẽ. numero 3.ff. de quæst.non enim ex diuersis bene infertur.l. naturaliter.§.nihil commune. vbi Doctor. com. ff.de acquir. poss.conc.l. neque natales. C.de proba.l.fi.ff.de calum.l.illud.ff.ad l.Aqui.Cin.l.iij. C.de cond.ob causam.Anch.col.1.c.j.de cõst.l.quintus.la 2.ff. de aur.& arg.leg.simile. Bart.l.1. num.19. ff.de act.& obliga. Cagnol.l.precibus.nume.188. C. de impub.Alexan.l.j.§.si stipulati.nu.10.ff.de verb. obli. Doct. Clem.auditor.de rescri.ratio huius reg. est, quia iteratio actus denotat firmitatem propositi, & voluntatis, vnde dicitur geminatio multum operatur.l. quinquaginta. ff.de probat.gloss.commuu.approb.l. balista. ff.ad Treb.l.si mulier.C.ad Vel.Barto.l.cum scimus. C.de agric. & censi.libr.x. Bald.c.eam te.de rescr.Roma.sing.3.Parisius consi. liiij.num.67.volumin.1.Ruin.cons. ccxviij. volum. 1.Dec. consilio x.numero 5. Pro declaratione huius reg.nonnulla prius præmittenda sunt, & primò no. est quòd actus geminatus, dicitur per hæc verba si potest,& debet,per quæ necessitas ostenditur.Ias.l. Gallus.numero 27.ff.de lib.& posthu.vbi vult quòd ipsæ importent necessitatem præcisam.c.1.ver.possumus,& debemus,vt eccl. benefi.l.prætor.in prin. ff. de edendo. Alexan.consil. pen. volumin.ij.c.eam te.versicu.mandatum.de rescrip.secundò not.quòd Actus geminatus designatur per dictionem omnia & singula.Rom.cons.lxv. Alexan.cons.xvj.j.volum. iij.glo.& Bald.l.si cui.§. si à filio.ff.de leg.1.Specu.in titu. depositi.§. vij.versi. xj. Bar.consi.cxiij.glo. c.vt circa.versi.omnia & singula.de elect.vj. Tertiò not. quòd hæc locutio vt quis habeatur, & sit in omnibus, & per omnia ciuis, importat geminatio ista actum verum & non fictum. Ange.l.in negotiis. de re iud.per l.ij.§.furiosi.ff.de iur.Cod. Alex.l.j.ff. de leg.1. Cor.in notab.versi.habeatur.Doct.c.prudentiam.de offic.delegat.quart.not.quòd licet regulariter dictio tu,sit pronomen demonstratiuum,si tamen geminabitur,quia dicatur tu,tu, vel per te ipsum, primò interpretatur demonstratiuè,secundò verò restringitur, Bald.c.frater.il 2.de offic.deleg. Barbatia.cons.xxvij.col.xj.quintò not.quòd quando verba geminata scribuntur in aliqua l.vel canone, vel in qualibet etiam alia dispositione, tam inter viuos,quã vlt. volu.siue à paribus:siue à iudice magnum operantur effectum, quia seriosè, & cum mysterio repetita dicuntur. Card.c.fi.de offi.deleg. Corse.in trac.de potest.regia.q.17.Rom.l.si verò.§. de viro.in 30. fallen.ff.sol.matri. Feli.c.si cautio.de rescrip.Ias.l.certis annis.l. pe. C. de pac.Marsi.l.1.n. 38. C.ad l. Corn.de Sicar. Euer.in loco vi Gemin. num.16.Marsi.l.1.§.quæstioni. numero 2.ff.de quæstio. Sextò not. quòd quandoque verba geminantur in instrumentis, vt plenius quis sibi prouideat

deat

deat, non vt aliud operentur. Abb. consi. 117. colum. fin. Craue. consi. 70. numer. 30. vt quia ad maiorem cautelam. l. in testamentis. C. de testam. Septimò not. quòd hæc verba geminata certum, & expressum multum ampliantur effectum. Iaso. l. nominatim. num. 7. ff. de libe. & posthum. Bald. l. fructus. C. de act. emp. c. cam te. colum. 2. de rescript. Octanò no. quòd dictiones hæ, quæcũque, quotcunque, qualiacunque, & similes, dicuntur geminare actum & per consequens ampliare effectum. Bartol. l. Balista. numero 1. ff. ad Treb. idem dicitur de dictione, qualis qualis. glo. d. l. Balista. Ias. l. is qui. num. 37. ff. de acq. hæred. Nonò not. quod geminatio habet vim Clausulæ derogatoriæ (non obstante) Zucha. l. 1. nu. 111. ver. cogita. C. de pact. Cæpha. cons. 90. nu. 30. Decimò no. quòd licet dictio quicunque, qualiscunque dicatur geminata, restringitur tamen ad habiles personas. gl. & Bart. l. sed etsi. ver. quibuscunque. C. de fideiussor. Ias. l. fideiussor. §. prætor ait. colum. 2. ff. qui satisd. cog. vbi duobus modis hoc dictum limitat. Bald. c. fi. de offi. deleg. Dec. cons. 282. num. 4. vbi dicit dictionem solum, duntaxat, nec alter, vel alio modo habere præcisam naturam, conc. gl. & Bal. l. si quidem. ff. de excep. Dec. cons. 315. nu. 5. Cor. cons. 49. nu. 3. vol. 3. con. 70. nu. 6. eo. vol. l. 2. §. furiosus. ff. de iur. Cod. Barto. l. cum scimus. C. de agr. & censi. lib. x. Vndecimò not. quòd dictio donec, & quousque est dictio geminata, sicuti dictio quocunque, vbicunque, quandocunque, & similes magnum producentes effectum. Dec. cons. 637. nu. 14. & in cons. 66. nu. 3. Duodecimò & vlt. no. quòd licet verba hæc videatur & placeat importent arbitrium boni viri sigillatim, aut per se prolata, si tamẽ simul ponatur, vt geminentur, important liberã voluntatem. Corn. cons. 302. col. 3. vol. 4. Crau. cõs. 105. num. 4. contra Ias. cons. 4. col. 4. vol. 3. quia cum geminatur cẽsentur prolata cum maiori deliberatione. c. & si Christus. de Iu. iur. glos. ca. si quis. 2. q. 3. Pau. cons. 215. vol. 1. & magis enixè constat voluntas disponentis, nec verba superfluo posita dici debent. Dec. cons. 66. numero 3. cons. 88. num. 3. Bal. c. vnico. de lit. contest. glo. l. liber homo. §. Titius. ff. de hæred. inst. Fel. c. si quando. colu. 12. de rescript. dixi ego in trac. de leg. & stat. par. 3. quæst. 20. n. 14. Med. re. 4.

¶ SINGVLI. De singulis. Reg. 136. non est singulis loquitur. Riisvvich.

¶ SOCIVS. De sociis. l. socij. 48. vide flagitiũ. Riisvv.

¶ SOCIETAS extinguitur perempta re, in qua contracta fuit. l. si id quod. ff. pro socio, pertinet tamen dãnum pariter ad omnes, nisi contrarium fuerit peractum. leg. si vt rem. ff. de noxal. item soluitur morte. l. ideo. l. nemo. l. verum. ff. pro soc. Med. reg. 6.

¶ SOCIETAS soluitur morte. §. soluitur. Instit. de societ. l. verum. §. morte. ff. pro socio. l. ideo. l. nemo. l. verum. §. in hæredem. ff. eod. quia ipsa pendet à voluntate, quæ soluitur morte. l. quarta. ff. loc. capit. si gratiosè. de rescript. 6. Gozad. cons. 22. nu. 7. Ampl. etiam si dicatur in hæredem transeat. l. nemo. ff. vbi Doc. ff. pro socio. gl. §. deinceps. ver. similiter. Auth. de nup. Ampl. etiam si pactum esset iuratum. Capi. decisio. 174. num. 5. latè in termin. Item hæres socij non succedit in hæreditatem. Specu. tit. de iud. §. 2. Declara tamen, quòd licet hæres socij non sit socius, potest tamen explicare cœpta per defunctum. l. heres socij. ff. pro socio. & tenetur de dolo. Item fallit in societate gabellarum, in quam hæres succedit. l. adeo. ff. pro socio. Rubeus l. non solum. §. morte. nu. 4. ff. de oper. nou. nun. Ratio autem quare ad hæredes non transeat regulariter etiam per pactum quia societas est communio rerum, & ex quo communio per discordiam, ideo leges hunc contractum restrinxerunt ad dirimendas lites. l. in hoc. §. si conueniat. ff. comm. diu. Doct. l. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. Conc. Paris. cons. 84. num. 3. vol. 1. Curt. cons. 54. Alia ratio est, quia ipsa pendet à mero consensu, l. societatẽ. l. qui admittitur. ff. pro socio. Bart. l. Titium. §. altero. numer. 5. de adm. tut. Ruin. cons. 92. numer. 1. volu. 1. Paris. cons. 82. num. 35. vol. 1. Aret. §. soluitur. Inst. de socie. Alexand. consil. 59. num. 9. vol. 5. cons. 34. num. 4. vol. 3. fallit secũdò hæc conclu. quando testator mandauit hæredibus societatẽ durare, quo casu hæres tenetur, Dec. cons. 441. num. 1. Curt. cons. 53. Pari. cons. 84. nu. 6. volum. 1. Decisio. Pedem. 149. nu. 4. in term. conc. Azo in summa. C. pro socio. num. 14. Secundo modo soluitur societas, etiam morte ciuili, quando in locum eius succedit fiscus, Azo in summa, C. pro socio. num. 14. Tertiò soluitur interitu rerum, vel cum esse desinit in commercio nostro. l. verum. §. fi. ff. pro socio. §. publicatione. Institut. eod. Quartò soluitur voluntate. not. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Quintò soluitur ipsa per cessionem bonorum propter publica debita. Azo in summa dict. loco, num. 15. Sextò soluitur egestate. l. 4. ff. pro socio. Septimò soluitur actione perempta. l. actione. ff. pro socio. Et not. quòd socius socio iudex dari non potest manente contractu societatis. Tiraq. in tract. cessante causa. nume. 227. Marsi. l. etiam. ff. de quæst. Med. tract. 2. par.

¶ SOCIETAS. Si alter socius reficiat sua impensa rem communem, & sibi non restituatur pars impensarum cum vsuris, ei acquiritur ipso iure dominium partis alterius socij negligentis. l. si vt proponis. C. de æd. priuat. l. cum duobus. §. idem respondet. ff. pro soci.

Fallit in 4. casib. quos not. Ias. in l. quominus. ff. de flumi. numer. 109.

Quando fratres non sunt omnes maiores, sed alter eorum est pupillus, alter maior, mortuo patre inter eos non est contracta societas. l. vt in conditionib. ff. pro socio.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 4. per Iaso. in l. quanquam. C. qui testa. face. poss. num. 6.

Fratres omnes maiores natu, quorum neuter mortuo patre negotiatur, quamuis indiuisam hæreditatem paternam possideant communiter, tamen non censetur inter eos contracta societas.

Fallit in 2. casib. secundum Ias. in l. quanquam. C. qui test. fa. pos. num. 7.

Socius si non negotiauit pecuniam secundum conuentionem societatis tenetur ad interesse, & contra eum potest iurari in litem. l. si quis societatem, & l. si fratres. §. si quis societatem. ff. pro soci.

Fallit in 3. casib. quos no. Plot. in rep. l. si quando. C. vn de vi. num. 497.

Pupillus sine tutoris authoritate, infra quatuordecim annos non potest contrahere societatẽ. l. 1. pro soci.

Ampliatur in 6. casib. & ampliationes limitantur per Viuium in suis concl. in ver. pupillus sine tutoris.

Socius omnium bonorum non habet mandatũ ad alienandum partem socij. l. si sociis. ff. si cert. pet.

Fallit in multis casib. vt per Socin. in d. l. Si socius.

Habentes rem communem, vt singuli non possunt

super illud disponere, nisi omnes consentiant. fallit in 6. casibus, secundum Socin. in ca. cum omnes. de const. num. 22.

Societas omnium bonorum rectè contrahitur. l. j. ff. pro soci. Ampliatur & limitatur in vno casu, quos ego notaui in §. j. in primo notab. instit. de societa.

Societas solo consensu contrahitur, & solo consensu distrahitur. l. tam diu. C. eo. l. actione. §. dicimus. ff. eo.

Fallit in 3. casib. quos ego notaui in §. manet autem. inst. de societat.

Societas morte vnius ex sociis extinguitur. l. 4. & l. rerum. §. fi. & l. cum duobus. §. societatem. ff. eo.

Fallit vt ego notaui in §. fin. inst. de societ. in præsenti notab. Don. Fina, lib. 1.

¶Socivs non præiudicat suis sociis, si sententia feratur contra illum, potest enim contingere vt alius se melius defendat, & hoc nisi essemus in casibus superioris ampliatio. doct. Com. l. 1. C. res inter alios acta, & l. 1. & seq. C. quib. res inter alios acta non noceat. cap. quamuis. capit. cum super. de senten. & re iud. vbi doct. Alexand. & alij. l. sæpe. ff. de re iudica. Medic. re. 8.

¶Sociorvm pariter rei periculum pertinet, in qua socij sunt. Cagnol. l. consilij. §. socij. numero 1. ff. de reg. iur. Med. reg. 9.

¶Sodomia. Contra naturam qui peccauit, si sit clericus debet deponi vel religioni tradi si corrigibilis appareat ad perpetuam pœnitentiam peragendam. Si verò sit laicus cœtu fidelium vsque ad condignã satisfactionem debet fieri alienus.

Extra de excess. præla. clerici. hoc enim vitium maius est quàm cognoscere matrem. 32. quæst. 7. adulterij. & August. adulterij, inquit, malum vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu fornicatio. peius est enim cum matre quàm cum aliena vxore comcumbere. Sed omnium horum pessimum est, quod contra naturam fit, vt si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti. Hæc Augustin. Quocunque autem modo tale factum exerceatur præter quàm inter virũ & fœminã ordinatè in vase debito vitium contra naturam & Sodomiticum iudicatur. Viuien. reg. 9. dir.

¶Solennitas extrinseca nunquam præsumitur. l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. & not. in l. sciendũ, ff. de verborum obligationibus. l. quis nisi. ff. de Publicia.

Fallit in 12. casibus, vt per Bartolo. Romu. in repet. l. sciendum. ff. de verborum obligation. numer. 95. & seq. fallit in 11. casibus, vt per Iaso. in d. l. sciendum, numer. 15. fallit in 2. casibus, vt per Soc. ibi. num. 44. & seq. fallit vt per Baptist. à Villalo. conclu. 68. in litera S.

Fallit in 7. casibus, vt per Felin. in cap. sicut. de re iudi. numero 31.

Fallit in 5. casib. vt per Crot. in d. l. sciendum. num 8. fallit in 7. casib. vt per Soc. reg. 376.

Solennitas intrinseca præsumitur. l. sciẽdum. ff. de ver. oblig.

Fallit in 7. casibus, vt per Bartholo. Romu. in d. l. sciendum. num. 141. & seq. fallit in 7. casib. vt per Soci. in tract. fallentia. reg. 375.

Fallit in 5. casib. quos ibi no. Iaso. num. 24. fallit in 2. casib. secundum Soc. iun. in d. l. sciendum. num 50. fallit in 4. casib. vt per Alex. ibi, num. 12. fallit in 3. cas. vt per Crot. in d. l. sciendum. num. 7.

Solennitas quæ requiritur in contrahendo, requiritur in dissoluendo. l. 1. C. quando liceat ab empto. discedere. l. prout quisquis. ff. de solu. §. fi. inst. quib. mod. tol. obliga.

Fallit in 2. casib. vt per Deci. in l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. num. 5. & seq.

Solennitas quæ requiritur in alienatione rerum ecclesiæ, requiritur in alienatione rerum hospitalis. Anc. in c. quare contingit. de relig. domi. Bald. in Auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccl.

Fallit, vt not Port. lib. 6. reg. 8.

Solennitates iuris possunt remitti de consensu partiũ. fallit vt per Damas. reg. 22.

Solennitates non nocere si omittantur. fallit vt per Damas. reg. 117.

Si in instrumento fiat mentio alicuius solennitatis, quæ potuit interuenire tempore confecti instrumenti, talis solennitas præsumitur, & statur iuramento. gl. in l. C. de fide instru. lib. 10. Bald. in l. 1. in prin. de reb. eorum.

Fallit in 2. casib. quos no. Bar. Romu. in d. l. sciendum. num. 84. & seq.

Solennitas certa si à statuto requiritur in contractib. mulierum, illa non debet interuenire, si cum patre contrahat. Bald. in l. pactum quod dotale. C. de colla. colum. fin.

Fallit in 3. casibus. vt per Port. in libr. 3. conclus. 15. Do. Fina, lib. 5.

¶Solennitas extrinsecus regulariter non præsumitur, nisi probetur *, l. quæcunque. §. fin. ff. de Publician. & glos. in l. sciendum. ff. de verborum obli. B. Socin. reg. 462.

Additio.

* Probetur. Vide Felinum in suprà allegato capit. sicut. eodem loco. B. Vad.

Primò fallit quia solennitas extrinseca præsumitur cõtra contumacem, vt not. Io. And. & Inn. in ca. bonæ. el 2. de electio.

Secundò fallit, quando interuenit iuramentum, vt no. Archid. in capitul. quamuis. de pact. in 6. Anton. de Butr. in cap. quod sicut. de elect. & in ca. si diligenti. de foro compet.

Tertiò fallit, quando interuenit decretum iudicis, vt no. Spec. in tit. de empt. & vend. §. nunc videndum. vers. & generaliter. & Ang. in d. l. quæcunque. & in repet. sua l. sciendum. ff. de verb. oblig.

Quartò fallit vbicunque eius defectus non fuit allegatus à parte. Ita notabiliter tenet Compost. & Io. An. in ca. cùm dilecti. de consu. per tex. secundum vnũ intellectum in c. dignoscitur. de his quæ fi. à prælat. sine consen. c. quem ibi approbant doct.

Quintò fallit propter diuturnitatem temporum, propter quam præsumitur solennitatẽ extrinsecã præcessisse, vt est casus singula. in l. si filius. C. de pet. hæred. & ita tenet Ange. in d. l. sciendum. & illum tex. ad hoc approbat singulariter. Et probatur in l. qui aliena. vers. sed si non adhibet. cum gl. ibi not. ff. de acqu. hær. & ibidem hoc no. Ang. adde Host. & Io. And. idem tenentes in c. Alberic. de testib. & in c. illud. de præsump. & no. Ant. de But. in d. c. dignoscitur, &c. tamen Bal. in contrarium tenuit in l. 2. C. de legi. hæred. cum quo transit Ludoui. & Rom. in d. l. sciendum. Prima tamen opinio videtur esse communis, quã tenet Io. de Imo. & Lud. de Ro. in d. l. qui aliena. pro qua allego tex. cũ gl. cõmuniter approbata in c. peruenit. de emp. & vend. & talis diuturnitas accipitur pro longo tempore, id est pro decennio, vt in d. l. si filius. & hoc quando non tra-

ctatur

ctatur principaliter de præiudicio alterius, secus si principaliter tendit ad aliquod damnum alterius, quia tunc requireretur tempus xxx. annorum. vt est text. not. in d. ca. peruenit. in verbo, xxx. annis. cum gl. & ibi Ludouic. de Rom. & Imol. ad hoc ponderat illum tex. quæ est singularis limitatio ad d. leg. si filius.

Sextò fallit, in iudice actum iudicialem faciente, quia præsumitur quod solennitas extrinseca interuenerit. Et si sit actus voluntariæ iurisdictionis. text. est in l. ab ea parte. in fin. de probat. quam ad hoc pro singu. allegat Ant. de Butr. in c. cum sicut. de elect. Si autem est actus contentiosæ iurisdictionis, & sic clara est sententia, an præsumatur lis contestata, & alia solennitas. Iste articulus est valde confusus, & omnes variant, de quo vide tex. in cap. bonæ. el 1. de elect. & Comp. & Ioan. Andr. in cap. in præsentia. de renun. & Spec. in tit. de sent. prola. in §. iuxta. & in §. vbi autem. & Ant. de But. in cap. quoniam contra. de probat. & vide Io. de Imol. in d. l. ex hac scriptura. & in d. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & communis conclusio est quod sic.

Septimò fallit dicta regula in laudo arbitratorũ, quia præsumitur iustum, & ex iusta causa datum, & requisita omnia interuenisse, & præcessisse, sicut etiam præsumitur pro sententia iudicis. ita voluit Din. in cons. 42. incipit Ptolomæus. refert & sequitur Ioan. And. in addit. Spec. tit. de arbitr. §. sequitur. in addi. incip. Dy. in regula, &c. & alleg. l. ab ea parte. ff. de probat. B. Soc. reg. 463.

¶Solennitas intrinseca regulariter præsumitur* vt in l. sciendum. ff. de verbo. oblig. cum similibus. B. Soc. reg. 452.

Additio.

* Præsumitur. Vide Felin. in cap. sicu t. de re iudic. in versic. extrinseca solennitas. B. Vad.

Primò fallit vbicunque lex requireret probari per solennitatem, quia tunc non sufficeret loco probationis allegare præsumptionem. ita tenent Innocen. & Ioan. And. in c. innotuit. de eo qui fur. or. susc. & in super his. de accus. & Ioan. Andr. & Anto. de Butr. in cap. sicut. de re iudi. & But. in cap. sicut. circa penul. char. de elect. allegant cap. sacro. in prin. de sen. excom. in antiq.

Secundò fallit nisi lex requireret actum cum solennitate certa fieri in scriptis, quia non præsumitur solennitatem interuenisse, nisi probetur per scripturam, quę ad aliud à lege requisita non videtur. Ita tenent præfati doct. in locis præallegatis. allegant c. primum de appel. & c. cui medicinalis. de senten. excom. eod. lib.

Tertiò fallit, quia dicta regula procedit in solennitate intrinseca actus, de quo confecta fuit scriptura, vt d. l. sciendum. Secus si non probatur per scripturam sed per testes: quia tunc non præsumitur in actu interuenisse solennitatem vt testes deponant de contractu & non de solennitate. l. 1. cum gloss. C. de vsur. & not. glo. in d. §. siue scriptum. de quo per Bar. in d. l. sciendum, & per omnes docto. in d. l. 1. C. de vsuris. & Bar. in l. 1. C. de fide & iure hast. fis. lib. x.

Quartò fallit, vt non procedat in solennitate formali; sicut in solennitate intrinseca materiali, sicut est precium in contractu emptionum, & venditionum: & illa non præsumitur, per Cyn. in l. prima. C. de contrahen. & committen. stipula. & per Barto. in d. l. Titium. qui alleg. §. pretium. Institu. de emptio. & vend. quod intelligas esse verum, quando principaliter litigabatur & disputabatur de precio, aliàs autem secus. Exemplum, volo tibi probare quod præscripsi longo tempore possidendo rem cum titu. & probo per testes quòd rem emi à Titio, tamen testes deponunt non recordari de precio, certè dicetur probatum esse sufficienter titulum emptionis, quamuis aliter non sit probatum de ista solennitate materiali. Ita singulariter decidit Bald. in l. 1. C. de reb. alien. non alienan. quia emptio de nummo vno valet. l. si vsufru. C. de iure dot. in rubr. & l. 1. & 2. C. de rescind. vendi. & vide omnino Bartol. in l. si duo. §. Marcellus. in princip. ff. de iure dot. Et istam opinionem tenuit etiam Rapha. Fulg. in d. l. sciendum. & pro hoc addo quod singulariter notat Cyn. in l. si prædij. & ibi Bal. in l. fi. C. de don. ante nup. B. Socin. 462.

¶Solennitas iuris in modicis non seruatur. l. 1. §. fin. ff. de ventre inspic. Barto. l. cum hi. §. si prætor. ff. de trans. Bald. l. fin. C. de sent. ex bre. rec. Brunus in tract. stat. Artic. 9. num. 106. doct. com. l. hac consultissima. C. qui test. fac. poss. Ias. consil. 26. colum. 1. volumin. 1. Asin. in tracta. in praxi iudic. §. 7. fall. 59. num. 28. glos. & Bal. l. rem non nouam. C. de iud. Bald. l. fin. C. de iur. deliber. Abb. cons. 93. col. 3. lib. 1. Rom. leg. si verò. §. de viro. in 3. fall. ff. solut. mat. fallit hoc dictum nisi talis solennitas esset data pro forma, quia ista ad vnguem debent obseruari, doct. l. 1. ff. de liber. & posthum. Med. reg. 5.

¶Solennitas. Si in instrumento fiat mentio alicuius solennitatis, quæ potuerit interuenire tempore confecti instrumenti, talis solennitas præsumitur, & statur iuramento. Bartol. in l. sciendum. ff. de verb. oblig.

Fallit in 2. casib. vt per Bart. Romul. in d. l. num. 84.

Solennitas extrinseca nunquam præsumitur. Doct. in d. l. sciendum.

Fallit in 12. casib. vt per Bartol. Romul. in repet. dict. l. sciendum. numero 95. fallit in 11. casibus, vt per Ias. in d. l. num. 15.

Fallit in 2. casibus, vt ibi per Soc. numero 44. fallit vt per Baptist. à Villa. concl. 68. in litera S. fallit in 7. casibus, vt per Felin. in d. cap. sicut. de re iud. nume. 31. fallit in 5. casibus, vt per Crot. in d. l. numero 8. numer. 9. vbi ponit vnam limitationem, & eam sublimitat in 5. casib.

Solennitas extrinseca præsumitur d. l. sciendum.

Fallit in 7. casib. vt per Bart. Romul. in repet. d. l. num. 141. fallit in 5. casib. quos ibi not Ias. nu. 24. fallit in 2. casib. vt per Socin. iuniorem ibi, num. 50. fallit in 4. casib. secundũ Soc. reg. 375. & reg. 376. fallit in 3. casib. vt per Crotum in d. l. num. 7. vbi Alexand. ponit 4. limitationes. num. 12.

Solennitas quæ requiritur in contrahendo, exigitur in dissoluendo. l. nihil tam naturale. ff. de regulis iuris.

Fallit in 2. casib. vt per Dec. ibi num. 5.

Solennitas certa si à statuto requiritur in cõtractibus mulierum, illa non debet interuenire, si cum patre contrahat, Bald. in l. pactum quod dotali. C. de collat.

Fallit in 3. casib. quos no. Port. lib. 3. reg. 15.

Solennitas quæ requiritur in alienatione rerum ecclesiæ requiritur in alienatione rerum hospitalis. Pet. de Ancha. in cle. quare contingit, de relig. domib.

Fallit vt per Port. lib. 5. conclu. 8.

Solen-

Solennitates iuris possunt remitti de consensu partiũ. fallit vt per Damas. reg. 22.

Solennitates non nocere si omittantur. fallit vt per Damas. reg. 117. Don. Fina, lib. 3.

¶Solennitatis minimum omissum, si ipsa de substantia fuerit vitiatur totum. Abb. capitul. 1. de Bapt. Anto. in tract. de minim. numero 86. Abb. capit. prudentiam. numero 5. de offic. deleg. dixi suprà ampl. 35. Med. reg. 5.

¶Solennitates iuris cum pro forma introductæ sunt, non debent omitti, etiam in fauorabilibus. Tiraq. l. si vnquam. ver. reuertatur. numero 67. C. de reuoc. don. Fel. c. cum dilecta. numero 23. de rescri. Dec. cons. 11. num. 9. Grat. cons. 16. numer. 14. vol. 1. Goz. cons. 73. nu. 13. Paris. cons. 61. num. 15. vol. 3. Bertrandus cons. 364. num. 2. volum. 2. Paris. consil. 33. numero 24. volumine secundo. Euer. in loco à defectu formæ. num. 6. not. doct. com. l. Iulianus. §. sed si quis. ff. ad exhib. August. consilio 171. numero 17. volumine 1. Med. reg. 7.

¶Solennitates iuris posse remitti de consensu partium.

Pro.

Ext. de elect. c. cum nobis.
Ext. de rest. spol. c. literas. & c. licet.
Ext. de testam. c. requisiuit.
D. de feriis. l. 1.
Ext. de offic. deleg. c. gratum. & c. de causis.
C. de temp. & repar. app. l. vlt. in fine.
C. de episcop. & cler. auth. generaliter. in fin.

Contra.

Ext. de foro compet. c. si diligent.
Ext. de sent. excom. c. contingit.
2. q. 7. c. alienus.
D. sol. matri. l. alia.
D. de postul. l. quos prohibet.
C. de iuram. cal. l. 2. §. sed quia.

Solutio.

Partes possunt renuntiare illis solennitatibus, quæ in eorũ fauorem sunt introductæ, non autem illis, * quæ ob bonum publicum, & pro communi omniũ vtilitate, vt patet in contrariis. Damas. re. 22.

Addit. quæ ob. * Essentialia enim contractus iure publico introducta non sunt in contrahentium potestate. l. pacta conuenta. de contrahen. empt. & l. nemo potest. de leg. 1. Damas. regul. 22.

¶Solennitates non nocere si omittantur.

Pro.

Ext. de testib. c. tuis.
Ext. de elect. c. dilecti.
Ext. de spons. duor. c. tua nos.
Ext. de sacramen. non iterand. c. pastoralis.
Ext. de testam. c. relatum. & c. requisiuit.
30. q. 5. c. nostrates.
De consec. dist. 4. c. à quodam.
C. de form. & impet. subl. per tot.

Contra.

4. q. 3. c. consanguineorum.
25. q. 5. c. aliter.
23. dist. c. quorundam.
2. q. 1. c. imprimis. & c. statutis.
C. de iura. calum. l. 2. §. sed quia.
ff. de postul. l. quos prohibet.

Solutio.

Solennitates quæ exiguntur ad rei substantiam, vitiant si omittantur. d. c. quorũdam. Quæ verò inducuntur ad ornatum, si omittantur, non vitiant, vt in prima parte Rubricæ. In sacramentis autem, quia ignoramus quid sit de substantia, sicut in ordinibus si quid omittatur, debet suppleri. d. c. pastoralis. Damas. reg. 107.

¶Solennitates requisitas à canone in alienatione rei ecclesiasticæ, non potest consuetudo deminuere. Ista est communis conclusio doctorum, per tex. in c. cum causa. de re iud. cum glos. ibi. & in c. 1. de consuetu. & in c. quæ in ecclesia. de const. & ponit Abb. in c. nulli. de reb. eccles. & ibi Imol.

Limita 12. modis, vt per Felin. in dicto cap. cum causa. B. Dias reg. 688.

¶Solennitatibus cessantibus, res si bene geritur, quæ alias requirebantur, valet actus qui aliàs non valeret, si malè gereretur. Feli. in c. causam. el 1. de iudi. tex. in c. quia quibusdam. de fideiuss. & glo. in c. r. in glos. fi. de schis.

Limita tribus modis vt per eum.

Primò vbi solennitas est introducta pro forma, vt in alienatione rei ecclesiasticæ, & regula procedit quãdo non pro forma, sed merè in fauorem prohibiti, quam limitationem colligit ex iis quæ scribit Bald. in l. fi. §. necessitatem. C. de bon. quæ lib. & Abb. in c. tua. de iis quæ fiunt à prælat.

Secundò limita, nisi solennitas esset introducta ad conseruandum iuris rigorem.

Tertiò in casu l. 3. §. in bello. ff. de re milit. vbi egressus aciem, capite punitur, licet bene gesserit. B. Dias reg. 550.

¶Solenne. De solennibus nihil est prætermittendum.

In Auth. de æqual. do. §. at vnus.
C. de testib. l. testium.
C. de diuers. rescrip. l. si quæ.
C. de fid. instrum. l. contractus.
C. de euict. l. si parem.
C. de emanci. l. 3.
C. de act. l. absentem.
ff. de trans. l. de his.
ff. de legib. & senat. cons. l. humanum.
ff. de minor. l. etiam si à pa. §. vlt.

In his casibus solennitates sublatæ sunt.

In Instit. de verborum obligationibus. in princip.
In Instit. de fideiuss. §. vlt.
In Institut. de his, per quos ager poss. §. vltim.
ff. de arbit. l. nec arbit. §. vltim.
ff. de foro compe. ac li. 2. & 3.
C. de fid. instrum. l. plures apo.
C. qui admit. ad bon. pos. l. vlt.
C. de testamen. l. quoniam vir.
C. com. de leg. l. 2.
C. de act. & oblig. l. vlt.
C. de dotis promis. l. de euict.
C. de in integ. rest. mino. l. duo.
C. qui bon. ced. poss. l. apud acta.

De solennitatibus, &c. & contra.) Rubri. istæ licet videantur esse contrariæ, tamen sibi inuicem consonant, solennitates enim, id est vanæ quorundam verborum obseruationes, quæ olim erant necessariæ, hodie sunt sublatæ: quia quælibet æquipollẽtia verba, cuiusq. declarantia intellectum, sufficiũt. Et ita intel-

intelligitur hæc Rub. Cęterùm solennitates, quæ non consistunt in verbis, sed in actibus necessariis, vt circa testamenta, sententias, & actiones, ne falsitas committatur, vel ne veritas occultetur, non credat quis ideo esse sublatas. vt C. qui testam. fac. pos. l. hac consultis. & de fideicom. l. quæst. & ita intelligitur contraria Rub.

Quæcunque causæ cognitionem seu solennitatem exposcunt, à iudice sedente explicari conueniunt.

C. de dilat. l. à procedente.
C. de postul. l. quisquis.
ff. quis ord. in pos. ser. l. 2. §. in bo.
ff. de dam. infect. l. dies. §. hoc autem.

CONTRA.

ff. de man. vind. l. non est.
C. vbi & apud quos. l. 3.

ADIECTIO.

De plano non sine inscriptione, vt quidam dicunt intelligitur, sed iudice non sedente pro tribunali, vt ff. ad l. Iul. de adul. l. miles. & 40. dies alij dicunt de plano, id est, per delegatum, alij de plano, id est per libellum hoc stare nõ posset, per l. quæ est in C. vbi & apud quos. l. 3. sed ipsi quidem, illud est speciale, alij dicunt quod non potest per delegatum, vt delegatus decretum interponat. Verũ delegatus poterit cognoscere vt præses decretũ interponat, quod non placet, quia non potest episcopus manum imponere, & sacerdos benedictionem dicere, vt in Decre. dist. 23. quorundam. Causa.

Quæcunque, &c. & contra.) Hoc generale nullam recipit exceptionem, nam quod in contraria Rub. dicitur, per l. de man. vind. l. non est. non obstat. ibi enim non loquitur de ea missione quæ fiat causa cognita à minore 20. ann. sed à maiore, & ideo prætorem sedere non est necessarium. vt in inst. de libertinis. §. serui verò.

Quod non amplectitur omnia, nihil valet.

C. de fid. instrum. l. contractus.
ff. de arb. l. item. §. qualem.
ff. de verb. obl. l. inter stip.
ff. de coll. bon. l. 2. §. sed cum.
ff. de transact. l. cum hi. §. præto.
ff. si quis caut. l. sed &. §. quæsitum.
C. de testa. l. testa.
Contrà, ff. de vent. inspic. l. 1. §. vlt. Az. ru. 78.

¶SOLENNE. De solennibus. 183. & si nihil. Riisvvic.

¶SOLITVM, quælibet dispositio generalis restringitur à solitis. Aug. Ber. cap. 1. nume. 13. de precario, quia veritas ita se habet prout communiter fieri solet. cap. 1. vbi doct. omnes de cleric. non resid. glo. l. ideóque. ff. de legib. l. quædam. §. nummularios. de edendo. l. neque natales. C. de prolat. Bal. l. cum dotem. C. de iur. dot. glo. l. 1. ff. de arbitr. Bal. c. fina. de causa possess. & propriet. Odofred. l. 1. C. de transac. attẽdendum enim est quod fieri solet. Alex. in App. post. ad Bartol. l. vel vniuersorum. ff. de pigno. act. l. si prius. §. si rectè. ff. de aqua pluu. arc. Bald. l. 3. §. cognoscit. ff. de offic. Præf. vigil. §. fina. inst. de satisd. l. Excepto. C. locati. l. sine dolo. ff. de minori. cap. prudentiam. vbi Cardin. de offi. deleg. ca. per venerabilem. §. quod autem. ff. qui filij sint legit. gl. cap. cum martæ. de celebrat. mis. certè. in fin. ff. de præuaric. Doct. Comm. l. vt liberis. C. de collat. Alex. & Ias. l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cer. pet. Med. re. 1.

¶SOLITVM. Quod solitum est fieri, semper fieri creditur. dist. 75. c. dilectionis. C. de prob. l. matrẽ. l. siue possidetis. vidé Broc. Azo. rub. 10. Riisvv.

¶SOLVM esse partem ædium existimo, nec alioquin subiacere, vt mare nauibus. Cel. de rei vend. l. 49. De vsuc. l. 23.

Species, vide Genus.

Proposita specie, ponatur quoque genus oportet. De leg. 3. l. si quid earum. §. interemptum. & ibi Bar. De vsu & ha. l. per seruum. §. si vsuf. Cantiun. in Top. in loco à specie. vide plura, Facilius. Riisvvich.

¶SOLVERE debens aliquam summã ex aliqua causa si deficit in vno nummo incidit in pœnam ac si nihil soluisset. Bald. l. quandiu. C. de distra. pignor. & in l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. & hoc siue pœna sit imposita respectu eiusdem quantitatis magnæ siue paruæ, item si quis vigore statuti appellãs debeat soluere sex denarios pro libra, alioquin sit appellatio deserta, si in vno tantum nummo defecerit appellatio deserta erit, ac si totum omisisset soluere. Bald. in addi. ad Spec. in 2. parte. in titul. de appel. §. restat. col. 7. Alex. l. in executione. §. item. ff. de verb. obli. Ias. auth. qui rem. C. de sacr. sanct. eccle. item qui non potest soluere in ære luat in corpore, etiamsi in vno nummo non potuerit, Bal. leg. cum sit. C. de sepulc. violato. leg. 5. §. si sortem. ff. de verb. oblig. Ias. leg. 2. colum. 16. C. de iur. emph. dixi super ampl. 89. Med. re. 5.

¶SOLVERE & satisfacere hęc verba geminata multũ operantur. Ioan. de Imo. cons. 167. Barba. consil. 38. col. 7. volum. 2. Med. re. 2.

¶SOLVI vnum pro alio regulariter non potest. l. 2. ff. si cert. petat. & ibi not.

Primò fallit in casu. l. si seruus. de verb. obl. in fi. & l. si vinum. in fi. in gl. magna. ff. si cert.

Secundò fallit vbi pretium vnum est mihi in obligatione, & aliud in facultate soluendi, vt in noxa, & similibus. l. item veniuut. §. idem rectè. ff. de petitione hæred. B. Soc. reg. 464.

¶SOLVENDO quis. Vlpian. libro 6. fideicommiss. Lex 95. al. 96.

Nemo dubitat soluendo videri eum qui defenditur, Id est cuius nomine iudicatum solui satisdatur, soluendo videtur. l. soluendo. de verborum signif. Bart. l. 1. de custod. reor. l. si plures. §. propterea. & l. 2. de fideius. Viuien.

¶SOLVENDO quotiescunque quis habet regressum contra alium, si non vult soluere de suo, soluet de bonis illius contra quem habet regressum. Regula est, quam faciunt doct. per tex. in l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mand. vbi probatur quòd fideiussor conuentus potest soluere de bonis sui debitoris. Prædictam regulam firmat Felin. in capitulo olim. de accus. dicens ita firmare doct. per prædictũ text. quem ad id quod supradictum est probari ex eo. not. ibi Barto. & Paul. l. si seruus. §. si plurium. ff. si quis cautio. Bald. in Auth. qua in prouincia. in fin. verb. C. vbi de cri. agi opor. Abb. in c. cum inter. de except. post Io. And.

Limita istud nõ procedere in procuratore ad iudicia, ita Bald. sic restringendo d. §. si ignorantes. in d. authentica, qua in prouincia. in fin. & sequitur Felin. vbi ipse ponit alias duas limitationes ad dictam regulam. B. Dias reg. 690.

¶SOLVTIO. Fauore alimentorum, & vltimæ voluntatis solutio per triennium obligat in futurum ad alimenta relicta in vltima voluntate minus solenni: hanc esse communem opinionẽ attestatur Fran. Cur. in l. si certis annis. C. de pact.

Fallit

Fallit in 4.casib.vt per Cur.in d.l.certis.num.8.
Ampliatur in 4.casib. & limitatur in 8. per Iaso.in l.1. C. de fideicom.num.2. & videas Iaso. in d.l.si certis annis.vbi limitat in 8.casib.
Aliud pro alio,inuito creditore, solui non potest. l. si se non obtulit.§.ait prætor.ff.de re iud.l.promissor. §.fi.ff.de const.pecu.l.item liberatur.§.qui paratus. ff.quib.mod.pig.
Fallit in 2.casib.quos not.Soc.reg.382.fallit in 10.casibus,quos refert Ioan.de Platea in §.1.num.3. instit. quibus mod.sol.oblig.fallit in 15.casib.vt per Mart. Scoict.Vascl.in tract.indiuid. in 3.cellu.nu.58.Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 20.à Iaso.in l.2. §. mutui datio.ff.si certum petatur, nu.8. & seq. fallit in multis casib.vt per Ripam in d.§.mutui datio. numero 21. videas in proposito plures conclusiones limitatas per Io.Bolog.in d.§. mutui datio. nu. 26.videas pulchram Barto.distinctionem in l.1.ff.si certum petatur.
Deputans simpliciter ad solutionem recipiendam,nō potest terminū solutionis prorogare.l.qui Romæ. §.Callimachus.ff.de verb.oblig.
Fallit in 3.casib.quos not.Ias.in d.l.num.9.
Solutio spontanea sequens purgat metum,vel turpitudinem commissam in tractatu l. 2. C. quod metus causa.
Fallit in 6.casibus,quos no.Ias.in l. si ob turpem. ff.de cond.ob turpem causam.col.2.num.1.
Condemnatis ad soluendum datur quadrimestre tempus.l.1.& l.fin.C.de execut.reiiud.ca.quod ad consultationem,de re iud.
Fallit in 4.casib.quos not.Iaso.in l. si arrogator. ff. de adop.colum.fin.
Apocha in qua quis ostendit se tribus annis proximis soluisse,retrò soluisse indicat,nisi contrarium probetur.l.quicunqte.C.de apoch.pub.lib.10.
Ampliatur & limitatur in duobus casibus,à Pe. Duen. regu.54.
Si furtum est commissum à familia vnius domini,dominus soluendo pro vno liberatur, quo ad alios,l. 1. ff.si famil.furtum fecis.dicatur.l.si familia.ff.de iurisd.omn.iud.
Fallit in 3.casibus,vt per Barto.in sua distinct.in dict. l.si familia. fallit in quinque casibus,vt per Curt. iun.in d.l.si familia.vbi Ias.eam limitat in 6. casib. numero 6.
Solutio censetur facta in dubio, in causa remouendi infamiam.l.si in duabus.ff.de reg.iur.
Ampliatur in duobus casibus , & limitatur in vno à Dec.in d.l.
Solutio coniunctæ personæ fieri non potest sine mandato.l.filius.C.de pact.
Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 4.à Iaso.in l. non solum.ff.sol.matr.num.5.fallit in 2.casib. quos not. Dec.in d.l.filius.
Si aliquis iubet debitori, vt soluat alteri animo inducendi aliquem contractum,vel liberationem, tunc si antequam fiat solutio iubens reuocauit iussum, nulla inducitur conuersio,sed prima obligatio manet.l.si cū Cornelius.ff.de solut.l.hoc iure.§. si quis dederit.ff. de donat.
Fallit in 4.casib.quos no. Io.Bolog.in l.singularia.ff.si cert.pet.num.83.
Solutio virilis portionis facta ab vno ex plurib.reis debendi in solidum obligatis,inducit diuisionem taciti pacti diuisiouis in fauorem cæterorum correorū, l.liberum.ff.de fideius.

Fallit in 4.casib.quos not. Franc.Curt.in l. si creditores.C.de pact. num. 4.
Debitor patronus non potest soluere filio ,& soluendo non sequitur liberationem. l. filius paciscentis, C.de pact.
Fallit vt no.Franc. Cur.in d.l.num. 4.
Qui soluit indebitum scienter falso procuratori ab eo non repetit,quare censetur ei donare,l. cuius per errorem. ff.de reg.iur.
Fallit in 4.casib.quos not. Ias.in l. si procuratori falso, ff.de cond.causa dat.num.4.vbi Alex. etiam ipse limitat in 4.casib.num.8.
Solutionem alibi creditor inuitus recipere non tenetur,quàm in loco solutioni destinato.l.is qui certo. ff.de eo quod certo loco.
Fallit in tribus casibus,quos not.Iaso.in d.l.is qui. numero 1.
Quando quis stipulatur alternatiuè dari sibi aut filio, vel extraneo,tunc filius vel extraneus dicitur adiectus solutioni & non obligationi,& sic debitor potest efficaciter soluere tali adiecto.l.sed etsi filiofamiliàs.§.1.ff.de constit.pecu.
Ampliatur in 2.casibus,& limitatur in 5.à Iaso.in l. cū qui ita.§.qui sibi,aut filio.ff.de verbor.obliga.num. 2.& seq.
Nuncius deputatus ad solutionem recipiendam , qui habet arbitrium recipiendi quocunque tempore,& quocunque loco , potest terminum solutionis prorogare.l.qui Romæ.§.Callimachus.ff.de verborum obligat.
Fallit in 5.casibus,quos not.Iaso. in d.§. Callimachus, num.16. & seq.
Soluendo quoties quis habet regressum contra alium, si non vult soluere de suo,soluat de bonis illius contra quem habet regressum.fallit in 3.casi.quos no. Feli.in c.olim.col.4.de accu.
Filius soluens debitum pro patre viuente,non præsumitur donandi animo soluisse, hanc esse communē opinionem testatur Francisc. Turz. in suis conclus. reg.89. vbi limitat.
Solutio debet fieri de moneta quæ currebat tempore contractus.hanc esse communem opinionem testatur Baptist. à Villalo. conclusio.74. in litera S. vbi limitat.
Soluens pro repræsaliis concessis per conciuem ab ipso conciue repetit exactum. Ampliatur in 2.casib. & limitatur in 4.à Gali. in l.2.§.itē si in facto.ff.de verb.oblig.num.11.
Solutio partis,an & quando pateat liberationem pro parte,distinguendo declarat Barto.in l.si seruus,§. si plurium.& ibi no.per gl.ff.si quis cautio.
Quando quis tenetur ad duorum alterum,sub alternatione vtrum voluerit soluendo liberatur. fallit vt per Damas.reg.6.
In contractib. regulariter non potest solui æstimatio pro pondere argenti , vel auri in massa, not.gloss. & doctores in l.secunda.§. mutui datio , ff.si certum petatur.
Fallit in 5.casib. quos no. Io.Bolog.in d.§.mutui datio. num 26. Don.Fina,lib.1.
¶Solutio duplex per duplex instrumentum probatur. Ang.l. ne casu.C. de discus. libr.x.Bald.l.seruo. §.si quis.ff.de leg. 1.quādo præsertim ex interuallo fuit. Ias.l.si quis in cons.numer. 25. C. de pactis. l.si certis annis.num. 5.C.eo.doct.c.eam te.de rescrip. Med.re.2.
¶Solutio facta paulò post promissionem metu factam

factam, ipsa quoque metu facta dicitur esse, nam ea quæ in cōtinenti fiunt cēsentur inesse. leg. lecta. vbi Dom. com. ff. si cert. pet. Bart. Alber. & alij leg. si ob turpem. ff. de cond. ob turp. caus. Doct. com. l. 2. C. de his, quæ vi met. caus. Med. reg. 5.

¶ Solutio geminata facit præsumi solutionem superiorum annorum, quando videlicet facta fuisset vnoquoque anno. l. quicūque. C. de Apoch. Pub. lib. x. Bal. capitulo literæ. de dila. c. quæsitum. 1. q. 3. doc. com. l. si certis annis. C. de pact. Cin. & Bald. l. 2. C. dot. promiss. Bar. l. cum qui. ff. de annuis leg. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. Medic. reg. 3.

¶ Solutio, quæ ex pacto durat vnum momentum non inducit liberationem. leg. qui sic. ff. de sol. l. fin. §. fi. C. de bon. quæ liber. Bar. l. fin. ff. de cond. inst. Paul. l. frater, col. 7. ff. de cond. indeb. conc. simil. l. pretia. §. fi. ff. ad l. Fal. non dicitur factum, quod non durat, factum vt dicam in seq. Ampl. Med. re. 5.

¶ Solutio. Paulus lib. xvij. ad Plautium. al. Vlpian. Lex clxxx. lex cxlj.

Quod iussu alterius soluitur, pro eo est, quasi a ipse soluisset, vel b ipsi solutum esset.

Addit. a aliàs deest ipse soluisset, vgr. b sic in P. florent. l. si donaturus. de cond. caus. data.

Quod meo iussu soluitur, ego soluisse videor: & quod meo iussu recipitur, ego recepisse videor. Viuienn.

¶ Solutionis dilationē quærens videtur acquiescere sententiæ, idem est si aduersarius consensit dilationi petitæ. l. ad solutionem. C. de re iud. Angel. consi. 312. l. fin. C. de fruct. lit. exp. Med. re. 9.

¶ Solutionem recipere cogitur creditor ab vno ex pluribus hæredibus defuncti debitoris, tamē nō cogitur agere insolidum, seu vltra portionem hæreditariam contra vnum ex pluribus hæredibus. not. Doct. l. 1. rub. C. si cert. petat. l. tale pactum. §. post. ff. de pactis. Med. re. 9.

¶ Solutio. De solutione. l. 96. nemo dubitat soluēdo. l. 137. nihil tam naturale. l. quod iussu. 147. nihil peti. 85. cùm ampliùs. sup. Pœna.

Iuramentum loco solutionis haberi debet. de iureiu. l. fi. de sol. l. Stichum. §. naturalis. Bro. Azo.

Interest nostra potiùs non soluere, quàm solutum repetere. De compen. l. 3.

Solui aliud pro alio inuito creditori nō potest. Si cer. pet. l. 2. §. mutui. C. de sol. l. eum.

Vni qui solui, cæteris soluere tenetur. Auth. de hær. & fal. §. non autem da. Auth. de sacros. Eccles. §. Deo. Brocard. Azo.

Partem qui soluit, vel soluere cœpit, in totum tenetur, C. de testa. l. non dubium. C. de non nu. pec. l. cùm si. Ad. Mac. leg. an si. leg. sed. De pol. leg. 1. De mun. & ho. leg. etiam. §. fi. De iud. leg. fideicom. §. fin. Brocar. Azo.

Plus est statim aliquid soluere, minùs est post moram soluere. Inst. de fideius. §. nō solùm autem. Riisvvich.

¶ Sortilegium. Sortilegus quadraginta diebus pœniteat.

Extrà, de sortilegis, requisisti. Viuiennus reg. 5.

¶ Sors. Sententia lata super sorte an pariat exceptionem super pœna? not. Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres. in 5. opposit. ff. de verb. obl. addentes ad Abb. cap. quamuis. num. 1. de sent. & re iud. Med. re. 8.

¶ Specialitas nulla est, nisi ratio eius reddatur, Ioan. Monach. capitulo 1. versic. euestigio. vbi Arch. colum. 2. in not. 6. de stat. Monach. 6. leg. ex facto. ff. de vulg. & pupil. l. generaliter. C. de episc. & cler. glo. cap. cupiens. §. insuper. versicu. nihilominus. de elect. Vnde dici solet refugium miserorum esse adducere specialitatem absque eius ratione. glo. l. filiū quem. C. fam. hercis. Med. re. 6.

¶ Species derogat generi. l. in toto. de reg. iur. c. generi. eod. tit. 6. dixi suprà limit. 45. addo quod illud potissimum habetur quod ad speciem directū est. l. in toto. in 2. par. de reg. iur. plus enim afficit species, quàm genus, vnde dispositio, quæ capi potest in genere, & in specie, in genere sumenda est. Bart. l. 1. ff. de edendo. Soci. l. 1. col. 2. ff. de vulg. l. si in rem. ff. de rei vendic. l. Quintus. §. 1. ff. de auro, & arg. leg. l. quæro. ff. de acceptil. c. quanquam. 23. distin. c. bonæ. de confirm. vtili, vel inutili. l. Diuus. ff. ad l. Corn. de fals. Ias. l. placuit. colum. 3. C. de iudic. Med. reg. 1.

¶ Species relationem habet ad genus, ad positionē enim vnius venit alterum. gloss. l. si causa cognita. versi. peremisti. C. de transact. §. vulgò. inst. de succes. cog. l. fin. C. de vsur. l. 1. §. quod autē. ff. de aleat. c. nā concupiscētiam. de const. l. 1. ff. de suis, & legit. Bal. l. cū mulier. col. 12. ff. solu. mat. Medic. re. 9.

¶ Speciei mutatio. Sæpius mutando speciem, perinde obligatus manet, ac si in eadem permansisset.
ff. quod met. caus. l. si ipsa.
ff. de leg. 2. l. Imperator. §. vlt.
l. æstimatio loco rei habetur.

Sæpius mutando, &c.] Quasi diceret: Hoc ipso quod habet rem pro re, vel rei æstimationem, rem ipsam habere videtur. ff. de leg. 2. l. Imperator. §. vlt. & l. sed quod inde. de petit. hær. l. interueniunt. §. 1. 2. & 3. & l. si & rem. Azo, Rub. 14.

¶ Specificata in relato dicuntur esse in referente, Ange. l. si prior. ff. solu. matr. Ripa l. 5. §. 1. num. 1. ff. de re iud. Decis. Pedem. 23. numero 4. Paris cons. 19. numero 68. volumine. 2. Crau. consilio 88. num. 3. Soc. consilio 170. numero. 33. volumine 2. Ruin. consi. 183. numero 1. volum. 2. Dec. consilio 63. numero 6. Iaso. l. Marcellus. numer. 14. ff. ad Trebellianum. Med. re. 10.

¶ Spoliatus ante omnia, siue in temporalibus, siue in spiritualibus, restituendus est, vt in c. ij. & in c. in literis. extrà, de restitu. spoliato. & l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi.

Primò fallit in casibus, de quibus per Doct. in dicto c. in literis. & primò, quando ipse possessor agens poterat impunè offendi: vt si esset depopulator agrorū, cum talis agere non possit ipso possessorio. ad hoc quod not. in l. cùm mulier. ff. solut. matr. vbi de hoc.

Secundò fallit, quando contra ipsum opponeretur exceptio dominij, non à spoliatore, sed à tertio: vt voluit gl. in d. c. in literis. relata ad text.

Tertiò fallit, quando ipse spoliatus ageret simul petitorio & possess. cum tunc opponi possit de dominio conuenti ex defectu veri agentis: vt notat. per gl. extra, de restitut. spo. & in c. sollicitè & c. accepta.

Quartò fallit, quando agens consentiret, vt de dominio conuenti opponatur, & cognoscatur: quia nihil replicat contra dominium: quo casu si reus cōprobat dominium, spoliatus non restituitur, vt est casus sing. secundum omnes in capitulo primo, de resti. spo.

Quintò fallit, quando opponeretur. exceptio aliqua iudici: vt est exceptio ex communicationis, cum opponi possit: vt not. per glos. in c. ex insinuatione. extrà, de procur. & xxiiij. dist. in nomine Domini.

& ibi per glos.& Archid.

Sextò fallit, quando opponeretur exceptio detrahens iuri agendi in possessorio: vt in d. capitulo solicitè.& per do.de Ro.decisio.xlviij. quæ incipit, item si agenti.

Septimò fallit, quando opponeretur exceptio detrahens poss. ipsius agentis, seu concernens eam de facto:cùm talis oponi possit: vt in d.capit. solicitè. & cap.accepta. extrà,de resti.spol. & per do.de Ro.in deci.cccccxx.aliàs ccccliiij.quæ incipit, item si agẽti.Hinc est quod opponi potest contra ipsum agentem,quòd est hæreticus.viij.di.capitul.qua vice.vel quod agens ad beneficium est laicus. vt not. extrà, de fil.presbyt.cap.constitutus.& per Bal.in l.j.ad fi. C.de appel.vel quòd beneficium illud sit reseruatũ, & detrahat possessioni:vt voluerũt do.de Rot.in decis.xxij. secundum Nic. qui hoc tenet in d.capitulo in literis.extrà,de resti.spo.quod fortè nõ procedit cùm beneficium iam iustè possidetur absque alio tit.vt extra gloss.in d.capitulo in literis.dictum plenè est per Cano.nec ipsi domini hoc ibi dicũt, vt reseruato detrahat possessioni, sed bene detrahat iuri, & inficit quicquid inde sequitur: vt voluerunt ipsi domini de Rota ibi,per quod poterit opponi defectus iuris ipsius agentis notorius in ipsis beneficialibus,vt infrà dicetur.

Octauò fallit, quando spoliatus ageret possessorio nomine ecclesiæ pro recipienda re ecclesiæ:cùm tunc opponi possit de restitutione non Canonica,secundum Innoc.in d.c.in literis.quod verum nõ est per id,quod habetur in l.vrbana. ff.de condit. indeb.& per Lapum, in alleg. xxx. vbi de hoc extrà,de caus. possess.& propriet.

Nonò fallit,quando opponeretur de dominio, seu iure conuenti,vel defectu iur.agentis,& opponeretur etiamsi se offerret incontinenti ad probãdum:cùm tunc admitti debeat,de restit.spo.capitul.in literis. quod procedit in casu illo matrimoniali propter periculum animarum:aliàs secus est: vt voluit Anto.in dicto capitulo in literis. de restit.spol. per id quod habetur extrà,eodem titulo. capitulo primo. & idem erit in beneficialibus:vt deferatur tũc institutio,etiamsi in ea sit ratio: aliàs diceretur vitiosus ingressus & daretur materia peccandi. extrà, de elect.capitulo dudum.el ij.& capitulo qua.de eo qui mit.in sexto,secundum do.Nic.in d.c.in literis.

Decimò fallit,quãdo opponeretur de dominio,seu iure conuenti.extrà,de diuort.capitulo significãte. & capitul.ad decimas.de restit. spoliat. in sexto, cùm tunc admittatur,dummodo incontinẽti de hoc fiat fides.vt in capit.significasti.de elect.& extrà,de cõces. præben.

Vndecimò fallit, quando opponeretur de defectu iuris ipsius agentis notoriè, cùm tunc talis exceptio admitti debeat, dummodo sit ita notorium, quòd sit certum,seu satis verisimile, vt ipsi petenti restitutio non competat ad illud, d. capitul.ad decimas. quod verum est quando notorium non solùm inferret defectum iuris in agente, sed etiam fundaret ius opponentis:vt not.in leg. fin. C.de rei vend. aliàs si ius opponentis non fundaret quantumcunque esset non inferret defectũ iuris in agente, & tunc admitti non deberet:vt colligitur in tex.in d.cap.ad decimas,à contrario sensu. & hoc voluit gloss.ibi,in c.j. de præscript.in vj. quod licet regulariter verum sit, tamen fallit in matrimoniali, & beneficialibus, in quibus opponi potest de notorio defectu iuris ipsius agentis, etiam si non apparet de iure ipsius opponentis.vt tenet Io.And.& Imol. voluit in d. c. in literis.extrà, eod.tit. quod etiam videntur velle do. de Rota, in antiquis deci.xl. & in nouis deci. lviij.& in deci.ccclxxxiij. alleg.gl.in d. c. in literis. pro quibus facit quod not.extrà, de filiis presby.c. quoniam. & c. constitutus. per Inn. extrà, de offic. vic.c.j.in istis enim notoriis iudex ex officio suo supplere debet.c.lator.extrà,de re iud.& c.consanguinei.& do. Alberi.vnde poterit hanc exceptionẽ admittere in casibus dictis. non tamen debet dimittere beneficium apud spoliantem, si de spoliatione constat, sed vero rectori restituat: vt suprà dictum fuit secundum Nic.in d.c.in literis.& vt plenius per eum ibi, circa quæ vide in d.c. ad decimas. sed vltra hos casus, in quibus spoliatus non est restituendus,vide latius per Spec. in tit.de peti.& pos. §.fi. vbi ponit xxij. casus.& Hosti.in summa,de resti.spo. §.quoniam.& Paul.de Cast.in d.l. ij. de edi. di. Adri.tol.& Bal.& Ro.in l.naturaliter.§.nihil commune.de acq.poss. Anto.in d. c.cum ad sedem. extrà,de resti.spo. Angel.de Aret.Insti.de ac.§.ex maleficiis. sed meliùs in d.§. quadrupli. & omnes Docto. in l. fides. de iudi. & in le. si quis fundum. ad leg. Iul. de vi.

Duodecimò fallit dicta regula, quando præsumptio iuris est contra spoliatum:exemplũ est,vt quia spoliatus ante spoliationem possidebat decimas, cum esset laicus,quarum decimarum pos.nõ cadit in laicum:vt in c.causam.de præscript.certè spoliatus tali possessione non poterit restitui: istud est sing.dictum Inno.in cap.insti.de filiis presbyt. B.Soc. regul.466.

¶Spoliatvs ante omnia restituendus. Quæro, an rex iniustè expulsus à regno suo debeat restitui? Respondeo,quòd sic propter regulam iuris vtriusque, quam hic intersero cum fallentiis suis. Regula est, quod spoliatus ante omnia est restituendus.c.fin.de ord.cog.c.in literis.& c.item cùm quis.c.conquerẽte.& c.solicitè.de restit.spoliatorum.l. si quis ad se fundum.C.ad legem Iul.de vi public.

Limita primò, vltra xj. fallentias datas per Lanfran. Brixi. in repet.rub. de caus. pos. & propriet. & per Mod.in l.naturaliter.in §.nihil commune.ff.de acq. pos.hanc regulam,vt non habeat locum. quãdo possessorium sapit causam proprietatis, & habet annexam, seu mistam proprietatis causam.l. ij. §. quædam.ff.de interdi.cum ibi plenè not. & volunt oẽs Doct.& ibi Bart.& alij in d.l.naturaliter.§.nihil cõmune.& Doct.in d.c.solicitè.& Abb.Moder.in d.c. in literis. in vers.sed contra prædicta.& text.oppono.de restit.spoliato.

Limita secundò, dictam regulam non habere locum, vbi spoliatus reconueniretur super quæstione spoliationis.tex.est in d.c.fin.de ordi.cognit.

Limita iij.si excipienti de proprietate præiudicaretur posteà super possessione,si posteà agẽdo petitorio, & obtinendo non posset finaliter reddi ipsa possessio in ea fortitudine,in qua nunc est,putà si est talis possessio, quæ per modicum tempus corrumpitur, vt esset corpus mortuum,secundum Innoc. in c. cũ liberum.de sepul.facit quod not.in c.in literis. de restitutione spoliatorum.

Limita iiij.non habere locum vbi præsumptio iniustæ possessionis esset fundata de iure communi contra agentem possessorio : quia talis præsumptio admittitur contra agentem possessorio recuperãdæ per text.

per tex.c.ad decimas.de resti.spol.lib.vj. & quando notoriè constaret de nõ iure spoliati,ex quo ius cõmune est contra eum,secundum Imol. post Bald. in d.l.naturaliter.§.nihil commune.

Limita v.vbi in omni spoliatione notoriè constaret de nõ iure spoliati,& de iure spoliantis, secundũ Inn. in capitu.cùm ecclesia Sutrina.de caus.poss. & propriè.& ibi per Abb.in vers. sed circa prædicta quæro,vbi dicit quòd prædo,& possessor malæ fidei est restituendus,nisi constet in iudicio eum esse prędonem,quod est notandũ pro limitatione c.in literis. de restit.spol.licet aliter ibi senserit Abb.& facit d. c.ad decimas.& quod not.Inn.in c.cõstitutus.de fil. presby.& not.Doct.in d.c.in literis. & Abb.in c.ex parte.circa fin. eod. tit. de restitu. spol.& per Alex. in d.§.nihil commune.vbi plenè de hoc.

Limita sextò,in casu capitu.literis. de restitutione spoliato.quando spoliatus peteret restitutionem coniugis,& probationes super consanguinitate in continenti offerrentur probandæ: quia tunc impeditur restitutio,quo ad copulam carnalem, secùs si probationes non offerrentur in continenti, vt in capitulo ex conquestione. de restitutione spoliatorum,secũdum Abb. in dicto cap.in literis. eodem tit.vbi dicit idem esse in causa beneficiali propter rationem peccati: quod vltimum non puto verum in d.capit. in literis.

Limita septimò,nisi spoliatus confitẽs de iure suo cõsenserit, vt admitteretur exceptio defectũ proprietatis concernens. text.est apertus in cap. primo, de restit.spoliat.

Limita octauò in prædone, qui moratur in stratis publicis ad deprædandum,& occidendum, vt est text. in l.j. C. quando licet vnicuique sine iud. se vin. & glos.singu.in d.c.in literis. in vers. prædo. de restit. spolia.quam magnifacit ibi Bal.quòd qui potest offendi in persona,multo fortius in bonis,facit l.si seruus.C.de his qui ad ecclesi.conf.& quod voluit Bal. in authen.sed nouo iure. C. de ser.fugi. vbi notorio criminoso denegatur aduocatus.

Limita nonò,quando possessorium & petitorium intentantur ab eadem persona spoliata , vt est text. in cap.cùm dilectus.de ordi.cogni.& voluit glo.j.in d. c.in literis.

Limita decimò regulam , procedere, quando agens proponit veram violentiam , secùs si fictam : quia tunc contra eum obstat exceptio domini conuenti, l.fi.& l.inuasor.& ibi per doc.C.vnde vi.& per Bar. in leg.si de vi.ff.de iudi. restringerem tamen hoc in casu,quo absens rediret,& sciret possessionem naturalem occupatam per alium , & suspicaretur posse expelli:quia tunc datur interdictum,vnde vi,secundum Doct.d. cap.in literis. per tex. in l.clam possidere.§.qui ad nundinas.cum l.seq.& l.si id quod.§. fin.ff.de acquir.possess.

Limita vndecimò,nisi spontanea abiuratio,seu renuntiatio beneficij cum iuramento præcessisset spoliationem:quia non potest petere restitutionem: quia per ipsam renuntiationem perdidit tam proprietatem,quàm possessionem : & quia notoriè obstat sibi defectus proprietatis.text.est pulcher,in c.accepta.de restit.spoliat.

Limita duodecimò, secundum Bal.in l.penult. C. si à non compet.iud.ad fin. quando exceptio, quæ obiicitur spoliato nõ requirit probationem facti,allegat Oldr.cõs.cclxxxj.& Alex.ibi in apostoli.allegat eundem cõsi.cclxxiiij. incip. in causa quæ vertitur.

Limita decimotertiò, quando petitio in possessorio esset iuri publico & iuri communi contraria : quia tunc auditur excipiens.ita dicit Bald.in l.si quis cõductionis.circa fin.c.loca.

Limita decimoquartò, si agẽs alleget canonicè possedisse in beneficialibus,aliter non admittens per iudicem. de fil.presbyt. cap. constitutus. & de regul. iur. cap. j.libro vj.secundum Bald.in d.l.si quis cõductionis. & plenè per Abb.& alios in d. cap. in literis.licet Abb.ibi alleget plura iura probantia cõtrarium.

Limita decimoquintò,quando agitur pro recuperanda possessione,quæ vacabat tempore,in quo fuit occupata per reum conuentum. gloss.est not.in l. fin. C.vnde vi.quam Docto. ibi approbant. & An.in l. ij.C.de edic.diui Adri.tol.

Limita decimosextò,nisi exceptio defectus proprietatis esset notoria præsumptione iuris:vt quia possidebat duo beneficia incõpatibilia , vel erat minor ætate respectu illius beneficij.ita pulchrè Ioan. And. in addi.Spec.in rubr.de restit. spo.post prin.& But. in c.in literis.eodem tit.& Rota deci.iij.si contra agentem.in addit.ad eam in verbo,restitutio. incip. pone quòd aliquis obtinuit.eod.titu.in nouis. licet Abb.contrarium teneat in d.c.in literis.per c.ex insinuatione.in fi.de procur.

Limita decimoseptimò,nisi crimen opponatur inhabilitans personam ad agendum , vt excommunicatio,vel bannum : quia obstabit agenti possessorio. But.in c.item cùm quis.in gloss.ij.de restitut.spoliato.alleg.gloss.in cap.ex insinuatione.in versic.canonicum.de procur.vbi idem dicit de pacto de non petendo restitutionem,vel de re iudi.vel de ratihabitione sententiæ latæ cum falso procuratore.Abb. in d.c.item cùm quis.alleg.aliam gloss.in cap.dilectus.el.j.in verbo, excommunicationis.de rescript. & gloss.in c.in nomine domini.in verb. audientia. vigesimatertia distinct. tu adde aliam in can. j. in gloss.magna.in fin. xiiij. quæst. j. & ibi Archid. & gloss. ij.in fin.ibi, nullo.in can.infamis.§.verum.iij. quæst.vij.

Fallit primò, in excommunicato excommunicatione minori. Archid. & Domi. in dicto cap.in nomine domini.in fi.

Fallit secundò,nisi conueniatur ab excommunicatore,vel ab eo qui fecit eum excommunicari. Spec.in tit.de peti.& poss.§.fin.in vers.xxj.

Fallit tertiò , vbi spoliatio impediret implementum actus permissi excommunicato : puta ire Romam pro absolutione.Abb.in c.intelleximus.ibi,hoc dictum limito verum.de iudi.

Fallit quartò,nisi spoliator esset fugitiuus,vel res esset peritura.Abb.in c.cùm inter.de excep.

Fallit quintò,si est spoliatus vxore sua.gl.in c. quoniã. in vers.vxores.xj.quæst.iij.quod intellige officio iudicis,non per viam actionis.Abb.post Butr. & Cal. in c.fi.de ord.cogni.

Fallit sextò,quando excommunicatus non venit propriè,vt actor,sed vt reus.Abb.in d.ca.ex insinuatione.de procurat.

Limita decimooctauò,nisi obiiciatur crimen hæresis: quia qui non potest possidere,non potest prætendere spoliationem.gl.in c.quo iure, viij.distin. Butr. & Abb.in d.c.item cum quis.in glos.ij.glos.in vers. commodo.in cap.ex parte.de restitutione spoliatorum.

Limita decimononò,in casu schismatis.xxiij.quæst.v.

non vos.& glo.in d.c.in nomine domini.in ver.audientia.xxiij.distinct.

Limita vigesimò,in casu intrusionis.tex.& glos.in d.c. in nomine domini.in versicu.laudi. & iij.quæst.j.in summa,quæ dicit hoc speciale esse in Papa, & vnum pulchrum dictum de intrusione vide per Abb.in c. ad aures.de rescript.

Limita vigesimoprimò,nisi opponatur criminis enormitas. iij.quæst.v.super causa.item infamia & criminis euidentia,vt ij.quæst.v. cap.presbyter.ij.q.j.cap. scelus.& c.manifesta,item simonia,de simo.cap.accusatum.& c.tanta. item contumacia, vt iij.quæst. ix.cap.decernimus.item scandalum. iij. quæstio.vj. can.hæc quippe.

Limita vigesimosecundò,in casu c.significasti.& c.gaudemus,de diuor.

Limita vigesimotertiò,nisi aliquis cōditionaliter possidens ante existentem conditionem spolietur:quia non restituitur, ex quo non possidebat, cùm conditio nihil ponat in esse. capitul.olim.el.j. de restit. spolia.

Limita vigesimoquartò,nisi incōtinenti dominus deiecerit aliquem de possessione sua.d.c.olim. & ibi gl. pen.alleg.l.j.§.vim vi repellere. ff.de vi, & vi arma. & ff.ad l.Aquil. l.scientiam. §. qui cùm aliter.& de senten.excom.c.si verò,el j.

Limita vigesimoquintò,nisi spoliatus exciperet de spoliatione: quia tunc non consequitur restitutionem: quia qui excipit,nihil petit.c.cùm dilectus,de ordi. cognition.

Limita vigesimosextò,nisi à muliere obiiciatur scientia viri magna,de restit.spol.c. transmissa. & l. literas.in fin.eodem titulo.

Limita vigesimoseptimò, si ex gratia,vel precariò possedit.x.quæstio.iij.capitulo quia cognouimus.& gl. pen.in d.capitulo olim causam, & de exces. præl.c. cùm ad quorundam.

Limita vigesimooctauò, quando de dominio apparet per sententiam absolutoriam latam in fauorem rei in petitorio iudicio,secundum doct. contra Bart.in d.l.naturaliter. §.nihil cōmune. ar. cap. cùm teneamur.de appel.& hoc siue conuentus possessorio recuperandæ incidisset in pœnam.l.si quis in tantam. C.vnde vi.siue non,& pro dicta communi opi.doc. facit quod no.ipsemet Bar.in d.leg.j.§.sed & si is.ff. de noui ope.nun. & Inn.in c.cùm dilectus. de caus. pos.& proprie. & Io. And.c.pastoralis. eod.titul.& in addi. Specul. tit.de peti.& poss.in §.j.ver.quid si. & ibi hoc fuit de mente Specu. Nec obstat d.c. cùm dilectus.quia procedit, quando spoliatus in eodem libello immiscuit petitorium & possessorium, vnde,si sententia est lata in petitorio contra ipsum auctorem: quia reus fuit declaratus dominus, licet in possessorio fuerit lata pro ipso agente, præualet in executione sententia lata in petitorio, ex eo quia est qui imputetur sibi spoliatio argēti, ex quo voluntariè immiscuit causam proprietatis cum ipso possessorio.

Limita vigesimononò, quando quis fuit spoliatus, & agit pro violentia sibi illata: quia clandestinè fuit spoliatus,nam tunc poterit reus,qui clam spoliauit, agenti possessorio recuperandæ opponere exceptionem dominij sui.ita Bal.in leg.add.in d.§. nihil cōmune.alleg.tex.in l.si de eo.in §.fi. ff.de acq.pos. & idem voluit Bal.in leg.si quis emptionis. in §.sed hoc super illis. C.de præsc. triginta vel xl.ann.idem Rom.in d.§.nihil commune.& Ang.in l.vitia.C.de acq.pos.& in d.§.sed hoc.& fuit de mente Dy. inc. qui ad agendum.de reg.iur.lib. vj.licet Imo.& Moder.aliter voluerint in d.§.nihil commune.

Limita trigesimò,an hæc regula habeat locum in colono.ff.de vi,& vi arma.lege,cùm fundum.in §. fin. & dic.quòd sic.& cessat limitatio.

Limita trigesimoprimò, quando obiicitur de dominio acquisito post spoliationem interueniente facto, aut negligentia eius qui possessorium intentat, secundum Bald.in d. c.in literis. qui allegat quod habetur in c.super hoc.in gl.magna.& ibi per Inn. de renuntiationibus. & expressè affirmat But.in c. solicitæ.de restit.spol.& sequuntur Moder.in d. §. nihil commune.

Limita trigesimosecundò,secundum Bal.in d. §. nihil commune,vt d.regula procedat, quando per vim expulsiuam,seu per vim ablatiuam quis est priuatus possessione: secùs si priuatus esset per vim compulsiuam:quia tunc regula non habet locum,vt si compuli te per metum ad tradendum rem, fecisti, licet coactè,si agas vt possessionem recuperes,poterit tibi opponi exceptio dominij, per text.cum gl. in d. c.super hoc.& sequuntur Imol.& Moder.in d.§. nihil commune.& Bald.in l.pen.ff.de cond.ob turpē causā.& in l.iij.C.quod met.cau.& in l.ij.per Bart. C.eo.Ratio est, nam tunc competit remedium actionis, quod met.cau.quando præcessit dicta vis, compulsiua vt, in toto tit.quod met.cau.in quo remedio potest opponi exceptio dominij: quia illud non datur nisi damnum passo,& sic non potes prætendere damnum,ex quo tenebaris restituere incontinenti per rei vendicationem,& ex quo possidebas de facto,& tenebaris mihi restituere,non habes interesse in repetendo per dictam actionem, ita dixit Azo.in Summa,quòd met.cau.pro quo facit tex.in l.fi.§.fi.ff.quod metus causa.

Limita trigesimotertiò,si proponatur tacita renuntiatio beneficij facta ante spoliationem per assumptionem secundi beneficij incompatibilis cum primo, vt probat tex.aureus in c.audita. de restitutio. spoliato.quod dictum approbant Moder.Perusini in d. §.nihil commune.

Limita trigesimoquartò,secundum doct. in c. literis. de restit.spol.& Bal.in d.§.nihil commune.vbi per confessionem actoris, vel facti notorietatem appareret iudici possessionem non debere restitui. per ea, quæ habentur in c.significasti. de diuor. & ibi not. Inn.& in c.constitutus.de fil.presbyt. & Bald.in l. ordinarij.C.de rei vendicatio.& in tit.de pace Constan.in ver.restituatur.per Ang.in d.l. si quis à se fundum.Butr.& Abb.in d.c.in literis.

Limita trigesimoquintò,nisi opponens de dominio haberet probationem paratam:putà per instrumētum publicum,stante statuto quòd contra instrumentum publicum nihil posset opponi, & habeat executionem paratam sicut sententia:nam sicut opponens,& probans de suo dominio per sententiam auditur contra spoliatum agentem, vt suprà dictum fuit :ita etiam probans de tali dominio suo per tale instrumentum quod æquiparatur sententiæ. facit quod not. Bartol.in simili in l.vinum. si certum petatur. & in l.in hac actione. ff. de tritic. & in l. iij.§.in hac. ff.commoda. secùs si ex forma statuti instrumentum non habet executionem paratam, prout non habet de iure communi. l. iiij. §. si ex conuentione. ff. de re iud. & in l. minor xxv. annis cui fideicommissum. ff. de minori. quia licet habeat

beat in continenti paratam probationem, non tamen obstaret spoliatio argenti. per id quod not.in cap.j.de resti.spol.& est de mente Bar.in j.lect.in d.§.nihil commune.& glos.in l.si de vi.ff.de iud.dum voluerunt dictam probationem incontinenti paratam admitti solum in possessorio adipiscendæ,& nō in possessorio recuperandæ. & hoc voluerunt Moder.Perusini in d.§.nihil commune.

Limita trigesimosextò, vbi in restitutione imminet peccatum,debet deferri restitutio,si probationes super defectu proprietatis offeruntur paratæ. ista est singularis theorica Abb.in c.literas. de restitu.spol. facit bona gl.in c.super causa.ij.q.v.

Limita trigesimoseptimò, nisi prælatus ecclesiæ spoliasset possidentem rem ecclesiæ, & posteà conueniretur possessorio recuperandæ: nam si opponeret exceptionem dominij spectantis ad ecclesiam, & offerret se probaturum in promptu, deberet audiri. Bal.in leg.j.ad fi.C.de ap.vbi dicit,quòd aliter potest saluari glo.in leg.si de vi.ff.de iud.quæ tenet, quòd admittitur exceptio dominij in omnibus possessoriis, quando reus se offert incontinenti probaturum,quæ tamen reprobatur præter quàm in possessorio adipiscendæ. Bald.tamen ibi saluat d. gloss. etiam in isto casu,& sequuntur Moder. in d.§.nihil commune per rationem: quia prælatus ecclesiæ inuadendo rem & possessionem rei ecclesiæ existentis apud alium, non facit incidere ecclesiam in pœnam d.l.si quis in tantam.per glo.no.in cap.j.de dolo & contu.Mihi videtur hoc non esse verum, per tex.iuxta glo.in c.j.de rest.spol.vbi glo.& communiter Doct. tenent ibi contrarium, & nisi ibi spoliatus consensisset agens nomine ecclesiæ non fuisset admissus in petitorio.

Limita trigesimooctauò, quod obstabit exceptio dominij spoliato opposita per tertium.l.bona fides.ff. deposi. But.& Abb.in d.cap.in literis.in fin.Ang.in d.leg.si quis à se fundum.& Moder.in d.§.nihil cōmune. Inn.in c.veniens. de sponsa. quod Butr.dicit procedere,quando ius tertij esset separatum à iure spoliantis conuenti, vt sic spolians non reportet commodum,de quo per Rot.deci.iij. si inter Titiū. de caus.poss.& prop.in no.quod Abb.non putat verum:quia imò data connexitate procedit dicta fallentia per c. sacris. de sepult. pro qua opinione adduco bo.tex.in l.si communem. ff. quemadmodum serui.amit.& l.si quis ex argentariis. in §. cogentur. ff.de eden.& plenè per Barb. in repe. c. Raynaldus. circa medium.de testa. & per Fel.in cap.j.de præsc. Limita tamen nisi spoliatus ageret per remedium attentatorum pendente appellatione: quia illud nō poterit impediri per tertium. Imo.& Abb.in capit. bonæ.de appell.

Limita trigesimononò,nisi esset talis exceptio,per quā declararetur deficere spoliato agenti causam, & interesse suæ possessionis: per id quod habetur in clement.j.de causa possess.& proprie.secundum quosdam ibi,sed hoc non videtur vtrum indistinctè,nisi fortè in beneficialibus, secundum Doct.in d.c.in literis. vel quando interesse deficit ex aliqua causa superueniente post spoliationem.

Limita quadragesimò, si opponitur exceptio paupertatis, conuenti contra spoliatum agentem : nam illa obstat,etiam in hoc iudicio priuilegiato: vt habetur in capitulo olim. el. ij. de restitut.spol. quod procedit quando talis paupertas superuenit propter spoliationem factam contra ipsum reum in re petita,non sic si ex alia causa, vt ibi nota.& per Rot.decis.ccccxliiij.incip.fuit dubitatum.& not.in cap.frequens.de restit.spol.lib.vj.

Limita quadragesimoprimò in exceptione reseruationis Papalis specialis vel generalis cum decreto annullatiuo: nam illa obstat spoliato agenti ad restitutionem beneficij ita reseruati : cùm talis reseruatio Papæ afficiat non solùm titulum beneficij, sed etiā possessionem.Rot.decisi.iij.incip. si contra agentē. in tit.de restit.spol.in no.But.& Abb.in d. cap.in literis.eod.tit.

Limita xlij. quando spoliatus non ageret possessorio recuperandæ,sed per actionem furti,vel conditione furtiua,vel vi bonorum rapt.vt contingit in rebus, pro quibus non datur interdictum recuperandæ:secundum quod habetur in l.rem quæ nobis.ff.de acquirend.possess.& ibi.not.quia tunc spoliato agenti obstat exceptio dominij. per not.in l.si de eo. in §.fin.ff.eod.facit quod habetur in l. qui iniuriæ. in §.fin.ff.de furti.

Limita xliij.quando spoliatus non ageret contra suum spoliatorem,sed contra alium tertium,qui non spoliauit,licet fortè habuerit causam ab ipso spoliatore,putà aliquo remedio possessorio fortè per l.si coloni.C.de agri.& censi.lib.xj. vel per conditionem triticariam,vel ex canone,reintegranda.iij. q. j. vel ex cap.sæpè,de restit.spol.quando ageretur contra succedentem scienter in vitium : quia tunc obstat exceptio dominij ipsius conuenti, vt fuit de mente Bal.in l.ij.ad fi.C.de ser.fugi.& voluit Lap.allegat. cccij. contrarium sensit Bald.in l. inciuilem. C. de furtis & Butrigarius in capitulo,pastoralis. de causa posses.& propriet.facit quod habetur in l.fin. C. vnde vi.

Limita xliiij.non habere locum dictam regulam in omnibus casibus,vbi non datur possessio.c. ex parte. & ibi not.de restit.spol.quia priuatio præsupponit habitum.l.manumissiones.ff.de iusti.& iur.l.decem ff.de ver.obl.c.ad dissoluendum. de despon.impube.& c.quod verò non formatum. xxxij. quæstione secunda, limita tamen in casibus notatis in dicto cap.ex parte,in glos.antepen.

Limita xlv.nisi mulier expelleretur à marito propter dotem promissam,& non solutam.cap. per vestras. & ibi Doct.de donat.inter virum & vxo.& l.fin. C. ad Velleia. & ibi Bald.& Salic.glos.sing.in auth.de non eligen.secun.nub.§.fin. Bald.in l. de diuisione. ff.solut.matr.& in l.quod in vxorem.C.de neg.gest. in l.pro oneribus.C.de iure dotium.Bal.Imo.& Moder.in l.si cum dotem.§.sinautem in sæuissimo. ff. solut.matrim.Abb.in c.quemadmodum.& in c.tua. de iureiur.& in d.cap.per vestras.& in ca.literas. de resti.spol.per Moder.in cap.j.de adul. Inn.& Doct. in cap.salubriter.de vsuris.

Limita xlvj. nisi post violentiam, & spoliationē factā interuenisset consensus spoliati,vel taciturnitas tanti temporis, quod verisimiliter videtur discessum, seu recessum à violentia.c.ad id quod. de spon. l. ij. cum ibi no.C.quod metus causa.

Limita xlvij.quod ex sola possessione facti cùm nulla fuerit possessio iuris, sed nuda possessio, nullo iuris colore fulcita,non competit restitutio. glos.antep. & ibi doct.in d.c.ex parte.de rest.spol.

Limita xlviij.nisi laicus restitutionem decimarum petat,licet de facto possideat.cap.causam quæ.de prescrip.& not.glos.antep.in d.cap.ex parte.

Limita xlix.nisi capellanus denegasset sacramenta suis

parochianis: quia si posteà ab eis petat decimas, repelli poterit exceptione spoliationis sacramentorum. per tex. in capitulo cùm dilecti. de ord. cog. nã isto casu ipse capellanus non dicetur spoliatus, ex quo non exhibuit sacramenta per quæ debebatur sibi decima, ita pulchrè dicit Lap. allegat. sua ccij. quẽ refert & sequitur Butr. do. meus, do. Andræ. Sicul. in d. capitulo cùm dilectus. facit quod habetur in authen. dos data. C. de donatio. ante nup. vbi colligit Bald. quòd ille qui non facit quod debet, nõ recipit quod oportet, vt est glo. j. not. in l. si non fuerit. ff. de iureiur. & quod voluit Bal. in capitulo primo qualiter dominus proprie. feud. priue. & bonus text. in cap. esto subiectus. xcv. dist. & quod voluit Inno. in c. mandatum. de rescr. quem referunt & sequuntur Bal. & Saliç. in l. cùm proponas. C. de pact.

Limita 50. quòd si rector prouincialis agat contra religiosos super decimis prædiorum assistentium intra limites suæ parochiæ, prætendens se spoliatum à x. annis citra: admittuntur religiosi volentes probare quòd à xxx. annis citra semper fuerunt in possessione: nam per hoc excludũt possessionem & spoliationem prætensam per rectorem. Nec ob. capitu. ad decimas. de restit. spol. lib. vj. quia illud procedit, quando is, contra quem facit ius commune est actor petẽdo restitutionem, sed in casu isto isti se defendunt, dicendo se non spoliasse: agat ergo rector si vult de proprietate, & obtinebit, nisi religiosi probent legitimam præscriptionem, vel alium titulum legitimum: nam licet ius commune faciat pro rectore in petitorio, non tamen in possessorio, vt in capitul. olim. iij. de restit. spoliator. pulchrè dixerunt domini de Rota decis. xj. incip. si rector alicuius parochiæ. de restitu. spol. in nouis. refert & sequitur d. Abb. in cap. primo. in ver. oppono vlterius. de resti. spo. & dicit ibi Imo. in fi. in ver. itẽ aduerte. quòd vbi reus facit articulum contra agẽtem posses. quòd ante prætensam spoliationẽ possedit, & posteà nunc possidet quod debet admitti talis articulus & exceptio: quia concludit actorem nõ spoliatum. alleg. no. per. Inn. in capit. super hoc. de renun. Ex quo no. plures limi. ad c. ad decimas. de restit. spol. lib. vj. vt ille tex. nõ habeat locũ in his, qui se defendunt, dicẽtes se non spoliasse. Secundò limitatur, nisi conuentus probare velit legitimam præscriptionem, vel alium titulum, & istas duas limitationes posuit Abb. in d. c. j. tu adde tertium, nisi sit lapsus tanti temporis de cuius initio memoria non existat. c. j. in fi. de præscr. lib. vj. l. iij. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. & sentiunt domini de Rota in prælle. decis. adde etiam quartam, quando per priuilegium potest apparere de non iure spoliati. ita Lap. in d. cap. ad decimas, adde quintam, nisi notoriè constet de non iure spoliati. doct. in cap. cùm ecclesia. & in c. pastoralis. de cau. pos. & proprie. Imol. in d. capitu. j. & Inn. in cap. constitutus. de filiis presby. & in cap. significasti. de diuor. A. Corsetus.

¶SPOLIATVS ante omnia restituendus. C. si per vim. l. 1. Ad leg. Iul. de vi pub. l. si quis apud se fundũ. C. de do. inter vi. & vxo. l. si maritus. De rest. spo. capit. conquerente. vide Socin. fal. & Olden. in reg. 199. §. cui damus act.

Spoliatus petens restitutionem, probare debet possessionem & deiectionem. De resti. spo. l. cùm ad sedẽ. de vi & vi. ar. l. 2. §. hoc interdictum.

Non dicitur spoliatus, qui auctoritate Prætoris deiicitur. C. vnde vi. l. fi. à contrario sensu. Riisvvich.

¶SPOLIATVS ante omnia restitui debet. c. grauis. de rest. spoli. procedit hoc dictum vsque ad minimum quadrantem, vnde si in vno nummo deficeret, non tenetur in aliis respondere. Anto. Cors. in tract. de minim. numero 123. Ias. authent. qui rem. C. de sacr. sanct. eccl. & in l. sancimus. colum. 3. C. de iudic. Bal. capitu. conquerente. de rest. spol. Dec. consilio 34. Medic. re. 5.

¶SPOLIATVS potest à iudice restitui ante omnia absque citatione spoliantis. not. l. si quando. C. vnde vi. Ioan. Anan. consi. 55. Bald. leg. 1. columna 9. C. de sent. quæ pro eo. Alexand. l. 2. ff. de damno infecto. Abb. capitulo fin. quod met. causa. Mars. rubr. de proba. columna 29. Fel. capit. cum olim. columna 7. de sent. & re iud. Alex. consil. 130. vol. 1. Ias. leg. admonendi. columna final. ff. de iur. iur. Marsi. leg. de vno. numero 104. ff. de re iud. præsertim quando de facto spoliatus est. gloss. l. si minor. ff. de euict. Alexand. leg. 1. §. nunciatio. ff. de oper. nou. nunc. Ias. l. si pacto. C. de pactis. Alcia. consil. 408. numero 8. Med. re. 8.

¶SPOLIATVS à iudice non petit restitutionẽ, prout petit spoliatus à priuato: quia præsumitur pro iudice. glos. fin. in c. præsentium. vij. q. j. not. Archid. in cap. quia præsulatus. j. q. iiij. Abb. in ca. licet ex susceptо. de foro competen.

Limita tripliciter, vt per Felin. in c. dilectus. el j. de rescript. Et vide eundem Felin. in c. cum causa. de offi. deleg. vbi ponit easdem limitationes.

Primò, quando iudex procedit extra iudicialiter, non vt iudex, sed vt priuatus, per text. in c. conquerente. de rest. spol. & alia quæ allegat.

Secundò, vbi iudex processit iudicialiter, & notoriè constat de nullitate, vel iniustitia sentẽtiæ qua spoliauit.

Tertiò, quando iudex iudicialiter procedens, caret iurisdictione in actu quem expedit. B. Dias re. 691.

¶SPOLIATVS à iudice non petit restitutionem, prout petit spoliatus à priuato, quare præsumitur pro iudice, glo. in c. præsentiam, 7. q. 1. not. Archid. in c. quare præsulatus, 1. q. 4. Abbas in c. licet exceptio, de foro compet.

Fallit in 3. casib. vt per Felin. in c. cum causam, de off. deleg. & in c. dilectus, el 1. de res.

Spoliatus iurat in litem contra spoliantem, vel turbãtem, §. semper, §. in hoc interdicto, ff. quod vi, aut clam.

Fallit in 3. casib. quos no. Plot. in repet. l. si quando, C. vnde vi, nu. 745.

Spoliatus ante omnia est restituendus, l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iuliam, de vi publi. c. in literis, de rest. spoliat.

Fallit in multis casibus, quos refert Soci. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. poss. numero 126. Ampliatur in 23. casibus, & limitatur in 20. à Port. libro 2. regul. 45. Fallit in 12. casibus, vt per Socin. regula 379. Ampliatur in multis casibus, vt per Viuium in suis conclus. in vers. spoliatus. Ampliatur in 24. casibus, & limitatur in 25. à Ripa, in d. §. nihil commune, numero 46. videas Mars. sing. 11. Fallit in 10. casibus, vt per Claud. Mar. in d. §. nihil commune. Fallit vt per Damas. regul. 38.

Spolians punitur pœna leg. si quis in tantam, C. vnde vi.

Ampliatur in 40. casib. & limitatur in 37. à Port. lib. 1. suarum conclus. reg. 38.

Spolatio

Spoliatio, quando in renuntiatione initium non habuit, vel habuit initium, & finem, sed post spoliationem, tunc contra spoliatum possessorio recuperandæ agentem de renunciatione opponi non potest, c. solicitè, de restit. spol.

Fallit in 4. casibus, quos not. Socin. regu. 378. Donat. Fina, lib. 1.

¶Spoliatio, quando in renunciatione initium non habuit, vel habuit quidem initium & finem, sed post spoliationem: tunc contra spoliatum interdicto possessionis recuperandæ agentem, de renun. opponi non potest: vt colligitur ex tex. in c. solicitè. extrà, de resti. spol.

Primò fallit, quando renũciatio fuisset facta coram iudice suo, seu coram superiore, in cuius manibus fieri debet: vt voluit gloss. in d. c. solicitè. cùm tunc tollatur talis præsumptio iuris, & inducatur notorietas defectus proprietatis, vt in d. c. solicitè. in glo.

Secundò fallit, quando contra ipsum excipientem de renun. non fuisset replicatũ de spol. prius facta: cùm tunc talis exceptio obstet. & ita intelligi potest capitu. accepta. extrà, de resti. spol. ad hoc quod not. in c. j. eod. tit.

Tertiò fallit, quando fuisset renuntiatum expressè in præsentia aduersarij, & ipsi beneficio iuris agendi tali possessorio: vel fuisset fortè factum pactum de non agendo cum tali possessore: cum talis exceptio bene admittatur, concludit enim ad possessionem, ad hoc not. per gloss. extrà, de procu. capitu. ex insinuatione, & hoc tenuit Innocen. in d. c. quod voluerunt do. de Ro. in cõclusione cccxcij. aliàs ccccl xij. quæ incipit, item si pro agente, & hoc etiam tenet in d. ca. solicitè. Ant. & Imo. pro quo facit l. si vnus. §. gauisum. ff. de pact. sed d. Nic. dicit hæc procedere, quando tale pactum fuisset factum post spoliationem: aliàs non valeret: cùm daret materiam delinquendi: vt d. §. pacta.

Quartò fallit, quando ipsa renuntiatio post spoliationem fuisset facta sponte: vt si renũtiasset ex eo, quòd habeat ibi inimicitias, propter quas ibi stare non poterat: secùs quia habebat conscientiam læsam, quod alibi dixerat, & de hoc constabat: cum hoc allegatur & probatur, tollitur & euacuatur præsumptio, de qua in tex. in dicto capit. solicitè, & poterit etiam tali renũtiationi opponi: vt videtur velle do. Ant. in prælat. capit. solicitè, vt ibi per ipsum latiùs. B. Soc. 465.

¶Sponsalia esse non possunt sine consensu, præsertim vbi deficit ratione ætatis, ita in terminis huius reg. firmat gloss. c. ad dissoluendum. de despons. impub. ver. accusare. cap. sicut. de homicid. gloss. ca. quod verò. 32. q. 2. Med. reg. 6.

¶Sponsalia ex sola traductione ad domum transeunt in matrimonium. Pro. in c. fin. de spons.

Ampliatur, & limitatur per Baptist. à Villa. conclusio. 89. in litera S. Donat. Fina, lib. 1.

¶Sponsalia soluuntur morte, Host. in tit. de sponsal. numer. 10. conc. quæ dixi super. conclus. 66. Amplia, vt si resurgat, non recuperet sponsam, Angel. l. nam Demosthenes. ff. de leg. numer. 3. Secundo modo soluuntur per mortem ciuilem, vt per ingressum religionis. capitul. 2. capitul. ex publico. de conuers. cõiug. Tertiò ex dissensu impuberis, Dida. in Epit. 1. part. capitu. 5. §. 1. numer. 1. Quartò soluitur lapsu temporis. gloss. capitul. sicut desponsal. Quintò si sponsus per triennium vagetur. l. 2. C. de repud. not. l. 2. C. de spons. Sextò soluuntur fornicatione sequuta, not. capitu. quemadmodum. de iureiurand. gloss. capitul. sicut. 27. quæstio. 2. Docto. capi. de illis, de sponsal. Septimò dissoluuntur mutuo consensu. Didac. titu. de sponsal. c. 5. num. 1. Hostien. d. loco, num. 10. Azo in Summa. C. de sponsal. numero 8. Med. trac. 2. par.

¶Sponsalia. Si parentes frangunt sponsalia filiorum, à communione triennio separetur: & similiter filij si sint in culpa: si tamen filij secundum promissionem factam contraxerint: excusantur vtique: scilicet quò ad pœnam ecclesiæ: sed non quò ad reatũ ex quo dederunt in contrarium.

xxxj. quæstio. iij. si qui parentes. argu. de pœnitent. distinct. j. si cui. Viuienn. reg. 29.

¶Sponte confessus. Mitius agitur cum sponte confesso, quàm cum in iure conuicto.

Pro.

C. de confessis. l. 1.
Ext. de confessis. c. 2.
Ext. de iudic. c. at si clerici.
Ext. de simon. de hoc.
12. q. 2. c. non dicatis.
2. q. 1. c. nos in quenquam. & c. iudex.
50. dist. c. presbyterum. & c. si quis.

Contra.

2. q. 1. c. imprimis.
15. q. 8. c. si quis presbyter.
Ext. de furt. c. vlt.

Solutio.

Mitius agitur cum confesso, quàm cum conuicto: nisi confiteatur metu probationis, tunc enim perinde punietur, ac si conuictus esset. Damas. re. 123.

¶Spurius. Si spurius intestato decesserit iure consanguinitatis vel agnationis hæreditas eius ad nullum pertinet, quia consanguinitatis itémque agnationis iura à patre oriuntur. Proximitatis autem ratione mater eius aut frater eadem matre natus, bonorum possessionem eius ex edicto petere potest. Vlp. 6. re. lib. vnde cog. l. 4. Riisvvich.

¶Stare. Maiori & saniori parti standum est.

Pro.

62. dist. c. sanè.
Ext. de testibus. c. in præsentia.
Ext. de elect. c. cum nobis. & c. dum.
Ext. de parœc. & alien. parœc. c. 1.
Ext. de his quæ fi. à maio. parte. c. 2.
Ext. de renunc. cùm inter Petrum.
D. de re iud. l. duo ex tribus.
D. de arbit. l. sicuti.

Contra.

Ext. de post. c. gratum.
Ext. de testibus. c. in nostra præsentia.
19. dist. c. in canonicis.
31. dist. c. Nicena.
4. q. 3. c. sunt in crimine. vers. testes.
D. de seruitut. rust. præd. l. per fundum.

Solutio.

Quod in hoc articulo obtinet, notatur & in illo generali: Omnium consensus est requirendus. In electionibus autem tria exiguntur, numerus, auctoritas, & bonus zelus. d. cap. dudum. Et si zelus bonus sit ex vtraque parte, & ex vna sit numerus, ex altera auctoritas, erunt æquales partes. d. capitu. in canonicis. Si verò numerus multum excedat, vincet auctoritatẽ, d. c. in nostra præsentia. Quod in electio-

nibus ferè obseruatur, nisi pauciores essent tantæ præeminentiæ, vel prudentiæ in re super qua disputatur, quòd æquiparētur pluribus. d. c. in nostra præsentia. Damas. reg. 13.

¶STATVAE pœnas dabāt sceleris. Scripsi ad Reg. 4. Riisvvich.

¶STATVLIBERA quicquid peperit, hoc seruum hæredis est. Vlp. 4. Reg. lib. De statuli. l. 16.

Qui incertus de statu suo est, certam legem testamento dicere non potest, Pau. 3. reg. lib. De testam. l. 14. Riisvvich.

¶STATVERE iure. Quod quisque iuris in alium statuerit, ipse eodem iure vtatur.

C. de rescin. ven. l. ratas.
C. de sumpt. & lit. expens. l. vlt.
In Aut. de hær. & fal. §. hic.
ff. de iur. iur. l. iusiurandum. §. vlt.
ff. de dam. infect. l. qui bona. l. si quis.

Fallit regula, cuius in agendo seruatur arbitrium.

ff. de iud. l. 2. §. sed si agant.
ff. de offic. præsid. l. senatus.
ff. de lib. caus. l. ordina. §. si is, qui. Azo, ru. 69.

¶STATVENDI facultas alicui concessa indefinitè intelligitur concessa etiam facultas reuocādi. Doc. cōmu. l. omnium. C. de testamen. Doct. commu. c. dilecto. de præb. Roma. consi. 116. dixi suprà ampl. 105. latè. Med. reg. 2.

¶STATVENDI, qui habent facultatem non possunt illam facultatem alij demandare, Bar. in l. omnes populi, ff. de iust. & iu. per tex. in l. 1. princi. de offic. eius.

Fallit, vt per Crotum in d. l. num. 38. & si vis videre quādo laici possint in præiudicium clericorum statuere distinguendo latissimè declarat Bened. Capr. in suo tract. conc. 10.

Populus non habens iurisdictionem non potest condere statutum nisi circa administrationem rerum suarum, Bar. in d. l. omnes populi.

Fallit in 3. casib. vt per Crot. in d. l. nu. 14. & Ias. ibi nu. 28. sed nō possunt pœnam apponere, vt per Ias. in d. l. omnes populi. fallit in 2. casib. vt per Fel. in c. cum omnes, de const. nu. 14. & si vis videre an & quando populus possit facere statutū sine superiore, videas Bar. in l. ex hoc iure, ff. de ius. & iu.

Statutum recipit interpretationē passiuam à iure communi, Bar. in d. l. omnes populi. Fallit vt per Crot. in d. l. omnes populi. nu. 122. videas Io. Bar. de S. Seuerino in d. l. vbi limitat 108. Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. l. num. 60. in secunda lectura.

Verba statutorum sunt interpretanda secundum communem vsum loquendi, Barto. in d. l. omnes populi.

Fallit in 2. casibus, vt per Crot. in d. l. nu. 9. etiam si statuta essent pœnalia: hanc esse communem opinionē attestatur Horma. Detus in Rub. de no. op. nunciat. vbi limitat in 3. casibus, numer. 10. & ibi Ias. num. 7. limitat in 2. casibus. Ampliatur & limitatur principalis regula, vt per Soc. iun. in d. Rub. ff. de no. oper. nunc. num. 93.

Statutum disponens quòd creditor qui infra decem annos non petierit debitum, non valet, hanc esse cōmunem opinionem attestatur Crot. in d. l. omnes populi, num. 45.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 3. à. Crot. in d. l. nume. 46. Fallit in 12. casibus, quos no. Por. lib. 3. cōclu. 45. casibus, quos no. Cro. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. num. 47.

Statuta debent interpretari, vt reducantur ad concordiam cum iure communi, Bar. in d. l. omnes populi.

Fallit in multis casibus, vt per Baptist. de Sanct. Seuerino in d. l. numer. 99. vbi Iaso. limitat in 2. casibus, colum. fi.

Fallit in 5. casibus, vt per Io. Bolog. in d. l. omnes populi, numer. 186.

Si statutum dictat, quòd omnes venditiones factæ à mense citra sint nullæ, si fuerit facta traditio rei venditæ in emptorem, & consequenter translatum dominium, non adulabitur talis dominij trāslatio. Bar. in d. l. omnes populi.

Fallit in 3. casibus, quos not. Bulga. in l. 1. ff. solu. matri. nume. 18.

Vbi in eodem volumine reperiuntur duo statuta contraria vltimum est tenendum. doct. in d. l. omnes populi.

Fallit in 4. casib. quos no. Rubeus in l. Gallus, §. quidā rectè, ff. de lib. & posthu. nume. 212.

Statutum quòd res immobilis non possit alienari in non subditum, non valet. doct. in d. l. omnes popul.

Fallit in 15. casibus vt per Anton. de Opizo in l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. 1. numer. 35. fallit in 5. casibus vt per Crot. in d. §. diui. fallit vt per Bapt. à Villa. conc. 105. in litera S.

Statutum loci mariti & non vxoris attenditur in lucro dotis, Iason in l. cunctos populos. C. de summa trinita.

Fallit in 6. casib. vt per eundem, in d. l. nu. 24. fallit in 7. casib. vt per Fel. in c. 1. de sponsa. Fallit in 5. casib. vt per Mars. in l. fi. ff. de iurisdictio. num. 65.

Statutum vel consuetudo, quòd valeat testamentum conditum coram duobus testibus, notario, & parochiano, est validum. Fallit in 3. casibus, vt per Iaso. in l. cunctos populos, num. 33. & factum secundum istā solennitatem vbique valet. Fallit vt per Por. libro 5. reg. 26. Ampliatur & limitatur principalis regula per Viuium in suis conclusion. in ver. statutum vel consuetudo.

Statuta sunt propriè & strictè intelligenda, Bar. in d. l. omnes populi.

Fallit in 7. casibus, vt per Iaso. in l. non dubium, C. de leg. num. 41.

Statutum, disponens quòd scholares tractentur pro ciuibus intelligitur quoad commoda, nō quoad damna, & quatenus per statutum aliquid plus competeret ciuibus, quàm scholaribus, non per hoc perdunt alia priuilegia indulta scholarib. per Auth. habita. C. ne filius pro patre.

Fallit in 6. casibus, vt per Iaso. in l. si Ruffinus, C. de testam. militis, num. 4.

Stante statuto quòd bannitus possit impunè occidi, si quis sit bannitus, dato quòd sit rebannitus, si non sit actualiter cancellatus de banno adhuc potest impunè occidi.

Fallit in 3. casibus, vt per Ias. in l. si creditoris, C. de fideicom. num. 5.

Iure communi sublato intelligitur sublatum statutum illi simpliciter conforme, hanc esse Communem opinionem attestatur Fel. in c. 1. de res. vbi limitat in 12. casib. col. 10.

Statutum si sit ex causa rationabili, specialiter contra aliquem, & in eius præiudium tenet. Ang. in l. impetrata, C. quæ senten. res. non poss.

Fallit in 3. casibus, vt per Fel. c. cum omnes, de consti. col. 1. numer. 1.

Statutum exigens probationem maiorem, quāuis, sub sistente

sistente rationabili causa, & non nutritiua peccati valet & tenet. Doct. in d. 2. de proc.
Fallit in 4. casib. vt per Fel. in d. c. col. 2.
Statuta iurata non tolluntur per generalem derogationem statutorum, c. constitutus, de res. gl. in c. cũ non deceat de electio. in 6.
Fallit in 5. casibus, vt per Fel. in d. c. cõstitutus, col. 3. & si statutum est iuratum, potest reuocari à statuentibus absq; periurio. fallit in 4. casibus, vt per Bened. Capram in suo tractat. conclus. 9. num. 32.
Statutum licet disponat quòd non possit opponi de nullitate, tamen restringitur in 8. casib. vt per Phil. in c. dilecto de appellat. col. 33.
Statutum laicorũ disponens circa substantialia matrimonij impediendo matrimoniũ vbi ecclesia nõ improbat nec impedit, non valet, c. 1. de sponsalib.
Fallit in 8. casib. vt per Fel. in d. c. num. 9.
Statutum loquens in casu vero non habet locum in ficto, l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. gest. Bar. in l. omnes populi, ff. de iust. & iu.
Fallit in 3. casib. vt per Fel. in c. insinuatum. de simo.
Statutum quando loquitur præter ius commune, & sic in casu non prouiso à iure communi, tunc sicut in legibus habet locum argumentum à contrario sensu, ita habet locum in statutis. communiter Doctores in lege 1. ff. de offic. eius.
Fallit in 3. casib. vt per Ias. in d. l.
Statutum quod dictat, quòd pater teneatur pro filio, vel dominus pro seruo, limitatur in 3. casibus, quos not. Plot. in l. si quando, C. vnde vi, nume. 876. Fallit in multis casibus, vt per Viuium in suis conclus. in ver. statutum disponens.
Statutum quod excludit fœminas propter masculos, quomodo debeat intelligi, declarat Port. lib. 2. suarum concl. re. 47.
Statutum fauorabile inhabilitans personam habilem ad disponendum, operatur, etiamsi persona prohibita subditis ipsis statuentibus contrahat extra territorium ipsorum,
Statutum ampliatur & limitatur in multis casib. vt per Port. lib. 5. concl. 25.
Statutum inducens, aut diminuens solennitatem in testamentis, operatur, vt testamenta facta secundum loci solennitatem, vbique valeant, Port. in d. lib. 5. cõclu. 26. vbi limitat.
Statutum contra ius diuinum non valet. Doct. in d. l. omnes populi.
Fallit in 3. casibus, vt per Benedi. Capr. in suo trac. concl. 20. Fallit in 3. casib. secundum Fel. in c. quæ in ecclesiarum. de const. num. 22.
Statutum laicorum non ligat Clericos. Fallit in multis casibus, vt per Bened. Capram in suo tractatu cõclu. 13.
Statutum mandans simpliciter stari alicuius iuramento, valet, sed in contrarium probatio admittitur. gl. & communiter docto. in c. 2. de tempo. ord. lib. 6.
Fallit in 3. casib. vt per Soc. reg. 380.
Statutum loquens in occidente non habet locum in mandante.
Fallit vt per Carerium in praxi crimi. §. circa, numero 60. contrariam regulam quòd statutum imponens pœnam in faciente extendatur ad mandãtem, facit Anto. Gama. in tract. de extensione, num. 66. vbi limitat in 5. casib.
Episcopus cum sui capituli consensu potest condere statutum in præiudicium aliorum prælatorum inferiorum. Fallit vt per Franc. Turza. conc. 17.
Statutum excludens filias fauore agnatorum est fauorabile, ampliatur per Baptist. à Villa conclusio. 119. in litera S. Fallit in 13. casib. vt per Viuium in suis cõclu. in ver. statutum excludens.
Statutum contra venditorem censetur factum contra emptorem ratione correlationis. fallit in 2. vt per Viuium, ver. statuta.
Statutum prohibens quòd non possit extrahi frumentum extra ciuitatem. Ampliatur & limitatur per Viuium in ver. statutũ, & quomodo intelligitur istud statutum, declarat Marsi. sing. 88.
Statutum disponens quòd mater non possit disponere de bonis suis, nisi de vna quarta, valet. Ampliatur in 2. casibus, vt per Viuium in ver. statutum disponens quòd mater.
Statutum disponens quòd mulier & minor non possit contrahere sine consensu duorum consanguineorũ valet, Doct. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.
Fallit in 18. casibus, vt per Viuium in suis conc. in ver. statutum disponens quòd mulier.
Statutum potest facere quòd possessio continuetur in hæredem absque alia apprehensione. Fallit vt per Viuium in ver. statutum facere potest.
Statutum loquens de marito lucrante dotem, aut bona mobilia, mortua vxore in matrimonio, valet.
Fallit vt per Viuium in ver. statutum simpliciter.
Statutum loci in quo celebratur contractus attendi debet, l. 1. & ibi Bal. in 5. quæstio. C. ne filius pro patre.
Fallit in 8. casib. vt per Soc. reg. 88. in addit.
Statutum puniens præsumentem turbare possessorem in sua possessione, non intelligitur punire laboratores qui nomine alieno turbãt, Fallit in 4. casi. vt per Rip. in c. decernimus, extra de iud. nu. 41.
Statutum ꝙ bannitus impunè occidatur, valet, & homicida excusatur. Fallit in 9. casibus, vt per Viuium in c. quæ in ecclesia. de const. numer. 9. Ampliatur & limitatur in multis casibus, vt per Viuium in ver. statutum.
Statuentes possunt recedere à statuto confirmato à sede apostolica, seu ab alio superiore, ac redire ad ius pristinum non obtenta alia licentia à superiore. fallit in 4. casibus, secundum Fel. in c. cum accessissent, de consti. num. 4.
Statutum episcopi valet, quòd excõmunicatus soluat decem pro quolibet mense quam fuit ex communicatus. fallit in 4. casibus, vt per Fel. c. & cæterum de offi. ord. num. 2.
Episcopus non potest facere statutum contra ius commune. fallit in 8. casibus, secundum Fel. in c. quod super his. de maior. & obedien. nu. 8.
Statutum loquens de membro non extenditur ad digitum, ca. cum illorum, de senten. excomm. vbi Fel. limitat in 8. casib.
Statutum contra canonem per inferiorem à Papa non valet. fallit in 10. casib. secundum Roc. Curt. in tractat. de consuet. nu. 258. est in primo vol. trac.
Statutum contra ius commune valet. Bar. in l. omnes populi, ff. de iust. & iu.
Fallit in 3. casib. vt per Ioan. Bol. ibi, nu. 107.
Statutum primum habens clausulam derogatoriam non tollitur per secũdum. Bar. in d. l. omnes populi.
Fallit in 3. casibus, vt per Ioan. Bol. in d. l. nu. 117.
Statuta non recipiunt restrictionem, hanc regulam facit Ioan. Bolog. & eam limitat in 3. casibus, in dict. l. omnes populi, numero 180. versicu. regula est, & nu. 183. ponit vnam limitationem. & postea sublimitat in 4. casibus.

Statutum recipit interpretationem restrictiuam ratione præeminentiæ, vel alterius qualitatis personæ.

Fallit in 3. casibus, vt per Ioan. Bolog. in d. l. omnes populi, nume. 194.

Statutum prohibens mulierē vel minorem obligari, recipit 6. declarationes, quas ponit Ioan. Bol. in l. si vnus, §. pactus, ff. de pact. nu. 4. Don. Fina, lib. 3.

¶Statuentes, faciendo actū scienter contra statutum: regulariter videntur ipsum statutum tollere: Fel. in c. cùm accessissent. versi. quintus casus est, &c. de consti.

Amplia, quòd nec etiam requiritur lapsus alicuius tēporis, prout in tollenda lege principis, iux. c. fi. de consue. Fel. ibi.

Fallit, in statuto fauorabili ecclesiæ, quia per vnicam contrauentionem non tollitur, immo vnus de ecclesia potest resistere omnibus, & retractare factum. Inno. in c. accedentibus, de priuileg.

Fallit in statuto confirmato, contra clausulam decreti, vt proba. tex. in c. delicto, de præben.

Fallit in statuto cōfirmato confirmatione necessaria, no. in l. omnium. C. de testamen.

Fallit, quando statuentes contraueniunt statuto dispēsato de gratia, quia quod ad gratiam conceditur ad consequentiam trahi non debet. Cardi. in cons. in quadam ecclesia cathedrali, &c. numer. 130. S. Ianu. regu. 280.

¶Statuentium mentem præcisam arguit geminatio verborum. doct. l. balista. ff. ad Treb. Bar. & Alexan. d. l. cum scimus. C. de agr. & cens. lib. xj. Paù. consi. 115. volum. 1. & C. de emend. c. in fine. ver. prælatio. clem. vt calum. de re iud. Oldrad. consi. 253. l. vnica. C. de plus pet. l. similiter. C. ad Velle. Bal. ca. eam te. de rescr. l. fraus. C. de act. empt. gloss. ca. requisisti. de testamen. Cor. consi. 302. colum. 3. vol. 4. & consi. 223. colum. 1. Deci. consi. 13. colum. 2. Bar. & docto. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. 1. Cray. consi. 201. numer. 42. vnde verba, quæ de sui natura important arbitrium boni viri, si geminētur, important liberam voluntatem, quod procedit in statuētibus, tam in iudicio, quàm extra, tam in legislatore, quā priuato, vnde ex geminatione legū colligitur etiam argum. Docto. commu. l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posth. c. cum dilectus. de success. ab intest. gl. l. prospexit. ff. qui, & à quib. gl. l. 1. ff. de reg. iur. gl. l. Lucius, ff. de his, qui not. infamia. gl. l. fi. C. ad l. Falc. Ange. l. fi. ff. de const. prin. Bald. l. dominus. §. per fideicommissum. ff. de vsufru. idem l. dotis. C. de iur. dot. Alber. in 1. par. stat. quæst. 188. idem in par. 2. quæst. 66. Ioan. And. ca. si pater. de testamen. 6. Old. cons. 127. Deci. Rot. 16. in nouis. Salic. l. domum. C. de rei vend. gl. c. cum contingat. de iur. iur. Roma. l. si verò. §. de viro. in fallen. 31. ff. sol. matri. Bald. l. testium. col. 7. C. de testibus, auth. siue à me. C. ad Velle. Med. reg. 3.

¶Statutum de non alienando irrequisito consorte habet locum etiam si in minima re fuerit consors. Bald. l. 1. C. de com. seru. manum. conc. simi. gl. l. si ex pluribus. §. fi. ff. de sol. Bal. l. fin. colum. 4. C. de edic. diu. Adr. tol. & l. cum proponas. C. de interd. matr. l. imperator. ff. de stat. hom. Fel. c. pastoralis. col. 3. de rescr. not. §. ego. de iur. iur. gl. c. duobus. de rescr. 6. not. leg. 3. ff. de verbor. signific. leg. in maioribus. C. de appellat. Med. reg. 5.

¶Statutum, vel consuetudo exigens probationem maiorem, quàm ius exigit, subsistente rationabili causa, & nō nutritiua peccati, valet & tenet. Istam regulam tradit Fel. in c. ij. de probat.

Limita quatuor modis, vt per eum ibi. B. Dias, reg. 195.

¶Statutum licet disponat quòd non possit opponi de nullitate, tamen in octo casibus restringitur, quos describit Phil. in c. dilecto. de app. in quęst. 52. B. Dias, reg. 696.

¶Statutum disponens vt infra aliquod tempus tollatur debitum, & creditum etiam tolli dicetur. Bald. rub. C. de reb. cred. vnde statutum puniens emptorem, & venditorem punire debebit. l. 1. C. de cupress. libr. 11. Bar. l. fi. C. de ind. vid. tol. Abb. capitulo quia. de iur. patron. dicit hāc esse com. per. l. si cū dies. §. pen. ff. de arb. l. veteres. ff. de act. emp. l. cum emptor. ff. de resc. ven. item statutum puniens aliquem ratione publicæ vtilitatis semper disponens in vno de correlatiuis extenditur ad alterum. gloss. l. cætera. §. hoc senatus. ff. de leg. 1. l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Syllan. Ioan. rubr. C. de reb. cred. l. 3. C. quæ res vendi non possint. Franc. cap. 1. de tempo. ord. 6. Abb. c. 1. locati. Iaso. l. leg. numer. 30. C. de ind. vid. tol. Mars. l. si quis viduam. ff. de quæst. Euer. in loco à correlat. numer. 10. item statuto cauetur, quòd emptor non audiatur, nisi satisdet de expensis in euentum victoriæ, tale statutum extenditur etiam ad venditorem. l. 1. fin. C. de fruc. lit. exp. doc. leg. fin. ff. de accepti. Bar. l. ait. §. prætor. ff. vi bon. rapt. Med. reg. 9.

¶Statutum dictans id, quod ius commune, an aliquid operetur: per Bald. in l. j. C. de seruis reipub. & per Bar. ad l. Falcidiam. l. j.

Statutum procedit annullando, & non trandendo modūm annullandi, si facit actum ipso iure nullum: sed debet peti vt annulletur: per Bald. in l. certa ratione: C. quando prouo. non est neces.

Statutum trahitur ad ius commune, nō solùm ne quis puniatur indebitè: vt l. ij. C. de nox. sed etiā, ne quis perdat legis beneficium. per Bald. in l. ab executore. C. quorum app. non reci.

Statutū, in quo vna ratio sola reddi potest, illa habetur pro expressa, vt est gl. in l. quamuis, C. de fideicom. Nec est interpretatio extensiua, sed intensiua, secundum Bald. in d. l. quamuis.

Statutum, & leges probant: licet non sit dies & cōsul in eis: quia appositio temporis non est substantia legis, & statuti: nec recipiunt probationem in cōtrarium, secundum Bald. in j. consti. C. quæ incipit: hęc quæ necessario Bald.

Statutum, quod dat certam formam testandi mulieribus, vel minoribus, omissa illa forma, non oritur obligatio naturalis: secundum Bald. in l. fi. C. de iur. & fac. igno.

Statutum per quod tolluntur feriæ in honorem Dei, valet. per Bald. in l. xl. C. de fer. arg. gl. illius legis.

Statuta remouentia exceptiones, intelliguntur remouere ius commune: per Bald. in l. j. C. de cōd. indeb.

Statutum, generalis ratio iuris communis trahit se etiam ad statuta: Bald. in l. ea quæ. C. de condi. indebi. & per Bar. in disp. pro Italia, & pro materia illius disputationis, vide Bald. in d. l. ea quæ.

Statuta ciuitatis nunquam interpretantur contra rempublicā, secūdū Iac. de Are. in l. si peculium. §. si est, de pec. leg. per Bal. in l. ij. C. an seruus ex suo facto.

Statutum, quòd aliquis habeatur pro confesso intelligitur si debet haberi, & videbitur iudici, vnde dicit Bar. quòd super hoc est interloquendum, per Bald. in l. vnic. C. ex delict. defun.

Statutum, quòd penes certam, & determinatam pœnam,

nam, circa hoc iudex non habet arbitrium limitandi, per Bald. in l. vnic. ex delict. defun.

Statutum si non facit mentionem doli in pœnis, non debemus facere nos: quia non debemus glossare statuta: per Bald. in l. pignus. de pig. ac.

Statutum nõ est verisimile, quòd corrigat seipsum: per Bald. in l. si duo. C. per quas personas nobis acq.

Statutum iuris præteriti, trahitur etiam ad lites pendẽtes: per Bald. in l. iubemus. C. ad Vell.

Statutum super contractu, si clericus vult vti in illo instrumento adminiculo statuti, nõ potest nisi obseruetur statutum: per Baldum in l. prima, de contrahen. emptio.

Statutum, in statutis pœnalibus exorbitantibus à iure communi, nulla fit extensio: vt not. instit. de ac. §. in ista. & dixi in capit. in argum. de regul. iur. per Bald. in l. j. C. de pat. qui fil. distrax.

Statutum speciale, quòd statuta debeant seruari ad literam, facit ne fiat extensio: vt l. in fi. de his, quæ in tes. delen. per Bar. in l. ij. de pa. qui fili. distrax.

Sa t uta sunt semper referenda ad præsumptionem intellectus statuẽtium: ar. l. de eo, quod. de dona. inter vi. & vxo. per Bald. in l. nulli. C. de sen. & interl.

Statuta æquiparantur pactis, & cõsuetudinib. per Bar. in l. si mater. C. de sta. defunct.

Statu. in statutis populi non requiritur causa motiua, sed probabilis & condigna: vt l. si priuatus, qui & à quib. per Bald. in l. rescripta. C. de precib. imp. offe.

Statu. pœnæ etiã possunt alterari, per Bal. in l. & si seuerior. C. ex quib. caus. infam. irrog.

Statuta ciuitatis sunt de iure ciuili, sed statuta magistratuũ sunt de iure prætorio. Bal. in l. j. C. de proc.

Statu. simpliciter loquens, non debet distingui per ius commune. per Bald. in d. l. fin. C. quib. caus. in integ. restit. non est neces.

Sta. habet exceptionem tollere, vt l. quoniam Alexandrum. C. de adul. præter exceptionem innocentiæ, quæ est de iure naturali: per Bald. in l. edita. in fi.

Statuta loquentia de fideiussoribus, non habent locum in eo, qui desiit: per Bald. in l. cum mandatori. C. de non nu. pe.

Statutum quod requirit acta, & scripturã in certis cõtractibus, exorbitat à iure communi; per Bar. in l. si ue apud acta. C. de transact.

Qui possunt facere statuta, & de valore eorum.

¶STATVTVM, consules mercatorum possunt facere statuta pœnalia inter ipsos: quia habent mixtum imperium: per Baldum in l. cessante. quomodo & quando iudex. G.

Statutum permittens vsuras, non valet: per Bald. in d. l. cunctos populos. de sum. Trin. & fide ca.

Statuti ad materiam quæ requirantur, vide per Bald. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin.

Statutum, an possit habilitare nõ subditum. per Bal. in d. l. cunctos populos.

Statutum, an legitimet spurium, per Bald. in l. cunctos populos: vbi tenet, quòd non. Sed præsupposito, quòd valeat, an institutio trahatur ad bona extra territorium statuentis: vide per eum in l. cunctos populos.

Statutum, quòd filiusfa. possit testari, an valeat: tenet quòd sic, sed an porrigatur testamentum factum ab eo ad bona extra territorium statuentis: per Bald. in d. l. cunctos populos.

Sta. an liget extraneum in loco statuti delinquentem. in l. cunctos populos.

Statutum, an obliget ciuem extra territorium delinquentem: per Bald. in l. cunctos populos.

Statutum laicorum, an sit seruandum in curia episcopi: per Bald. in l. omnes. C. de sacrosan. eccl. & Bart. in l. cunctos populos.

Stat. quoddam statutum est in volumine statutorum, quod est contra libertatem ecclesiasticã: in fine vero libri est clausula generalis, cassans & irritans omne statutum contra libertatem ecclesiæ, an statuentes vitent pœnã auth. cassa & irrita. Bart. tenet quòd non, & idem Bald. in d. auth.

Statuta possunt facere collegia approbata de iis, quæ pertinent ad eorum iurisdictionem: secundum Bal. in l. per iniquum. C. de iuris. om. iud. & per Bar. ibid.

Statutum si delinquitur in territoriis statuentis, debet seruari consuetudo, & statutum, non ius commune. l. j. C. vbi senat. vel claris.

Statutũ, quòd nullus recipiat vltra duos denarios pro libera in mense, an statuentes sint excommunicati, videtur quòd sic: quia videntur de tanto concedere, contrarium est veritas per Bald. in auth. ad hæc. de vsuris. C.

Statutum de præstandis vsuris contra ius cõmune, non valet, sed nec consuetudo quidem, per Bald. in l. antepe. C. de vsuris.

Statutum facere, est iurisdictionis, secun. Bart. in l. omnes pop. ff. de iust. & iur. per Bal. in l. nulli. C. de sen.

Statutum potest transferre dominium, & possessionẽ, & ita consuetudo: per Bald. in l. traditionibus. de pactis. C.

Sta. non valet, quòd spurius patri succedat, & ita est cõmunis opi. secundum Bald. in l. j. C. de iur. an. aureo. de quo vide per Bar. in l. Gallus. §. quidam rectè, de lib. & posth. & ibidem per Bald.

Statuta Potestas ciuitatis non potest facere, licet proponat sua banna: de quo per Bald. in rub. C. qui admit. ad bo. pos. in princ.

Statutum, quòd vir lucretur tertiam partẽ dotis per secundas nuptias, illud lucrum non perdit, quia vir nõ cõsequitur hoc ab vxore. Bal. in l. fi. C. de bo. mat.

Statuta diuersorum casuum per Baldum.

¶STATVTVM, quòd scholares omnes debent haberi pro originariis ciuibus, per hoc nõ est sublatũ eis beneficium, auth. habita. C. ne fil pro pat. per Barto. in l. j. §. si emancipatus, de bo. pos. contr. tab. per Bal. in l. si ex lege. de condi. ob cau.

Statutum, quòd fœneratores, qui veniunt ad ciuitatẽ, tractentur pro ciuibus, mutuando sub paruis vsuris, putà pro duobus denariis florenum: certè valet hoc statutum, per Bald. in authen. & omnino. C. ne vxor pro marito.

Statutum, quòd scholares forenses habeantur in omnibus pro ciuibus, an habeant priuilegia auth. habita. per Bald. in auth. habita.

Statutum, quòd Florentini habeantur pro Perusinis, qualiter intelligitur, an secundum veritatem, an secundum fictionem sint ciues: per Bald. in l. siue possidetis. C. de prob. & l. Pignus. C. de pig. acti.

Statutum, quòd qui fuit assessor hic, non possit hinc ad quinquennium residere, nunquid Potestas poterit hunc retinere sub nomine consiliarij: vide Bald. in l. nemini. C. de aduo. diuer. iudic.

Statutum licet determinatè loquatur: tamen officialis potest aliquando facere bannum magis durum, quàm in statuto contineatur, & etiam post statutũ, & etiam econtra, si eidem officiali iusta causa videbatur, hoc infert Bald. in rubric. qui admit. ad bo. pos.

Statuta

Statuta, contractuum, primò de consensu, auctoritate, licentia, & præsentia interueniendis.

¶STATVTVM, quod minor non possit contrahere sine cõsensu duorum propinquorum ex parte patris, si sint, & si non sunt, adhibeantur ex parte matris, ex parte patris non est nisi vnus, an iste vnus, cũ vno alio ex parte matris, debeat consentire: per Bal. in l. Stichus, qui meus erit. ff. de leg. j. per Bal. in l. in cõiunctione. C. de nupt.

Statutum, quod mulier non contrahat sine consensu duorum propinquorum consanguineorum, tenet, quòd non possit adire hæreditatem: quia adeundo se obligat: vt inst. de auth. tu. §. neque. per Bar. in l. eum, cui lege. de acqui. hære. circa prin.

Statutum, quòd filius non possit se obligare sine consensu patris, aliud quòd omnes causæ debeant compromitti, an filius possit compromittere sine consensu patris. Bal. quòd sic, in l. fin. §. necessitatem. de bonis, quæ libe. C.

Statutum, quòd filius non possit se obligare sine consensu patris, &c. an poterit offerre bona sua ecclesiæ sine dicto consensu: Bald. quòd sic, in l. generali. C. de sacr. ec.

Statutum, quòd filius non possit cõtrahere sine expressa licentia patris, filius vendidit mihi rem, diu posse di sciente, & tacente patre, an valeat alienatio: tenet quòd sic, Bal. in l. filius. de peti. hære.

Statutum, quòd mulieres non possunt contrahere sine consensu propinquorum, talis consensus non est immediata causa transferendi dominium, sed habilitãdi, per Bald. in l. mater tua. de rei ven. in fi. C.

Statutum, quòd filius non possit obligare sine licentia patris. modo pater, & filius se obligant in eodem instrumento, an eo ipso videatur data licentia filio: dicit Bar. quòd sic, de leg. ij. l. cum pater. §. libertis.

Statutum, quòd mulier non possit vendere, vel testari sine auctoritate consanguineorum, & consanguinei nolunt præstare auctoritatem, & expedit mulieri maximè testamentum: an poterit hoc facere cum iudicis auctoritate: Bar. quòd sic. ff. sol. mat. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. per Bald. in rubr. C. de contr. emp.

Statutum, quòd in contractibus minorum requiritur consensus propinquorum, etiam cum iuramento renuntiari non potest: per Bal. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & per Bald. in l. ij. C. de rescin. ven.

Statutum, quòd pupillus nõ possit contrahere sine consensu propinquorum, tenet, quòd si sit sibi vtilis cõtractus, quòd consanguinei seu propinqui cogãtur per iudicem consentire: per Bal. in l. j. C. de nup.

Statutum, quod prohibet mulierem contrahere sine consensu propinquorum, intelligitur etiam prohibere omnem conuentionem, etiam ad liberandum. Renũtiatio autem simplex nõ intelligitur prohibita, secun. Bald. in rub. de pact. C. Item simplex consensus non est prohibitus, secundum eum, ibidem.

Statutum, quòd mulieres, & minores nõ possint contrahere sine præsentia consanguineorum, fit ad tollendum suspicionem, secundum Bald. in l. transactionem. C. de transact.

Statutum, quòd minor non possit alienare, nisi intersit vnus ex consanguineis, qui sit bonæ famæ, & consanguineus fuit fœnerator, an teneat contractus: Bar. quòd sic. Bal. quòd non in l. improbum fœnus. C. ex quib. caus. infam. irrog.

Statutum, quòd alienatio minoris non valeat, sine decreto, non obstante iuramento, per Bald. in auth. sacramenta pub. C. si aduers. vend. an valeat.

Statutum, quòd contractus cum minore sine auctoritate tutoris nõ valeat, etiam si iurauerit, si faciat donationem cum auctoritate tutoris, & etiam cum iuramento, an valeat talis donatio: per Bal. in l. j. C. si adu. do. quod no. ad puellas remittentes fratribus.

Statutum, quòd minor non possit aliquam venditionẽ facere sine cõsensu consanguineorũ proximiorum, etiam si iurauerit, an poterit vendenti consentire. Bal. quòd non in l. ij. si aduers. do.

Statutum, quod non loquitur de venditione, sed de alienatione, an possit sine cõsensu: tenet indistinctè, quòd non. in l. ij. C. si aduers. donatio.

Statutum, quòd mulier, vel minor non potest contrahere sine consensu propinquorum consanguineorũ quidam in proximiori gradu est furiosus: certè debet admitti sequens in gradu idoneus: vt l. iij. de adul. ar. illius facit: quia semper statutum recipit extensionem, & interpretationẽ idoneitatis. l. vt gradatim. de mune. & ho. Quid, si nullum habet cõsanguineum, fortè curator est dandus. ff. de solu. l. si filio furiosi. & vide l. cum hæres. de acqui. hære. & l. nepos. de ritu nup. & l. si cum dotem. §. nõ solum. sol. matr.

Statuta super gabellis, per Bald.

¶STATVTVM, quòd de quolibet debito, de quo sit instrumentum debeat solui gabella, si sit de debito apodissa, an debeat solui gabella, per Bar. in l. j. de iur. calum.

Statutum, quòd miserabiles personæ non soluant gabellã de legatis & fideicõ. quæ sint miserabiles personæ. Bar. quòd est standum arbitrio boni viri: per Bald. in l. j. C. quando Impera. inter pu. & vi.

Statutũ, quòd de quolibet debito soluatur gabella, nec dicit per quem, an debeat solui per debitorem an per creditorem: certè ille qui habet cõmodum, sentiat onus: per Bald. rub. de re. cre.

Statutum, quòd gabella non suluta, sit contractus nullus ipso iure. pone, quòd neuter contrahentium soluit, venditor possessionem trãstulit, an poterit dicere contractum nullum: per Bald. in l. acceptam. de vsur. & l. cum mulier. sol. matr. ff.

Statu. quòd de omnibus contractibus soluatur gabella, præterquam de cõtractu depositi. pone, quòd deposui penes te centum pacto apposito, quòd vadas pro me Romam, an de isto pacto debeat solui gabella: certè nõ, quia magis est informatio primi cõtractus, quàm nouus contractus: per Bald. in rubr. C. depositi.

Statutum, quòd nõ soluta gabella, nõ audiatur, si soluitur, pendente iudicio, iudicium, & instantia, & obligatio, & condemnatio sequitur: per Bald. in l. per diuersas. C. mandati.

Statutum, si pelliparius vendat pellipario pelles, non soluatur gabella, si autem aliis, soluat. modò creditor pelliparij vendit pellipario ex pacto, quod debeat solui gabella, vide per Bal. in l. j. C. si seruus ext.

Statutum, quòd de quolibet cõtractu facto Perusij soluatur gabella: modò duo Perusini, ne soluerẽt gabellam, contraxerunt Assisij, solutione tamen collata Perusij, an debeat solui gabella: per l. contraxisse. ff. de act. & obl. Bald. determinat quod sic, per multa iura in l. multum interest. C. si quis alt. vel sibi,

Statutum, quòd de contractibus soluatur gabella, an inspiciatur locus contractus, vel solutionis destinatæ, quoad gabellam: Bald. in l. j. C. vbi conueniatur qui cer. lo. dare promi. & ff. de eo, quod cer. loc. l. j.

Statutum, quòd de quolibet contractu soluatur gabella infrà

la infra x. dies, aliàs contractus sit nullus, vẽdidi tibi rem: neuter nostrum soluit gabellam, ego repeto rẽ, quia tu non soluisti, tu replicare vis, ꝙ nec ego solui, quid iuris: vide per Bal. in l. cũ mulier. ff. sol. mat.

Statutum, quòd de contractu debeat solui gabella, aliter non valeat. certè valet, etiam si non soluatur gabella, sed obstat exceptio: secundum Bal. in l. vniuersas. C. de preci. Impe. offe. nisi statutum vltrà procedat annullando & dicendo, ꝙ ipso iure non valeat.

Statutum, quòd ante porrectam accusationem debeat solui gabella, aliàs non valeat. certè isto casu ipso iure non valet, nisi soluatur gabella: quia ista forma requiritur, ante factum: per Bald. in l. vniuersas. C. de preci. Impe. offe.

Statutum, quòd soluatur decimum de causa, non debet solui de illa, in qua potest obiici exceptio litis finitæ: per Bal. in l. fratres. de transact.

Statutũ de soluendis gabellis de contractibus, licet nõ includat simplicẽ refutationẽ: includit tamẽ transactionem. per Bal. in l. si donationis. C. quod me. cau.

Statutum, quòd debeat solui decimum ad rationem duorum solido. pro libra eius, quod petitur, vtrum si petatur fundus, vel domus, debeat solui decimus: & videtur, quòd non: quia petitur quantitas. Contrariũ est verum, quia quantitas æstimationis, semper rei inest. ita no. gl. auth. generaliter. C. de epis. & cle. & probatur ff. de fideiuss. l. si ita fideiussorem accepero Bal. in d. auth. generaliter.

Statutum de soluendis gabellis, licet reus nolit opponere defensionem statuti, poterit tamen fideiussor: per Bal. de fideiuss. mino. l. vt ea, quæ.

Statutum, quòd non valeat sententia, si non est soluta gabella. vj. denar. prolib. quidam fuit mihi condemnatus in centum, solui gabellam pro quinquaginta. certè non valebit sententia etiam in aliis quinquaginta, de quibus est soluta: per Baldum in l. j. C. si ad uers. rem iudic.

Statuta de dote, per Baldum.

STATVTA de dote, quòd vir debeat lucrari certam partem dotis, an debeant computari relicta ab vxore in ista dote: per Bald. in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. test. & pleniùs in auth. præterea. C. vnde vir & vx. vbi tenet, quòd non.

Statutum disponens de lucrando dotẽ, oportet quòd sit verus casus in statuto comprehensus, vt habeat locum statutum: vt l. si verò. §. de viro. solu. matr. per Bald. in l. j. de condi. ob cau. da. Vide Bald. in l. Deo nobis. de episc. & cle. & vide in l. non fine. C. de bo. quæ libe. vide Bar. in l. nihil. re. amo.

Statutum, quòd vir debeat lucrari dotem, an intelligatur cum præiudicio filiorum primi matrimonij: per Bal. in l. ea lege. de condi. ob cau. C.

Statutum, si ex forma statuti mandatur instrumentum dotis executioni in priuilegium dotis, certè & condictio ob causam, quæ competit pro dote, quod est no. secund. Bal. in l. j. in fi. de condi. ob cau. da.

Statutum, quòd vir debeat lucrari tertiam partem dotis si mulier est minor, non tamen datur restitutio contra statutum. l. si fine. §. Lucius. de admi. tu. per Bal. in l. j. C. si aduers. dona.

Statuta contractuum diuersorum casuum.

STATVTVM, quòd debitoribus confitentibus, & soluentibus debitum intrà tantum tempus creditori, remittatur sibi quarta pars debiti, an si soluit alij, quàm ipsi creditori, de mandato tamen ipsius creditoris, gaudeat beneficio statuti: & breuiter quòd non: quia statuta sunt intelligenda verè, sed verè iste non soluit creditori, sed alij, quamuis longa quodammodo manu videatur soluisse ipsi creditori: vt l. si pecuniam. de solu. & sic est ficta solutio, ad quam fictionem non se extendit statutum. Item facit, quia conditio debet impleri verè, vt l. hæredi. & l. Mæuius. de condi. & demonstr. & tamen potest adimpleri in alterius persona: vt dicta l. hæredi. & l. cum ita datur. ergo, &c. vide circa prædicta l. Arethusa. de sta. ho. & l. fin. de execu. tu. In contrarium facit. leg. pater in prouincia. de ma. vi. & l. si is, qui bonis. de acq. hære. & quod not. in l. institutio talis. de condi. instit. cum si vide Bald. in l. vnica. §. non autem. de caduc. tollen. & l. dedit dotem de collatio. & videtur dicendum, quòd statutum vendicet sibi locum: nam mens statuti tendit ad effectum, hoc est, vt creditori satisfiat, sed nòn minus dicitur satisfactum creditori, cum soluitur ei, cui ipse solui voluit, quàm quando sibi. Sufficit enim, quòd sit impletum desiderium suum: vt l. j. qui satisda. cogan. & l. si res. §. omnes. de pign. action. cum si. & respondetur, cum dicitur, quòd statuta sunt verè intelligenda, concedo, dum dicitur, quòd isti creditori videatur fictè solutum, nego hoc, imò verè. Quod sic probo, non est dubitandum, quòd conditio est implenda formaliter, & verè non secundum fictionem l. si ita quis. §. fina. de le. ij. l. Iulianus el picolo. de condi. & demonstr. Sed quando conditio est coniuncta alicui in eo, quod consistit in dando, potest dari per alium, & conditio videtur impleta: vt l. fin. de cond. instit. Contrà, iste videtur facere verè, quando per alium recipit. facit de condi. & demonstr. leg. cum ita datur, ergo statutum vendicat sibi locum in casu prædicto. Præterea, habeo text. quòd qui facit per alium, ipse verè facit: vt d. l. pater. de manu. vin. ergo, &c. facit capit. mulieres. de sent. excommu. Vel possumus dicere, quòd aut iste qui accepit, est procurator, aut tanquam nuntius. Si vt procurator, tunc statutum non vendicat sibi locum: quia fictè videtur solutum ipsi domino, non verè. Si autem est nuntius, tunc statutum vendicat sibi locum: nam qui per nuntium facit, ipse verè facit, & est casus in d. l. pater ex prouincia. de manu. vin. & ista fuit opin. vera Pe. de bel. pertica. Ad solutionem contrarij. d. l. pater. sic potest esse ratio diuersitatis: quia in procuratore non est viua vox domini, sed ficta, quoniã procuratoris est principalis actus suus, sed diuersa sunt organa procuratoris ab organo domini. Item in procuratore principiatur & radicatur actio: vt l. quæcunque gerimus. de ac. & ob. sed in nuntio est viua vox domini, nec principiatur, nec in ipsum radicatur, sed in persona domini: nec dicitur operari propriè organa sua, sed organa sui domini. & breuiter dico, quòd adeò præbet nudum ministerium tanquam pica, & organum, vt l. multum, C. si quis alteri vel sibi. & l. qui autem. §. j. de consti. pe. no. in l. j. de procur. quòd ipse dominus verè videtur facere, ꝙ facit per nuntium, non autem videtur facere ipse nũtius, ergo statutum habet locum, & adde, quod dicitur in cõsilio, quod incipit: in quæstione proposita. Solùm ad hoc alleg. & consulere intendo. ibi enim dicit, quòd propriè, & rectè quis dicitur numerare alicui, si alteri numeretur recipienti pro eo, vel eo præsente, & volente: per l. falsus. §. sed si is, de furtis. ad quod facit de acq. pos. l. 3. §. si iussum.

Statutum, quòd ecclesia teneatur vendere omni anno tot possessiones, sicut Senis, non valet, per Bald. in auth. hoc ius porrectum. C. de sac. sanct. eccle.

Statutum, ne prædia, ex quibus respublica recipit collectam, alienentur in eum, qui non potest cogi soluere: tunc talis alienatio non potest fieri etiam cum vniuersitate: per Bald. in l. ea lege. de condictio. ob causam. C.

Statutum, quòd cum filio non possit contrahi, nisi sit mercator, pone, quòd est mercator, sed non contrahit in illa mercantia, tenet quòd nõ valet contractus Bald. in l. fi. C. ad Mace.

Statutum, quòd filius non possit se principaliter obligare, an poterit fideiubere: tenet quòd sic, nisi faciat colore quæsito: per Bal. in l. fi. ad Mace.

Statuta loquentia de fideiussoribus, non habẽt locum in eo qui desiit teneri: per Bal. in lege, tam mandatori. de non nu. pec.

Statutum, quòd doc. habeant certas corbes frumenti, quolibet anno in Paschate, & est consuetudo quòd doc. vadant pro frumento ad cameram communis. modo cum officialis esset paratus ad soluendum, doc. distulerunt, quia sperabãt caristiam, quæ superuenit. tunc tempore caristiæ doc. petunt frumentũ, eorum est damnum. l. null. C. de ero. mili. anno. lib. xij. vbi tex. & per Bal. in l. acceptam. C. de vsur.

Statutum, quòd in venditione præferatur consors, modò consors vult dare x. duo alij volunt dare xv. certè præfertur consors, si iustum pretium est decem: per Bal. in l. ij. de rescin. vend. C.

Statutum, quòd pro qualibet mensura terræ soluantur x. in perpetuum quolibet anno, an hoc sit tributum: per Bal. in l. omnes. C. sine censu vel reli. per Barto. in l. rescriptum. de mune. & ho.

Statutum vbicunque prohibet contrahere, vel aliquid facere, ille aliquid faciendo super hoc iurando, non obligatur: Bar. in l. is, cui. circa fin. de verbo. obliga. per Baldum in consi. quod incipit: punctus talis est, cauetur statuto communis Narneæ.

Statutum, quòd non valeat promissio minorum, modò minor consentiente testatore, promittit de bonis testatoris, posteà succedit testatori, an teneat ista promissio. Bal. quòd sic in l. fi. C. de pac. ar. illius l.

Statutum pœna sanguinis est reducta in pœnam pecuniariam, an poterit transigi: per Bald. in l. transigere. de transact. C.

Statutum, quòd si pœna addatur facto, potest peti, secùs, si datio eius consistit in pondere, numero, vel mensura. quidam promiserunt stare laudo sub pœna laudum continet dationem quantitatis, per Bar. in l. v. de verb. oblig. sed contra ipsum Bal. in l. cum proponas. C. de dolo malo.

Statuta tractantia de guarentigia.

STATVTVM, quòd instrumenta mandentùr executioni, si sint guarentigiata, intelligatur officio iudicis: per Bal. in l. exceptionem. C. de prob.

Statutum in instrumentis confessionatis, seu guarentigiatis, vnum scias, quòd si non valet principale, non tenet confessio: tex. cum l. fi. C. de non nu. pe. Bal. in l. si absentis, circa fi. si cer. pet.

Statutũ, quòd instrumenta guarentigiæ executioni mãdentur, fuit pronunciatum instrumentum exequendum, cum tamen essent oppositæ rationabiles exceptiones, & appellatur, vtrum debeat exequi: per Bal. in l. ab executione. C. quorum appel. non recip.

Statutũ, ꝙ instrumentũ cõfessionatũ habeat executionem paratam, sumit instrumentum à statuto non à iure communi: per Bal. in l. omnis. C. de sac. san. eccl.

Statutum, quòd instrumenta confessionata mandentur executioni, an illud obseruabitur in curia episcopi, si ibi conueniatur clericus ex suo instrumento confessionato, per Bart. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & dicit quod sic, per Bald. in authent. cassa. C. de sacrosanct. eccl.

Statutum, quòd instrumenta, vbi est præceptũ guarentigiæ, mandentur executioni, viso instrumento, etiã citatione nõ præmissa, an habeat locũ in instrumẽtis factis extra territoriũ, certè nõ, ar. eius, quod ipse dicit in l. j. C. ne filius pro pa. Bar. in tractatu repræsaliarũ. in q. 4. sub. j. q. pr. Bal. in d. l. j. C. ne filius pro pat.

Statutum, quòd instrumenta mandentur executioni, certè tacitæ stipulationes non mandentur executioni, quia id tantum est instrumentum, quod legi potest, Bar. in l. ad probationem. C. de proba.

Statutum, ꝙ contra instrumentum confessionatũ non posit opponi aliqua exceptio, vel defensio, nisi solutionis, vel falsitatis, vel pacti, & nulla alia, an possit opponi exceptio simulationis, Barto. ꝙ non in l. j. ff. quod vi, aut clàm. Bal. ꝙ sic, cùm simulatio probata per præsumptionẽ iuris & de iure possit opponi, vt in auth. sed iam necesse. C. de do. ante nup. Sed an simulatio sit probanda, & tunc dicit, ꝙ aut opponitur contra instrumentum, & non potest contra rogitum notarij, vt quia notarius fuit simulando rogatus, & potest, Bal. in l. j. plus valere quod agitur. C.

Statutum, ꝙ contra instrumentum guarentigiatum non possit opponi, nisi exceptio simulationis, & solutionis, an poterit opponi exceptio non numera. pec. Bar. & Bal. ponunt in l. si sub specie. C. de trans.

Statutum, si ex forma statuti non possit opponi exceptio metus, vel doli contra instrumentum guarentigiatum, ille, qui soluit, non videtur approbare instrumentum, sed videtur soluere, ne capiatur, & ideo solutum repetit, ar. in c. debitores. de iureiu. & etiam secund. Bar. & Bal. in l. ij. C. quod me. cau.

Statuta circa præscriptiones, per Bald.

STATVTA, quæ minuunt præscriptiones legales, sapiunt naturam præscriptionum, in quorum loco subrogantur, Bald. in l. in contractibus. in princ. de non nu. pe. C.

Statutum, quòd præscriptio longi temporis x. annorum, habeat locum, vbi haberet locum præscriptio xxx. annorum, talis præscriptio sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, per Bal. in l. superuacuã. in qui. cau. in inte. resti. non est neces.

Statutum, quòd præscribatur creditori quinquennio, an idem in cessionario: certè sic, per Baldum in l. per diuersas. C. man.

Statutum, statutaria præscriptio, an currat minoribus, & reipublicæ? per Baldum in l. si mater. ne de sta. defunct. & adde l. siue hæres. §. Lucius. de admin. tu. in d. l. si mater dicit, quòd videtur casus, quòd sic. Sed gloss. dicit, quòd ibi est speciale. Inno. autem dicit currere. sed in integ. restitutione, dari, quia l. vult. C. in quibus cau. in integ. restitu. non est necess. Aut non pertinet ad præscriptiones statutarias, tunc quia non pertinet ad nouas leges post illam inductas, vt patet in verbo vetera iura à contrario sensu per tex. extra de resti. in inte. c. cõstitutus. tamẽ quia statuta municipalia æquiparantur pactis, sicut consuetudo, Bar. dicit, quòd minoribus currit, si minores tractent de lucro captando, secùs, si de damno vitando. Tu dic, quòd aut statutum facit specialiter mentionem de minore vel republica, tunc serua dictum Inno. cum etiam minores ligentur per statuta locorum, & per consuetudines municipales vniuersales, nisi nominatim minor vel respublica excipiatur: vt

tur:vt l.si sine.§.Lucius.de admi.tu.Bald.

Statuta circa iudicia, & primò circa exceptionem.

STATVTVM, quòd post x.annos non poterit peti debitum, & ob contumaciam rei fuit facta missio ex primo decreto,& idem processus fuit dimissus, nec emanauit sententia. denuò post decem annos agitur, obiicitur exceptio de temporis lapsu, vide per Baldum in leg.consentaneum.C.quomodo &quando iudex.

Statutum quòd nulla exceptio possit opponi, tamen potest opponi exceptio de incompetentia iudicis: per Bald.in l.j. si à non competente iudice. hîc tantum, quia radicitus nullam habet iurisdictionem, vt no.in c.j.de seques.pos.& fru.in cle. sed si radicitus habet iurisdictioné,tunc statutum tolletdeclinationem fori,saltem nõ opposità:vt C.de excep.l.fi.

Statutum, quòd exceptio non possit opponi in causa principali,an poteritopponi in causa appellationis: per Bal.in l.per hanc.de temp.app.

Statutum, an contra statutum de executione instrumentorum possit excipi:per Bal.in l.ab executione. C.quorum ap.non recip.

Statutum,quòd exceptio excõmunicationis non possit opponi in foro seculari,per Bald.in l. placet. de sac. san.eccle. remittit ad not.in l.ex ea.de postulando.

Statutum, an clericus conueniens laicum in foro seculari,possit excipere contra statutum laici: per Bald. in l.omnes.C.de sacr.sanct.eccl.

Statuta,quæ loquuntur de exceptione simulationis,nõ habent locum hoc casu,scilicet,quando est exceptio simulationis,quæ habet in se substantiam : vt l.si ex pretio.si cer.pet. per Bald.

Statutum,quòd contra instrumentum confessionatum non possit obiici exceptio solutionis, nisi probetur per instrumentum. si ille qui soluerat coram testibus,compellitur à iudice iterum soluere, potest repetere condicendo primam solutionem, vt l.si non sortem.§.fin.de condi.indeb.& l.Neratius.& c.debitores.de iureiur. Bal.in l.j.C.de cond.indeb.

Statutum remouens exceptionem,intelligitur remouere ius commune,per Bald.in l.j.de cond.indeb.

Statutum,quòd qui nõ vult excipi de simulatione,potest tamen obiici de errore,quia est species diuersa: per Bal.in l.cum precibus.de proba.

Statutum,an per statu. possit tolli exceptio non nume. pec.per Bald.in l.si cautione.de non num.pecu.quia quantum ad forum laicale, tenet, sed quoad forum episcopale,tunc statutũ valet in hoc: quia transfertur in debitorem onus probandi. Quantum ad forum pœnitentiale,relinquitur suæ conscientiæ.

Statutum, ꝙ non soluenti collectas non reddatur ius, quidam agebat contra te,tu excepisti,ꝙ non debeat audiri,quia non soluit collectas, quis debet probare,an tu, qui dicis illum non soluisse, an ille debeat probare se soluisse collectã:certè in hoc Bar. variat, tenet,quòd negans debet probare: quia illud soluere collectas,non debebatur sibi sed communi. ideo non habet exceptionem suam fundatã, nisi probet. secùs si accusaret non soluentem ad vtilitatem communis:quia ille debet probare se soluisse:per Bal. in l.cum mulier.sol. matr.in repet.

Statutum, potest omnem exceptionem tollere, per l. quoniam Alexandrum.de adult. præterquam exceptionem innocẽtiæ,quæ est de iure naturali:per Bal. in l.edita. circa fi.C.de eden.

Statutum permittens opponi exceptionem simulationis, de qua exceptione intelligantur statuta, quando permittũt sine spe alicuius causa præcedentis, vel futuræ:vide per Bal.in l.si sub specie.C.de transa.

Statuta circa insinuationes,per Bal.

STATVTVM, quòd si non fuerit postulata insinuatio, quòd possit peti fieri cassatio,quòd sufficit quòd fiat productio coram iudice absque eo, quòd pars citetur,& ita practicatur,secundum P. Ho.in l.vni.C.de lit.contest.Adde (dicit ipse) casum notabi.in l. ij.§. idem labeo.de aqua plu.ar.&quod no.doc.in l.sciẽdum.de verb.ob.In contrariũ facit l.scire.§.scire.de excu.tu.vide Bald.in l. omniũ.de testa.& an testator possit remittere istam insinuationẽ, per Bar.in l.nemo.de le. j.vide Bald. in l.omniũ.de testa. C. in fin. vbi dicit, quòd sufficit producere instrumentũ coram iudice animo insinuandi:licet iudex nil pronuntiet.Ad hoc C.ad Treb.l.pe.in fin.de hoc dicit se dixisse de sac.san.ecc.l.illud. & idem est in omnibus, in quibus sufficit sola productio, vt cum producitur instrumentum pacis,vigore alicuius statuti.Item tenet, quòd testator potest suum testamentũ insinuare.facit l.si seruus alie.de hær.inst.

Statutum,ꝙ donationes debeant insinuari à Calend.Ianua.vsque ad Cal.Nouem.aliàs sint irritæ, donatio fuit facta, insinuata mense Iulij, vtrum tres menses qui sequuntur, sint gratuiti,ita,ꝙ possit insinuari à princip.sequẽtis Maij.Bal.in l.eos,§.pe.C.de appel.

Statutum,quòd testam.non insinuata intra vj. menses, non valeant,an valebit testamentum clerici non insinuatum intra dictum tempus.Bar.quòd non.Bald. ꝙ sic,in auth.cassa & irrita.C.de sac.san.eccl.

Statutum,ꝙ possit peti instrumentum cassari, nisi fuerit petitum insinuari intra tempus semestre, non est necessaria lit.conte.sed sufficit sola postulatio,& sufficit sine citatione aduersarij,secundum consuetudinem aduocatorum Perusij.Bal.in l.j.C.de lit.conte.

Statutum,quòd possit peti cassatio post vj.menses,nisi sit petita insinuatio,an intelligatur, ita quòd sit lit. conte.Bar.in l.amplius non peti.rem ra.ha. dat istã doctrinam, aut petenti acquiretur, aut incidit in pœnam.Primo casu intelligitur petitum qualitercũque. Secundo,non nisi per litis conte.vel per æquipollens.probatur in l.si decem cùm petiero. de ver. ob.secundum probatur in d.l. amplius. per Bald. in auth.habita.C.ne filius pro parte.

Statutum, ꝙ si donatio non insinuatur infra vj. menses,non valeat.certè valeat,sed obstat exceptio, per Bald.in l.vniuersas.C.de preci.impe.offe.est verum nisi statutum procedat vltra dicendo,ꝙ ipso iure nõ valet,secundum eum ibidem.

Statutum,ꝙ donatio debeat insinuari infra tempus semestre, an sufficiat sola productio sine citatione aduersarij:ar.ꝙ sic, in l.fi.quãdo libellus prĩcipi datus.

Statuta circa sententias,per Bald.

STATVTVM,quòd valeat sententia, omni solennitate iuris omissa,an valeat : per Bald.in l. prolatam.C.de sen.&interl.om.iud.vbi tenet ꝙ gl.d.l.innuit,ꝙnõ: sed tu dic,valere,quia nomen solennitatis potest poni,& pro solennitate ordinis, quandoque etiam pro substantialitate:vt ff.de in inte.resti.l.diuus. in prin. vide etiam in c.fi.de sen.& re iudi.lib.vj.

Statutum,ꝙ valeat sententia,omni solennitate omissa, per Bald.in d.l. prolatam. C.de sent.vbi dicit, quòd istud statutũ non est possibile,si intelligatur strictè, modò quia substantia cõsistit in verbo, dãno vel absoluo,vel æquipollenti,sine quibus verbis sententia nihil significat,& ideo impossibile est valere, sed vt statutũ aliquid operetur,intelligam,ꝙ valeat, si non

sit scripta, vel non sit lecta, vel sit lata viua voce, & sine scriptura. Ceterùm, si non cōstat de sensu impossibile est valere, vt l. non omnis. si cer. pet.

Statutum, quòd non valeat sententia collateralis, nisi sit doctor, sufficit, quòd sit doctor tempore sententiæ. Bal. in l. præcipimus. C. de appel.

Statutum, quòd non valeat sententia si non est soluta gabella vj. denar. quidam fuit mihi condemnatus in centum, soluit gabellam pro quinquaginta, certè nō valebit sententia etiam in illis quinquaginta. pro quibus est solutum, Bal. in l. j. C. si adu. rem iud.

Statutum, quòd non valeat sententia consulum mercatorum, nisi omnes quatuor intersunt in definitiua, & consuetudo est quòd stetur sententiæ trium, siue quatuor, certè statuto derogatur per consuetudinem: per Bal. in l. rem non nouam. C. de iudic.

Statuta circa appellationes.

STATVTO, municipali, an possit tolli appellatio: per Bald. in l. fi. C. de sen. & int. per Bart. in l. ambitiosa. de decre. ab or. fa. Bal. in d. l. fi. tenet, ꝙ non, quando est appellandum ad superiorem ipsius municipij: vt extra de iureiur. c. venientes. Sed si talis ciuitas habet iudices appellationum, vt in Bononia, vt no. in l. cum sententiam. C. de sent. & int. tunc valet statutum, sed si ciuitas eligeret iudices, & superior confirmaret, nō valet statutum: quia ad ipsum superiorem pertineret, saltem secunda appellatio iure superioris. Respectu ergo primæ appellationis, statutum valet: quia non potest appellari, & tunc appellatio, aliàs prima, erit secunda: & ab ista quamuis prima confirmatoria primæ sententiæ non poterit appellari: quia tres fuerunt sententiæ conformes latæ, vna fuit prima sententia, posteà alia per statutum prohibens appellationem, tertia per superiorem confirmantem sententiam latam. imo putat nec excipi posse de nullitate, nec agi nisi facta executione: vt in c. vt calumniis. de re iud. in cle. Bal.

Statutum, an sententia statuti possit supplicari, vel trāseat in rem iudicatam: per Bal. in l. vnic. §. similique modo, de lati. libe. tollen.

Statutum, quòd non liceat à sententia arbitri appellare: per Bal. in rub. de appel. nume. 4. vbi dicit, an poterit opponi exceptio doli: & tenet quòd aut statutum dat laudo validitatem, & tunc non potest excipi: ar. glo. quæ est in l. in causæ. ff. de mino. Aut non dat validitatem, & tunc non est necesse appellari, ideo posset etiam appellationem prosequi per viam exceptionis, nisi partes fuissent pactæ, quòd possent appellare. Facit l. non distinguemus. §. cum quidam. de arbi. & C. eo. l. j. Bald.

Statutum, an statuto iniusto possit appellari: per Bald. in l. iudicibus. C. de appellat. & l. quisquis. quorum appel. non recip.

Statutum, quòd non liceat appellare ad Papam, vel ad Imperatorem, non valet, per Bald. in l. si appellationem. de appel. C.

Statutum subditorum, quòd non liceat appellare ad dominum, an valeat: per Bald. in l. si appellationem. de appel.

Statutum, quòd ab executione instrumenti dotalis nō possit appellari, certum est, quòd debet probari de matrimonio: aut per instrumentum confessionatum super dote, & non super matrimonio probetur per Bal. in l. ab executione. C. quo. ap. non rec.

Statutum, quo vero contumaci assignatur terminus ad moram purgādam, infra illum terminum appellare potest, quod est valde no. secundum Barto. in l. quamuis. C. si pen. ap. mors interue.

Statutum non potest tollere ius appellandi, per Bald. in j. consti. C. per Bald. in l. ambitiosa. de decret. ab ordi. fa.

Statutum non potest tollere appellationem, sed potest modificare tempus appellandi & prosequendi: per Bald. in l. 2. si contra ius vel vtil. publ.

Statutum, ꝙ in causa appellationis vel nullitatis nō debeant recipi probationes: tamen debent recipi, si oriantur de nouo: per Bal. in l. mutus. de proc. ff.

Statuta iudicialia.

STATVTVM, quòd missus in possessionem lucretur fructus, an per immissionem transferatur possessio vigore dicti statuti: tenet quòd sic, per Bald. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex.

Statutum, quòd causa debeat committi consilio sapientis, & debeat stari tali consilio sapientis: per Bal. in l. j. C. de rela. & C. de app. l. ex illo.

Statuti publicatio, qualiter probetur: per Bal. in l. vni. §. fi. de cad. tollen.

Statutum, quòd Potestas possit cognoscere à centum lib. j. & capitaneus à centum lib. s. agitur petitione hæreditatis, ignoratur quis erit iudex, per Bald. in l. libertinum. §. fi. de interdic. ma.

Statutum, vtrum possit inducere modum vtendi propter ius commune: certè sic, per Bald. in l. j. C. quomodo & quando iudex.

Statutum, quòd stetur relationi familiæ Potestatis an relationi vnius sit standum: videtur, quòd sic, vt l. j. §. familiæ. ibi, etiam si vnus seruus. de vi & vi ar. An autem possit dictum familiæ reprobari: per Bal. in l. j. C. de re iudic.

Statutum, quòd stetur sacramento accusationis, an possit reprobari: par Bald. in l. j. C. de re iudic. qui videtur dicere, quòd sic, per eum in l. ait Prætor. de iureiurand.

Statutum, an producens statutum correctum incidat in pœnam falsi: certè sic, si non facit ad casum, secundum Bal. in l. vnic. de iu. Codi. componen.

Statutum non potest facere prædia tributaria, nisi exprimat speciem, & qualitatem tributi: per Bald. in l. neminem. C. de sacrosf. eccl.

Statutum, quòd clericus declinās forum sit extra protectionem ciuitatis, & ei non reddatur ius, an sit cōtra libertatem ecclesiæ: per Bal. in auth. cassa.

Statutum, quòd si quis declinauerit iurisdictionem Potestatis, quòd percutiens eum, non puniatur, nisi in decem lib. si quis interficiat clericum declinantem, an debeat puniri iusta pœna: per Baldum in authen. cassa.

Statutum, quòd simpliciter respondeatur per Bal. in l. j. de vulg. & pupil. & l. j. §. si quis simpliciter. de verb. oblig. & per Bald. in l. iubemus. de appel. & l. Gallus. ff. de lib. & posthum.

Statutum, quòd stetur probationi matrimonij factæ coram iudice seculari, in l. quoties, & vide per Bald. C. de iudic.

Statutum, quòd stetur in extraiudicialibus formationi testium, per Bal. in l. quos. de iudiciis. ibi.

Statutum, quòd quælibet causa finiatur infra duos menses, nunquid poterit finiri post: per Bal. in l. properandum. in princ. C. de iudic.

Statutum, quòd omnis causa finiatur infra duos mēses à termino citationis, per Bal. in d. l. properandum.

Statutum Florētiæ, quòd nullus Florentinus possit trahi ad aliam curiam, quàm Florentinam, sub pœna capitis, an possit trahi ad curiam episcopi Florentini, si

ni, si causa est vsuraria, ecclesiastica, vel spiritualis Bal. in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi. opor.

Statutum, quòd confitenti remittatur tertia pars pœnæ, si litem contestando negauit, & posteà confitetur, non prodest sua confessio: quia debet statutum intelligi in prima responsione: per Bald. in l. contra negantem. ad l. Aquil. C.

Statutum, loquens de probatione simplici non habet locum in probatione mista siue cõplexiua: per Bar. & Iac. But. in l. certi conditio. §. quoniam. si cer. pet. per Bald. in auth. sed nouo iure. C. si cer. pet.

Statutum, quòd non teneat processus procuratoris, nisi producto mandato, an intelligatur de procuratore in rem suam. per Bal. in l. j. de actio, & obli.

Statutum, quòd testes super adulterio recipiantur, infamia non obstante. quæro, an infames admitterentur super probando matrimonio, sine quo non est adulterium: dic vt not. Bald. in authen. si dicatur. C. de testib.

Statutum vbicunque vult, quòd procedatur sine lit. contest. ibi possunt recipi testes ad perpetuam rei memoriam: Bald. in l. pen. & auth. si quis ab aliquo. C. de testib.

Statutum dicit, quòd sufficiat quælibet probatio, intellige de solenni, & legitima: per gloss. in l. j. de fid. instrument.

Statutum, quòd causa debeat committi consilio sapientis, si ille omittat, an sit cõmittenda alteri: Bar. ꝙ sic, in l. j. §. si plures. de exerci. quia statutum loquitur in genere, quod perire non potest.

Statutum, quòd statim viso instrumento sine alia dilatione, reus ponatur in carcerem, donec satisfaciat. dicit Bar. quòd debet probari compensatio intra tempus, quod datur ad soluendum: vt Bald. dicit in l. in ea. C. de comp. per Barto. in l. aufertur. §. qui cõpensationem. de iure fisci.

Statutum, quòd nulla pœna possit peti, nisi interesse probetur, an si in instrumento continetur aliquid, putà rem tradi, vsque ad certum tempus, & si non fiat, promittitur centum nomine interesse conuenti, & non dicit instrumentum, nomine pœnæ, an poterunt ista centum peti, si interesse aliter non probetur: per Bald. in l. cum allegas. C. de vsur. & videtur determinare, quòd non: quia refert, quo nomine nuncupetur. Bald.

Statutum, & consuetudo quòd missus in possessionem bonorum debitoris, lucretur fructus nomine interesse propter contumaciam debitoris, certè valet: in authen. de exhi. & intro. re. §. si verò. per Bald. in l. acceptam. C. de vsur.

Statutum, quòd non soluenti collectas, non reddatur ius: quidam non soluit eo, quòd subito patrimoniũ suum est collapsum fortuito casu. certè debet sibi ius reddi, per Bal. in l. cum mulier. sol. matr.

Statutum, quòd permittit iurare de suspecto, an, & quando possit iurari nec non: Bald. in l. si pro ea. C. manda.

Statutum, quòd debitor debeat capi ad petitionẽ creditoris, an capietur ad petitionem cessionarij. Iaco. Butr. disputando determinauit, quòd sic: per Bald. in l. per diuersas. C. manda.

Statutum, quòd iudex possit interponere super tali actu decretum sine citatione partium, valet decretũ interpositum sine citatione: per Bar. in auth. si quis in aliquo. de eden.

Statutum, quòd nomina testium in causa criminali sint secreta vsque ad iuramenta ipsorum, sunt bona statuta propter metum subornationis, & notificans punitur: secundum Bal. in l. & quæ à diuo Pio. C. de edend.

Statutum, quòd ius non reddatur, vel quòd quis non audiatur processus est nullus: per Bald. in l. edita. circa finem.

Statutum, quòd quãdo absente aduocato propter rem publicam sint feriæ, quòd si præsens si ante lit. conte. non vendicat sibi locum statutum: per Bal. l. petens. C. de transact.

Statutum, quòd non allibrato non reddatur ius, poterit probari per rimationem librorum: per Bald. in l. ij. C. de erro. aduoc.

Statutum licet non fuerit productum in causa: tamen iudex tenetur sequi illud, cum iurauerit illud seruare: per Bald. in l. vnic. C. vt quæ desunt aduoc.

Statutum, quòd processus sit ipso iure nullus, si procurator non produxit ante omnia instrumentum procuratoris, intellige in procuratore simplici, non in necessario: secundum Bal. in l. qui stipendia. de proc.

Statutum, quòd à die citationis vsque ad tantum terminum, iudex debeat sic facere. pone, quòd non interuenit citatio, sed præsentia partis, an habeat locũ statutum: Iac. But. quòd sic: per Bal. in auth. si omnes. si vt se ab hære. absti. C.

Statuta arbitrorum compromissorum, & laudorum.

¶ Statvtvm, quòd arbiter, & arbitrator debeant decidere causam infra mensem, sub certa pœna, an vltima die, temporis mortis possit causam decidere: per Bal. in l. eos. §. sin autem. C. de appel.

Statutum, quòd arbiter teneatur acceptare, an repudiare possit. certè non, per Bal. in l. non iustam: ad Treb. Sed si statutum apponit pœnam, si recusat, an recusando incidat in pœnam, certè sic, nisi faciat causa euitandi suum damnum: vt ff. ad Treb. l. apud Iulianum. in prin. & l. cogi. §. sed & si quis. per Bar. ff. eo.

Statutum, quòd causa committatur in duos, & si discordauerint, quòd eligatur tertius, cuius sententiæ stabitur: per Bal. in l. iubemus. de app.

Statutum, quòd arbitri infra mensem debeant iudicare, quòd valeat sententia vltima die etiam sine citatione: quia tempus est legale. secùs, si tempus esset appositum à partibus. per Baldum, in authentic. ei, qui. de appellatio. & per Bartol. in §. arbitrorum.

Statutum factum à quibusdam de ciuitate, qui habeant arbitrium super bono & pacifico statu, quod omnes causæ compromittantur, an valeat: per Bal. in j. consti. C.

Statutum, quòd arbitri eligantur, & certè isti arbitri, qui eliguntur ex forma statuti, magis habent vicem iudicum delegatorum, quàm arbitrorum. Ita dicit Bal. in l. cum specialis, de iudi. & est vtile propter differentias, quæ sunt inter iudices & arbitros, secũdum Bal. in d. l. cum specialis.

Statutum, quòd causæ quæ vertuntur inter consanguineos, compromittuntur in arbitros, pone quòd frater meus vendicabat ab eo, cui vẽdidi possessionem, ego suscepta defensione illius emptoris, peto causam compromitti, quæritur, an possum: Bar. disputauit per Baldum, in lege prima, vbi in rem act. & tenuit, ꝙ sic, quia quando defendit ex necessitate, potest vti exceptione, ex sua persona.

Statutum, ꝙ pœnæ quæ sunt auctæ circa dationes, non possunt peti, vtrum poterit peti pœna compromissi arbitro laudante dari, & cessato etiam dari: per Bal. in l. cum allegas. de vsur.

Statutum, quòd causa debeat compromitti, si quis habet duos testes, an poterit compromittere in vnum ex illis: certè non: quia perderet causam, cum non haberet, nisi vnum testem, cum arbiter non possit testificari: arg. eius quod not. Bald. in l. ne in arbitris. C. de arbi.

Statutum, quòd quando petitur compromissum, debeat cauere idoneè, an intelligatur cum fideiussore: Bal. in l. vniuersa. C. de precib. impe. offe. tenet ꝙ stetur arbitrio iudicis in cauendo.

Statutum, quòd causa compromittatur, non debet cõpromitti causa, in qua ob. exceptio litis finitæ: per Bal. in l. fratres. de transact.

Statutum, quòd si pœna adiicitur facto, potest peti: secùs, si dationi eius, quod consistit in numero, pondere, & mensura. quidam promiserunt stare laudo sub pœna. laudum continet dationem quantitatis: per Bal. in l. v. §. fin. de verb. oblig. Sed contra ipsum Bal. in l. cum proponas. C. de dolo.

Statutum, quòd omnes causæ inter affines & consanguineos debeant compromitti. minor fecit hoc cõpromissum, an possit restitui, certè non, per Bal. in l. fin. de in inte. resti. mino.

Statutum, quòd ex sentẽtia arbitrorum oriatur actio, an poterit appellari, tunc, sicut à sentẽtia iudicis: Barto. ꝙ sic, secundum Bald. in l. j. de arbit.

Statutum, quòd tollit reductionem ad arbitrium boni viri, an valeat, certè sic. vbi dolus, vel culpa, arbitratoris intercesserit. Bal. in l. ne arbitros. C. de ar.

Statutum, quòd omnis quæstio debeat compromitti, intelligitur de quæstione facti, non de quæstione iuris: quia iura sunt certa, sicut dicimus in simili in l. ornamento. de aur. le. & arg. le. sed si mista est quæstio in iure & in facto, & tunc propter factum debet compromitti. C. de reb. cre. leg. cum proponas. Barto. in l. ancillæ. C. de fur. arg. eiusdem legis compromissum fieri non debet etiam ex forma statuti, quando libellus non procedit vt dixit Bald. in l. si patronus libertam. ff. de iu. iur. vbi dicit hoc esse ibi expressum.

Statuta circa maleficia, & primò de bannitis.

STATVTVM, quòd bannitus possit impunè offendi, si quis offendit eum, qui erat scriptus in libris communis, non ritè, quia clericus esset, an puniatur: per Bal. in l. j. si à non compe. iudi. C.

Statutum, an valeat, quòd non fiat iustitia bannito: Itẽ, vtrum, pendente quæstione nullitatis banni, intelligatur suspensa potestas offendendi: per Bald. in l. j. si à non compet. iudic. in l. iij. §. si seruus. de acquir. possess.

Statutum, quòd positus in banno condemnetur in quarto pluri, propter eius contumaciam. alio statuto cauetur, quòd delinquentes, qui non soluunt condemnationem intra mensem, pati supplicium corporale, quidam fuit bannitus in centum propter crimen, & in quarto pluri propter eius contumaciam intra terminum soluit centum, sed non soluit quartum plus, an debeat supplicium pati: per Bald. in l. sancimus. in princ. C. de vsur. rei iudi. vbi tenet, quòd non: quia contumacia non est species eiusdem delicti: & quia est adiectio adiectionis, & quia per istam contumaciam non inest aliqua qualitas delinquendi, propter quam crescat delictum: sed est pœna solius contemptus. vide per doct. ff. de in lit. iur. l. j. & ibi Bald. in d. l. sancimus. & vide Bar. in l. j. ff. de in litem iuran.

Statutum, quòd consortes soluant pœnam bannitorum: per Bal. in rub. C. res inter alios acta. vbi tenet quòd tale statutum est tolerabile: sed non laudabile. & no. in auth. vt nulli iudicum. §. quoniam verò. vbi glos. dicit no. contra statuta, quæ puniunt potestates, pro aliquo delinquente, sed illa glos. debet intelligi, quando faciunt arbitrio suo, nec ex arbitrio legis: vt l. ne quid. de in rui. & nau. Pœnas verò corporales vel infamiæ status: innocentibus pro alienis delictis imponere non potest: quia est contra ius diuinum, cùm nisi ex consensu id fieri nõ possit: vt no. xxiij. quæst. v. cap. cùm homo. & l. vbi ex prætorio. ff. de reg. iur. Bald.

Statutum, quòd bãnitus possit impunè offendi, an, pendente appellatione, possit impunè offendi: per Bald. in l. iij. de appel.

Statutum, quòd contumax ponatur in banno, an sit necesse, quòd iudex primò ante, quàm ponat, pronuntiet interloquendo eum contumacem: Bal. ꝙ non in l. sancimus. §. cum autem. C. ad Trebel.

Statutum, quòd iudex audiat querelas bannitorum, nunquid si reus non opposuit exceptiones de bannito, possit opponere eas in appellatione: certè non, per Bald. in l. per hanc. de temp. appel.

Statutum, quòd bannitus non audiatur, modo est condemnatus, & appellauit, pendente appellatione, redemptus est à banno, an poterit excipere in causa appellationis, per Bal. in l. per hanc. & vide in l. ij. si pen. app. eundem.

Statutum statuens terminum alicui ad faciendum cancellare bannitum, computantur omnes dies feriati: per Bal. in l. cum condi. C. quando appel. non est necess. in fine cuiusdam additio. quam quidam habent, in l. si pater. eod. tit.

Statutum, quòd si bannitus non comparet intra tantum tempus, habeatur pro confesso & conuicto, an si certum est in termino comparare non posse, habeatur statim pro conuicto & confesso: per Bald, in l. ij. si pend. appel. mors interue.

Statutum, quòd bannitus possit impunè offendi, si petat se eximi de banno, & pendente ista petitione, occidatur, impunè sit, secundum Dy. per l. si cui. §. licet vulgò, de lib. cau. & l. iij. §. si seruus. de acq. poss. Secus, appellatione pendente, l. qui à latronibus, de testa. & primum dictum Bar. sequitur non simpliciter, vide ibi per eum de ap. Credo verum, si occidit ille, qui sciuit exbannitum, & ignorauit appellationem pendere. Secùs, si ignorauit bannitum esse, & sciuit appellationem pendere: quia excusatur à dolo, sed non à culpa. d. l. miles. §. fin. ff. de adul. & hoc verum post lapsum decennij, sed ideo non excusatur cum iuris ignorantiam allegaret: vt l. regu. ff. de iur. & fac. igno. Item intellige verum dictum Dy. si appellatio erat iusta. Secùs, si friuola ex ipsius euidentia: nam sicut quò ad iudicem primum non impedit executionem: vt in c. cum appellationib. de ap. in cle. ita quoad offendentem. ar. l. amissione. §. qui deficiunt de capi. demi. vide Bal. in l. j. si à non compe. iud. C.

Statutum, ꝙ contumax ponatur in banno, in quo assignetur sibi terminus per iudicem octo dierum infra quos si non cõparuit, habeatur pro confesso, an possit iudex istum terminum abbreuiare: tenet Bald. ꝙ non, in auth. iubemus. de iud. C.

Statutum permittit bannitum occidi. pone Titius fuit bannitus xv. die mensis. quidam istum vulnerauit, non apparet vtrum ante bannum, vel post, an iste vulnerans debeat absolui: quia aliqua parte istius mensis potuit licitè fieri: per Bal. in l. matrem tuam. C. de

C.de prob.

Statutum, quòd bannitus habeatur pro confesso, habet locum in intentatis in banno. secùs in aliis, per Bal.in l.si aduersarius. de fide instru. C.

Statutum, quòd non reddatur ius bannito, deponens est bannitus & omnia bona sua sunt confiscata, an depositarius soluens ei sponte liberetur: distingue aut fecit scienter, & non liberatur, aut ignoranter probabiliter,& tunc sic:ar.in l.fin. de transact. Bald. in rub.depositi.

Statutum, quòd si quis non soluit collectam, vel non assignat rem in æstimo, ipso iure deueniat ad commune res, vsque ad quantum tempus commune possit agere: Bar.in l. commissa. de publ. ff. quod vsque ad quinquennium,& non vltra, sed an istud statutũ liget bannitum, certè sic, per Bald.in l.iij. si propter pub.pensi.C.

Statutum, quòd bannitus possit impunè offendi, modò bannitus occidit bannitum, ipse opponit de banno illius, an possit sibi republicari de banno suo: per Bal.in l.cum mulier.sol.mat.ff.

Statutum, quòd bannitus non audiatur. nec agendo nec defendendo: bannitus agit contra bannitum, bannitus excipit de banno: per Baldum in l.cũ mulier.sol. matr. Item exceptio banni, quæ opponi non potest à reo, an potest opponi à fideiussore: per Bal. in d.l. cum mulier.

Statutum, quòd capiens bannitum lucretur centũ, quilibet est habilis ad istud lucrari. & ideo si ipsemet capiens esset bãnitus, deberet habere lucrum de centum: per Bal.in l.j.de preci.impera.offer.

Statutum, quòd bannitus possit impunè offendi, an valeat: per Bal.in l.omnes.si contra ius vel vti.pub.&an puniatur furans sibi rem: ibidem per eum.

Statutum, quòd bannitus possit impunè offendi, mulier est bannita, non tamen poterit adulterari, etiam si maritus sit bannitus: per Bald.in l.omnes.si contra ius vel vti.pub.C.

Statutum, quòd bannitus habeatur pro conuicto, & confesso: per Bald.in l.transigere.C.de transact. nam quantum ad infamiam, requiritur ipso iure: quãtum ad aliam condemnationem, requiritur alia sententia, secundum Bal.in d. l.transigere.

Statutum, quòd bannitus possit impunè offendi, quidã offendit bannitum, inquirebatur de maleficio, reus non audebat comparere ad hoc allegandum: comparuit quidam tertius,& dixit, quòd offensus erat bannitus, produxit bannum,& fecit liquidari coram iudice, in l.quamuis.C.de transact.

Statutum, quòd si ex forma statuti exceptio banni est exclusiua obligationis, tunc exceptio obstat cessionario, etiam in causa lucratiua, per Bald. in l. qui stipendia.de procur.

Statutum, quòd bãnitus non cõparens infra octo dies, tanquam confessus, & conuictus, debeat condemnari. Pone, quòd posteà appellauit, quæro quid habeat probare appellans: per Bald. in l.ita demum. de procura.

Statutum, quòd Potestas vltimo mense sui officij non possit aliquem extrahere de banno, potest tamen pronuntiare extrahendum: sed successor executioni mandabit sententiam tamen interim habebitur pro bannito: per Bal.in l.j. si aduers.lib.j.

Statutum, quòd bona exititiorum & expulsorum debeant confiscari, & eorum nomina debitorum. debitor expulsi fuit coactus promittere communi, posteà relaxatur sequenti die, soluit reuersus expulsus non poterit petere, secundum Bald.in l.ij. quod me. cau. vbi Cy. super hac quæstione.

Statutum, quòd bannitus possit impunè offendi, an occidens dicatur minister legis: per Bald. in l.accusationis. quod me. cau.& ibi gloss. facit. Item adde, ꝙ tale statutum videtur permittere, quòd ipse faciat, non quòd per alium faciat: vt not.in l.cum fundum. de vi,& ar. per Baldum in l. accusationis. secundum eum.

Statutum, quòd potestas in homicidiis habeat arbitrium de iure,& facto procedendi, an vigore istius arbitrij poterit puniri occidentem bannitum: certè non, secundum Bal.in l.decurionum. quib.ex caus. irrog.infam.

Statutum, quòd banniti possunt impunè offendi, non potest bannitus seipsum vulnerare: quia ipse non est in banno sui ipsius: sicut seruus nõ in peculio ipsius. Pro quo facit ff.de pec.l. deposui.§.Stichus. Bald.in l.j.de ser.fugi.

Statuta circa denuntiationes maleficiorum.

STATVTVM, quòd syndici teneantur denuntiare maleficia commissa in suis territoriis, quoddam maleficium est commissum in confinio duorum territoriorum, quæro quis syndicus teneatur denuntiare: respondeo vterque per l.si verò. §.quòd si ex mediano, de his, qui deie.vel effud. per Baldum in l.ij.C. vbi de cri.agi.opor.& per eundem. in l.si plures.de condi.infer.

Statutum, quòd syndicus infra x. dies teneatur denuntiare maleficia, si secùs fecerit, puniatur in tantum, cuius dimidia applicetur fisco, dimidia accusanti, accusator dicit syndicum non denuntiasse, syndicus ꝙ sic, cui incumbet probatio: & tenet quòd syndico: Bal. in l.cum mulier. sol.matr.

Statutum, quòd syndicus teneatur denuntiare damna data protestata per dominos, infra quartum diem, à quo tempore intelligatur ista dies, an à die damni dati, vel protestationi: quod verius est secundũ Bal. in l. si quis nolente. de neg.gest.

Statutum, quòd syndicus teneatur denuntiare maleficia sibi denuntiata per iniuriam passos, passus iniuriam fecit protestationem, quòd denuntiaret omnẽ iniuriam factam per Pe.an sufficiat ista verba generalia: certè non, per Bald.in l.si quis nolente. de nego.gest.

Statutum, quòd de damno dato credatur dicto syndici, si syndicus nuntiet falsum, an debeat sibi credi. Iac.de Are. quòd sic Iac.Bu. quòd si probabitur falsum, non stabitur. In dubio stabitur, secundum Bal. in l.j.C.si aduer.lib.

Statuta circa concordiam & pacem habendam.

STATVTVM, quòd concordia debeat fieri infra octo dies à die inchoati processus, an valeat facta illa die: Bal. quòd sic in l.fi. in prin. de temp.appel.

Statutum, quòd si propter statutum est permissa cõcordia in criminalibus, an ex ista concordia oriatur exceptio, nõ solùm declinatoria sed peremptoria: per Bal.in l.transigere. de transact. & vide eundem in l. diuus.ad Sillan.

Statutum, quòd de maleficio commisso in diebus pascalibus, non possit fieri concordia, an intelligatur de maleficio commisso infra xv. dies, an de sola die pascali. Iaco. Butr. ꝙ intelligatur secundum communem vsum loquendi, per leg. librorum. §.quod tamẽ Cassius. de l.iij. Bal.in l.omnes.de ser.

Statutum, quòd de percussione sanguinolenta nõ possit fieri concordia, de aliis sic: quod si spinxi te in ter

ram,& lapis fregit tibi caput, quòd possit fieri concordia,per Bal.in l.fi.ad l.Aquil.quia non sum illo lapide vsus tanquam instrumento,& non fuit sanguinolenta,attento corpore & animo meo.

Statutum,si sanguis ob percussionem exiuerit,non valeat pax:si percutio aliquem pugno,& cadit in terram,& exit sanguis:tamen potest fieri pax: quia non fuit vsus terra,vt instrumẽto: per Bal.in l. j. si seruus exte.vide vtrobique.

Statutum, quòd de quolibet crimine possit fieri concordia,excepto furto,homicidio,& falso,an poterit fieri de robaria stratæ:Bal.in l. transigere.de transactionibus.

Statutum, quòd de omnibus possit fieri concordia, & pax, præterquam de homicidio. modo quidam est de homicidio condemnatus,& sic ex ficta confessione, an poterit fieri pax?certè sic:quia statutum intelligit de vero homicidio: secundum Bald. in l.transigere.

Statutum, quòd si per statutum est prohibita concordia in quibusdam casibus:tamen si fiat concordia,iudex ex officio,poterit repellere accusatorem per Bal. in l.transigere.

Statutum,quòd percussori possit fieri concordia, nunquid ex hoc statuto possit fieri concordia mandanti?per Bal.in l.transigere.

Statutum, quòd de furto non possit fieri concordia: potest tamen fieri de robaria, quamuis sit delictum maius.quia verbis statuti est standum,quamuis glo. faciat in contrarium, in l. si te expilasse. ex quibus caus.infam.

Statutum, quòd si occisor intra certum tempus habuit pacem cum hærede occisi, soluta certa pœna communi extrahatur de banno, modò ex pluribus hæredibus interfecti quidam facit pacem,alij non:quæritur, an ista interfectio gaudeat priuilegio statuti. Oldr.& Vber.de Cre. tenuerunt,quòd non,in l.j.§. denuntiari.de ven.inspi. Cyn.dicit, quòd fuit determinatum contrarium,si statutum loquitur in singulari numero,arg.ff.ad Trebel.l.fin. Bart.in l. eadem. §.Cato.de verb.obli. dixit standum maiori parti hæredum,vt si maior pars,& dignior facit pacem, debet haberi rata per omnes,alias non valet: per l.fin. qui bon. ced.poss.& ar.C.de nupt.l.in euictione. & l.viduæ.ad hoc facit,quod not. de tut. & cura.da.ab his.l.vbi facit.c.cum omnes. de consti. sed Bald. tenet, quòd si statutum loquitur per verba singularis numeri, quòd sufficiat pax facto ab vno ex hæredibus,qui sit honesta persona,& faciat bona fide. nam & ius diuinum ad hoc hortatur offensum: vt not.ff. de his,qui no.infa.l.furti. §. pactúsve. & quia multa pro & contra allegantur. Ita dicit ipse, an id quod factum est per vnum ex hæredibus,valeat & teneat? distinguendum,aut indiuisibile accedit rei communis habet naturam,& melior est conditio prohibentis,& plus valet prohibitio vnius, quàm multorum consensus: vt l.per fundum.& ibi not. Aut stat per se,& tunc vt ius indiuisibile tendit ad percipiendum aliquod commodum,& dicit omnes requiri,& si discordant, præfertur maior pars: & not. per Bartol.in l.hæredes.§.peto.ad Trebellian. Aut ius indiuisibile tendit ad vindictam,& tunc præfertur magis idoneus.& cuius magis interest.ff.de sepul.viol.l.sepulchrum.Aut tendit ad remissionem vindictæ,& idem puto: quia fauorabilior est liberatio, quàm vindicta:& quia agitur de publica vindicta, quam respublica remittit. Nec possunt cohæredes prætendere læsionem aliquam:quia nihil agunt,nisi vt officiant: ar.ff. de rei ven.l.in fundo.& de aqua plu.ar.l.ij. §.idem Varus.Bald. in l. si manumissus est. de liber. & eo.libe.& in d.l.tenet, quòd sufficiat habere pacem ab ipso vulnerato, tamen statutum loquitur de hærede,& Bar. tenuit contrarium in l.damni. §. Sabinus.de dam.infect. Bald.Perusinum.

Regulæ statutorum, per Bartolum.

STATVTVM quòd aliquid generaliter mandat,nõ porrigitur ad illicita,vt per Bar.in l. si quis sub cond. de condi.insti. & l.totiens.de pollici.& l. ambitiosa.ff. de decre. ab ordi.facien.Bar.

Statutum loquens de filiis, an intelligatur de naturalibus?Cyn.in l.libertinum.C.de inter.matri.dicit,ꝙ aut est odiosum,rationabile,aut irrationabile,& vide l.quisquis.ad l. Iul.maie.Ioan.And.indistinctè tenet ꝙ comprehendatur,aliàs sequeretur, quòd melioris conditionis essent naturales quàm legitimi:vt dicit gl.in c.statutum.de rescrip.lib. 6. per Bar. in l. ex facto.§.si qui.ad Trebel.

In statuto, vel lege quando vna qualitas ponitur inter duo verba, determinat vniformiter actus vtriusque verbi.ff.de acquir.poss.l.si de eo.§.seruum tuum.nam ibi text.bona fide.determinat verbum,verbum, traditum possedi.facit text. in l.doli verbum. coniuncta l,j.de ser.cor.

Statutum non ligat ignorantes, nisi sit ignorantia crassa,& supina:l.fin.cum sua glo. de decre. ab ordi.fa.& est casus in ca.vt animarum.extra de consti. libr. vj. secundum Bart.in d.l.fi.& in l. cunctos populos. C. de sum.Trinit.& text.in cap.cognoscentes.extra de constit. in antiq.

Statutum,ꝙ loquitur indefinitè, an æquipollet vniuersali.vide per Bar.in l.si in rixa.ad l.Corne.de sic.ff.

Statutum habens plura capitula, in quorum vno est apposita certa pœna,in fine est apposita clausula generalis,certè non refertur ad illud c.per Bal. in leg. sanctio legum. ff.de pœn.

Statuta videntur esse stricti iuris:vt not. Bart. in l.constitutionibus ad municip.ff.

Statuta licet non recipiant interpretationem, siue extensionem actiuè.l. si verò.§.de viro.ff.sol. mat. recipiunt tamen passiuè:in l.j.de mune.& hono.ff.

An in statutis masculinum concipiant fœmininum?dicit Cyn.quòd non, quia illud esset ex interpretatione.in l.j.de verb.signif.Bart.dicit ibi, ꝙ ex propria significatione concipit.

Statutum,quòd loquitur de patrimonio nobilium, an comprehendat bastardos?per Bal.in l. pronuntiatio. de verbor.signif.

Statutum,cautela est,quòd fiat statutum,ꝙ res communis possit vendi seu publicari.tũc poterit vendi,aliàs non posset,nisi Imperator ipse vendat,per Bar.in l. j.ne quid in loco public.

Statutum an cautiones, quæ introducuntur per statutum,sint prætoriæ?per Bar.ff.de verb.oblig. l.stipulationum.

Statutum, quòd contra faciens, perdat ipso iure rem, non tamen perditur possessio ipso iure, licet dominium perdatur. Bartol.in leg. commissa. de public. & vect.

Statuta recipiunt interpretationem restrictiuam, ne quis indebitè puniatur: per Bartol.in leg.Cæsar.de publican.

Statutum, quòd potestas nullam solennitatem iuris teneatur obseruare,quid importat? per Bartol. in l. filius.de dona.quòd intelligas, quòd tollat omnes solen-

solennitates iuris Ciuilis.

Statutum, quando verba apponuntur, quæ possunt accipi in præteritum, & futurum, quid iuris? vide in l. 3. §. ex pluribus. de acquirend. poss. & remittit ad l. vt gradatim. de mun. & hon. ff.

Statutum, an possit introducere fictionem, per Bart. in l. si is qui pro emptore, ff. de vsuc.

Statutum vult, quòd post moram ipso iure fiat executio, operatur, quod nō potest purgari mora: per Bar. in l. insulam. de verb. oblig.

Statutum non recipit interpretationem: per Bart. in l. quicquid adstringendæ, de verb. oblig.

Statutum nolo te semper aduertere, vt inspicias, an statutum respiciat personas, vt puta nullus audeat contrahere cum muliere, quia tunc non confirmatur iuramento, quod in contrarium fit, per Barto. in l. si quis pro eo. de fideiusso. alias secus, scilicet, si non refertur ad personam.

Statutum quod dicit, si noluerit intelligitur strictè de solutione naturali: vt in leg. solutione. de solutio. per Bartolum.

Statutum, imponit pœnam propter aliquod factum, an requiratur dolus, vel sufficiat culpa, in l. si quis testi. li. esse ius fue. l. j.

Statutum, quòd procedit per modū regulæ semper intelligitur repetitum in alio statuto: verbi gratia, quòd potestas teneatur ferre quamlibet sententiam cum consilio sapientis: alio statuto dicebatur, quòd iudex in quibuscūque causis debeat procedere summariè. certè intelligitur repetitum, quòd ferat sententiam cum consilio sapientis: per Barto. in l. prætor. §. erit. ff. vi bono. rapt. quia primum statutum venit per modum regulæ: aliàs secùs.

Statuta, quæ aperiunt viam clementiæ, sunt fauorabiliter extendenda: secundum glos. in l. furti. §. pactus. de iis, qui no. infam. quod tene menti ad multa argumenta.

Statutum, vel priuilegium, quod dat immunitatem patri, & filiis, habeant filij, viuo patre immunitate gaudere. ff. de iure immu. l. ij. Bart. in l. Gallus. §. quidam rectè. de lib. & posthum.

De potentia statutorum, & eorum valore per Bart.

STATVTVM, an possit grauare singularem personam? per Barto. in l. toties. de polli. & in l. ambitiosa. de decre. ab or. fa. & in l. Antiochensium. de priui. creditor.

Statuta, an ciues qui habent arbitrium in ciuitate, possint facere statutum super eo, cuius arbitrium non est concessum, quod vide per Bar. in l. ambitiosa. nu. 26. de decre. ab or. fa.

Statutum, si concedatur arbitrium prioribus super abūdantia, si aliquid statuerint, quando possint reuocare? per Bart. in d. l. ambitiosa.

Statutum, quòd non possit esse prior, qui non habet mille in bonis, an habeatur respectus ad bona dotalia? videtur quòd non, per Bart. in l. Lucius. §. idem respondit.

Statutum, quòd quis non possit ire extra territorium, valet, vt l. cunctos populos. de summa Trinita. per Bart. & l. fi. de decre. ab or. fa.

Statutum, quòd quilibet possit prætendere tignum vsque ad mediam viam duo vicini erant concordes facere pontem simul, quid iuris? in l. pro regione. de acquir. rer. dom.

Statutum, quòd forensis non possit acquirere hîc aliquam rem immissionem, cōtingit, quòd forensis fuc cessit ciui præscribenti aliquam rem, vtrum ex defectu personæ præscribentis interrumpitur præscriptio? respondeo, si ex omni causa impeditur acquirere, interrumpitur: alias non, per Bar. in l. naturaliter. de vsucap.

Statutum, Potestas iurauit seruare statuta, an teneatur seruare statuta posteà facta, vel futura? per Bart. in l. sed stipulatus. §. cum stipulamur. de verb. obli.

Statutum, quòd nullus possit esse prior, nisi sit de arte, tempore quo missus fuit in sacculo non erat de arte, sed tempore quo debet administrare, est de arte, certè debet attendi tempus electionis: per cap. si eo tempore. de rescrip. per Bar. in l. vsusfructus. de stipu. seruo.

Statutum, an possit tollere ferias inductas ad honorem Dei? vide in c. capellanus, & in c. fi. de feriis.

Statutum, an possit fieri, ne possit appellari, & si est ciuitas, quæ habet causas principales, & causas appell. in l. omnes populi. de iust. & iure. & in l. ambitiosa. de decre. ab ord. fa.

Quòd quis habeatur, vt talis, quid importet, &c.

STATVTVM, quòd omnes habitantes in ciuitate, hora confecti statuti habeantur pro ciuibus, quidam dicta die erat absens, & retinebat tamen familiam in ciuitate, an sit ciuis? vide Bar. in l. j. primo. de lib. agnos.

Statutum, quòd scholares tractētur vt ciues, an si scholaris habet aliquod priuilegium vltra ciues, possit eo vti non obstante statuto: per Bar. in l. iij. §. si emācipatus. de contra tab.

Statutum, quòd talis habeatur pro ciue, aliud est esse ciuem, & aliud, quòd habetur pro ciue, per Bart. in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. & l. si maritus. ff. de adult.

Statutum, quod loquitur de ciuibus, an habeat locum in illis ciuibus, qui non subeunt munera. Barto. in l. j. ad munic. ff.

Statutum, quòd Florentini habeantur pro ciuibus, per Bar. in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap.

Statutum, an ciuitas promittens fœneratori tractare eum, vt ciuem. demum vult facere statutum, ꝙ illi fœnerator non liceat petere debitum, vsque ad tres annos, an videatur esse factum contra pactum? Bar. quòd non, in l. quidam cum filium. de ver. obl.

Statutum, ꝙ filia nupta habeatur in omnibus, vt sui iuris, ego dico, ꝙ ipsa verè est sui iuris: per Bart. in l. si maritus. l. Iul. de adul.

Statutum, quòd quis habeatur pro ciue, ille qui probabit se xv. annos habitasse in ciuitate, per quatuor vicinos proximiores, qui intelligātur vicini? vide Bar. in l. si tertius. de aqua pluu. arc.

Statuta contractuum, & primò de consensu.

STATVTVM, quòd mulier non possit se obligare sine consensu duorum propinquorum consanguineorum, non potest adire hæreditatem, in qua adeundo se obligat: vt inst. de autho. tu. §. neque. per Bar. in l. cum de lege. ff. de acq. hær. circa prin.

Statutum prohibens mulierem contrahere sine consensu duorum propinquorum suorum consanguineorum, videtur quòd debeat interuenire consensus ante, vel statim post contractum: nam cum iste consensus requiratur per modum auctoritatis, ideo ante debet interuenire. arg. l. obligari. §. tutor. de auc. præst. quia vbi requiruntur istæ personæ ad sic auctorandum est solennitas iuris, ideo hæc ignorare est error iuris: vt l. nunquam. ij. in prin. de vsucap. quod in statutis verū credo inter subditos, secus fortè in non subditos: ar. no. in l. item Mella. ad l. Aquil.

Statu-

Statutum, quòd filius non possit se obligare sine licentia patris, modò pater, & filius se obligant in eodem instrumento, an ipsi videantur data licẽtia? dicit Barto. quòd sic. in l. cùm pater. §. libertus. de leg. ij.

Statutum, quòd filiusfam. non possit se obligare sine consensu patris, vtrùm habebit locum in contractu facto à filio extra territorium ciuitatis, vbi est statutum? & dico quòd sic, in l. castren. de castren. pecul. Barto.

Statutum, ꝙ mulier non possit contrahere sine consensu duorum proximorum cõsanguineorum suorum, an possit adire hæreditatẽ absque eis, certè sic, quia non est propriè contrahere per Barto. in l. apud Iulianum. §. fi. ex quib. caus. in poss. ea. ff.

Statutum, quòd mulier non possit contrahere, vel testari sine consensu consanguineorum, si consanguinei requisiti nolunt consentire, ad iudicis officium spectat examinare causam contradictionis. Barto. in leg. si mulier. §. eo autem tempore. ff. soluto matrimonio.

Statutum, quòd mulieres, & minores non possunt contrahere sine consensu aliquorum cõsanguineorum suorum, intelligitur tantum, quòd non possunt præstare, vbi de acquirendo directè sibi tractatur.

STATVTVM, quòd de pretio rei venditæ, soluatur gabella: per Bart. ff. de cond. & dem. l. sed & si hæc specialiter. §. cuidam.

Statutum, quòd de qualibet sententia condemnatoria soluatur gabella: non tamen tenetur soluere de confessione, seu præcepto confessionis. Bar. de confes. l. prima.

Statutum, quòd nullus monachus soluat gabellam, intelligitur de eo, qui anno stetit in monasterio, per Bart. in l. interdum. §. quoties. ff. de publica.

Statutum, quòd de omnibus redditibus soluatur gabella. quidam locauit fundum pro centum flore. colonus percipit fructus, & soluit gabellam, an ego dominus teneor soluere? certè non, per Bart. in l. interdum. §. quoties. de publi.

Statutum, quòd scholaris non soluat gabellam in ciuitate: quidam scholaris recessit, & stetit per aliquod tempus, & posteà transit per ciuitatem, & dicit se esse scholarem, an teneatur soluere? certè ꝙ sic, per Bar. in l. naturalem. §. apud. de acq. rer. do.

Statutum, quòd de quolibet contractu soluatur gabella, ego nolens soluere hanc gabellam habui fundum pro derelicto, & tu occupasti: certè cum istud pro derelicto habere, sit quædam donatio, soluitur gabella. ar. l. quod seruus. de stipul. seruo. Bar.

Statutum, quòd de quolibet contractu soluatur gabella, an si receditur ab emptione, vel contractu, dicatur nouus contractus, & sic debeat soluit gabella? per Hono. in l. iurisgen. §. de pact.

Statutum, quòd debeant solui tot denarij nomine gabellæ pro qualibet libra: modò quæritur, quid, si id super quo contrahitur, non ascendit ad libram? est ar. quod nulla gabella debeat solui. l. ita autem. in prin. de admi. tuto. per Bar.

Statutum, quòd soluatur certa gabella, si nec emptor, nec venditor soluit, quid iuris? vide Bar. in l. cum mulieri. solu. matr.

Statutum, quòd de quolibet testamento soluatur tantũ nomine gabellæ, certè si ex vno testamento fierent mille scripturæ, vnum testamentum est, vnáque debet solui gabella. Bar. in l. j. de test.

Statuta contractuum diuersorum casuum.

STATVTVM, quòd si quis non soluerit pensionem intra mensem possit expelli de domo, intelligitur de pensione, quando sic facta est locatio: vt intra mensem soluatur. Secùs, si esset data dilatio.

Statutum, quòd si quis cesserit cessionem seu actionẽ aliquid nobili, cadat à iure suo: aliquis cessit, qui cedere non poterat, vel aliàs cessio non valet, cadítne iure suo? text. est, quòd non, in l. si ex duobus. ff. de bon poss. cont. tab.

Statutum prohibens alienationem, videtur prohibere & præscriptionem: secundum Barto. in l. vbi lex de fideiuss. & ibi gl. not. Azo. in summ. de vsucap. pro emptore. facit l. alienationis, de verb. signifi.

Statutum ciuitatis, quòd forenses non possunt emere in suo territorio, vtrum mulier inde originaria nupta alibi possit ibi emere? Bartol. determinat, quòd sic: in l. fin. §. iidem rescripserunt mulierem. ad municip.

Statutum, quòd nobilis non possit recipere cessionem contra popularem sub tanta pœna, nunquid possit habere succedendo? per Barto. in l. j. §. sed si iure. ad municip.

Statutum, quòd maritus lucretur tertiam partem dotis, an istud lucrum debeat esse præcipuum illius filij nati ex illa vxore, vel debeat communicari aliis? per Bar. in l. dotem. de cast. pecu.

Statutum, vbi prohibet aliquid facere aut aliquem contrahere, ille faciendo & super hoc iurando, non obligatur per Bar. in l. is, qui bo. de verb. obl.

Statutum loquens de donatione non intelligitur de donatione causa mortis: Bart. in l. filius de dona.

Statutum, quòd nullus possit alienare rem non allibrato. quidam vult facere hæredem non allibratum, an possit per Bar. in l. si ita quis. §. ea. l. de verborum obligationibus.

Statutum prohibens certas personas contrahere, impedit etiam naturalem obligationem. Barto. in l. cum lex. de fideiuss.

Statutum, quòd quis tenetur dare frumentum, liberetur dando tantam quantitatem pro quolibet corbe, ꝙ per pactum huic statuto etiam per iuramentum renuntiare non potest, quia fuit factum in publicam vtilitatem vt ciuitas abundet hominibus, qui possunt soluere collectas, & laborare terras: per Bar. in l. si quis pro eo. de fideiuss.

Statutum, quòd prohibet vnam partem, puta nobiles contrahere, an firmetur contractus iuramento? in l. si quis pro eo. de fideiuss.

Statutum, vt pupillus vel alius minor non contrahat sine certa solennitate, vel si esset facta prohibitio ex parte contrahentis cum eo certè tunc pupillus vel minor non obligaretur etiam naturali obligatione: Bar. in l. j. de noua.

Statutum, quòd nullus possit emere frumentum sine licentia officialis, de venditore nihil dicit, an idem intelligatur de vendente? videtur quòd sic. l. fi. de accepti.

Statutum, quo filiusfam. vel minor, vel mulier prohibentur aliquod genus contractus celebrare, ita porrigit effectum suum vbique, sicut porrigetur vniuersalis administrationis. Barto. in l. si duo. de administ. tutorum.

Statutum, quòd qui rem suam immobilem vendiderit forensi vel vendenti consenserit, puniatur certa pœna. pone quòd actionem personalem ad rem habebã vel mihi debebat restitui per fideicommissum consensi: quid iuris? vide Bal. in l. Gallus. §. videndum. in fi. de lib. & posthum.

Statu-

Statutum, quòd forensis possit emere possessionem, demum est facta reformatio, quòd qui dederit tale castrum, debeat habere tali pondere à communi, quid si forensis det, an debeat habere? videtur quòd non: quia debet intelligi de habili ad habendum: vt leg. gradatim. §. sed si lege. in contrarium est casus in leg. si quis in graui. §. vtrum. Bart. ibi. ff. ad S. C. Sillan.

Statuta circa iudicia, & primò de insinuatione.

STATVTVM, quòd quicunque habet instrumentum testamenti vel codicillorum alicuius rei, valoris x. librarum, vel suprà, debeat illud producere, infra vj. menses animo insinuandi, alias nō valeat, an qui est substitutus pupillo pupillariter, debeat insinuari testamentum? per Bar. in l. is potest. vltra principium. de acq. hær.

Statutum, quòd testamenta insinuentur, aliàs non valeant, an testator possit remittere istam insinuationem? certè non, per Bar. in l. nemo potest. de leg j.

Statutum, quòd omnis donatio debeat insinuari infra mensem, aliàs non valeat: modò insinuata infra mensem, sed ab initio fuit res tradita, an impeditur translatio dominij? per Barto. in l. cùm ita quis. §. ea lege. de verbo. oblig.

Statutum, quòd instrumenta donationis debent insinuari infra sex menses, aliàs non valeant: non infirmatur ipso iure, sed producunt exceptionem: per Bar. in l. cum lex. de fideiuss.

Statutum, quòd si quis habet instrumentum donationis, testamenti, vel codicillorum. à x. libr. s. teneatur insinuare, quòd si tanta quantitas est promissa, vel legata, non inspecto, vtrum debitor sit soluendo vel non, debet illud insinuari: per Barto. in l. qui tabulas. ff. de furtis.

Statutum, quòd testamenta insinuentur, aliàs non valeant, an testator possit remittere istam insinuationem? Bart. in l. nemo potest. de le. j. vbi tenet, quòd non, & dicit, quòd est casus in d. l. nemo. quia iura pertinentia ad solennitatem, testator non potest tollere. Ad idem quod not. Cyn. Cod. de dona. l. fina. ꝙ legibus præcipientibus insinuationem non potest renuntiari. Nam quæ statuūtur propter euitandam falsitatem, vel pericula non possunt remitti per testatorem vel contrahentem: in l. comparatis. de fid. instr. C. de hoc per Iac. de Bel. in authen. vt ma. cre. & de. §. quia vero. sed istæ solennitates fuerunt conuentæ, vt cessent falsitates: vt leg. iubemus. C. de testam. ergo, &c. de hoc plenè vide per Bartol. an per partem possit renuntiari, in l. modestinus. ff. de solu. vtrùm per iuramentum possit tale pactum confirmari, per eundem in l. si quis pro eo. de fideiuss. & circa hoc vide in l. ij. vt le. nomin. cau. in quibus ll. tenet quòd non.

Statuta circa præscriptiones.

STATVTVM, ꝙ si quis non petierit suum per decennium, præscribatur, & quæratur dominium possidēti, an intelligatur de directo? & dic quòd sic, quia illud vltra ius commune debet statutum operari. l. j. ad municip. hoc tenet Bar. in l. ij. Cod. de vsucapionibus.

Statutum, ꝙ in seruitutibus non habeat locum præscriptio, nisi certo modo, intelligitur in seruitutibus inducendis. Secùs in tollendis: quia stamus iuri cōmuni: vt l. 3. de vsucap.

Statutum, præscriptio quæ inducitur per statutū qualiter interrumpatur? dic ꝙ per solam citationem: Bar. in l. in omnibus. de act. & oblig.

Statutum, ꝙ diuisio possit peti non obstante cursu cuiuscunque temporis, debet intelligi durante communione. Secùs si præscriptum est diuisioni. ff. pro dote. l. fi. cum ibidem alleg. pro glo. secundum Bar.

Statutum, ꝙ non petentes debitum infra tantùm tempus cadat à iure suo, qualiter currit ista præscriptio? certè vera negligentia non petentis. leg. si rem alienam. ff. de vsuc.

Statuta circa exceptiones & appellationes.

STATVTVM, ꝙ non possunt opponi nisi certæ exceptiones, non tamen excluduntur similes, aliæ legitimæ in corpore iuris, siue in statutis inclusæ: per Bartol. in l. ij. quod vi aut clam, per canonistas, de offic. deleg. c. ex parte. el ij. facit gl. not. in l. ita nobis pudor. de adul. C.

Statutum, an ab iniquitate iudicis, vel statuti possit appellari? per Bar. in l. fin. de appel. & l. omnes populi. de iust. & iur.

Statutum, quòd causæ debeant committi in arbitratores, poterit appellari à sententia eorum, secundum Bart. in l. j. in fi. ff. qui appel. non licet. per l. fin. C. de iudiciis.

Statutum, quòd principalis verè contumax non appellet: si est contumax. procurator an possit principalis appellare. Bar. in l. neque erranti. de fideicomm. liber.

Statutum, quòd condemnatus pro violentia possit appellare, quidam est condemnatus, quia congregauit homines, an videatur condemnatus pro violentia? per Bar. in l. ij. ad l. Iul. de vi pri.

Statutum, quòd nulla possit opponi exceptio, nisi nullitatis, vel falsitatis, an quis poterit opponere illas, quæ permittuntur per aliud statutum? videtur quòd sic, per gl. not. in l. serui nomine. de vsucap. ar. illius gl. iunctæ l. cum tex.

Statutum, inferioris, quòd fit in fraudem appellantis, quæ interponitur ad superiorem non valet: vt extra de iureiur. c. venientes. Bar. in l. quæ sub cōdi. de condit. insti.

Statuta iudicialia diuersorum casuum.

STATVTVM, quòd testamenta mādentur executioni, sicut sententia, per Bar. in l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. & ir.

Statutum, quòd per liberam personam quæratur nobis actio, an quæratur vtilis vel directa? per Bar. in l. j. §. sublata. ff. ad Trebel.

Statutum, quòd arbitri teneantur acceptare, & apponit pœnam si excusat, an recusando incidat in pœnam? certè sic, nisi faciat causa euitandi suum damnum: vt ff. ad Trebel. l. apud Iulianum, in prin. & l. cogi. §. si quis per Bar.

Statutum continet certam pœnam, iudex dicit: condemno te ad pœnam contentam in statuto: certè valet ista sententia: per Bar. in l. iudex. posteaquam. de re iudicata.

Statutum, quòd iudex teneatur ad petitionem partium causam committere consilio sapientis, quòd si causa nullum habet dubium, non teneatur committere. vt l. ille aut ille. §. fi. de leg. 3. per Ia. de Are. vide circa hoc Bar. in l. j. §. si plures. de exercit.

Statutum, de causis compromittendis, si non procedit libellus, quia est ineptus, nō procedit compromissi petitio, secundū no. in l. sed patronus. de iureiur. & per Bar. in l. ambitiosa. de decre. ab ordi. facien.

Statutum, quòd schedulæ aliorū manu notarij subscriptæ publicentur, an poterit peti publicari hæres, qui fecit schedulam scribendo voluntatem defuncti? & tradit

tradit notario, qui se subscribat, dicẽs actus, &c. per Bar. in l. j. §. ex illata quoque. ad l. Cor. de fal.

Statutum, quòd contumaces condemnati non condẽnentur appellantes. quidam est condemnatus, vt cõtumax appellet, & dicet se non fuisse contumacem, quia non fuit ritè condemnatus, citatus audiri certè debet, secundum Bal. in l. 4. §. condemnatum. de re iudic.

Statutum, quòd iudex teneatur sequi consilium sapientis, an potest à sententia sua appellari? per Bart. in l. si venit, de re iudic.

Statutum, quòd principaliter citatus debeat comparere, aliter habeatur pro confesso, tutor vel procurator citatus non comparuit, an habeatur pro confesso? Bar. in l. neque erranti. de fideic. lib.

Statutum, quòd si creditor steterit per x. annos, quòd non petierit, non videtur posse renuntiari. Bar. in l. j. de vsuc.

Statutum, quòd si creditor non petierit debitum infra certum tempus, cadat iure suo, tollitur obligatio ciuilis effectus naturalis. Et si dicitur de vno, non audiatur, nulla obligatio tollitur: sed via agendi. Bar. in l. j. §. si viam. de vsucap.

Statutum, loquens de causis compromittendis inter consanguineos, quòd venditor potest petere, si est quæstio inter emptorem, cui ipse vendidit, & consanguineum ipsius venditoris, per l. procur. §. procurem ra. habe.

Statutum, quòd petens debitum incidit in pœnam, quòd si opponit compensationem debiti solui, videtur quòd incidit in pœnam, secundum Bar. in fi. rem ra. haber.

Statutum, quòd si quis non soluerit collectas, non audiatur, neque in ciuili, neque in criminali. Contingit, quòd non soluens collectas, fuit percussus: an iudex possit inquirere de tali percussione? per Bart. in l. non solùm. §. quamquam. de iniur.

Statutum, quòd si quis produxerit exceptiones contra instrumentum, nec probauerit, puniatur in tantum. aliquis modò opponit per procuratorem, & nõ probauit, dico quòd ille puniatur verè: quia ille agit, nec debet inspici, an verba loquantur in personam, an in rem, per Bar. in l. sed si vnius. de iniu.

Statutum, quòd si quis cadat à iure suo, si debitum non petierit, &c. an cadat precario, quod possidet per debitorem? videtur quòd non, vt l. si alienam rem. de pig. act. secundum Bar.

Statutum, quòd causa debeat committi cõsilio sapientis, si ille omittit, an sit committenda alteri? per Bar. quòd sic. in l. j. §. si plures. de exercito. quia statutum loquitur in genere, quod perire non potest. vbi, &c.

Statutum, quod accusatus vel inquisitus non possit declinare forum, vel iurisdictionem potestatis vel capitanei, & si alia fecerit, possit impunè offendi, quod si filius, vel monachus, vel clericus est accusatus, & ipsi non declinabunt iurisdictionem potestatis, vel capitanei, sed Abbas vel superior, & eodem modo pater declinabit pro filio pro suo interesse: secundũ Bar. in l. pe. ad crimen. de publi. iud. & adde per eundem in l. ij. eod. tit.

Statutum, quòd nulla cõdemnatio fiat à capitaneo, nisi priùs fiat depositum per reum, quid si cõdemnauit, & non est factum depositum, sed est in causa leui? Bar. ꝙ non tenetur. vt l. leuia. in fi. de accu.

Statuta circa maleficia, & primò de bannitis.

STATVTVM, quòd bannitus non audietur tam in agendo quàm in defendendo, per Bar. in l. cum mulie. solut. matrim.

Statutum, quòd bannitus possit impunè offendi, vtrũ pendente quæstione nullitatis banni intelligitur suspensa potestas offendendi? Bar. in l. iij. §. si priùs. de acq. pos.

Statutum, quòd bannitus à centum libris suprà, possit impunè offendi, quidam est condemnatus duobus bannis, vno in quinquaginta, alio quinquaginta, certè non potest offendi: per Bar. in l. in testamento. §. si duo. de condi. insti.

Statutum, quòd bannitus non possit agere, nec accusare, an possit officium iudicis intentare: per Barto. in l. non solùm. in fi. de iniur. per Honor. in l. j. si tutor non ges.

Statutum, quòd bannitus non possit reuerti ad ciuitatem infra x. annos, nisi habuerit pacem ab hærede offensi, an si filius abstinuit se ab hæreditate paterna, possit facere pacem bannito? per Bar. in l. si filius qui patri. de vulg. & pup. in fi.

Statutum, quòd Titius, filij & nepotes sint rebelles, de quibus nepotibus intelligitur? certè de natis in vita Titij, non de natis post mortem: per l. Titius. de suis & legit. Bar. ibi.

Statutum, quòd Titius, & omnes de domo sua sint rebelles, an comprehendantur filij naturales? Bart. ꝙ non, in l. fi. de verb. sign. nisi in statuto sit expressum aliquod verbum naturalitati: iam tantum est dicere de domo, quantum de tota cognatione. Sed cõstat, ꝙ non est cognatus, dicit ipse non. Pro hoc vide de verb. sig. l. permutatio. §. familiæ.

Statutum est in ciuitate fauore creditorum, quòd debitor bannitus vel excommunicatus condemnatus de debito nullum contractum possit facere, donec soluat. contingit, quòd talis debitor contraxit, postea soluit, certè talis contractus cõfirmatur: per Bar. in l. cum vir prædium. de vsuc.

Statutum, quòd banniti possint definitiuè condemnari, etiam absentes, quidem est condemnatus, & absens, & moritur, an pœna transit ad hæredes? & videtur ꝙ non, per Bar. in l. ex iudiciorum. de accu.

Statutum, quòd banniti possunt extrahi de banno soluta certa quantitate: per Bar. in l. si quis seruus. de custod. reo. & plenius in l. Domitianus. ad Turpil. per eundem.

Statutum, quòd quis possit occidere patrem bannitũ, non valet. per Bart. in l. si adulterium, cum incestu. §. liberto. de adult. Non obst. l. minimè. de religio. quia ibi est propter immanitatem criminis.

Statutum, quòd bannitus possit impunè offendi, & occidi. quidam bannitus fuit captus à familia, vtrùm possit impunè occidi in manibus familiæ? per Bart. in l. 3. §. transfugas. ad l. Corn. de sic.

Statutum, quòd banniti rebanniantur, an videantur restituti vel habere simplicem indulgentiam? per Bar. in l. j. §. si quis, vlt. de quest.

Statutum, quòd banniti possint impunè offendi, modo dum esset captus à familia inimicus suus, interfecit ipsum, per Bar. in l. laqueum. de acq. re. do.

Statutum, quòd quicunque duxerit bannitum in personam, habeat quinquaginta à communi. quidã potestas duxit de comitatu: per Bar. in l. si is, qui. de acqu. rer. dom.

Statutum, quòd elapso termino banni possit impunè offendi, potestas banniuit quendam, si non veniret, infra tertiam diem, bannitus est Florentiæ modo elapsi sunt duo dies, & certum est quòd in vno die non potest venire, an possit impunè occidi? per Barto.

Bart.in l.cùm ita stipulatus.de verb.oblig.

Statutum,quòd bannitus à centum libris impunè possit offendi,si vnus est bannitus pro vno in quinquaginta & pro alio in quinquaginta,nõ offenditur impunè:per l.vbi fideiussor.de solut.per Bar.

Statutum,quòd receptans bannitum puniatur in certa quantitate, an si receptat agnatum bannitum puniatur?per Bar.in l.fi.de recep.

Statutum,quòd bannitus possit impunè offendi, an debeat inspici vtrum sciebam eum bannitum, vel nõ? certè non,per Bar.in l.fi.de crimine expila.hære.

Statutum, quòd si quis fuerit condemnatus de furto vltra centum libras,ponatur in banno,quidam fuit accusatus quòd verberauit Petrum, & quòd furatus fuit sibi bouem, condemnatus à iudice in ducẽtis,an debeat poni in banno? certè ista sententia debet diuidi, hoc est haberi consideratio inquantum veniebat condemnandus pro furto, & inquantum pro verberatione:arg.gl.in l.si ex falsis. de transact. C.per Francisc.de Aret.

Statutum, quòd bannitus non audiatur, nec agendo nec defendendo.bannitus agit contra bannitum.dicit ille: tu non potes agere,& alius dicit:tu non potes excipere,quid iuris? vide Barto.in l.cùm mulier. solut.matrimo.

Statutum,quòd qui ceperit bannitum,habeat centum. aliud statutum est, quòd homines communitatis debeant trahere ad inuicem,& capere bãnitos.quidam iuit ad capiendum bannitum, cùm bannitus aufugeret, leuauit rumorem. rustici audientes traxerunt, & acceperunt bannitum, vtrum debeat habere præmium?quid si officialis capit: vide Bartol. in l.si quis in graui.§.vtrum.ff.ad S.C.Sillan.

Statuta de duplicatione pœnarum.

¶Statutum, si quis cõdemnatus in tantũ, non soluerit, condemnetur in quarto pluri. alio statuto caueтur, quòd condemnatus ex maleficio in centum, si non soluerit infra mensem,decapitetur. & si condemnatus est in quinquaginta, si non soluerit infra dictum terminũ,amputetur sibi manus. modò quidam fuit condemnatus in quinquaginta, nõ soluit, an condemnatus est in quarto pluri?vide Bar.in l.1. ff.de in lit.iuran.

Statutum,quòd de maleficijs commissis de nocte pœnæ duplicentur,non habet locum in verbis iniuriosis:per Bart.in l.aut facta.de pœn.

Statutum, quòd si maleficium committatur in ecclesia, vel eius domibus pœnæ duplicentur. alio statuto cauetur, quòd si quis commiserit sacrilegium, puniatur in mille.quidam commisit sacrilegium in ecclesia,sacrum subtrahendo,an pœna duplicetur? per Bar.in l.aut facta. §.locus.de pœn. & respondetur,quòd non.

Statutum,quòd percutiẽti in platea,vel de nocte, pœna duplicetur:idem,si in festo vel die feriata, quidã percussit de nocte,in platea,& in festo,an pœna duplicabitur ex qualibet qualitate?vide plenè per Bar. in l.sanctio.ff.de pœn.

Statutum,quòd contra negantẽ pœna duplicetur,quid duplicabitur? vide per Bar.in l.sanctio. ff.de pœn.

Statutũ dicit,quòd pœnæ duplicẽtur,an in duplo insit simplũ,& dicit,ꝙ sic:Bar.in l.interpretatiõe.de pœ.

Statutũ,quòd nobilibus delinquentibus sit pœna quadrupli:per Bar.in l.qui ad tempus. de decurio.

Statutũ,quòd soluatur duplũ,vnum simplũ est rei persecutoriæ,aliud pœnale:in l.hoc edicto. de publicia.

Statutũ, quòd nobilis puniatur pœna quadrupli eius, in qua puniretur popularis.accidit quòd nobilis deliquit de nocte,vel in platea,vbi duplicãtur pœnæ, an duplicabitur pœna simpli vel maleficij sic qualificati?per Bart.in l.1.§.fi.ff.si fam.fur.fec.dicatur.

Statutũ,quòd in maleficiis cõmissis de nocte duplicẽtur pœnæ,& nox intelligatur à primo sono cãpanæ quæ pulsatur de sero,vsque ad sonũ cãpanæ,quæ pulsatur de mane.modo quidã cõmisit delictum in tali loco,in quem sonus cãpanæ non corrigitur, & fuit de nocte,in veritate, quæritur quid iuris: vide per Bar.in l.1.§.hoc autẽ senatuscons.ff.ad S.C.Sil.

Statuta circa concordiam & denuntiationem.

¶Statutum,quòd qui occidit,si non habuit pacem ab hærede, &c. vtrùm debeat habere ab omnibus, aut ab vno?per Bar.in l.eadem.§.Cato.de ver.obli.

Statutum,loquens de pace,an habeat locum in patre, qui fecit pacem de iniuria facta filio? per Bar.in l. sed si seruus.§.filio.de iniur.

Statutum,quòd villa debeat denuntiare maleficia infra certos dies,quòd si alius interim accusauerit,excusatur,per Bar.in l.1.§.eleganter.de lib.agno.

Statutum,quòd syndicus teneatur denuntiare maleficia,nunquid teneatur denuntiare illũ, qui offendit eum qui licitè potuit offẽdi,Bar.quòd sic in l.si quis in graui.§.si maritus.ad Silla.facit de publicã.l.fi.§. diuus.

Statutum,quòd syndici teneantur denuntiare maleficia,maleficium est commissum in loco abscondito, vbi homines rarò accedunt, an excusetur si denuntiat infra tempus,per Bar.in l.semper.§.hoc interdictum.quod vi aut clam.

Statutum,verba statuti inspicienda sunt, quia aut dicit si habuerit remissionem,& tunc habenti poterit fieri remissio:vt l.athletæ.de excu.tu.& Insti.de iniur. §.fina. aut dicit statutum, quòd habeat pacem vel concordiam,& tunc requiritur, quòd fiat præsenti, vel alio recipienti pro eo legitimè,tunc pars dicitur præsens,vt l.1.de pac.secundum Bar.in l.athletæ.de excu.tut.

Statuta maleficiorum diuersorum casuum.

¶Statutum,quòd quicunque opponit, quòd talis sit spurius puniatur in tantum:per Bar.in l. Seius & Augerius.ad l.Fal.

Statutum,quòd si quis fecerit tale maleficium, condẽnetur in tantam quantitatem,& si non soluerit, puniatur corporaliter,putà in amputatione manus,vel pedis,an si est condemnatus,possit dare fideiussorẽ: per Bar.in l.3.§. qui statulibe.& l.2.de custo.reo.per eundem melius,quàm alibi in l.item libertus.C.quibus mo.pig.vel hypot.solu.

Statutum,quòd clerici aliquid faciant,quod si non faciant cõsanguinei,puniantur in tãta pœna: per Bar. in l.1.de iis,quæ pœn.no.

Statutum,quòd Potestas non possit cognoscere de maleficiis commissis ante tres menses vel post:nũquid si filius est subrogatus in loco primi potestatis mortui in officio,computetur tempus à se ipso,vel à primo.per Bar.in l.3.§.hi,qui.in simili vide in l.4.de dã. infec.per eundem in prin.

Statutum,quòd possit quis impunè offendi,an,pendente appellatione,possit offendi:certè non:per Bartol. in leg.1.nil nouare ap.pen.& leg.qui in latronibus. de testa.

Statutum,quòd inuentus cum armis,soluat decem,stetur relationi familiæ actoris, modò vnus solus de familia dicit inuenisse talem cum armis, an stetur dicto istius solius:dicit quòd sic :per tex.in l.1.§.fa-

miliæ.de vi,& vi ar.

Statutum puniens expellentem aliquem de possessiore rei:nam siue apprehenderit siue nō, tenetur pœna statuti,nisi ex mente statuti colligeretur quod in expellente apprehendēte voluit loqui,vt quia diceret expellentem teneri ad restitutionem possessionis,&c.vt leg.3.§.si tu.de vsucap.facit l. Barsator.C. de fideiuss.

Statutum,quòd si quis fecerit insultū cum armis,quãuis habeat arma ad latus, teneatur pœna statuti per Bar.in l.idem.§.armis.de vi,& vi ar.

Statutū,si quis fecerit insultum ad domum, sic puniatur, quis fecit insultum ad domum discoopertam, siue detectam,an habeat locum pœna statuti: & secundum significationem dialecticam,videtur,quòd non: quia domus consistit ex tribus, scilicet pariete,fundamētō,& tecto,vnde cùm deficit vnum,&c. secundum l.videtur,quòd sic, quia consistit ex duobus,scilicet ex fundamento & pariete,& nil dicitur de substantia superficiei,vt l.eum,qui ædes. in gl.ff. de vsuca. tamen communis appellatio includit tectum:nō puto habere locum:vt l. sciendum.§.illud. de ædil.edi.

Statutum,quòd si quis extraxerit frumentum, puniatur in tãtum,quidam extraxit farinam, an teneatur: & videtur quòd non,quia ex quo non potest reduci ad frumentum, non continetur eius appellatione, per Din.in l.quamcunque.§.illud.de leg.3.

Statutum, quòd quicunque vult desistere ab accusatione,soluat tantum cōmuni & possit desistere,modò quæro accusaui aliquem de pluribus delictis vno libello,& volo desistere,an soluam pro vna accusatione,an pro pluribus:per Bart.in l.libellorum. §. illud de accus.

Statutum,quòd qui fecerit sanguinem in platea: amputetur sibi manus dextra, si ille, qui fecit sanguinē non habet manum dextram punietur extra ordinē: per Bar.in l.hoc accusare.§.omnibus,in fi.

Statutum, quòd pro adulterio imponit minorem pœnam,per Bart.in l.si adulterium cum incestu. §. stuprum.

Statutum, quòd punit portantes arma: per Bar.in l.1. ad l.Iuliam de vi priua.& l.1.in prin. de acquirenda possessio.

Statutum,quòd si quis occiderit aliquem &c. non verificatur,nisi morte secuta:per Bar.in l.2.§.diuus.ad l.Corn.de sic.

Statutum,quòd qui non probauerit deducta in accusatione,condemnetur in decem lib. vtrum eadem sententia, qua absoluit reum: poterit iudex condemnare accusatorem:per Bar.in l.athletas.ff.de fal.

Statutum,quòd si quis fecerit falsum instrumentū,puniatur magna pœna:pro aliis falsis minori,aliud est: si accusaretur ob obreptionem falsi, & aliud,si accusatur quòd fecit fieri falsum instrumentum: de quo in l.si quis obrepserit de falsis.

Statutum, quòd quicunque duxerit hominem in fortium communis, habeat tantam,an valeat: per Bar. in l.1.ad l.Fabiam de plag.

Statutum,quòd committens maleficium cōdemnetur in mille libris & stet ad confinia per 10.annos à die latæ condemnationis.quidam fecit homicidium, & pendente decennio facit aliud maleficium,an secūdum decennium intelligatur à die finiti primi decennij,vel quando:per Bar.in l.senatus.§.quãquam. ff.ad Turpil.

Statutum, quòd de carceratis relaxandis, non porrigitur ad carceratos ob crimen falsi:per Bar.in l.Lucius.ff.ad Turpil.

Statutum,quòd sufficit probare maleficium quoddam per publicam famã,qualiter intelligemus publicã famã:per Bar.in l.de minore.§. fi. de quæstionibus.

Statutum,quòd committens maleficium, etiã absens possit condemnari,habetur pro confesso,si est citatus: & contumax, & patitur se poni in banno.per Bar.in l.quæstionis de quæstioni.

Statutum vnum est,quòd contumax habeatur pro cōfesso,secundum quòd testes examinati contrà magnates non possint redargui de falso,contigit quod testis est examinatus contra magnatem, & fuit contumax:& passus est se poni in banno:an possit condemnari:per Bar.in l.absentem.de pœn.

Statutum,quòd testis de falso testimonio possit infra mensem accusari, alio statuto cauetur, quòd quis possit de falsitate accusari infra decem dies,an vigore vltimi statuti possint testes accusari post mensem infra decem dies:per Bar. in l. sanctio legum. de pœni.

Statutum,quòd qui fecerit falsum instrumentum concremetur,an si quis falsificauerit acta,puniatur: videtur quòd non,per Bar.in l.in fraudem. §. neque. de iure fis.

Statutum,quòd delinquentes in ciuitate confœderata,possint apud nos puniri:per Bar.in l.non dubito, de capti.& postlimi.

Statutum,quòd si condemnatus non soluerit infra decem dies,amputetur sibi lingua,quidam fuit captus & infra decem dies non soluit,fuit factum statutū, quòd omnes banniti retro per annum possint rebãniri,siue in hauere siue in persona sint banniti,soluta certa quantitate,an iste existens in carcere, si soluat dictam quantitatem,& petat se rebanniri, possit,per Bar.in l.si is qui pro emptore.de vsuca.

Statutum, quòd quicunque fecerit quominus possessiones alterius locentur,puniatur. quidã prohibuit laboratoribus,ne laborent,quid iuris: per Bar.in l.1. §.1.ff.ne vis fiat ei.

Statutum,quòd prohibet portare perlas, quædam portauit perlas fictas,quid iuris? Bar.in l.1.de fonte.tenet,quòd non tenetur pœna statuti,ar.d.l. quia debent esse naturales, & veræ, & non fictæ, & compositæ.

Statutum,quòd quis puniatur aliud est,si dicatur,quòd quis puniatur pro homicidio in mille,aliud,si dicatur quòd homicida puniatur in mille:vt l.aut qui aliter.§.hoc interdictum.quod vi aut clam.

Statutum,quòd qui miserit gentes in aliquem locum debeat confinari,ad quem locum debeat mittere: per Bartol.in l.semper.§.hoc interdictum. quod vi, aut clam.

Statutum,quòd qui offenderit non subiectos huius ciuitatis,puniatur in x.libris ad plus,an istud statutū, prout respicit clericos,sit contra libertatem ecclesiæ:per Bartol.in l.1.§.quæ onerandæ.qua.re.ac.non datur.

Statutum,quòd si homines de contrata, non ceperint malefactorem,puniãtur in tantum,an solutio vnius liberet omnes:Bar. videtur dicere, quòd sic, in l.ex maleficiis.§.1.de act.& obl.

Statutum,an damnatus ex forma statuti sit infamis,per Bar.in leg.cessat. de act.& obl.& l.infamē. de publ. iudi.

Statutum,quòd repertus portare aliquid indeuctum, perdat asinum,& illud quod portat si portat quædã licita,

licita,& quædam illicita,& ignorat illicita,quòd nõ perdat animalia,& alia per Bar.in l.cotem.§.dominus.de pu.

Statutum,quod pro tali delicto domus publicetur, an publicetur instrumẽtum domus vel fundi: per Bar. in l.interdum.§.idem,de public.& vect.

Statutum de armis portandis, de frumẽto non extrahendo,an forensis excusetur:per Bar. quòd non.in l. interdum.§.licet.de publica.

Statutum, quòd non licet extrahere blada, an semen lini poterit extrahi:per Bar.in l.triticũ. de ver.obli.

Statutum, quòd si quis intrauerit rem alterius, soluat domino centum. aliquis intrauit rem, hæreditate iacente,& postea hæres adiuit,an poterit petere illa centum:habes quòd nõ,in l.3.§.hoc edicto. de neg. gest.per Bar.in l. si ex re.§.illud.de stip.seruo.

Statutũ, quòd quis soluat centum pro vulnere, mille pro homicidio,contigit quòd accusatus de vulnere dedit fideiussorem de iudicio sisti,& iudicato soluẽdo, postea vulneratus est mortuus, an fideiussor teneatur:per Bar.in l.fideiussori.

Statutum, quòd potestas teneatur facere inquisitionẽ quandam in principio sui officij,per Bar.in l.furtorum.quæ est l.2.de fur.

Statutum, quòd pro primo furto puniatur in fustigatione,pro secundo amputentur auriculi, pro tertio suspendatur,si simul furaretur plures res, an totum dicetur vnum furtum:per Bar.in l.cum, qui.§.idem dicit,de furtis.

Statutum,quòd si quis percussit aliquẽ in platea, amputetur sibi manus. modo aliquis percussit vnũ plu ribus percussionibus, an amputetur plures manus: Bar.in l.vulgaris.ff.de fur.

Statutum,quòd si quis intrauerit,vel occupauerit rem alienam puniatur in tantum, quòd non est necesse, quod sciat suum non esse:per Bart.in l.falsum.§.bal neum.de fur.

Statutum,quòd si quis luserit ad azardum, puniatur in decem.lusi vno sero cum pluribus,& pluries vici,& perdidi,an videãtur plures ludi,& plura delicta: vide per Bar.in l.inficiando.ff.de furtis.

Statutum, quòd nullus possit ducere vltra tres famulos,vnus duxit viginti,certè vnum est delictum:per Bar.in l.inficiando.de fur.

Statutum,quòd nemo possit habere ad conuiuium vltra septem personas, si habuit quadraginta, vel sexaginta,vnum delictum est: Bar. in l.inficiando de furtis.

Statutum,quòd potestas possit cognoscere de maleficio retro facto per annum, fuit factum maleficium occultè, post annum venit in notitiam potestatis, an possit cognoscere:per Bartol. in l.si quis test.lib. esse iuss.fue.

Statutum, quòd pro homicidio sit pœna cẽtum librarum,aliquis est punitus pœna statuti, an poterit accusari.l.Cornel. de sic.vel puniatur in corpore, per Bar.in l.1.vi bo.rap.

Statutum,quòd si quis produxerit falsos testes,puniatur in tantum, an habeat locum, & si vnum testem produxit:per Bartol.in leg.ait prætor.§. idem ait.vi bon.rap.

Statutum, quòd pro quolibet verbo iniurioso quis puniatur in tantum, qualiter intelligatur verbum, & qualiter intelligatur iniuriosum, per Bart. in l.item apud.§.conuitium.de iniur. & in consilio, quod incipit.domina Neria.

Statutum de eo, qui fecerit insultum ad domum, videtur verificari si venerit in limine domus: per Bar.in l.item apud.§.conuitium.el 2.de iniuriis.

Statutum,quòd occidens puniatur in mille, ita quòd medietas applicetur filiis occisi,an videantur adire hæreditatem accipiendo medietatem: per Bar.in l. quæsitum.de sepul.vio.

Statutum, quòd qui fugerit ante familiam, puniatur, ac si fuisset inuentus cum armis. Item pro armis est statutum,quòd duplicetur pœna de nocte.an fugiẽti de nocte duplicetur pœna: per Bartol.in leg.1.de recep.

Statutũ,vbi pro delicto punitur pœna pecuniaria, admittitur ad accusandũ quilibet de populo:per Bart. in rub.de po.ac.

Statutum, quòd si quis iurauerit per corpus Christi, puniatur in centum,vel si quis intrauerit cancellos maleficiorum,puniatur in centum, & similia, quia non respiciunt ista offensam certæ personæ,sed ma los mores,quilibet potest accusare:per Bar.in l.1.de pub.iudic.

Statuta,quæ alterant pœnam maleficij, vel falsitatis, vel similium delictorum,an desinant esse publica: per Bar.in l.1.de pub.iudic.

Statutum,quòd qui recusauerit iurisdictionem Potestatis,vel capitanei,possit impunè offendi,vtrum sit pœna capitalis.per Bar.in l.2.de publi.iudi.

Statutum,quòd si aliquis absciderit alicui aliquod mẽbrum,sibi abscindatur,quidã abscidit digitũ,qualiter intelligatur: per Bar. in l.2.in fi. de pub.iudi.& circa hoc per Bald.vide in auth.sed nouo iure. C. de ser.fugi.

Statutum,quando imponis pœnam propter certã qualitatem,vtputà si nobilis interficiat popularem,puniatur in tantum, vide per Bar. in l. denuntiasse.§. quid tamen.de adult.

Statutum,quando permittit aliquem impunè occidi, multò magis permittit impunè verberari: per Bar. in l.nec in ea.de adul.

Statutum, quòd quis possit impunè offendere ingredientem in possessionem, quidam ingressus est, & aufugit,me aggredientem extrà possessionem, percussi,certè facio impunè: vt l.quod ait.§. quod ait, de adulte.

Statutũ,quòd Potestas pro furto possit imponere pœnam,an erit mulcta,vel pœna,ex quo non est limitata:per Bar.in l.si qua pœna.de verb.signifi.

Statutum,quod inducit nouum nomen delicti,vtrum dicatur delictum:per Bar.in l.1.de pub.iudi.

Statutum,quod restringit accusationem alicuius publici delicti,an desinat esse publicum: per Bar.in l. fi.de publi.iudi.

Statutum dicit,quòd quilibet possit accusare de certo crimine,an sit publicum ex quo dicit quilibet: per Bar.in l.1.de pub.iudi.

Statutum,quod imponit duas pœnas,vnam capitalem, aliam ciuilem,alternatiuè,an sit crimen capitale:per Bar.in l.2.de pub.iudi.

Statutum,quòd pro homicidio imponatur pœna pecuniaria,an poterit interuenire procurator. Bar. q. sic ex parte rei,ex parte accusatoris est distinguendum:vt l.licet,de procu.in prin.secundum Bar.in l. penul.§.ad crimen.de pub.iudi.

Statutũ,quòd pro pœna pecuniaria imponatur corporalis,an possit interuenire procurator: per Bar.in l. pe.§.ad crimen.de pub.iudi.

Statutum,quòd qualiscunque admittatur persona ad accusandum. Item si diceret,qualiscunque senten-

tia arbitri mandetur executioni, intelligitur tãtum de persona habili: secundum Hono. in l. 2. §. prætor. in glo. l. sciendum. ff. qui satis. cog.

Statutum, quòd quicunque percusserit in platea, puniatur in tãtum, & quicunque percusserit extra plateam, puniatur in minus. Quidam existens in platea percussit cum arcu, seu sagitta eum, qui erat extra plateam, qua pœna puniatur: per Bartol. in l. prima, vbi de cri. agi opor. & quis locus veniat describendus, in accusatione: veritas est, quòd si statutum loquitur de percussione, est locus, vbi est percussio. Si de sagittante, est locus vbi sagittauit: & ita dicas in pœna.

Statutum, quòd homines non possint tenere bestias in talibus partibus infra certos terminos, in alia parte possunt. accusatus est quis quòd tenuit, sed non est dictum nec probatum, quòd infra terminos, & in parte prohibita. certè non potest sequi condemnatio. Bar. in l. non solùm. §. sed vt probari. per gloss. ibi de no. oper. nun. & vide plenè ibi, quando statutũ punit in certa parte, & in certa parte non.

Statutum, quòd nobilis sub certa pœna non possit intrare palatium, nisi tempore consilij, accusatur quis quòd intrauit diuersis vicibus, nobilis probat quòd fuit factum consilium illo mense, & dicit se intrasse tempore consilij, quid iuris? Bartol. in l. non solùm. §. sed vt probari. de no. ope. nun.

Statutum, vt Potestas futurus habeat arbitrium in puniendis maleficiis, eligit Potestas durante officio, præsente Potestate, an habebit tale arbitrium. per Bal. in l. dies cautionum. de dam. infec.

Statutum, quòd si vicini non reperiunt malefactorem, &c. per Bar. in l. si tertius. de aqua plu. ar.

Statutum, quòd pater teneatur soluere filio delinquẽte, si filius fuerit condemnatus, de delicto, propter cõtumaciã, an sufficiat cõtra patrẽ: vide per Bar. in l. cũ filius. de ver. sig. & per eũ, in l. 1. quãdo. ex fac. tu.

Statutum, quòd in maleficiis possit perueniri ad condemnationẽ non obstante aliqua iuris solennitate, dummodo constet de maleficio: testes fuerunt examinati die veneris facti, quæritur nunquid poterit perueniri ad condemnationem: Barto. in l. 1. de test. mili. & quid importent verba, iuris solemnitate. vide ibi plenè.

Statutum, quòd si quis fuerit derobatus, quòd villa teneatur restituere damnum robato, & stetur eius iuramento de æstimatione damni. l. si cũ exceptione. §. 1. quòd me. cau. in l. diuus Traianus. de testa. mili.

Statutum, quòd dominus teneatur pro delicto cõmisso à famulo suo. quero, an teneatur dominus pro delicto commisso antè, quàm esset famulus suus pro hoc. l. in delictis. §. si extraneus. de noxa. Quid autẽ si dicit statutum, quòd teneatur pro delicto famuli. Bar. in l. Titius. de test. mili. dic. cogita.

Statuta vltimarum voluntatum.

¶STATVTVM quòd filia dotata nõ succedat, quousque extiterit aliquis masculus. contingit, quòd tempore mortis superest aliquis masculus, qui posteà mortuus est sine liberis, hæreditate patris adita, vtrum filia possit aliquid petere de hæreditate paterna? per Bar. l. in l. si filius. §. quando in pendẽti. ff. ad Tertull. quod tene menti, quia statutum dicit, per verbum, stãtibus, vel per verbum vixerit, quòd etiã si filius non possit succedere, nihilominus fœmina non venit, si extat masculus.

Statutum, quòd filia dotata non succedat extantibus masculis, an dicatur filia esse sua? certe non, per Bar. in l. 1. §. sciendum. de suis & legit. & in l. seruo legato. § si testator. de l. 1. & per Bald. in l. cunctos populos, C. de sum. tri.

Statutum, quòd filia dotata à patre, non succedat, per Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. de condi. & demon.

Statutum, quod loquitur de pupillari, non verificatur de breuiloqua, quia est tertium genus de per se, in l. iam hoc iure, in verbo, abstractum, de vulg. & pup.

Statutum, quòd mulier à patre dotata, non succedat, intelligitur dotata à patre, vel si est tradita nuptui, vel desponsata, vel destinata sub certa dote: per Bar. in l. qui pupillam. de adulte.

Statutum, quòd filia dotata non possit venire contra testamentum patris, an idem sit de nepote: Certè casus est, quòd sic: de mi. test. l. qui iure mili. cum l. seq. Bar. in l. liberorum. de ver. sign.

Statutum, an ille, qui non est capax de iure, possit institui, per Bar. in l. 3. de testa.

Statutum, quòd extantibus filiis masculis fœmina nõ succedat, & sunt tres masculi, & vna fœmina. duo ex masculis repudiauerunt, an accrescant alteri portiones istorum, vel an succedat fœmina: per Bart. in l. mulieri, & Titio. de condi. & demon.

Statutum, quòd prohibet minorẽ vigintiquinque annis testari, quæro, an poterit codicillari: Dic quòd non, per l. 2. de leg. 1. Bar. in l. 2. de leg. 1.

Statutum, quòd filia fœmina non succedat quousque supersunt masculi, & masculi sunt mortui, venit filia, & vult succedere, an possit: per Bar. in l. Titius. de excu. tu.

Statutum, quòd occidens puniatur in mille, ita quòd medietas applicetur filiis occisi, an videantur adire hæreditatem accipiendo medietatem illam: Bar. in l. quæsitum. de sepul. vio.

Statutum, quòd filia fœmina non succedat, sed debeat dotari, an possit petere statim: Bar. remittit ad l. Titio centum. §. ante nuptias. de condi. & demon. & ad id, quod no. in l. sancimus. C. de nupt.

Statutum, quòd filia dotata non possit aliquid petere, pater reliquit filiæ dotem, an possit incontinenti petere, vel cum nubet: vide Bar. in l. qui filium. vbi pu. edu. debe.

Statutum, quòd notarius de quolibet testamento scripto per eum debeat accipere tantum, certè si mille vicibus scriberet, debet mille vicibus accipere tantum, quia refertur ad idem corpus scripturæ. Bar. in l. 1. de testamen.

Statutum, quod facit mentionem de posthumo, debet intelligi, secundum proprium significatum: Bar. in l. Gallus. in prin. de libe. & posthu. ff.

Statutum, quòd testamenta mandentur executioni, sicut sententiæ definitiuæ, modo petuntur legata ex testamento rupto ex causa præteritionis, & exhæredationis, si quidem peterent condictione ex lege, non habet locum statutum: Bar. in l. filio præterito. de iniuſ. & irrit. testamen.

Statutum, quòd minor xxx. annis possit testari, an poterit huic filio pupillariter substitui: Bar. tenet quòd non, in l. moribus. de vulga. & pupil.

Statutum, quòd filiæ fœminæ, teneãtur seruare omnia, an poterit substitui directè cõpendiose, tenet quòd sic, etiã à pagano. Bar. in l. cẽturio. de vulga. & pupil.

Statutum, quòd forensis non possit aliqua bona acquirere sub certa pœna, nisi primo faciat se allibrari: modo quidam proximior forensis venit ad ciuitatẽ, vbi est

vbi est statutum, vt faceret se allibrari, vt possit adire hæreditatem quandam, & antequam hoc expediret, mortuus est: quæritur an dictam hæreditatem non aditam transmittat. Bar. tenet quòd sic, in l. vétre. de acquiren. hæred.

Statutum, ꝙ filiæ fœminę nõ succedãt cũ masculis, sed masculi teneãtur eas dotare, quãta erit dos fœminæ. Certè erit arbitrio boni viri, inspecta dignitate & facultatibus testatoris, vel numero liberorum. arg. l. quæstio. de iur. dot. Bar. in l. si filiæ, de lega. 3.

Statutum, quòd filia non succedat patri extãtibus masculis, vel mater non succedat filio extantibus aliis masculis, quidam ex iudicio testatoris, non potest succedere, quia exhæredatus: an impediat matrem vel filiam succedere: hanc quæstionem Bar. plenissimè examinat in l. 1. §. si pater in potestate, de coniungen. cum emanci. liberis.

Statutum, quòd mater non succedat filiis ab intestato vel filiis intestatis, non habet locum in pupillo: quoniam propriè ille intestatus non dicitur, tenet tamẽ contrarium propter communem vsum loquendi. Bar. in l. 1. in princ. de suis & legi.

Statutum, quòd mater non succedat filiis extantibus agnatis, vsque ad tertium gradum, quid de suo materno: vide per Bar. in l. siue ingenua. ad Tertul.

Statutum, quòd filia dotata non possit succedere, modò quæritur, si est pręterita à patre, an testamentum rumpatur. Vide per Bar. in l. si. ff. ad Tertull.

Statuta Italiæ.

¶ QVOD vir, prædecedẽte vxore, lucretur tertiã partẽ dotis, si vir eam occidit, non lucratur, vide. ff. soluto matri. l. ab hostibus. §. si vir vxorem, & ibi, quid si licuit occidere ex forma statuti, vel consuetudinis.

Statutum, quòd mulier non possit testari, vel etiã agere sine præsentia, & cõsensu consanguineorũ, si cõsanguinei nolunt consentire, ad iudicẽ spectat videre, si habent causam legitimam cõtradicẽdi, vide ff. sol. ma. l. si cùm dotem. §. eo autem tempore.

Statuto cauetur, quòd bannitus non audiatur agendo, nec defendendo: exbãnitus agit cõtra bannitũ, dicit ille tu non potes agere, ego dico, nec tu excipere, quid erit: vide sol. matr. l. cùm mulier. & ibi per Bar. Ias. Bu. tenet quòd non possit excipere. Bartol. dicit quòd non valet statutum. vide ibi.

Statutum, quòd soluatur certa gabella de quolibet cõtractu, aliàs ipso iure non valet contractus, emi fundum à te, pro centũ: tu vidisti, gabella nõ fuit soluta ab aliqua parte. tu vẽdicas à me fundũ, quia nõ solui gabellam, & ego excipio cõtra te, quia tu non soluisti. determinat idem Iac. Bu. quòd exceptio doli non tollit exceptionem doli in pari causa: sed quando vnus certat de lucro, alter de damno, sic. vide in d. l. cùm mulier.

Statuta quæ disponunt contra ius commune non recipiunt interpretationem extensiuam. vide sol. matr. l. si verò. §. de viro.

Statutum, quòd vir lucretur tertiã partem dotis vxoris defunctæ, habet locum, si cum ea egit, & non habuit, sed matrimonium fuerat contractũ per verba de præsenti. vide ff. rerum amo. l. nihil interest.

Statutũ est in ciuitate, ꝙ omnes habitãtes in ciuitate, habeãtur pro ciuibus, contingit, quòd illa die quidã erat extra territoriũ, tamẽ familiã habebat in ciuitate: ille certè intelligitur ibi habitare, vide de libe. agnoscen. l. 1. per Bar. & erat Perusij illud statutum.

Statutum, quòd si reperiantur duo contraria in eodem volumine, quòd volumen vno tempore fuerat confirmatum, inspicitur tempus cõpositionis, nõ confirmationis: vide per Bar. de testa. tute. l. tutores.

Statutum in ciuitate, quòd villa habeat denũtiare maleficia intra certos dies, quid si alius interim accusauerit, vel curia præcessit: vide de libe. agno. §. sed si maritus.

Statutum ciuitatis derogat iuri communi, quo ad successionem, vt quòd agnati præferantur cognatis, & eodem modo in tutela præferuntur per eandem rationem. vide de legi. tut. l. 1.

Statuto cauetur, quòd omnes causæ compromittãtur in arbitros & arbitratores de iure, & de facto, si inter duos orta est controuersia, an veniat in compromissum: quòd non: quia est quędam transactio istud compromissum, quæ nõ cadit in ista quæstione, vide de tuto. & cura. da. ab his. l. prætor. per Bar.

Statutum dicit, quòd debet solui notario gabella tot denariorum pro qualibet libra. quid, si istud quod recolligitur non ascendit libram: dicit Bar. in l. item autem. de admi. tut. quòd ibi est argumentum, quòd nulla gabella possit solui.

Statuto cauetur, quòd vxor, vel filiusfa. vel mulier, vel minor non possint celebrare aliquod genus contractus, istud statutum porrigit effectum suũ vbique, sicut porrigitur effectus interdictionis administrationis. vide per Bar. de admi. tut. l. si duo.

Statutum dicit, quòd filia fœmina nõ succedat, sed debeat dotari: an statim possit petere dotẽ? Vide Bar. in l. qui negotiationem. §. pupillo hæredem, de admi. tuto.

Statuta quæ dicunt quòd mulieres, & minores nõ possunt contrahere sine præsentia & consensu aliquorum, non potest præstari consensus, vbi de acquirẽdo sibi tractatur. vide Bar. de aucto. tuto. l. 1.

Statuto cauetur, quòd pater teneatur pro filio delinquente: non sufficit contra patrem, nisi verum probetur crimen. vide per Bar. quando ex facto tuto. l. ob dolum.

Statutum, quòd nuncij debeant habere certum salariũ pro milliari, quòd si non iuerunt per viam directã, debet computari quot milliaria sit via recta, per Bartol. de excus. tuto. l. non solum. §. & qui testamento.

Statutum dicit, quòd in consilio debeant esse temerarij, vel homines talis artis, quòd quamuis aliqui absint, valet reformatio. vide quod falso tut. auth. l. 1.

Statutum dicit, quòd Potestas non debet cognoscere de delicto ab aliquo de prioribus commisso, priore volente Potestas poterit de isto delicto cognoscere: quia statutum non aufert sibi iurisdictionem, sed solummodo executionem, & sic cum habeat iurisdictionem, poterit in illum prorogari. vide de tute. & ratio. distra. l. si tutor. §. si tutori.

Statutum est, quòd de quolibet testamento soluatur tanta gabella, si mille fierent scripturæ, ex vno testamento, vnum est testamentum, & vna debet solui gabella. Ratio est: quia in statuto prædicto testamentum punitur pro sententia nostræ voluntatis, & sic pro eo quod est intellectuale. Si verò statutum diceret, quod notarius reciperet tantum pro quolibet testamento scripto per eum: tũc quotiescunque scribent: toties reciperent pretium, vide de testamen. l. 1. & ibi per Bar.

Statutum, an per ipsum possit concedi, vt possit facere testamentum qui de iure est intestabilis: vide per Barto. in l. testamenti factio. de testa. l. 1. & l. 2. & ibi verum valet statutum demens solennitatem testa-

menti, vel consuetudo, & an per statutũ posset fieri, vt ille qui non est capax, de iure possit institui.

Statutum disponens, quòd proximus pubertati possit testari, & quòd interdicto bonis non porrigitur ad testamentum, vide de testã. l. si quæramus, & ibi an possit disponere circa patris potestatem etiam possit dispensare cum cæco, surdo, muto, quòd possint facere testamentum.

Statutum dat immunitatem patri, & filiis, vel Imperator concedit priuilegiũ patri, & filiis, an filij habeãt immunitatem & priuilegium viuo patre? Bar. quòd sic, vide de li. & po. l. Gallus in §. quidam.

Statutum, quòd si reperiuntur duo cõtraria in eodem volumine, an inspiciatur primum vel secundum in volumine: vide Bar. in d. §. quidam.

Statuto ciuitatis cauetur, quòd qui rem suam immobilem vendiderit forensi, vel vendenti consenserit, puniatur certa pœna. Pone, quòd habeam actionem personalem ad rem, vel debebat mihi restitui per fideicommissum. ego consensi alicui vendenti eo casu quo poteram impedire: an puniatur: & videtur, quòd non: quia res nõ est mea, licet spes subsit, vide Bar. in d. l. Gallus. in §. vnum videndum. & dicit quòd in statutis non est locus interpretationi, vt ibi per ipsum.

Statutum dicit, quòd testamẽta mandentur executioni, sicut definitiuæ sententiæ: si petẽtur legata ex testamento rupto, ex causa præteritionis, an detur actio ex testamento, vel condictio ex lege: vide in d. l. filio. in quarta quæstione primæ partis.

Statutum est in ciuitate, quòd testamenta mandentur executioni sicut sententiæ: modò quædam mulier habebat instrumentum, quòd vir fuerat confessus se habuisse dotem, & de ea fecit quietationem: nunc solu. matri. petebat executionem contra virum ex vigore tacitæ stipulationis consumptæ, per l. vni. C. de rei vxo. act. an debeant audiri, vide ff. de iis quæ in te. delen. l. 1. quæ facit contra mulierem, secundũ Bar. vide ibi per eum, allegat pro, & contrà.

Statutum, quòd condemnatus pro tali delicto in centum, si soluere non poterit amputetur sibi pes, quãdo dicitur conditio impleta, vtrum adaptabitur legibus quæ loquuntur de contractibus: vide per Bar. ff. de hæred. inst. l. suus hæres. §. sed etiam filio.

Statutum fuit factum Pisis tempore conflictus Lucani, quo tempore Bar. legebat ibi: actu, quòd quicunque ceperit vexillum Florentinorum, habeat tantum: & duo ceperunt, nec apparebat quis prius, vide Bartoli determinationem in l. hoc articulo. ff. de hæredi. insti.

Statutum, quòd quis simpliciter teneatur petitioni respondere, cõfitendo vel negãdo, aliàs habeatur pro confesso. modò contingit, quòd quidam respondẽdo dixit nego me habuisse, dico me expendidisse in negotiis domini. dicit Bar. quòd debet haberi pro confesso. de vulga. & pupil. substi. l. 1. per eum.

Statutum ciuitatis, quòd minor xxv. annis, non possit testari: an pater huic filio poterit pupillariter substituere: Bar. quòd non exemplariter, vide per eum de vulga. & pupil. l. moribus. quæ est 2. in ordine.

Statutum, quòd exbannitus non possit reuerti ad ciuitatem intra decem annos, nisi habuerit pacem ab hærede occisi. modò filius occisi abstinuit se ab hæreditate paterna: an poterit facere pacem illi exbannito, & sic possit reuerti: & videtur quòd cum sit fauor filij, & nõ sit qui hæreditario nomine possit facere pacem, videtur, quòd possit existentia sui hæredis operari. vide per Bar. in l. si filius qui patri. de vulgari & pupilla. substitutio.

Statutum, quòd exbannitus à centũ libris suprà, possit impunè offendi, quòd si habet duo banna, vnum in quinquaginta, aliud in lx. non est exbannitus ad centum: vide de contrah. & commit. stipula. l. sed si testator. §. si duo. & ibi per Bar.

Statutum inferioris quod fit in fraudem appellationis, quæ interponitur ad superiorem, non valet. vide de condit. instit. l. si quis sub conditione. Idem si ciuitas, quæ causas appellationis non habet faceret statutum, vt quilibet qui dicit se grauatum, posset petere consilium sapientis, per quod grauetur, quod non valet etiam, vt factum in fraudem. vide in d. l. si quis sub conditione.

Statuto ciuitatis Assisij cauetur, quòd in maleficiis posset perueniri ad condemnationem, nõ obstante aliqua iuris solennitate, dummodo constet de maleficio, modo recepti testes fuerunt die veneris sancta: an prouenitur ad condemnationem: vide per Bar. in l. 1. de mili. testa.

Statuti verbis standum est, non recedendum à verbis statuti. l. constitutionem. de mili. testa.

Statutum dicit, quòd contra instrumentum, vel sententiam non possint opponi nisi certæ exceptiones: nihilominus potest opponi exceptio nullitatis, vide testa. mi. l. diuus.

Statutum, quòd dominus teneatur pro delicto commisso à famulo, tenetur pro delicto commisso à famulo, tenetur pro delicto commisso, antequam esset famulus. Si autem dicit: teneatur pro delicto famuli. Bar. istud reliquit sub dubio. tu fortè allega tex. in l. Titius. de mi. testa. qui facit, quòd teneatur de ante commisso, & vide eum de vulg. & pupil. l. ex facto.

Statuto cauetur, quòd mulier non potest contrahere sine consensu consanguineorum: an possit adire sine solennitate: Respondetur, quòd nõ. vide Bal. de acqui. hæred. l. mutum. §. cum, qui lege. Idem si dicit, quòd non posset se obligare sine consensu consanguineorum, vide de acqui. hære. l. minor.

Statutum dicit, quòd instrumenta insinuentur intra certum terminum, aliàs non valeant, quòd substitutus non tenetur insinuare, quia non habet ius, vel spem, quæ aliter censeatur alicuis æstimationis, secus in substituto per fideicommissum, de acquiren. hæredi. l. is potest.

Statutum dicit, quòd citatio debeat fieri ad domum, & qui habet duas domos, & in vna habitat in hyeme, & in alia in æstate, quòd in vtraque potest fieri citatio & valet, esto quòd non referat in qua fuerat facta & quod valet, ratio Bar. in l. si dubitatur. de acqui. hæred. l. hæres.

Statuto cauetur, quòd nullus forensis possit aliquo titulo in territorio ciuitatis aliqua bona acquirere. nisi prius faciat allibrari se sub certa pœna. contingit, quod mortuo quodam ciue huius ciuitatis quidam forensis eius consanguineus proximior venit ad locum vt faceret se allibrari, vt posteà succederet consanguineo: interim mortuus est, an transmittat: vide de acqui. hære. l. neuter. in prima parte per Bar. qui dicit, quòd transmittit.

Statutum dicit, quod in delictis pœna duplicetur, an qui est ita de longe quod non intelligit sonum cãpanæ,

panæ, quæ distinguit noctem à die, teneatur pœna dupli: vide ff. ad Sylla. l. j. §. hoc autem.

Statuto cauetur, quòd villa, vel castrum capiat malefactores, aliquis occidit bannitum, qui poterat impunè occidi: villa vel castrum tenetur talem capere, vide ad Syll. in l. si quis graui. §. si maritus, quis inducitur, per Bartol. an syndicus teneatur denuntiare talem occidentem ad cognitionem, quia non debet esse iudex, vide ibi.

Statutum si est, quòd capiens exbannitum habeat certam quantitatem, aliud statutum est, quòd homines debeant adiuuare ad capiendum malefactores, contingit, quòd quidam sint ad capiendum exbannitũ, cùm exbannitus aufugerit, eleuauit rumorem, alij ceperunt eum, an debeant habere præmiũ: vide in d. leg. si quis in graui. §. vtrum autem, qui textus facit quòd non. Bartolus & ibi an officiales capiẽtes exbannitum, debeant habere præmium de forma statuti dicti: & dicit, quòd non, vide ibi per Bart.

Statutum, si est quòd forensis nõ possit acquirere possessionem, hîc demum fit aliud statutum, quòd qui dederit tale castrum, habeat hîc tale podere. modò forensis dedit castrum: an debeat habere podere: videbatur, quòd non, cùm statutum debeat intelligi de habili ad habendum. Contrarium determinatur per textum dicto §. vtrum. vide Bar. ibi.

Statuto episcopi cauetur, quòd qui literas alterius aperiret, esset excommunicatus. detruncans, non aperiens vel legens, non est excommunicatus, vide in d. l. si qui tabulas. ff. de furt.

Statuto cauetur, quòd pater tenetur soluere condemnationem filij, vsque ad legitimam, an sufficiat quia est condemnatus: ad Syll. l. in cognitione.

Statutum præmians denuntiantem malefactorem, nec exprimitur vnde soluatur, debet intelligi, secundum formam. l. lex Cor. ad Syllan.

Statutum, licet non extendatur: tamen bene extendit se ad statutum. l. 1. & l. sciendum. ff. de verb. obl.

Statutum, quòd sufficiant in testamento quinque testes, an in testamento rustici, & an in codicillis sufficiunt tres testes: dic, quòd non: & vide in d. l. sciendum. per Bar.

Statuto cauetur, quòd mulier non possit contrahere sine præsentia duorum consanguineorum, si eos habuerit ex parte patris, vel duos ex parte matris, ꝙ si habet vnum ex parte partis, tantum, debet alium ex parte matris adhibere. & exponitur, si, pro est, sed vide de le. 1. l. Stichum, quia facit ad hoc.

Statutum prohibens forensem emere, & de prohibitione facta per iudicem, vide de le. 1. l. cum seruus. §. cùm constat autem.

Statutum, prohibens frumentum extrahi extra ciuitatem non intelligitur de eo, qui extrahit sui vsus causa, nec intelligitur de eo, quod extrahitur de alia ciuitate, licet trãseat per locum statuti. vide de le. 1. l. certa lege. §. item quæri potest, vide ibi Bar.

Statutum si dicat, ꝙ nullus emat granũ, vel frumentũ in platea, nisi pro suo victu, quòd si quis eo ꝓposito emit pro suo victu pro toto anno, licet postea mutet ꝓpositũ, & velit vẽdere, & vẽdidit, ꝙ nõ punitur, intellige, si cõstet, qđ de primo proposito. vide ibi.

Statutũ est hic, ꝙ si quis diffamauit aliquẽ de maleficio, puniatur certa pœna. pone ꝙ fit delictũ per aliquẽ, ille diffamauerit. vide per Bar. in l. turpia. de l. 1.

Statutum an potest fieri, ne leges habeant locũ in testamento, & remitti solennitates iuris ciuilis: vide de le. 1. l. nemo potest.

Statutum est, quòd testam. debeant insinuari, an possit per testatorem prohiberi insinuatio: & est dicendũ quòd non, vide in d. l. nemo potest.

Statuto cauetur, quòd si proposuerat capitaneus de rebanniendo exbannitum, desinat esse capitaneus, modò capitaneus proposuit in concilio de rebanniendo exbannitum: vtrum videatur hoc propositum à capitaneo: vide per Bar. de l. 1. l. si post.

Statuto cauetur, quòd filia fœmina non succedat stantibus masculis, licet ex hoc statuto expressè non disponatur, quòd masculi succedant: tamen quia in eorum fauorem fit, ex hoc statuto agent, & sic ex statuto oritur actio illis, quorum interest. vide de leg. 1. l. si post mortem. §. si testator.

Statuto cauetur, quòd debitor non teneatur soluere, nisi creditor reddat instrumentum cancellatũ, quòd si creditor non habet illud, quia amisit: sufficit si debitor liberetur per acceptilati onem. vide de le. 1. l. huiusmodi. §. si ita cum.

Statutum dicit, quòd comitatenses tenentur reddere salarium ciuitati, &c. postea eximitur vna villa. certè tenentur ad integrum salarium, secundum Ia. de Are. vide in l. omnibus. de leg. 1.

Statuto cauetur, quòd rustici si non receperunt malefactorem, ipsi teneantur restituere damnum. ille qui passus est damnum, debet cõtribuere vnà cum aliis. Item si ciuitas imponit collectam soluendam ciui suo creditori, ipse contribuit creditor. vide de le. 1. l. ab omnibus. §. si Titio. per Bar.

Statutum si dicit, quòd condemnatio facta de hominibus de concilio de eo, qui non venit ad concilium diuidatur inter eos, ille qui est condemnatus, habebit partem. vide in d. §. si Titio.

Statutum dicit siue constitutio canonicorum, quòd canonicus non admittatur ad præbendam nisi det fructus primi anni canonicis, canonicus qui fructus dat, admittitur ad partem illorum fructuum. vide in d. §. si Titio. l. ab omnibus. de l. 1.

Statuto cauetur, quòd si potestas condemnauit aliquẽ in plus quàm deberet, teneatur restituere tempore syndicatus. Si condemnauit indebitè quendam ad totam summã tenetur ex forma statuti: quia dictio plusquam, non inuenit cui comparetur. vide de l. 1. l. si seruus. §. si ita.

Statutum dicit, quòd non allibratus nullo modò potest acquirere, si legatur fundus ab allibrato extraneo, debetur æstimatio. vide de le. 1. l. si filiusfam. si quid alicui. per Bar.

Statutum quod prohibet alienationem respectu forensis, non respectu ecclesiarum, valet. sed secundũ Oldrad. vide de leg. 1. leg. si filius fam. per Bar. ibi vide qualiter probetur, quod sit contra libertatem ecclesiæ, & quòd tali statuto forensium non potest renuntiari.

Statuto sic cauetur, quòd instrumenta publica, ex quibus debetur certa quantitas, mandentur executioni, si aliquis in instrumento promittit interesse, vel aliquid in totum, potest peti illius instrumenti executio: sicut si contineret expressam quantitatem, & in iudicio declarabitur quantitas. vide per Bar. in l. 2. de leg. 1.

Statutum seu constitutio episcopi licet moneat executores testamentorum, quòd intra annum debeãt exequi, & post annum deuoluatur executio ad episcopum, quod ille cui data est potestas eligendi, si non eligit intra annum, non est in mora, nec deuoluitur ad episcopum, quousque legatum

petatur, & quia longa est differentia inter illum, qui declarat executionem, & executorem, vide per Bar. in l. cùm quidam. de leg. 2.

Statuto cauetur, quòd quicunque exportauerit bladū, condemnetur in decem libris. Alio statuto cauetur quòd in omnibus maleficiis pœnæ duplicentur de nocte, modo quidam de nocte super mulo extraxit frumentum extra comitatum, non tenetur ad duos mulos: per hunc §. & regulam ne duæ causæ lucratiuæ, &c. vide de le. ij. l. meminimus. §. duobus. per Bar. Et not. quòd si duo homines extraxerunt super eodem mulo, si primus soluit æstimationem, secundus teneatur ad mulum. si primus soluit mulum, secūdus est liberatus de duobus causis lucratiuis, no. bene in d. §. duobus.

Statutum, quando imponit pœnam, an intelligitur ipso iure, an per sententiam: si quidem exprimitur ipso iure, absque sententia imponitur. si non exprimatur, aut vtitur verbo præteriti temporis, putà si priuatus: & idem quod ipso iure. aliàs expectatur sententia. vide per Bar. in d. §. duobus. & per Bar. C. de sacrosan. ec. le. iubemus. §. œconomus. super verbo, priuetur. & adde quod no. in criminali. C. de iurisdi. omni. iu. & quod no. in capitulo si diligenti. de fo. competen.

Statuto cauetur, quòd confitenti dimittatur quarta pars pœnæ retento themate eodem, primus & secundus potest confiteri. primus soluit fisco tres partes muli. secundus tenetur ad illam quartam, quæ remansit, quam fiscus non habet. vide per Bar. in d. §. duobus.

Statuto cauetur, quòd si de quolibet instrumento, ex quo ius quæritur, soluatur gabella, executor datus in testamento ad distribuendum bona testatoris, inter pauperes eligit certos pauperes, gabella non debet solui ex instrumento tabellionis, cum ex eo nullum ius quærat electis, sed ex primo testam. vide per Bar. de leg. 2. l. iuri.

Statuto cauetur, quòd instantia pereat lapsu quinque mensibus, vbi per actorem nō steterit, sufficit, quòd semel actor interpellet iudicem, quòd proferat sententiam, vt semper videatur stare per iudicem, nec habet interpellare iudicem singulis diebus: vide de leg. 2. l. Titia Seio. §. vsuras.

Statuto cauetur, quòd vxores rebellium non possint remanere in ciuitate. si remāserint viduæ, an possint reuerti? dicitur quòd sic, per Bar. in l. Titia. §. vsuras. de le. 2. quia finita causa odij finitur odium.

Statutum, quòd habet locum in præteritis, & futuris, non trahitur ad præterita finita sententia, vel transactione. & idem, si solutione, vel acceptilatione. vide de leg. 2. Lucius. §. marito.

Statuta, quæ loquuntur de pœnis duplicandis, non intelliguntur de consistentibus in specie, sed in quantitate. vide in d. l. Lucius. §. impuberem.

Statu. dicit, quòd qui percussit aliquem in platea, stet ad confinia per duos annos, quidam percussit aliquem de nocte, quando duplicantur pœnæ, an duplicetur tempus? vide per Bartol. in dicto. §. impuberem.

Statuto cauetur, quòd pœnæ publicentur in platea, etiam duplicētur, si fiat de nocte maleficium. Item, si fiat in festo sancti Herculani. Item, si fiat à nobili. modo nobilis commisit maleficium de nocte in platea, & in festo prædicto, an debeat duplicari, nisi semel, vt euitetur infinitas? per Bartolum de legat. 2. leg. fina.

Statuto ciuitatis cauetur, quòd qui soluerit præstantias, possit computare in eadem computatione, an possit petere præstantiam? dic quòd non: quia cùm permittitur quod possit computare, videtur prohibere ne possit petere. vide in d. l. cōmissaria. §. item, si quis.

Si in statuto sint verba derogatiua, si aliud simpliciter loquatur, an valeat. l. si quis, in prin. de leg. 3.

Statu. si in statutis vel testamentis vel alia dispositione reperitur ista dictio, vir simpliciter, sine aliqua determinatione, intelligitur de adulto. si cum determinatione, quia dico, vir alicuius mulieris: tunc intelligitur de marito. vide l. cum quis. §. codicilis. de leg. iij.

Statuto cauetur, quòd filiæ fœminæ non succedāt masculis. Item masculi teneantur eas dotare arbitrio boni viri inspecto, vide de le. 3. l. si filius.

Statutum, cum in eis est aliquod verbum ambiguum, quòd habeat aliquid significare, quòd debeat intelligi secundum communem vsum loquendi, vide per Bar. in l. liberorum. §. quod tamen Cassius. de leg. 3. & de suppel. leg. l. Labeo.

Statuto cauetur, quòd si dos est recepta in roba æstimata debeat reddi facta detractione medietatis pretij, reperiebat quidam in instrumēto, quòd mulier dedit dotem in pecunia, & in rebus appretiatis, nec apparet quantum sit datum in rebus: tamen videtur datum quantum esset conueniens mulieri, secundū qualitatem suæ personæ. vide de le. 3. l. cum quærebatur. §. lana.

Statutum quòd libris mercatorum credatur, vsque ad certam quantitatem. vide de le. 3.

Statu. cum tractatur de significatione verborum, quid erit? vide de leg. 3. l. non aliter, remittit Bartol. ad id, quod dicitur per eum in leg. omnes populi. de iusti. & iure.

Statutum est, si quis portauerit frumentum extra ciuitatem, teneatur in tantum, si portatur farina, secundum propriam significationem, non tenetur. vide de le. 3. si plures.

Statutum si dicit, quòd reus in prima citatione habeat dilationem decem dierum, & si non comparuerit, tunc bis citetur, nec repetit dilationem, videtur clarum quòd omnes dilationes sint æquales, per Bar. de an. l. si legatis.

Statuto cauetur, quòd cui non est solutum pretium equi, quod habet stipendium, tātum quolibet mense, donec sibi satisfiat, quòd si pro parte sit solutū pretium equi, an pro parte debet habere stipendiū? vide de vsufr. le. l. qui vsumfructum.

Statutum est in ciuitate Romæ, quòd nullam pensionem soluere possunt, nisi detrahant gabellam sex denari. pro libra, si domos conducunt à communi pro certo salario, absque cōditione alicuius gabellæ, camerarius debet detrahere, sed cōductores habent recursum contra commune. ita determinatum fuit per l. si loci. §. item quæritur. de iti. actúque priua.

Statutum factum à prioribus habentibus arbitrium, an sequentes possint illud reuocare, si fecerunt arbitrio eorum, & tanquam priores sic, si quia erat eis concessum, quòd facerent ex authoritate concilij, tunc non possunt sine eadem authoritate? vide per Bar. in d. l. quoties.

Statutum, quando in eo ponuntur clausulæ speciales, & ponuntur generales clausulæ, an illæ clausulæ generales intelligantur, de eo genere cum specialibus?

specialibus? vide per Bar. in l. fi. §. cui dulcia. de vino, tri. & ole. le.

Statuta duo sunt in ciuitate Perusij, vnum, quòd omnes comitatéses de qualibet porta teneantur apportare tantum frumentum, quantum habet illa porta. aliud erat speciale, quòd comitatenses de castro fossati valet in porta solis, an illi in porta solis teneantur adiuuare ad portandum ex vigore primi statuti? Bart. determinauit quòd non, vide per eum de fun. instru. leg. quæsitum. §. si quis fundum.

Statutum, quod imponit pœnam ipso iure, nunquam augetur pœna contra negantem: quia nulla condénatio potest fieri tanquam cōtra negantem: & ideo pœna ex negatione nunquam augetur. videlicet de pecu. leg. l. id, quod seruo.

Statutum erat in ciuitate, quòd qui emit aliqua bona alicuius, teneatur ad debitum & ad creditum, datur remedium, quòd non teneatur debitor ad debita, videlicet quòd emat omnes res singulariter. casus est no. de pec. le. l. dominus.

Statuta dicunt, quòd talis officialis non debeat syndicari nec etiam potest contra eum inquiri, hoc est verum, nisi pro reliquiis, quæ remanserunt penes eum de bonis communis. vide de pecu. lega. l. dominus.

Statutum, si dicat, quòd nullus poterat extrahere sagittamenta. quæritur quid veniat appellatione sagittamentorum? text. est in leg. pe. de penu lega. quòd continentur tam ea, quæ sagittantur, quàm ea, quæ sagittant. vnde balista & similia continentur, non quia sagittant, sed quia per ipsas sagittatur. Vide per Bar. in d. l. penul.

Statutum dicit, quòd potestas, & capitaneus sic faciāt, quòd ex illo statuto oritur officium iudicis. vide de alimen. le. l. solent.

Statutum, si in causis damnorum datorum dicit, quòd sufficit probatio per iuramentum, quicquid illam causam tangit, poterit probari per iuramentum, aliud, si diceretur in causa. vide etiam in dict. l. solēt. Bald.

Statutum dicit, quòd si nobilis intrauerit palatium capitanei, punitur in tantum. quòd si non est capitaneus, & nobilis intrat, non videtur teneri: qui non potest dici palatium capitanei, vbi non est capitaneus.

Statutum imponit pœnam cuicunque portanti arma offendibilia, & aliquis portat arma, quæ possunt esse offendibilia cum cuspide acuto, an debeat puniri, inspicitur consuetudo, ad quem vsum communiter portent: ar. de au. & ar. lega. leg. pediculis. §. argento.

Statuta, quæ loquuntur de fideiussore principaliter, statur veritati, & non verbis instrumenti. vide per Bar. de lib. agno. l. si quis.

Statuta dispositiua circa idem sunt duo, posteà fit vnū statutum derogatorium: semper aduerte verba derogatoria: vtrùm referantur ad dispositionem: vide de alimen. le. l. fundus. Bar.

Statutum an in iure, vel legibus dictiones taxatiuæ inducant legum correctionem, verbi gratia: vnum pro maleficiis imponit pœnam nullam, aliud pro eodē ponit pœnam quinquaginta tantum, & duntaxat, an inducat correctionem: vide per Bar. in d. l. si quis ta. §. Titio centum.

Statuta, quæ auferunt beneficia alteri concessa, vtrùm stetur causæ in statuto oppositæ sine aliqua probatione? vide per Bar. de alimen. leg. l. diui.

Statuta campsorum, quæ dicunt, quòd ipsi teneantur cancellare rationes, de quibus fuit plenè satisfactū: modò aliquis campsor non cancellauit, sed scripsit satisfactionem: an satisfactum sit statuto? & est clarum quòd sic: quia idem est hodie dicere scribere, q̄ cancellare: ar. l. nihil interest. de administratio. tuto: vide ibi per Bar.

Statutum dicit, quòd mulieris prædecedentis vir lucretur certam partem dotis. certè si simul decedūt, dicuntur in matrimonio decessisse. casus est de reb. dub. l. qui duo. §. si maritus. vide ibi per Bar.

Statuto cauetur, quòd quicunque præstiterit auxiliū, & fauorem exbannito, vt esse aduocatum eius, vel fideiussorem, est ei præstare auxilium, & fauorem, nisi fiat mandato iudicis. vide ff. de iis, quibus, vt in d. l. post legatum. §. qui putant. per Bar.

Statutum in eis an falsa causa vitiet, vide per Bar. de condi. & demon. §. quòd autem.

Statutum si dicit, quòd de pretio rei venditæ soluatur gabella sex denariorum pro libra. Contingit, quòd aliquis vendidit rem pro centum, sed in faciendis subhastationibus expendit xx. ar. est de conditio. & demonstra. l. Stichus. §. cuidam. quòd solum pro octoginta oportet solui gabella: nam pretium debet intelligi non quantum prætor dat, sed quantum apud venditorem remanet. vide per Bar. in d. l. qui distinguit verba statuti.

Statuta de homine carcerando, an valeant, vide per Bart. de condi. & demon. l. Titio centum. §. Titio genero.

Statutum est Perusij, & in pluribus terris Italiæ, quòd filia dotata à patre, non succedat, nec possit aliquid dicere contra testamentum patris: modò cuidam pupillæ pater legauit centum pro dote sua. quæritur an possit potere statim, an expectabit tempore legitimo? & an ista dos succedat in locum legitimæ: ita quod remoueatur ab eo omnis dilatio? & an legitima possit tolli per statutum? vide per Bar. de con. & demon. l. Titio centum.

Statutum si dicit, quòd extantibus filiis masculis fœminæ non succedant. & sunt tres masculi, & vna fœmina: modò duo repudiauerunt, an habeat ius accrescendi, masculus vel fœmina? do. Ray. de for. per l. mulier Titio. de condi. & demon. determinauit, q̄ quantum illi fratres habent vltra virilem, habent de iure speciali. & ideo non habet locum ius accrescendi, & sic deuenit ad filiam. Bar. contra, vide ibi per eum.

Statutum dicit, quòd filia fœmina sit contenta dote pro falcidia debita in bonis patris. dicit filia volo legitimam meam, quia non est falcidia. vide per Bar. ad legem Falcid.

Statutum si disponit, quòd priùs erat dispositum de iure communi, an sit ius commune vel municipale statutum, vide per Bartol. in dicta leg. prima, ad legem Falcidi. & capitulo primo, de constitutioni. libro sexto, & per Ioann. Andræ. in suo appa. & ibi per gloss.

Statutum fuit factum in ciuitate Perusij, quòd statutum, quod loquitur de cōiunctis, locum habeat per omnia in extraneis intelligitur, in quibus casibus habere potest locū: quia si esset statutum, quòd inter consanguineos proximos compromittatur: non potest habere locum in extraneis, per Bar. in d. l. 1. §. lex falcidia.

Statuto

Statuto cauetur, quòd ex quolibet contractu ex quo acquiritur alicui ius, debet solui gabella præter qui de instrumento solutionis. modò obligaui me ad vẽdendum tibi fundum, nunc vendo. quæritur an ex isto instrumento vẽditionis debeat gabella detrahi. & videtur quòd non, per textũ ad legem Falcidiam, si pupillus. vide ibi per Bartolum.

Statutum non potest disponere, quòd spurius succedat. vide Bartolum ad leg. Falcidiam. leg. Seius, & Augerius.

Statutum si faceret hoc modo, quòd quicunque opponeret quòd talis sit spurius, puniatur in tantum: non valet tale statutum: & poterit opponi, non obstante eod. vide per Barto. in dicta leg. Seius, & Augerius.

Statutum dicit, quòd pro qualibet libra soluatur vnũ pro gabella: modò promitto ibi quadraginta soluendo quolibet anno tantum. non debet solui gabella pro tota quantitate: sed debet deduci interusurium medij temporis: quia illa quãtitas pro omni anno decem pro centenario. ideo sicut minus æstimatur quo ad soluendum principale: ita & quo ad soluendum gabellam, prout hic. Quo ad Falcidiam autem, vide per Bar. in l. in leg. Falci. ff. ad leg. Falcidi.

Statutum est factum, quòd de qualibet re quæ fuerit alicui relicta, soluatur gabella: cõtingit quòd alicui fuit aliquid relictum annuatim: dicit Barto. quòd primo anno debet soluere gabellam: pro aliis annis soluit in futurum, prout dies cesserit, sicut si esset in diem relictum: vt l. lex Falcidia non habetur, ad legem Falcidiam, vide per Bartol. ad legem Falcidiã. l. cum Titio.

Statuto alicuius ciuitatis cauetur, quòd quidam nobiles immunes sint à collectis, & quòd non debeant habere aliquod officium in ciuitate: & si acceptauerint: tunc priuantur immunitate, & in ciuitate sit aliud statutum, quòd aduocatus qui ad aduocationem erat positus, debeat habere decem pro libra, modò quidam aduocatus de illis nobilibus acceptauit officium illud, an priuetur illa immunitate? Barto. quòd sic, per l. beneficio. ad legem Falcidi. quia quod detrahit, scilicet duodecim denarios de libra, est beneficium, vide per Bartol. in dicta l. beneficio.

Statutum est in ciuitate Perusij, quòd quicunque est allibratus à quinquaginta libris suprà, teneatur cõmuni mutuare decem florenos. insurgit dubium, quidam habet minorem libram, sed succedit cuidã suo consanguineo, non est facta admissio: an teneatur mutuare? vide per Bartol. ad leg. Falci. l. qui fundum. §. cùm filius.

Statutum si dicit, quòd quicũque est allibratus à quinquagentis libris vel abinde suprà, teneatur mutuare cõmuni centum florenos pro emendo frumentum, & ex hoc insurgunt duo dubia. Primum est, quidam successit cuidam suo consanguineo in libris cõmunis, reperiuntur, diuersæ, nec ascendũt ad dictã summam: sed si simul misceantur, sic, an debeat fieri contributio siue mistio? Secundum dubium est plures filij succedunt vni patri, cuius libra ascendebat ad dictam summã, nec est facta diuisio libræ: an debeat dicta libra considerari in singulis pro rata, an omnibus simul? vide in d. §. qui filius.

Statutum seu consuetudo est in Marchia & in ducatu, quo prohibetur fieri iniuria appellanti à communi. Sed commune coegit appellantes conuictos, vt appellans per hoc desistat ab appellatione, certè commune debet puniri, per Bartol. de conditio. & demon. leges hæres meus. §. quod in fraudem. per illum §.

Statuta, quæ dicunt actionem non dari, vel aliquem non audiri, opus est vti exceptione in ciuilibus. secus in criminalibus. vide per Bar. ad Trebellianum. l. 1. §. sublatis.

Statuta, & leges, quæ loquuntur in hæredibus, habent locum in bonorum possessoribus. vide per Bart. ad Trebel. in bonorum.

Statuta, quæ dicunt aliquos cogendos ad substinendũ arbitramentum, debent intelligi, nisi ille aliquod incommodum suspectum habeat: tunc ille non potest cogi, nisi omne damnum resarciatur, vel à prætore remittatur, per Bartol. ad Trebellian. in l. apud Iulianum.

Statutum, si dicit, quòd debitor possit capi & incarcerari pro debito in hærede, dic idem per textum ad Trebel. l. postulante. & ibi vide per Bar. licet in statuto non fiat mentio de hærede.

Statutum, quòd filiæ fœminæ & nepotes non succedãt extãtibus masculis, quòd talis neptis non admittatur in terminis §. cùm ita. in l. hæredes mei. ad Tre. si superest nepos ex filio masculo, qui ex præsumpta voluntate defuncti, secundum statutum ciuitatis neptem fœminam excludit, vide per Bartol. in d. §. cum ita.

Statutum dicit, quòd priores possunt aliquid facere omnes, vel septem ex eis: nam videtur quòd septem de eis possunt: vt l. hæredes. §. cum ita. vide Bar. ad Trebellianum.

Statutum est in ciuitate, quòd si quis non insinuauerit testamẽtum intra decem dies quòd nõ valet, quòd hoc fideicommissario non nocet: immo ad petitionem eius fideicommissum instituitur, & restituere cogetur hæres. vide per Bar. ad Tre. l. facta. §. si quis bonor.

Statutum est, quòd filij naturales succedant ab intestato, certè tales naturales facerent deficere conditionem fideicommissarij: quia sunt tales, qui tanquam legitimi sunt educti. vide per Bar. ad Treb. l. Herennius. §. Titius.

Statutum est, quòd filia fœmina non succedat stantibus masculis ex eodem patre, fit aliud statutum, quòd soror non succedat patri non extantibus aliis fœminis ex eodem patre: modo quæritur, quid si extat aliquis frater vel filius, qui omnino non est capax, an impediat istam filiam vel sororem succedere? videtur tex. quòd non, de bo. pos. con. tabu. l. 1. §. filium & ibi per Bar. Secundò modò pone, quòd talis filius vel frater non est omnino capax, sed tamen in proposito casu impeditur succedere ex persona alterius. Verbi gratia: decedit vnus relicto fratre ex patre tantum, & relicta matre & sorore ex vtroque parente. hoc casu ille frater ex patre tantum, non potest succedere, quia præfertur ei mater, vt authẽ. defuncto. Dubitatur, an soror ex vtroque parente possit cum matre succedere. vide per Bartol. in dicto. §. filium. & quasdam quæstiones dependentes ab istis.

Statutum dicit, quòd scholares tractentur vt ciues in omnibus. scholares, qui habent priuilegium vltra ciues, non perdunt illud priuilegium: quia istud statutum est inductum in restitutionem obstatuli, quod

li, quòd esse posset si ille non esset ciuis. facit de bo. pos. con. tabu. leg. 1. §. si emancipatus. & per Bartol. ibi, non enim per resartionem, & cæte. & facit ad multa.

Statutum dicit, quòd omnes venientes ad habitãdum in ista ciuitate, habeãt aliquod priuilegium. modò quæritur, an ciues originarij non habitantes & venientes ad habitandum, gaudeant isto priuilegio. tex. in l. emãcipatus. §. si pater ex duobus. de bo. pos. contrat ab. & facit, quòd sic. vide ibi Bar.

Statutum, quòd si quis contraxerit cum exbannito, puniatur in cẽtum. ego contraxi cum filio, & seruo exbannito, an punior? inspicitur cum quo contraho, non cui quæratur ex dispositione legis. vide de lega. præstan. leg. sed & si mortis. §. hic autem solum.

Statutum dicit, quòd qui cesserit alicui nobili, cadat à iure suo. ponatur, quòd aliquis cessit, qui cedere nõ potuit, vel alias cessio non valuit, seu fuit inutilis, an cadat à iure suo? tex. in l. filium, qui. §. si quis. videtur quòd non, vide ibi per Bar.

Statuto cauetur, quòd filia fœmina non succedat stantibus agnatis: quia cùm contemplatione agnatorum filia repellatur, videtur illis agnatis hæreditas ex testamento transferri: vt l. cum emancipati. §. si duo agnati. de colla. bon.

Statutum, si dicat, quòd filia non succedat patri extãtibus masculis, an succedat cum matre extantibus aliis filiis? quod videtur, si est aliquis filius masculus qui ex iudicio testatorum nõ potest succedere, quia exhæredatus: an impediat matrem vel filium succedere, vide per Bar. de coniungen. cum eman. li. l. 1. §. si pater.

Statutum, quòd mater non succedat filio. habenti fratres carnales ex patre viuo. Pone quòd filius Titij decessit fratre præterito extraneo non turpi institu to, succedítne mater? vide Bar. in d. §. si pater.

Statutum cùm dicit, si quis inuenitur declinasse iurisdi ctionem iudicis, quòd possit impunè offendi de iure, si in illa non fuit denuntiatum, non potest impunè offendi. vide per Bart. de iure pa. in l. cum. §. 1. qui facit ad hæc, secundum Bar.

Statutum dicit, quòd extãtibus masculis filia fœmina nõ succedat. modò extat masculus, sed est filius naturalis: an filia fœmina succedat? videtur quòd sic: quia paria sunt, non obstare, & nõ posse succedere. vide de bonis, quæ liberis. l. si Titius. §. si deportatus. vide ibi per Bar.

Statuti verba in dubio debent intelligi, secũdum propriam significationem: vt l. non aliter. de leg. 3. vide de suis & legit. l. intestati.

Statuto ciuitatis cauetur, quòd mater nõ succedat filiis intestatis, quod non habet locum in pupillo decedẽ te: quia ille propriè intestatus non decedit. vide per Bar. de suis & legiti. l. intestati.

Statutum dicit, quòd filia fœmina non succedat ab intestato extãtibus masculis, an filia fœmina dicatur sua hæres? & respondetur, quòd non: quia sit exhæredata, per Bar. de suis & legit. l. 1. §. sciendum.

Statutum fuit factum in aduentu Imperatoris Federici, & aliqui nobiles fuerunt exbanniti, ipsi & eorum nobiles filij, & nepotes. certè si sunt aliqui nepotes, & qui non erant concepti: tunc non comprehenduntur, sed si vis, quòd ipsi comprehendãtur: dicas sic, ipsi & eorum posthumi: nam appellatione posthumorum, comprehenduntur omnes descendentes l. Iurisconsultus. de gradi.

Statuto si caueatur, quòd filia non succedat, stantibus masculis, hoc habeat locum in præteritis & futuris: modò quædam filia cum fratre diuiserat: quærebatur, an in ea locum habeat statutum. Bar. quòd non: quia causa illa iam erat finita diuisione. faciunt dicta per Barto. ff. ad Trebelli. leg. prima. §. quod ait. vide ibi.

Statum si dicit, quòd filiæ fœminæ non succedant stantibus liberis testamento extantibus filiis, patri succedant. Casus est in l. ingenua. §. item, qui sunt filij. ibi vide per Bar.

Statutum si dicit, ab intestato succedat, etiam si fecit quis testamentum, quod postea ruptum est agnatione posthumi vel repudiatione, videtur habere locum statutum. Contrarium est verum. vide per Bar. de suis, & legiti.

Statutum licet loquatur in potestate: habet tamen locum in capitaneo, circa id, in quo habet eandem iurisdictionem, quam potestas, per Bar. ad Trebellianum. l. siue ingenua. §. filij autem.

Statuto ciuitatis Florentiæ cauetur, quòd extantibus agnatis vsque ad tertium gradum, & c. quid de auo materno? dic secundum Bald. in dicta l. ingenua. §. videndum.

Statuto ciuitatis cauetur, quòd filia dotata non succedat quousque supererit aliquis masculus, superest, qui postea mortuus est sine liberis, patris hæreditate adita. quæritur, an filia possit aliquid petere ex hæreditate paterna? dubium facit, quòd in successione ab intestato ille admittitur, qui est proximior tempore mortis, vel tempore, quo testamẽtum destituitur, si testamentum fuit factum: vt institu. de hæredi. ab intesta. §. ita demum, & ff. de condi. insti. leg. fin. quod ibi no. Sed ista filia nõ erat proximior, nec erat apta ad succedendum tempore mortis, vide per Bartol. ad Trebellian. leg. filius. vbi hoc disputat.

Statutum potest facere, quòd quis sit heres ad tempus, & si hæres in vita alicuius, eo defuncto postea, desinit, alius sit postea hæres directo: vt l. miles. de mili. testa. vide per Bar. in l. filius. & vide ibi per Bar. quæ aliàs est l. quoties.

Statutum est in ciuitate, quòd in talibus partibus homines possunt quadraginta bestias tenere ad pascẽ dũ inter terminos designatos, & sic in certa parte prati poterant postulata licentia. Quidam fuit accusatus, quòd tenuerit bestias in dicto prato, non fuit dictum in accusatione, infra terminos designatos, & sic simpliciter fuit probatum. dicit Bar. quòd ex hoc non poterat sequi condemnatio, per gloss. & in lege de pupillo. §. sed vt probari. ff. de nou. oper. nuntiatio.

Statutum est, quòd nobiles non possunt visitare palatium, nisi tempore concilij. fuit quidam accusatus, nec fuit dictum an tempore prohibito, vel permisso, dubitatur an absolutio, vel condemnatio sequi debeat. vide per Bartolum in dicto §. sed vt probari.

Statutum ciuitatis, quòd citetur quis personaliter, vel ad domum, vtrum sufficiat ad domum citari nulla discussione facta de persona? vide per Bar. de dam. infec. l. dies. §. prætor ait.

Statutum dictat, quòd de quolibet contractu, de quo fieret instrumentum, soluatur gabella sex denariorum, pro qualibet libra: istud statutum non habet locum in contractibus, qui fiunt super re inæstimabili, vel quando non continetur aliquod inter esse

esse æstimabile per libram, de dam.infect.l.dies.§. prætor ait.in fi.per Bar.

Statutum, quod procedit prohibendo actum & non annullando, an faciat actum ipso iure nullum, vel peti possit, quòd annulletur.per Bar.in l.certa ratione.C.quando prouoca.non est neces.

Bar.à Saxo ferrato.

¶STATVTVM, factũ ex causa specialiter cõtra aliquẽ in eius præiudicium valet & tenet, Ange.in l.impetrata.C.sent.re.non pos.

Fallit, quando quis vellet probare per confessionẽ partis, moder. in c.sicut:consuetudo, de probatio.

Fallit, quando adstrictus ad probandũ per instrumentum vellet probare, per quinque testes. Abb.sing.in d.c.sicut.per tex.in l.testium.C.de testibus.

Fallit, quando vellem probare amissionem instrumẽti, quia possum per quinque testes probare quid instrumento continebatur, secundum Bar.in dicta l. testium.

Fallit, quando habens probare vellet probare per testes legalissimos, quia potest de æquitate canonica. secundum Fel.in d.c.sicut.

Fallit, quando tale statutum allegaretur solum inter laicos: poterit probari vt libuerit coram iudice ecclesiastico, Ancha.in regula ea, quæ.de reg.iur.in vj.

Fallit, quando ageretur de probando iuramẽto quod interuenit in ipso contractu.Imo.in c.cum contingat. de iureiurand.

Fallit, quando vellet probare damnũ vel interesse quod habuit à tali instrumẽto.Bar.in l.certi.§.quoniam. ff.si cert.peta.per gl.sing.ibi Bald.in auth.sed nouo iure.C.de ser.fug.

Fallit, quando probatio fieret parte non opponẽte & sciente, & iudice neque admittente, si & in quantũ, &c.Bald.sing.in d.§.quoniam.& in l.legatorum.C. de testib.

¶STATVTVM, generaliter loquens per ius cõmune restringitur, quando aliquod ex eo præiudiciũ infertur, alioquin intelligi debet, vt aliquid addat iuri cõmuni.Imo.l.4.§.prætor.ff.de dãno infecto.Ias.l.properandum.§.siue autẽ.col.3.C.de iudiciis.Cremen. sin.120.Matthesi.no.83.item limitatur ratione simulationis, nam stante statuto generali puniente mulieres portantes monilia, siue perlas non obligat eas portantes monile contrafactum, vel perlas simulalatas.Bar.l.1.ff.de fonte. Med.re.1.

Statutum, indefinita æquipollet vniuersali, etiam in statutis, secundum com.opin.de qua per Bar.l.qui ædificium.numero 2.ff.de ser.vrb. præd.idem.l.1.de li.præt.l.omnes populi.col.9.ff.de iust.& iure.num. 57.Bar.l.1.ff.de regu.iu.l.si pluribus. de leg.2.Ang. consi.67.idem consi.266.Bald.l.1.§.fi.ff.de fer.Alb. in tract.stat.lib.1.q.9.nume.11. Bal.in tract.sta.ver. indefinitè.num.4.Bald.l.si seruitus.ff.de seru.vrbanor.prædior.l.non modo.C.quæ res pignor.oblig. poss.leg.non intelligitur. C. de sacrosanct. ecclesi. Med.reg.2.

¶STATVTVM laicorum disponens substantiam matrimonij, inhibendo, vel impediendo matrimoniũ, vbi ecclesia non improbat, nec impedit, non valet: quia disponit in materia spectante ad ecclesiã, tex. est, qui probat hanc regulam in c.1.de spon.secundũ Ant.Abb.& Iaco.& istam regulam tradit ibi Fel.in fi.quam declarat quadrupliciter.

Limita octo modis, vt per Felin.vbi suprà, per vj.& vide Pal.Ruu.in rep.rub.de don.inter vir.& vxorem. B.Dias reg.698.

¶STATVTVM loci in quo celebratur contractus attendi debet.l.1.& ibi Bald.in 5.q.C.ne filius pro patre.sequitur Pau.de Cast.in l.à diuo Pio.§.sentẽtiã. ff.de re iudi.

Amplia prædictam regulam procedere etiã si maritus promisisset restituere dotem non solum in loco originis suæ, sed etiam in loco vxoris, & vbicunque fuerit petitum: vt per Bald.in l.exigere.ff.de iud.

Amplia etiam procedere si maritus mutasset domicilium, & mortuus esset in loco domicilij mutati: vt per cano.in c.1.de si.& Ro.in consilio 29.in c.in proposita.

Primò fallit in dote restituenda vel lucranda: quia nõ attenditur locus cõtractus, sed statutum loci, in quo maritus habet domicilium.per l.exigere.quam Bal. dicit sin.ff.de iud.

Secũdò fallit, nisi maritus mutauerit domicilium suæ originis ante mortem vxoris, & iuisset ad habitãdũ in loco, in quo non est statutum: quia tunc inspicitur locus domicilij, in quo reperitur in tẽpore mortis vxoris: vt per Sal.in l.cũctos populos. C.de sum. Tri.contra Sal.tamen tenet Ant.de But.in c.1.ff.de spon.& Abb.Panor.ibi.

Tertiò fallit prædicta regula: quia non habet locum in sponsalibus: quia tunc attenditur locus vbi fuerunt facta sponsalia, nec attẽdimus locum mariti.ita sin. Bal.in auth.omnes peregrini.C.commu.de succ.

Quartò fallit etiam, vt non procedat, quando maritus non duxit vxorem ad locum domicilij sui.ita propriè loquitur tex.& ratio d.l.exigere. quia si vxor vult trahere maritum suum, tunc attendimus statutum loci vxoris.ita Bal.in l.fi.C.si à non competẽti iudice fuerit appellatum.

Quintò fallit prædicta regula in persona aliorũ, quàm vxoris, putà in matre, quæ dedisset dotem, & conuenisset de ea restituenda: quia tunc in dote lucranda non attenditur locus mariti, sed vbi celebratus est contractus.ita Bal.in rub.C. de prin.do.

Sextò fallit in aliis contractibus celebratis inter vir.& vxor.vt per Bal.in d.rub.

Septimò fallit, nisi vxor ignorasset maritum esse forẽsem, vel alterius domicilij, in quo esset aliud statutũ: vt sin.tradit Bal.in c.1.§.fi.de re.alie.fac.

Octauò fallit etiam prædicta regula nisi bona data in dotem essent sita in loco vxoris, de quo tamen vide per Bar.in lege, cunctos populos. C.de sum. Tri.in 2.q.prin. B.Soc.re.468.

¶STATVTVM loquens in casu vero, non habet locum in ficto, vt in leg.iij.§.hæc verba. ff.de negot. gest.secundum Bart.in l.omnes populi. in vj.quæsito principali.ff.de iustit.& iur. Et istam regulam comprobat sex notabilibus doctrinis Felin.in cap. insinuatum.de simo.vide Areti.in leg. Gallus.§.& quid si tantùm.ff.de lib.& posthu.per Imol.pleniùs quàm alibi in l.1.§.lex.Falcidia.ff.ad l. Falc.vide Socin.in consilio 252.inci.visis instrumentis concessionum.in princ. versiculo 6.probatur. & quid in contractu, vide eundem Socin.consilio 293.volumine secundo.

Limita primò, nisi statutum non loqueretur in materia iuris, non disponẽdo præter vel contra ius, quia tunc interpretabitur prout ipsum ius. tex. in c.ad audientiã, de cle.non residen.& ibi Abb.idem Abb. & Fel.in d.c.insinuatum.

Secundò limita, nisi lex per omnia æquipararet casum verum & fictum: quia tunc etiam si statutum esset præter ius, extenderetur ad casum fictum. Ita Felin. vbi

vbi suprà, referendo Rom. Adde tu Socin. in cons. cclx. incip. in causa Nautensis. quod est in 2. volum. vers. secundum quod allegatur.

Tertiò limita, nisi statutum esset illusorium, non intelligendo illud in casu ficto. Ita Felin. vbi suprà, post Domi. in capitul. vt circa, in princip. de elect. lib. 6. B. Dias reg. 700.

¶ STATVTVM loquens simpliciter de vno ex correlatiuis prohibitiuè non extenditur ad alterum. l. veteres. ff. de act. emp. l. si conuenit. C. de pactis. l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de verborum oblig. not. l. si praeses. C. de seru. & aqua. Med. reg. 9.

¶ STATVTVM mandans simpliciter stari alicuius iuramento valet, sed in contrarium probatio admittitur prout communiter concludit gloss. in cap. 1. de tem. or. li. 6. Innoc. in cap. quia propter. §. illud. circa fi. de elect. & Bal. in l. 1. C. de re. cre. & l. contra negantem. C. ad l. Aquil. & l. 1. C. si aduersus liber. Azo in summa. C. ad l. Aquil.

Primò fallit, si verbum statuti vltimo decidit quòd admittatur probatio in contrarium. secundum Bal. in l. 1. C. de re. cre.

Secundò fallit, si statutum prohiberet tacitas probationes admissas in contrarium, puta si statutum dicit, quod plenissima probatio sit officialis, cuius iuramento mandat stari: gloss. est sing. in clemen. 1. de proba.

Fallit 3. si statutum apparet velle omnimodam probationem. secundum gloss. sing. in clem. 1. de foro compet. B. Soc. reg. 497.

¶ STATVTVM non potest fieri, vt pater teneatur pro filio, neque contra, ad poenam corporalem. Bal. in rubric. C. res inter alios acta: esset enim contra ius naturale, ac etiam contra ius diuinum, gl. c. cum homo. 28. q. 3. not. l. liber homo. ff. ad l. Aquil. ampl. vt hoc nec etiam per pactum fieri possit, vt per fideiussionem obliget quis pro alio ad corporalem poenam. d. l. liber homo. Alex. in termi. huius reg. l. sępe. nu. 10. ff. de re iud. Med. reg. 8.

¶ STATVTVM prohibens alienare in non subditum, est validum. Ita concludit Bart. in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. de quo per Barb. in rub. de reb. eccles. 1. quaestio.

Limita quinque modis, vt per Io. Crotum de Monte ferrato in d. §. diui. B. Dias reg. 699.

¶ STATVTVM puniens portantes arma non habet locum in eis, qui arma minima portant. gloss. §. prohibemus. auth. de armis. Thom. Grammat. §. tutor autem. num. 12. institutio. de auct. tutor. Item imponens poenam de vulnere non intelligitur de paruo. leg. ex hac. ff. si quadr. paup. fecisse dicatur. Tertiò requirens solennitatem in actu non intelligitur de paruo, Specul. in tit. de iur. cal. §. 2. versicu. quid si addentes ad Alc. rub. ff. sol. matr. nu. 3. Bru. in trac. stat. Art. 9. nu. 103. & nu. 110. l. intellige. ff. de Sicar. Bal. c. cum adeo. col. 3. de rescr. Med. reg. 5.

¶ STATVTVM si fit ex causa rationabili specialiter contra aliquem, & in eius praeiudicium, tenet. Ita dicit Ang. in l. impetrata. C. sen. rescin. non pos. allegat l. neque Dorotheum. & l. doctitij. C. de decur. libr. x. & l. Antiochensium. ff. de priuile. cred. & tenet Ant. Imo. & doctor. in c. cum omnes. de constitut. tex. in l. venditor. §. si constat. ff. commu. pręd. & in l. 1. iuncta gl. verb. detrahi. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.

Limita tripliciter vt per Felin. in d. capit. cum omnes. B. Dias reg. 692.

¶ STATVTVM, quando loquitur praeter ius commune, & sic in casu non prouiso à iure communi: tunc sicut in legibus & contractibus habet locum argumentum à contrario sensu, ita etiam habet locum in statutis. Conclusio est Bar. & Doct. communiter in l. 1. ff. de offi. eius cui mandata est iuris. & voluit Corset. in singularibus suis, in parte, argumentū. el vltimo. Salic in l. conuenticula. C. de episcop. & cleric. & ita concludit Alex. in d. l. 1. vbi refert alios hoc etiam tenentes, licet Benedict. de Plumbi. aliter teneat in l. si quis locuples. de manu. testam.

Limita dupliciter, vt per Alex. quas limitationes trāscripsit Ias. in d. l. 1.

Prima est, nisi statuto esset cautum ꝙ statuta nō recipiant extraneum, vel subauditum intellectum.

Secunda, si caueretur statuto, quòd statuta deberent seruari ad literam.

Tertia, si statuentes incurrerent in poenas, deducendo tale argumentum à contrario. Ita Iaso. vbi suprà, & Petr. Rauen. per glo. fin. in Clem. 1. in verbo, facere de vsuris, & per alia iura, de quibus per eos. B. Dias reg. 702.

¶ STATVTVM si in loco vxoris, mortua ea sine liberis solùm defert lucrum tertiae partis marito: & in loco mariti, statutum deferat lucrum totius dotis, attenditur potius statutum loci mariti, quàm vxoris. Ita Barto. in l. cunctos populos. C. de summ. Trin. & fide cath. & Bald. & Angel. in l. exigere dotem. ff. de iudiciis. quam dicit communem sententiam Ias. in d. l. cunctos populos. in 1. lectu. in princ. C. de sum. Trin. & fide cathol. in eadem l. in 2. lectura, licet Alber. in 2. parte statutorum in x. q. aliud teneat.

Limita istam communem sententiam sex modis, vt per eundem Iaso. secunda lectu. eiusdem legis: vbi ponit quinque limitationes. Et aduerte, quòd earū vltima differt ab aliis sex positis per eum in 1. lectu. vide Fel. in cap. 1. de sponsalib. vbi posuit ante Iaso. septem fallentias ad praedictam regulam, quarum quinta & septima differunt à positis per Iaso. vbi suprà: & vide eum post medium. Ex quibus omnibus habes nouem limitationes ad praedictam regulam. B. Dias reg. 697.

¶ STATVTVM si refertur ad aliud licet relatum non reperiatur nihilominus valebit, quando scilicet in eo declaratur mens statuentium, Bald. l. si donatio. C. de donat. l. inciuile. ff. de legibus. capitulo, 1. fin. ti. qualiter olim feudum poterat alien. Bald. l. 1. §. in omnibus. C. de cadu. tollen. Angel. l. penultima. C. de inst. & substit. idem est de statuto referente consuetudinem. capitulo Abbate. de verborum signific. Paul. cons. 319. Bald. l. 1. C. de episcop. & cleric. Ias. l. admonendi. lectura 1. numero 29. & lectura 2. numero 35. ff. de iur. iur. si tamen fiat ad statutum validum & inualidum, ad validum relatio fieri debet, Paris. consilio 10. numero 25. volumine 4. & fit ad illud cum omnibus qualit. suis. Deci. consilio 11. numero 18. consilio 47. numero 2. consilio 647. numero 3. Med reg. 10.

¶ STATVTI forma ad vnguem seruari debet, Bal. l. comparationes. C. de fide instrum l. humanum. col. 1. C. de legibus. Ang. cons. 89. Anch. cons. 36. Dec. cōsil. 22. nec sufficit per aequipollens adimpleri. l. qui per salutem. ff. de iur. iur. gl. c. vt circa. de elect. 6. l. cum antiquitas. §. cum autem. C. de test. Inno. cap. cum consuetudinis. de consue. Docto. l. fin. §. omne. ff. de adm. tutor. Bal. l. 1. colum. 2. de legib. §. si. auth.

de tabel.coll.4. Guliel.l.fin.ff.de postul.l.nonnunquam.ff. de iudiciis, Bald.l.2. C.de bon.pos.sec.tab. quod intellige quando statutum habet clausulam annullatiuam, Ias.l.1. nu.15. & l.seq.ff.de lib.& post hum.Dec.cons.429.nu.5.cons.434.nu.2.cons.222. nu.6.Alex.cons.138.nu.6.vol.7. cõs.137.nu.15.vol.2. August.cons.171.num.17.vol.1. Med.reg.7.

¶STATVTO stante, quòd pater teneatur soluere cõdemnationem pro filio: sententia lata contra filium mandabitur executioni contra patrem, absque nouo processu.Barto. Alexand.& Ias.leg.cum filius.ff. de verborum obligatio. Alexan.cons.84.volumin. 3.consil.60.eod.volumi.leg.quisquis. C.ad leg.Iul. maiest.Barto.l.1.C.vbi causæ fiscal. capitulo, cum secundum. de hæret. 6.Bald.l.1. C.ne filius pro patre. l.fin.§.1. C.de bon.quæ libe.Salic.l.si filius.C.ne fil. pro patre Rom.l.si filio.la 2.ff.sol.mat.Alex.l.sæpe. num.74.ff.de re iud. Med.re.8.

¶STATVTA, licet possint fieri per villas iurisdictione carentes maximè super administratione rerum suarum, tamen talibus statutis, non possunt adiicere pœnam: notat Innoc.in cap. cum accessissent. in verbo, sedes.de constit. Anto.& alij in ca.cum omnes.in fi.eod.titu.Ang.in l.vnic. in princip.ff. si quis ius dicenti non obtemper. quod dicit esse notandum, contra statuta villarum vel ciuitatum iurisdictione carentium, vt quia subsunt ciuitati, quod sequitur ibi Alexan.& ponit Iason in l.omnes populi.ff.de iustit.& iur.

Limita tripliciter vt per eundem Iaso.in d.l.omnes populi. in lectura 2.Et vide Fel.in d.ca.cum omnes. num.14.vbi dupliciter limitat. B.Dias reg.701.

¶ STATVTA iurata non tolluntur per generalem derogationem statutorum: probatur ista regula ex textu in ca. constitutus.de rescript. firmat gloss. in c.cum non deceat.de elect.in 6.ad fi. quam glos. dicit sin.Ias.in l.quoties. de precib. imper.offer.vide eundem, vbi plures refert idem tenentes in l. omnes cuiuscunque.C.si con.ius vel vtil.publ. Ferra.cautela xx.

Limita quinque modis vt per Fel.in d.c. constitutus. B.Dias reg.693.

¶STATVTA debent intelligi secundum ius commune: probat text.cum gl. vbi latè per Salic.in l.2.C. de nox.glo.& Doct.in l.fi.§.in computatione.C.de iure delib.Bart.in l.1.§.lex Falcid.& ibi mod.ff.ad l. Falcid.

Limita dupliciter, vt per Ias.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur. B.Dias reg.694.

¶ STATVS defunctorum vltra quinquennium non quæritur, toto titu.C.ne de stat.defunc.post quinquennium quæratur, vbi Azo in Summa, C.eod. numer.1. Med.tr.2.part.

¶STATVS personæ per sententiam declaratus, putà quòd quis sit seruus clericus, vel monachus, & similis, facit ius quo ad omnes, Cin.& Doc. comm.l.ingenuum.ff.de stat.homin. l.de ætate. ff.de minor. Bald.& Sali.l.2.C. quibus res iud.non noceat.Doc. l.quoties.C.de decur.lib.x.Alex.l.sæpè.numer.62. ff.de re iud.doct.l.sancimus.C.de iudiciis.l.2.C.quibus res iud.non noceat.Ioan.Fab.§. præiudiciales. instit.de act.Tiraq.in termin.in tract.res inter alios acta.limit.18. Med.reg.8.

¶STILVS & consuetudo fori, ac curiæ omnino est obseruandus.vt c.ex literis, & c.fin.de consuetu.& Bal.in l.sed sine.§.Lucius.ff.de admin.tuto.& Bald. in l.ne cui.C.de pœn.Ang.in l.1.C.de requir.reis.

Amplia 1.vt prædicta locum habeant tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis. Boer.q.63.nu.12. 16.& 15.& habet vim legis secundum Cy.& Bal.in l. 1.in fi.C. quæ sit longa cousue.& l.de quibus.ff.de legi.& Bar.in l.3.ff.de testibus.

Amplia, vt etiam minores legentur stilo & consuetudine fori, secundum Bal.& Anch. in c.Ruy.num.8.de test.& l.2.C.quæ sit lõg.consue.Bal. cons.53.ad hoc. vol.2. Cast.cons.45.vltra ea.vol. vlti. Barba.cons.6. in prin. vol. 4.& c.2.de delict.puer.

Fallit in vagabundo, vt l.1.C.vbi de crim.agi opo.Bar. in l.hæres absens.§. proinde. num.4.ff.de iud.& præsertim in iuribus qui suspenduntur, in ciuitatibus, & castris pro criminalibus etiam alibi commissis, secundum Fracis.Cur.in d.l.num. 10.& Io. Calde.in c.1.de rapt.licet Ant.& Panor.in c. fi.de foro compe.aliter senserint, & sublata opinione certorum canonis. qui tenuêre, vt quòd remittatur in foro, vbi delictum fuit commissum, Abb.in d.c.fi.num.13.& qui dicatur propriè vagabundus. vide Bart.in l.4. §.prætor.ff.de dam.infect.& l.eius qui.§.fi.ff.ad municip.gloss.& Panor.in dict.c. fina. nume.13.de foro compet.

Fallit etiam in fure reperto cum re furtiua, qui in omni loco puniri potest: vt Barto.in l.si dominum rei. ff.de fur.nu.2.Cast.in cons.458.num.2.vol.2. Ang. in tract. maleficiorum.in vers.& vestem cælestem abstulit.num.15.& ibi Aug.Arim.

Fallit in citato contumace, qui si non comparuit ex quo non fuit citatus secundum consuetum stilum fori, excusatur à contumacia, secundum Ange.in l. fin.C.de cano.præstan.l.x. Marsi.singu. cxviij.incip. stilus. Guid.Pap. q.cxciij. vbi dicit, quòd stilus & consuetudo curiarum, pro lege habetur, & ei omnino standum est ibi.num. 2.& 3.quod not.quia stilus est interpretator statutorum. vt l.de quibus.ff. de legib.& idem Guido q.xxx. numer. 2.quod not. I. Nouel.reg.196.

¶STILVS curiæ seruari debet, intelligitur indefinita ista vniuersaliter, tam in ciuilibus, quàm etiam in criminalibus, tam in maioribus, quam in minoribus.c.ex literis.c.fin. de consuetu. Bald.l.sed si sine.§. Lucius.ff.de adm.tuto.idem l.ne cui. C.de pœnis, Ange.l.1.C.de requir. reis.Boer.q.63.numer.12. Cin.l.1.C.quæ sit longa consu.l. de quibus.ff.de legib.Barto.l.3. ff.de test.Ancha.cap. Raynutius.numero 8.de testamen.l.2.C.quę sit longa consuetud. Bald.consi.54. vol.2.c.2.de delictis puer. vbi Barbatia, idem cons.6.vol.4. Med.reg.2.

¶STILVS cum ita se habet, res inter alios acta alteri nocet, Bald.authen.si quis in aliquo. C.de edendo. neque citatio requiritur, Alexand.cousilio 65. volumin.1.Dec.consi.163. column. 7. est enim curiæ stilus omnino seruandus.leg.fina. C.de iniuriis. l. tertia §.fin.ff.de testibus. capitulo quàm graui.de crim.falsi.Cin.leg.secunda.C.quæ sit longa consue. Doctor.capitu.fin.de consuet. Alexand. consi.240. volum.6. Marsil.sing.118.l.de vno. n.83.ff.de re iud. Med.reg.8.

¶STIPVLARI alteri nemo potest, nisi eius potestati subiectus sit, vel pœna sit adiecta.l.stipulatio ista. §.alteri.ff.de verborum obl.& in l.solutum.§.per liberam.ff.de pignorat.act.

Amplia istam regulam procedere etiam in fisco, & consequenter in republica, quibus per liberam personam, & priuatam, & sibi subiectam non potest stipulari vel pacisci.tex.est, & ibi Bart.in l.1.in princ.

princ.ff.de iure fisc.& idem Bar.l. arbiter intra certam.ff.de arbitr.

Amplia etiam in matre, quæ nõ potest stipulari filio: vt in casu legis, debitor.in fin.ff. Treb.& Barto.in l. quod dicitur.ff.de verbor.ob.& in l. pactum.& in l. pater.C.de pact.cõuentis.Ex quo infero, quòd multo minus alij consanguinei vel cognati possunt stipulari alteri consanguineo:vt est gloss.in verbo, interest,in l.fideiussores. ff. de pact.& probatur in l.3. §.sed & si fortè.ff.iudicatum solui.

Amplia hoc etiam procedere in liberto, qui non potest stipulari patrono:vt in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff.de verb.oblig.

Primò fallit, nisi per consuetudinem fuisset inductum contrarium, per text.in l.certi conditio.§.si nummos.& ibi docto. ff.si cer.peta.& in l.si donaturus. ff.de vsufructu.in fi.

Secundò fallit in dote, cui in hoc magis fauetur cum fisco:vt probatur in l.Gaius.soluto matrim.& in l. pactum. C.de pact. conuen.vbi fauore dotis alteri per alterum stipulari potest de quo latè per Bal. Nouellum in tractatu dotis,in sexta parte principali,in vigesimosecundo priuileg.

Tertiò fallit in feudis, in quibus frater stipulando acquirit fratri absenti, secundum Bald.in l.fin.C.res inter alios acta.vt probatur per text.in ca.1. de duobus fratribus.de quo vide per Alexan.in consil.x.in secũdo vol.ponderatis his.& Pau.de Cast.in consil. 154.incip.quòd istud feudum.& per Barto.in l. si mihi,& Titio.ff.de verb. obli.

Quartò fallit, si in stipulalione interpositum sit iuramentum,per gloss.1. quæstione 7.cap. quoties cordis oculus.

Quintò fallit de iure Canonico: quia omni casu alteri per alterum stipulari potest:vt in dicta glossa prima,quæstione septima,quam allegat Bald.in l.illud. C.de sacrosanctis ecclesiis.& in l.certi condictio.§. si nummos.ff.si certum petatur.

Sextò fallit in piis locis pauperibus,quia per alterum, etiam verbis directis,stipulari potest ipsis absentibus:vt per Bald.in lege,illud de sacrosanctis ecclesiis. B.Soc.reg.470.

¶ Stipvlatvs in dubio pro se stipulari intelligitur.vt habetur in l.stipulatio ista.§.hoc quoque. & §.si quis ita.de verborum oblig.

Primò fallit in filiosa. quia præsumitur stipulari patri. l.quicunque.§.fi. eod.tit.

Secundò fallit in seruo, quia stipulatur domino, vt l. 1.ff.de stip.ser.

Tertiò fallit in procuratore,qui intelligitur stipulari domino.vt l.post dotem.ff.solu. mat.

Quartò fallit in dote: de quibus fallentiis dic vt per Bar.in l.stipulatio ista.hoc quoque.& §.si quis ita. B.Dias reg.469.

¶Stipvlator, vel eius personam repræsentans, vt est hæres,quando directo offenditur, tunc stipulatio committitur & non attenditur an intersit offensi.Notat Bar.in l.2.§.item si in facto.ff.de verbo. obl.per tex.in l.stipulatio ista.§.alteri.eod.tit.& in §.alteri.Institu.de inuti. stipu.

Istam regulam & conclusionem Bar. dicit notabilem Ias.ibi,vbi eam ampliat vno modo,& limitat aliis sex. Socin.reg.475.

¶ Stipvlator, & promissor relationem habent. l.1.ff.de verbor.oblig.fallit cùm stipulatio exequitur,tunc enim promissor obligatur stipulatori, sed non econtrà.l.Labeo.§.contractum.ff.de verb. sig. glo.rub. C.de reb.cred. Med.reg.9.

¶Stipvlatio carens forma nulla est.l.5.§.stipulatio.vbi Ias.numer.8.ff.de verb.ob.l.1.§.si quis ita.ff. eod.Barto.l.ius publicum.ff.de pact. Ange. l.quicquid adstringendæ.ff.de verb.obl. Med.reg.7.

¶Stipvlatio non comprehendit personam extrinsecam, neque ad eam refertur. Bar.in l.si ita stipulatus.C.Chrysogonus.de verborum oblig.

Primò fallit fauore dotis, quia si extraneus, qui dedit dotem, stipulatus est simpliciter eam reddi,nec dicit sibi vel mulieri, vt in l.stipulatio ista. §.si quis ita.ff.de verb.oblig.tamen fauore dotis intelligitur stipulatus mulieri.l.post dotem. & in l.Gaius.in fi. & ibi Pau.de Cast.ff.sol. matr.

Secũdò fallit ratione societatis:l.si quis vni. & ibi Bal. in fi.ff.rem ratam haberi. B.Soc.reg.473.

¶Stipvlatio sub conditione confecta, valet,& tenet,licet aliam causam non habeat: quia conditio ipsa impleta, est loco causæ.Est regula secundũ Paul.de Castro in l.à Titio.qui text.probat eã.vers. nam cùm conditio. ff.de verb.ob.& ibi Barto.allegat alia iura, & Iason confirmat, & infert ex ea ad vnum dictum Pau. de Cast.

Amplia tripliciter,& limita duobus modis, vt per Ias. in d.l.à Titio. B.Dias reg.707.

¶Stipvlatio dandi quantitatem, dicitur omni respectu diuidua. Ista regula colligitur ex text.secundum Ias.ibi,in l.2. §.& harum.vers.secundò principaliter nota.ff.de verb.oblig.

Limita quatuor modis,vt per eum ibi. B.Dias.re.705.

¶Stipvlatio dandi quantitatem, dicitur omni respectu diuidua.l.2.ff.de verborum oblig.& in l.in executione.in princip.eodem titul.& in l. si duo.ff. depositi.

Primò fallit, quando testator legasset quantitatem pro opere faciendo: quia licet hæredes videãtur grauati ad quantitatem, tamen quilibet ipsorum tenetur insolidum:vt probatur in l.fideicommiss. §. penult.ff.de legatis tertio.

Secundò fallit, quia ista regula procedit respectu primitiuæ obligationis: secus autem respectu obligationis secundariæ. & sic respectu pœnæ, & ideo si quis promittit dare vel facere,& casu quo non dederit promittit quantitatem, tunc illa quantitas est indiuidua.vt est textus in l.v.§. fin. & in l.in executione. §. penult. ff. de verborum obligationibus. & per Bar.in lege, stipulationes non diuiduntur.in secunda quæstione.fi. eo.tit.

Tertiò fallit in debitore quantitatis, & respectu certæ speciei:vt probatur in l.miles. §.decem.ff.de re iudi. quia tunc illa obligatio quantitatis censetur indiuidua solutione: vt est casus in l.si communis seruus.ff.de noxa.& in l.si cum vno.ff.si ex noxali causa aga.

Quartò fallit in casu legis, frater à fratre. ff.de condi. indeb. vbi obligatio causata ex facto vnius hæredis,qui contraxerat,& qui habebat peculium à patre:quia isto casu talis obligatio quantitatis est indiuidua respectu illius, qui contraxit.de quo per Ioannem Bapt.de sancto Seuerino in dicta l.frater à fratre. B. Soc.reg.474.

¶Stipvlatio facta alternatiuè perficitur electione vnius tantum primi videlicet, sicuti etiam gratia per vnicum actum consumitur.Bald.c.in literis. de offi.deleg.per l.si is qui Stichum.ff.de procurat-

tor. & per l. dotis promissio. ff. de iur. dot. Med. re. 3.

¶ Stipulatio facta Calendis ianuarij, si non adiiciat quibus, de primis intelligitur, text. est in terminis l. eum qui Calendis. ff. de verb. obl. Med. reg. 4.

¶ Stipulatio facta de propria re purè, nihil valet. text. est in l. nemo rem suam, in prin. ff. de verb. oblig. & in l. scire debemus. §. fin. ff. eod.

Limita quinque modis vt per Ias. in l. si rem meam. ff. de verb. oblig. B. Dias reg. 609.

¶ Stipulatio interposita in primo contractu locationis non videtur repetita in sequenti locatione, sed in prima tantum perficitur, Din. & Bal. l. cũ pater. §. pater. ff. de leg. 2. per l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. Rom. l. in his. ff. solu. mat. Docto. l. quędam. ff. de rei vend. l. hæredibus. ff. ad sen. cons. Trebel. leg. cum vxori. ff. quando dies leg. ced. glos. l. si quis hæredem. C. de instit. & substitut. Port. consilio 138. numero 5. Barto. l. 1. ff. ad leg. Iul. maiest. l. dotis. ff. de iur. dot. cap. 1. de pręb. 6. Anch. cons. 317. idem Port. cons. 76. num. 5. & num. 11. Alba. consi. 17. nume. 4. Socin. cons. 43. col. fin. volu. 1. Dec. cons. 50. Crau. cons. 161. numero 1. & numero 4. l. fi. ff. ad Trebel. cap. gaudemus. de diuortiis. c. cum in nullis. §. fin. de præb. 6. Bald. cons. 242. volum. 3. Innoc. c. debitum. de bigam. fallit nisi sit eadem ratio in pluribus, quæ in vno. l. si quis ita. §. 1. ff. de leg. 1. Dec. c. prudentem. §. dicimus. de offi. deleg. Calcan. cons. 1. colum. 26. Crau. cons. 161. nume. 4. Paulus leg. 2. n. 4. ff. de liber. & posthum. Ias. l. manumissiones. nu. 25. ff. de iust. & iur. fallit in sermone negatiuo, Alex. l. decem. num. 44. de verb. oblig. l. diuortio. §. quod in anno. nu. 14. ff. sol. matr. Med. re. 3.

¶ Stipulatio. l. 17. cum tempus. l. 18. quæ legata. l. 19. si filius. l. 35. semper in stipulationib. l. 32. verum.

Quæ hoc nomine contineantur, notaui ad regu. 74. §. fina.

Stipulatus in dubio pro se stipulari intelligitur. De verborum obligation. l. stipulatio ista. §. hoc quoque. §. si quis ita.

Stipulationem vitiat longum interuallum inter interrogationem & responsionem. De verb. ob. l. continuus. in princ. De duob. reis. l. duos. §. fi.

Secunda stipulatio, continens plus quàm prima, inducit primæ nouationem. De verb. ob. l. qui vsumf. & ibi Ias.

Non valet stipulatio purè de re propria facta. De ver. ob. l. nemo. Riisvvich.

¶ Stipulatio pœnalis soluitur morte, nec ad hæredes transit, quando stipulator morte præuentus adimplere nequiuit, dixi super. cõc. 72. Med. tr. 2. p.

¶ Stipulatio de qua in l. vnica. in §. exactio. C. de rei vox. act. vbi dicitur, quòd exactio dotis fit statim solut. matrimon. in rebus immobilibus, & post annum in rebus mobilibus, locum habet, quando extraneus dotem dedit & dotem sibi reddi stipulatus, sit vt sing. not. in l. 2. in prin. in gl. mag. sol. matrim.

Fallit nisi extraneus stipulatus esset ex interuallo, & habet locum ne dum in extraneo, sed etiam in muliere, quæ postquam dotem dedit, & sic quæsita sibi actione de dote, stipulata est ex interuallo dotem sibi reddi: nam tunc non subintelligitur dilatio, quæ erat in prima stipulatione, vel obligatione: & sic poterit incontinenti sol. matr. sicut quando legatur dos mulieri pro marito: vt in l. verum. ff. de dote prælega. vt sic secunda stipulatio ex interuallo facta aliquid operetur, sicut etiam operatur legatum in casu prædicto. ita sing. dixerunt Iacob. de Are. & Barto. & Moder. in l. diuortio. in fin. ff. de verbo. oblig. quod tamen intellige, & limita secundum distinct. de qua per Barto. in l. Stichum. in §. 1. ff. de donationibus. B. Soc. reg. 471.

¶ Stipulatio, quando alternatiuè concipitur ab aliquo, scilicet sibi, filio, aut extraneo dari, tunc filius, vel extraneus dicitur adiectus solutioni, & non obligationi: quare debitor potest efficaciter tali adiecto soluere. text. est in l. eum qui ita. §. qui sibi, aut filio. ff. de verborum oblig. & ibi Ias. assignat rationem text. in l. sed & si filio. §. 1. ff. de constitut. pecun.

Amplia duobus modis, & limita quinque, vt per Iaso. in d. §. qui sibi. B. Dias reg. 706.

¶ Stipulatio secunda, continens plus quàm prima, inducit primæ nouationem. text. est in l. qui vsumfructum. iuncto fi. prout ibi ponderat Iaso. ff. de verbo obl. & est communiter approbatus intellectus ad dictum tex. secundum eum ibi. Adde glo. in l. scire debemus. in princ. ff. eod. ti. verbo, mixta. Barto. in l. pen. ff. de præt. stipul. & in simili est text. valde notabilis in l. si ita scriptum fuerit. lo 2. ff. de hæred. instit.

Limita hanc regulam tribus modis, vt per Iaso. in d. l. qui vsumfructum. B. Dias re. 608.

¶ Stipulatio secunda, continens plusquàm primã, inducit nouationem primæ. l. qui vsumfructũ. ff. de verborum obligationibus.

Primò fallit in casu. l. si diuortio. ff. de verborum obliga. vbi actio de dote competens ad dotem datam, non nouatur per stipulationem sequentem, in qua est duplicata summa dotis. & sic continebat plus, quàm prima.

Tertiò fallit, quando per secundam stipulationem aliquid additur, vt de prima stipulator sit magis cautus, vt si addatur fideiussor vel pignus.

Quartò fallit, quando prima stipulatio est pura, secunda verò pœnalis: vt latè per Bart. in l. ita stipulatus. in prima oppo. vltimæ partis. ff. de verborum oblig. B. Socin. reg. 472.

¶ Stipulatio. Setẽtia lata contra vnum ex duobus reis stipulandi habentibus ius in solidum nocet alteri. Bart. l. ex duobus. ff. de duob. reis stipula. l. suprà. §. casus. de aqua plu. arcen. leg. secunda. ff. de prætor. stipul. Alex. l. sæpè. num. 48. ff. de re iudi. Subrogato præiudicat sententia lata contra principalem. Anto. c. pen. de sent. & re iud. c. ad petitionem, de accus. capitulo. hoc quippe. 3. quæ. 6. Alexã. in terminis huius reg. leg. sæpe. num. 69. & num. 75. ff. de re iud. Med. reg. 8.

¶ Stipulatio. Longum interuallum inter interrogationem, & responsionem, vitiat stipulationẽ, l. 1. §. qui præsens, & l. continuus, ff. de verb. ob. l. duas, §. fin. ff. de duob. reis.

Ampliatur, & limitatur in 2. casi. à Iaso. in d. §. qui præsens, num. 5.

Fallit in 4. casibus, per Rip. in dict. §. qui præsens, numero 17.

Stipulatio dandi quantitatem, dicitur omni respectu diuidua, l. in executione, in princ. ff. de verb. obli. l. si duo, ff. deposit. l. si stipulatus, ff. de solut.

Fallit in 4. casib. quos not. Iaso. in l. 2. §. harum, ff. de verb. ob. num. 9. & seq. fallit in 7. casib. vt per Alcia. in d. §. & harum, num. 3.

In fa-

In facto indiuiduo, si vnus ex pluribus hæredib. promiserit, controueniat impediendo stipulatorem ne vadat, committitur stipulatio contra omnes hęredes, non solùm contra impedientem, sed contra alium, qui non impediuit, l. stipulationum. §. item si in facto.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. l. num. 7.

Quando directo offenditur stipulator, vel eius personam repræsentans, vt est hæres, tunc non attenditur interesse, l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de ver. obli.

Fallit in 6. casib. vt per Ias. in l. stipulationum, §. item si in facto, num. 15. ff. de verb. obl.

Si prima stipulatio est vtilis & efficax, secunda nihil valet, l. qui bis idem, ff. de verb. oblig.

Ampliatur in 5. casib. & limitatur in 6. à Ias. in d. l. qui bis idem, num. 1. & seq.

Falsa causa de præterito non vitiat stipulationem, l. si diuortio, ff. de verb. oblig.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. l. num. 1.

Error in materia, vel qualitate substantiali, non vitiat stipulationem propter consensum in corpore, l. si id, quod aurum, ff. de verb. oblig.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in vno, per Ias. in d. l. si id quod, num. 1.

In contractibus stricti iuris non potest agi per stipulationem ratione deceptionis vel doli reipsa, quando promissor non habuit animum decipiendi, quare & ipse decipitur re ipsa, l. si id quod aurum, ff. de verb. oblig.

Fallit in 4. casib. vt per Ias. in d. l. num. 3.

Tot censentur stipulationes quot sunt res, vel summæ in vna stipulatione specialiter designatæ, l. vbi vetera. §. pen. l. Titia, §. fi. & l. pluribus, in prin. & l. scire debemus, ff. de verb. oblig.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. l. scire debemus.

Si stipulor rem meam sub cōditione, valet stipulatio. l. si rem meam, ff. de verb. oblig.

Fallit in 5. casib. vt per Ias. in d. l.

Alteri stipulari nemo potest, l. solutam, §. per liberam, ff. de pign. act. l. certi conditio, §. quoniam, ff. si certum petatur.

Ampliatur in 5. casib. & limitatur in 6. à Ias. in l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. obligat. Ampliatur in 13. casib. & limitatur in 36. ab Ant. Gabr. lib. 3. de verb. oblig. concl. 1. fallit vt per Soc. reg. 381.

Fallit in 3. casib. quos ponit Dec. in l. qua tutela, §. nec paciscendo, ff. de reg. iur. fallit in 6. casib. vt per Soc. re. 89. in addi. fallit in iudice, qui potest alteri stipulari. Ampliatur ista fallentia in 2. casib. & limitatur in 4. à Ias. in l. stipulatio ista, §. stipuler, ff. de verbor. oblig. numer. 16. Ampliatur regula, quòd nec etiam de iure canonico licet alteri stipulari, sed ista ampliatio limitatur in 2. casib. per Felin. in procе. Grego. c. Gregorius. num. 26.

In stipulationibus verba interpretantur contra stipulatorem l. stipulatio ista, §. in stipulationibus, ff. de verbor. oblig.

Fallit in 5. casibus, quos not. Iaso. in d. §. in stipulationibus.

Quod stipulatur iuri meo subiectus, ego videor stipulari, l. quodcunque, ff. de de verb. obli.

Fallit in 4. casibus, quos not. Iaso. in d. l. numero 4. & sequent.

Ad hoc vt valeat stipulatio facta per illa verba, cum promissor voluerit, est necesse, quòd promissor ante eius mortem declaret velle, l. centesimis, §. si ita stipulatus, ff. de verb. oblig.

Fallit in 3. casib. secundum Ias. in d. §. si ita stipulatus, num. 2. stipulatio dandi centum, si promissor voluerit, quare confertur in expressam, & liberam voluntatem promissoris vsque ab initio, aliàs semper inutilis. Ampliatur in 3. casib. & limitatur in 3. à Ias. in d. §. si ita stipulatus, num. 6. & seq. sed hæc stipulatio cùm voluerit promissor, valet, & pendet ab eius voluntate, velut à conditione. fallit vt not. Soc. iun. in l. ita stipulatus, num. 113.

Stipulatio in dubio debet intelligi, vt valeat, & teneat l. quoties in stipulationibus, ff. de verb oblig.

Ampliatur in 5. casib. & limitatur in 4. à Ias. in d. l. quoties, num. 1. vsque ad finem.

Si alternatiuè interroganti respondeat de vno tantū, vitiatur stipulatio in speciebus: secus in summis, l. inter stipulantem, §. stipulante, ff. de verb. obli. vbi Ias. limitat in vno casu.

In stipulationem res deduci non possunt, quę nō sunt in commercio nostro, l. inter stipulantem, §. sacram. ff. de verb. oblig.

Fallit in 3. casib. vt per Ias. in d. §. sacram, num. 4.

Rem meam mihi stipulari non possum, l. nemo rem suam, & l. si rem meam, ff. de verb. oblig.

Fallit in 6. casi. vt per Iaso. in d. l. si rem, & in d. l. nemo.

Stipulatio facta sub conditione valet, licet aliam causam non habeat, quare ipsa conditio impleta est sufficiens causa, & sic succedit loco causæ, l. à Titio, ff. de verbo. oblig.

Ampliatur in 3. casib. & limitatur in 2. à Ias. in d. l. à Titio, num. 5.

Incertitudo quantitatis vitiat stipulationem, l. ita stipulatur, ff. de verb. oblig.

Fallit in 3. casib. vt per Ias. in d. l. ita stipula. nu. 11. fallit in 6. casib. vt per Maria. Soci. iuniorem, in d. l. nu. 85. fallit in 7. casib. vt per Rip. ibi. num. 17.

Dies celebratæ stipulationis expressus in stipulatione, non facit censeri stipulationem esse in diē, ideo debitor potest ea die conueniri, l. liber homo, §. decem hodie, ff. de verb. oblig.

Fallit in 4. casib. vt per Ias. in d. l. num. 2.

Stipulationum diuersitas inter interrogantem, & respondentem, adducit diuersitatem in substantia, & qualitate obligationis, & vitiat stipulationem, l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig.

Fallit in 8. casib. vt per Io. de Imo. in d. §. si quis simpliciter, num. 4. Sed aduerte, quòd stipulatio conualidatur per complacentiam, non obstante diuersitate. fallit in 3. casib. secundum Soc. in l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig. num. 4.

Stipulatio secunda continens plus quàm prima, inducit nouationem, l. qui vsumfructū. ff. de ver. obli.

Fallit in 3. casib. vt per Ias. in d. l. col. 2. fallit in 4. casib. quos not. Soc. reg. 90. in addit.

In stipulationibus nunquam persona extrinsecus subintelligitur, l. si ita stipulatus fuero, §. Crhysogonus, ff. de verb. oblig.

Fallit in 5. casib. vt per Ias. in d. l. nu. 41. fallit in 2. casib. secundum Soc. reg. 91. in addit.

Patientia simplex in iudicio non habet vim stipulationis, l. omnes, §. in hac, C. de Episc. & Cleri.

Ampliatur, & limitatur in 4. casib. quos not. Ripa in l. 1. nume. 3. ff. de verb. oblig. Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 5. à Galiau. in d. l. 1. nu. 13.

Responsio conditionalis facta pnrè interrogationi vitiat stipulationem, l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verbor. oblig.

Fallit in 2. casib. vt per Soc. iun. in d. §. si quis, nume. 7.

In stipulatione amplius non agi, & rem ratam haberi licet factum diuiduum contineant, tamen principalis etiam pro parte contrafaciens ad solidam pœnam tenetur, cum ex hæredibus solus contrafaciens, & pro sua rata tantum teneantur. fallit in 2. casib. quos not. Soc. iun. in l. 4. §. Cato, ff. de verb. obl. num. 33. ver. decimò noto.

* Audiri.Adde Fel.in capitulo quoties.de testibus,& Cor.in consi.cviij.inci.videtur.in litera o.in j.parte. & in consi.xxvij.inc.in præsenti.in litera f.& in consi.xciiij.incipien.viso.in litera c.& h.in iij.parte.& An.in cõsi.xl.&Bal.in cõsi.ccxcv.& in cõsi.cccxiiij. in iiij.parte.& Fran.Are.in cõsi.lxiiij.& Alex.in cõsi.lxx.& in consi.lxxij.& in cõsi.100.& in cõsi.cxiij. in j.par.& Pau.de Cast.in cõsi.cxciiij.in j.parte.& Lud.Roma.in consi.xxij. B.Vad.

Fallit in casibus de quibus per Cano.in c.quoties,de testibus, primò, quando testis deponeret in factis notoriis,& antiquis,si deponeret quòd iustitia maior fuit in tempore:vt no.extrà, de iura calum.c.pe. per Inno.cum & tunc talis ex quo vehementer opinatur sic fuisse, lato præsumpto vocabulo dicatur scire.per id quod habetur in l.si quis extraneus.§.j. ff.de acqui.hæreditate,secundum Io.de Imo.in d.c. penultimo.

Secũdò fallit in iis negotiis,vel factis,in quibus admittitur de auditu testimonium, cum tunc admittatur testimonium de credulitate: vt in d.cap.quoties. extrà,de testi.& in l.si arbiter. ff. de proba.& vt no.in d.l.in summa,§. item Labeo.ff.de aqua plu. arcen.

Tertiò fallit, quando fert testimonium super iis quæ percipit ex peritia artis:vt no.per gl.& ibi per Bar. & Bal.in l.solet.C.de testibus,de quo etiam de proba.c.proposuisti.

Quartò fallit,quo ad præiudicium ipsius testificantis, cum eidem æquè præiudicet testimonium de credulitate,sicut & testimonium de veritate: prout est gl.no.in c.ex literis,ad hoc quod no.in l.ij.§.quod obseruari.C.de iuramen.calum.& in Spec.in tit.de deposito.versi.hoc,& Ioã.And.in c.inquisitionis.extrà,de accusa.

Quintò fallit,quando testes deponerent de credulitate,quæ est coniuncta corpori:nam ex quadam violentia præsumptionis bene valet testimonium eius, qui dicit vidisse nudum cum nuda in eodem lecto: cùm propter ea credatur copulam interuenisse:tũc enim admittatur testimoniũ de credulitate. ad hoc c.literas.extrà,de præsumptio.& per Ioan. And.in d.c.vbi hoc idem tenuit, & per Bald.in d.l.solet.& in l.conuenticula. C.de epi.& cleric.& in l.fin.C. de proba.

Sextò fallit,quando testis deponendo super cerdulitate adiicit verba,per quæ colligitur de eius vera sciẽtia,vt est sic deponendo super mutuo, & reddendo causam dicat,quia credidit sic fuisse,cùm fuerit præsens,vel viderit mutuari.nam id quod scimus possumus credere,vt voluit Io. And.in c.præsentium.in verbo, syndico, de test.in vj.secundum Anto.& Imo.in cap.quoties.eod.titu vbi latius de his per ipsos vide. B.Soc.ibid.

¶Testis dans testimonium eius in scriptis iudici: vt ipse iudex legat,vel ipse legit iudici, regulariter non probat, cap.relatum. v.quæst.ij. cap.testes iij. quæst.octaua.

Fallit quo ad præsumptionem faciendam, quia eius testimonium in scriptis iudici porrectum vel lectũ probat.Imo.post Hostien.in cap.cum in ecclesiis. de maio.& obedie.d.Ant.in ca.cum olim.el j.in fi. de priuileg.vbi dicit idem etiam de testi.non iurato.& facit ad hoc tex.in ca.à nobis,qui matrim.accusar.possunt.

Fallit quando agitur de probanda fama alicuius extraiudicialiter, quia probari potest per testes deponẽtes per scripturam, gloss.in d.ca.relatum.in verbo testimonium.

Fellit quando testes habent deponere de peritia artis, quia possunt deponere per scripturam.tex.est singul.in l.penult.§.fin.cum l.sequenti.ff.si mes.fal. dixer.immo tales testes iurare non tenentur,secundum domin.Ant.de Butr.in capit. veniens. el.j.de testib.

Fallit quando legeret testimonium in scriptis in præsen-

præsentia tamen iudicis, quia tunc cessat ratio. ſ. tormenta. leg. de minore. ff. de quæstio. secundum Bald. in leg. iuris iurandi. C. de testibus. pro quo facit gloss. in capitulo quem pœnitet. de pœnitent. distin. j. ex. in capit. qualis. xxxiij. quæst. v. quòd licet aliàs quis non possit per scripturam confiteri sua peccata, tamen potest offerre iudici legendam scripturam, vbi sunt peccata præsentibus ipso confitente legente ipsi confessori, allegatur ſ. sed calixtus. ij quæst. viij. vbi licet quis voce & nō in scriptis debet accusare, potest accusare in scriptis, dum ipse iudici legat.

Fallit in multis, secundum d. Abb. in capitulo de testibus. de testib. domin. Abba. in capitul. cum apud, de sponsa. & hoc in ciuilibus. quid autem in testamentis vide Ioan. Fab. in ſ. testes. institu. de testamētis. vbi dixi, &c. S. Ianu. reg. 285.

¶ Testis deponens falsum, solet de falso puniri. l. 1. & per totum ti. ff. & C. de falsis.

Fallit in 3. casibus, vt per Campeg. in dict. tracta. conclusio. 414.

Fallit in 12. casibus, vt per eundem conclu. 434.

Testis tacens veritatem solet de falso puniri. Bar. in l. presbyteri. C. de epis. & cler.

Fallit in 3. casibus, vt per Fel. in cap. causam, de testibus cog. num. 4.

Fallit in 5. casibus, vt per Campeg. re. 415. & 417. fallit in 4. casibus, vt per Ias. in l. præscriptione, C. si cōtra ius, vel vtilitatem publi.

Testis qui dixit falsum in vna parte vitiatur totū dictum ipsius. Imo. in ca. fraternitatis. de testibus.

Ampliatur in 2. casibus, & limitatur in 4. per Campeg. conclu. 256. & 257.

Quando testis dicatur committere falsum in testificādo, duos casus ponit Camp. concl. 411.

Falsus testis qua pœna puniatur, septem ponit Campeg. conclusio. 412. & concl. 14. ponit conclusio. 413.

Qui iudices possunt punire testes de falso declarat idem conclu. 418. & 419. Don. Fina, lib. 4.

¶ Testis qui deponit tenetur assignare rationem dicti sui, glo. & Doct. in l. solùm. C. de testibus. Ampliatur in 4. casibus, & limitatur in 23. per Lācillot. in tract. de offic. præt. in capitulo dicta testium, numero 26.

Fallit in 11. casibus, vt per Ias. in l. cùm hi. ſ. vult igitur. ff. de transactio.

Testis dicti sui causam non reddens probat, & eius dictum valet. l. solam. ff. de testib. l. solum. C. de test. c. causam, de testibus. Fallit in 23. casib. vt per Cāpeg. in d. trac. cōclusio. 192. Fallit in 9. casibus, vt per Soc. reg. 401. & causam dicere non tenetur. Fallit in 6. casibus, vt per Soc. reg. 402. Fallit in 4. casibus, vt per Fel. in capitulo cùm causam, de testib. num. 4. Fallit in 3. casibus, secundum Fran. Hercula. in trac. de negatiua, num. 322.

Si testis non reddit causam dicti sui, nō probat eius dictum. Fallit in 15. casibus, vt per Campeg. in d. tract. reg. 193.

Testis reddens malam rationem dicti sui, non probat. Fallit in 2. casibus, vt per eundem Campeg. conclusio. 194.

Quibus casibus testis dicatur reddidisse sufficientem causam dicti sui, ita quòd probet, vel non. vide 27. casibus per Campeg. in d. tracta. conclusio. 598.

Testis tenetur reddere rationem per vnum ex quinque sensibus, aliàs dictum eius non valet, Abb. in c. cum causam, de testib. Fallit in 3. casibus vt per Campeg. in d. tract. conclu. 310.

Testis si dixit se scire, quia præsens fuit, hæc videtur sufficiens ratio, licet non dicat quod viderit, aut audiuerit. Bar. in suo tract. de testibus, in 15 c...

Fallit in 6. casibus, vt per Campeg. in d. tract. conclusio. 342.

Testis si interrogatus de causa sciētiæ dicat, non recordor, probat. doct. in l. testium, C. de testi.

Fallit in 5. vt per Campeg. in d. tract. conc. 343.

Ad quos casus extendatur & sit sufficiens quando redditur ratio per visum, vel testificatur de visu, declarat 10. casus Campeg. conclusio. 347. & in quibus non sit sufficiens, declarat Campeg. conclusio. 373.

Ratio sufficiens est in teste quare sum vicinus. fallit in 5. secundum Feli. in c. literis, de præsumptio. fallit vt per Campeg. conclusio. 407. Don. Fina, lib. 4.

¶ Testis qui deponit de credulitate non probat, nec eius dictum valet. Specul. in titu. de teste. ſ. 1. Doctor. in l. testium. C. de testibus. Fallit in 9. casibus, vt per Lancillot. in tracta. de prætore, in titul. de testibus, cap. dicta testium, numero 46.

Fallit in 8. casibus, vt per Iason. in Rub. ff. de iureiurando, numero 2. Fallit in 25. casibus, vt per Campeg. in tractat. de testibus, conclusio. 209. Fallit in 6. casibus, vt per Soc. in reg. 407. Ampliatur in tribus casibus, & limitatur in 3. vt per Fel. in c. quoties, de testibus, numero 8. Fallit vt per Viuium in suis conclusio. in ver. testis deponens.

Testis qui deposuit dictum suum primò per verbum credit, postea per verba assertiua, probat vt valeat eius dictum, secundum l. de minore. ff. de in integ. resti. mino.

Fallit in 4. casibus, vt per Campeg. in tracta. conclusio. 201.

Testis qui deponit videre suo non probat, Bal. in l. de quibus. ff. de legib.

Fallit in 3. casibus, vt per Campeg. conclusio. 210.

Testis per verbum credo, & non credo, deponens non probat. l. testium. C. de testib.

Fallit vt per Soc. reg. 429. Don. Fina. ibid.

¶ Testis ita debet puniri pœna falsi, quando scienter tacet veritatem, sicut quando exprimit falsum. not. Bar. post Fulgos. & Iacob. Butrig. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. public. Idem Bar. in l. ea, quæ commendandi. ff. de contrahend. empt. probat tex. & ibi hoc notat Abb. in cap. j. de crimine falsi.

Limita quadrupliciter, vt per Ias. in d. l. præscriptione. B. Dias re. 756.

¶ Testis si dicat se nūquam illud dixisse quod notarius scripsit, magis notario quàm ipsi testi creditur, ita not. Cyn. in l. si prius. C. de fal. de quo etiam per Iacobum de Aretio & Bar. in l. j. in fi. ff. quemadmodum testamen. aperiantur.

Primò fallit, quia dicta regula procedit in ciuilibus, secùs autem in criminalibus, ita sing. tenet Spec. in tit. de succes. edic. in ſ. restat. versic. quid si, &c. quod dictum est menti tenendum. B. Soc. re. 314.

¶ Testis dicti sui * causam non reddens probat, & eius dictum valet. lege, solā. de testi. B. Soc. re. 446.

Additio.

* Sui. Vide Fel. in c. cum causam. el j. in vers. in gl. in ver. de testa. B. V.

Primò fallit si iudex interrogat generaliter quid scit, quia tenetur respondere & reddere causam. cap.

cap.causam.el j.de testib.

Secūdò fallit, si testis iurauerit dicere siue fuerit inter rogatus, siue non de causa. ita dicit not. Bald. in d.c. causam. alleg. not. in c. fraternitatis. de testi.

Tertiò fallit, quando est negatiua probanda, vt quòd aliquis non sit curabilis. ita Bal. in d.c. cum causam.

Quartò fallit in dominio probando. Bald. in cap. cum causam.

Quintò fallit si testis dicit, certus sum: quia debet reddere rationem huius certitudinis. non autem probat si dixit ita verum esse, quia certus sum. Bal. in d. cap. cum causam.

Sextò fallit, quando testis deponit siue de fama siue in famia: quia debet reddere rationem dicti sui. ita Ange. in l. quanquam. §. quantum. ff. de iis, qui not. infa.

Septimò fallit, quando deponit super articulo vnius. ita in d.c. quantum.

Octauò fallit quando pars aduersa petiit interrogari testem de causa scientiæ, nam si iudex non interrogaret, non valet dictum. vnde cautela est quòd pars petat: & ita dicit Abb. Sicu. in capi. cùm causam. de testib. & ibi Ioan. And.

Nonò fallit, quia si testis deponit per vim, videtur quòd etiam debeat reddere causam, aliàs non valeret eius dictum. Bald. in l. quod tamen. §. si arbit. ff. de arbi. B. Soc. reg. 446.

¶ TESTIS valde dignus, & alius testis infamis plenè probat, quia integra fides vnius, supplet defectum alterius: not. Bald. & Ange. in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de eden. per tex. singu. ibi, & refert hoc Hippol. qui plura allegat in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. & illum tex. dicit singu. Feli. in c. tertiò loco. post Bal. ibi, de probat. ad hoc quòd testis inhabilis substentatur per habilem: & prædictam principalem conclusionem sequitur & commēdat Ias. in l. cunctos populos. in lect. C. de summa Trinit. & si de catho. referendo Bald. & Ang. vbi suprà, & Alex. Salic. & Rom. in variis locis.

Limita primò vt per Alexan. in d. l. si quis. §. cogantur. quam legit in l. prætor. post Anchar. & Bald. quos ipse refert, quando infamia esse talis, quæ solum attenuat fidem testis, & non repellit ex toto: vt infamia facti, secus si infamia iuris.

Secundò limita, quando esset casus, in quo ex forma iuris vel hominis requirerentur duo testes, quia tūc vterque debet esse probatę vitę. Ita limitat Felin. in dicto ca. tertio loco. in fin. referendo Bal. ibi: & pro regula suprà scripta, vide quæ dixi suprà in regula, testis domesticus. in xj. limit. vbi habes bonam remissionem. B. Dias reg. 753.

¶ TESTIS domesticus regulariter non admittitur. tex. in c. in literis. de testi. & in l. etiā. C. eo. & in l. j. §. ad quæstionem. ff. de quæst.

Et habes Hispane bonam l. in partic. iij. titulo decimo sexto. l. xviij.

Amplia hoc procedere etiam in concubina, quæ tanquam domestica repellitur. tenet Bald. in l. ij. de testib. idem etiam Ange. & Iaso. in lege, sed & si quis. in princip. ff. si quis caut. quos refert & sequitur Ioā. Lupus in repetit. rub. de donat. inter vir. & vxor. per quem vide plura, quibus assimilatur concubina vxori.

Limita primò, si sit præsens pars contra quam producitur, & taceat, quia tunc purgatur tale vitium domesticitatis: cùm talis inhabilitas in teste, sit eius fauore introducta. Ita not. Bald. in l. si quis testibus. versicu. dubitatur. C. de testibus. Alber. in tractatu de testibus, qui hoc ampliat, etiam si pars quæ sciebat eum domesticum, ignoraret eum posse repelli, si tamen opponatur, & hoc non obstante examinetur, non solùm non probat, imò nec facit indicium. Ita tenet Feli. sic intelligens dicta per Abb. ibi, in d. cap. in literis, versicu. secundò nota quòd testis. pro quo faciunt dicta per Hippol. singu. cxciij. incip. testis qui non debet examinari. & vide etiam Bertachin. in tractatu de episcop. libro iiij. parte quinta: versic. xvj. vbi ponit hanc limitationem: & pro ea allegat Specul. & Ioan. Andr. in eius addit. & postea allegat Bal. post Nicol. in l. etiam. C. de testibus, qui dicunt contrarium, scilicet, quòd etiam parte non opponente repelluntur domestici, si constat ex actis, & relinquit cogitandum.

Secundò limita in domesticis principis, vel Regis, ratione iurisdictionis: tenet Hippolyt. in dicto §. ad quæstionem. in princip. referendo Ioan. And. Imo. & Spec. quod intellige iuxta distinctionem Aret. in dicto c. in literis. quam ibi sequendo refert. Feli. versicu. fallit primò. Et de ista limitatione vide Steph. Aufre. in tract. de reprobat. testium. in litera D. in parte domestici.

Tertiò limita, in famulo non habente salarium: tenet Spec. in tit. de teste. §. j. vers. sed de quo mercenario, &c. quod dicit singulare Hippolyt. vbi suprà, vbi refert Rom. idem seq. & sequitur etiam Hippo. in d. l. j. §. iidem Numio. ff. de quæst. & in singul. v. in ordine incipien. regula est.

Quartò fallit, si agatur de probatione rerum quæ melius quàm per alios solent per domesticos verisimiliter sciri. Ita restringit Felin. in dict. cap. in literis, versicul. fallit tertiò, vbi hoc ferè prosequitur: & ita tenet Iaso. in dict. l. sed & si quis. in princip. ff. si quis caut. & vide Parid. de Puteo. in tract. de syndic. cap. incipien. testis, an familia. vbi concludit quòd familiares iudicis, vel potestatis, possunt esse testes ad probandum ea, quæ sunt gesta in officio, & quæ per alios probari non possunt: vt quia sunt gesta in palatio Potestatis, vel de nocte, & quòd iudex nō excessit modum in tortura, in qua tortus defecit, quod not. Et ex hac etiam limitatione dicit Aretinus in consilio decimotertio, quòd matrimonium clandestinum contractum in domo, potest per domesticos probari. Et hanc etiam limitationem sequitur Bertachin. in dicto tractatu de episcopo. in dict. quarto libro, in quinta parte, in tertia limitatione, quod bene declarat: & hanc etiam limitationem scripsit idem Stephan. Aufrerius vbi suprà in versiculo, fallit tertiò. Quam tamen limitationem restringit Felin. post Aretin. ibi in criminalibus. Et prædictam limitationem cum sublimitatione sequitur Hippol. in dict. §. ad quęstionem. versicu. limita. iij. pro quo vltimo ponderat tex. ibi, quem dicit neminem allegare.

Quintò fallit in vxore, quæ pro viro admittitur, tenet Specul. in titu. de testi. §. j. versiculo, sed nunquid de vxore. contrarium tamen concludit Hippolyt. vbi suprà, vltra quem adde quòd contrarium etiam tenet Ioannes. de Plat. in leg. quicūque. C. de re milit. libro duodecimo. & gloss. in dicta l. etiam. & Iaso. in dict. leg. sed & si quis. in princip. ff. si quis cautionibus, vbi illam gloss. & alias ad hoc allegat. Et Alberic. in dicto tractatu de testibus. §. superest nunc videre. vbi dicit, quòd communiter tenetur quod vir, & vxor repelluntur à testimonio propter continuam cohabitationem, & affectionem. Contra-

rium etiam tenet Ioan. Lup. in repetit. rubric. de do nat. inter virum & vxorem. Et vide, Hispane, l. xv. titul. decimosexto, parte tertia: quæ hanc etiam opinionem, & sic contra Speculat. approbat; quæ etiam disponit, quòd nec maritus pro vxore admittitur: vide Felinum in dicto capit. in literis. versicul. fallit quartò. Ex quo colliges, quòd dictum Specul. procedit in vxore, quæ virum non timet, & bonæ famæ: & ita etiam tenet Aufrerius, in tracta. de reprobat. testium, in litera T. in verbo, testis.

Sextò fallit in fratre: tenet glos. in capit. insinuante. de offic. deleg. & in capit. cum R. eod. tenet glos. ij. alia in l. parentes. C. de testib. & in gloss. fin. Sed tu, Hispane, vide l. xv. titu. xvj. part. iij. suprà alleg. in proxi. restrinctione, quæ quando fratres habent bona separata, & viuunt seorsum, permittit eis per se inuicem testificari: secùs si sunt in potestate paterna, & viuunt insimul, cum communione rerum suarum. Quam limitationem quinque modis sublimita, vt per Felinum in dicto capi. in literis. quas transcripsit Hippoly. dict. §. ad quęstionem. vide melius per eundem Felin. in cap. cum oporteat. vers. ex quibus collige. vbi dictas quinq; sublimitationes ponit latius & addit sextam, quas omnes sublimitationes aliis sex modis sublimitat: vide Stepha. Aufrer. in dict. tract. in litera C. vers. coniũctus. vbi omnia supradicta rescripsit.

Septimò limita, si talis domesticus esset persona valde honesta. Ita limitant Innocent. Anton. & Imol. in dict. c. in literis. quos ibi refert Felin. Bald. & Salicet. in dict. l. etiam. & tenet etiam Hippol. in dict. §. ad quæstionem. pro quo allegat gloss. in summa, tertia, quæstione quinta. pro cuius confirmatione ponit ferè xxx. notabiles conclusiones, in quibus receditur à regulis iuris communis, propter personam valde dignam, & honestam: quarum conclusionum maximam partem habuit à Felino, in capit. super his. de accusatio. qui plura descripsit in proposito. Et prædictam limitationem corrobora magis in specie septem singularibus conclusionibus, quæ contra iuris regulas vendicant sibi locum in testibus fide dignis, & omni exceptione maioribus, quas cumulat idem Hippolyt. in dict. leg. j. §. si quis vltro. ff. de quæstionibus. quas not. quia quotidianæ sunt. Et pro hac limitatione, vide etiam Stephan. in dicto tract. in dict. verb. domestici. in vers. fallit secundò.

Octauò limita, si agatur de probanda innocentia alicuius, quia tunc familiaris, vel domesticus non repellitur à testimonio: ita tenet Ioann. De Anan. in consilio lix. visa inquisitione, ad quod refert Specu. & not. etiam Hippol. in singul. lix. incip. Innocentibus, & in dict. §. ad quæstionem. de quo exclamat Florian. in l. testis idoneus. ff. de testibus, secundum Felin. in dict. cap. in literis. & tenet etiam idem Hippolyt. in dict. l. prima. §. si quis vltro. ff. de quæstionib. vbi refert Anan. & Alexand. & tenet etiam Ias. in alleg. l. sed & si quis. ff. si quis cautio. & vide etiam Parid. de Puteo in tractatu, de syndicatu. in capit. incip. testis, an familia. vbi per hoc tenet, quòd ad probandum innocentiam iudicis, qui impetitur per fiscum de crimine. admittuntur eius familiares. Et vide eundem in dict. tractatu. vbi tenet principalem conclusionem huius fallentiæ, referendo etiam Specu. Et hæc octaua fallentia in effectu, est eadem cum illa quam ponit Bertachin. in dict. tractatu de episcopo. in dict. libro quarto. dict. quinta parte, in octaua limitatione, vbi dicit quòd hæc regula fallit in probatione defensionis, allegando Specul. in titulo de inquisitione. in versiculo sed nunquid. & Baldus in leg. parentes. C. de testibus.

Nonò limita, quia domesticus potest esse testis instrumentarius. Ita restringit Hippolyt. in dict. §. ad quæstionem. vbi plura pro hoc refert: pro quo facit doctrina quam descripsi in doctrinis magistralibus, in doctrina incipien. testis licet. Et vide Bertachin. in loco suprà proximè allegato, vbi ponit hanc etiam fallentiam in vndecima limitatione: & idem tenet Cæpola in cautela ducentesimadecimaseptima, incipient. licet regulariter. vbi hoc declarat, quando partes cognoscebant cõditionem testis, & sic quòd erat domesticus vnius partis.

Decimò limita in famulo, qui licentiatus recessit à domino, & sic tempore quo testificatur non est domesticus: tenet Specul. in titu. de teste. §. j. versicul. quid si olim. Refert Feli. in dict. cap. in literis. versi. fallit quintò. & Hippo. in dict. §. iidẽ Numio. circa princip. quod extendo secundum eos, etiam si esset expulsus vt testificetur post litem motam vel præparatam, dumtamen simulatè ad tempus non sit expulsus, quos vide in hoc: & vide etiam Io. Lup. in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. pro qua etiam limitatione vide Stepha. in d. loco, in dict. verb. domestici. quarta fallent.

Vndecimò limita, nisi talis domesticus produceretur cum alio teste, omni exceptione maiori, & concordante cum eius dicto: quia tunc admittitur, & probat. Ita limitat Hippolyt. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. motus per quandam singular. doctrin. Bandi: & Angel. in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de edend. & per alia quæ ipse iungit, in quibus fides vnius testis siue tabellionis suppletur per aliũ. Et adde quòd ad hoc etiam refert eundem Angel. & Bald. Iaso. in l. dictantibus. C. de testamen. & tenet etiam expresè idem Iaso. in l. si emancipati. C. de collat. vbi ad hoc allegat Angel. in consilio primo. quem etiam alleg. & sequitur Georgius Nat. in repetit. cap. quamuis pactum. de pactis in sexto. versic. decimononò facit pro quo vide not. Franc. Cur. in tractatu de testibus. vbi hoc tenet, licet prædicta non referat: & declarat, quando fides vnius testis, per alium suppleatur.

Duodecimò fallit in domestico, vel familiari vtriusque partis: tenet hoc Hippol. in dict. §. tormenta. motus similibus decisionibus, quę reperiuntur in iure: & tenet Alber. in dict. tractat. de testibus. & ponit etiam hanc limitationem Bertach. vbi suprà. in iiij. limitatione.

Decimotertiò fallit, quando pro delicto ageretur ad vindictam publicam, seu ad fisci vtilitatem, propter vulnus, seu percussionem, aut mortem alicuius: nam illi qui sunt domestici eius, non repelluntur propter domesticitatem ex quo causa tũc non pertinet ad domesticum, sed ad rempublicam. Ista est noua limitatio Fulgos. consilio quadragesimooctauo, quod incip. super eo quod quæritur, quam sequitur Ias. in dict. l. sed & si quis. in princ. ff. si quis cautio.

Decimoquartò fallit, quando tractatur de dilecto committendo obuiando: tenet idem Hippolytus in dicto §. tormẽta. versiculo vltimo, potest. motus ex decisionibus per eum descriptis quibus reperitur specialitas, vt delicto committendo obuietur.

Decimo-

Decimoquintò limita, quia licet non admittatur vt propter plenè & semiplenè, tamen facit indicium. Ita tenet Bald. in sua margaria, in versicul. testes. in verbo, testes familiares, quod refert, & sequitur Hippol. in dicto §. ad quæstionem, & vide Bartol. in l. secunda. ff. de excusat. tutor. & ita tenet Floren. in l. iij. §. lex Iulia. ff. de testibus, quod dicit elegans Felin. in capit. cum dilecti. de accusat. versicu. tertiò limita ex ratione, quia lex non resistit examinationi testis domestici, licet non assistat: cogita quomodo ista limitatio possit procedere, quia si testi opponitur quòd est familiaris, vel domesticus, etiam indicium non facit, si non opponitur, probat eius dictum, vt suprà dixi in prima fallent. præmaximè secundum conclusionem quam posui infrà, in regula testis qui non potuit, in quinta limitatione, quam vide: quia certè ex his nimis confunditur ista limitatio.

Decimosextò fallit, in familiari procuratoris mei, quia ille bene potest esse testis in causa mea, etiam si sit constitutus ab eo ad solicitandum causas. Ita tenet Rota in decisionibus nouis, decisio. centesimaquinquagesimaquarta. incip. solicitator. in titul. de testibus. quam refert, & sequitur Stepha. Aufrerius in dict. tract. de reprobat. testium. in litera S. in verbo, solicitator.

Decimoseptimò fallit, in domestico domestici partis, vt est notab. decisio Innocent. in capitulo insinuante. de offic. deleg. quem sequitur ibi Anchar. & Steph. vbi suprà, in litera D. in verb. domestici.

Decimooctauò quando domesticus non producitur in fauorem domestici, sed tertij. text. in capitul. super prudentia, decimaquarta, quæstione secunda. quem commendat Ias. in d. l. sed & si quis. in prin. ff. si quis cautio.

Decimononò fallit, quia licet aliàs duo domestici non admittatur, tamen tres sufficerent: quia numerus supplet defectum qualitatis. Ita tenet Alexan. in volum. j. in consilio quinto. versi. secundo respondeo. qui refert Nicol. de Neap. in l. excusantur. in princ. ff. de excus. tutor.

Vigesimò in domesticis episcoporum. Ita restringit Berta. in loco suprà allegato, in j. fallentia: quod intellige, vt ibi per eum.

Vigesimoprimò, in crimine læsæ maiestatis: idem Bertachin. ibi, in ij. fallentia.

Vigesimosecundò in probatione supellectilium. Idem Bertachin. ibi, in 4. fallent. suprà posita, licet ipse distinguat eam ab illa.

Vigesimotertiò, in probatione infirmitatis. Idem ibi in v. fallentia: quæ etiam potest includi vt præcedēs sub. 4. fallent.

Vigesimoquartò, in factis antiquis, deficientibus aliis probationibus. Idem in vj. fallentia.

Vigesimoquintò ad probãdum æstimationem rerum derobatarum. Idem Bertachin. ibi, in vij. fallentia. Sed hęc restrictio sub dicta 4. fallentia potest etiam comprehendi: quod intelligit ipse simul cum iuramento derobati.

Vigesimosextò, in probatione immissorum in nauim, vel domum, secundum eum, in ix. fallent.

Vigesimoseptimò, ad probandum pro muto, & interpretandum eius signa. Idem in x. fallentia. Sed & pari modo potest includi sub dicta quarta fallentia, sicut & alia.

Vigesimooctauò, quando agitur de substractione rerum post confectionem inuentarij per hæredem. Idem in xij. fallentia.

Vigesimononò, fauore ecclesiæ, quia admittuntur domestici clericorum. Idem in xiij. fallentia.

Trigesimò, quando domesticus deponit pro vtraque parte secundum eum in xv. limitatione.

Trigesimoprimò, cum canonici accusant prælatum secundum eum in xvij. limitatione. Allegat glo. notab. in summa xiiij. quæst. ij. quæ allegat text. in c. lator. ij. quæst. vij.

Trigesimosecundò, quando accusatur matrimonium propter consangninitatem. Idem in decimooctaua & fin. limitatione. B. Dias reg. 746.

¶ Testis pro domino nec seruus, neque familiaris admittitur, licet dominus contra eos admittatur. l. etiam C. de testibus, Euer. in loco à correlat. nume. 8. item testes sibi reus examinare potest ad perpetuam rei memoriam: actor autem sibi correlatiuus non potest. l. lege Aquilia. ff. ad l. Aquil. Bal. authen. si quis. C. de testibus. not. capitu. quoniam frequenter. vt lit. non cont. item Iudęus non potest esse testis contra Christianum in iudicio, Christianus tamen contra Iudęum testis idoneus erit. l. quoniam. C. de hæret. doct. clem. 1. de testib. capitu. Iudęi. eo. titu. Med. re. 9.

¶ Testis examinatus parte non citata, nil probat, adeò quod neque indicium facit. Ita Bartol. in leg. maritus. ff. de quæstio. Felin. in capit. in nomine domini. numero 3. versic. collige, de testib. & ibi Abb. mod. cano.

Amplia dictam regulam, etiam vbi causa esset expedienda omissa solennitate: putà, vt de plano, sine strepitu, & figura iudicij procedatur in causa, vt Bartol. in l. filiusfamiliàs. ff. de donationibus. versic. item an eius vigore. Felinus in dicto capit. in nomine domini. numero. 4. versicul. ij. declara. extrà, de testibus.

Amplia in repetitione testium, qui recipi possunt etiam parte non citata, secundum Bartolum in authent. qui semel. C. de probationi. versi. quæro quid sit publicatio. Idem Felin. in dicto capitu. in nomine domini. versicu. quinto & vltimo. numero 6. de testibus.

Amplia etiam vbi iudex ex officio procedere intendit: quia etiam pars non est vocanda contra quam proceditur. vt Io. And. in Spec. in tit. de testa. §. nũc tractandum. Fel. in d. c. in nomine domini. numero 5. vers. tertio.

Fallit ista regula, quando iudex vellet se informare super fama, vel notorio, quia eo tunc potest recipere testes etiam parte non citata. Ita Anto. de But. in d. c. in nomine domini. eod. tracta. Archidiac. in c. eorum. xj. q. 3. Abb. & Felin. in d. c. in nomine domini. num. 7. aduste.

Fallit etiam quando iudex vult habere informationem alicuius personæ si sit habilis, vel inhabilis ad aliquam dignitatem vel honorem. vt Abb. & Felin. in dicto cap. in nomine domini. numero 8. versic. ij. de testibus.

Fallit etiam quando iudex procedit vel procedere intendit per viam inquisitionis, quia testes & recipi possunt, etiam parte non citata. Felin. in dicto cap. in nomine domini. numero 7. vers. iij. Barto. in l. iubemus. C. de probat. Bald. sing. in l. fin. C. de quæst. & Bart. Salic. in d. l. fin. circa fin. de quæst. ff. quod tu nota & obserua.

Fallit itidem quando similiter pars non posset citari ita de facili prout foret expediens. ita Fel. & Abb,

in dicto cap. in nomine domini. numero 10. versicu. quartò limita.

Fallit etiam quando lex vel statutum non exigit aliquam probationem plenariam, vt Hostien. in capi. primo, de homicid. in vj. & ibi Dominicus de sancto Geminia in §. fin. Felin. num. 2. in d. cap. in nomine domini.

Fallit quoque quando actor timet de morte, vel absentia testis, & aduersarius est persona nobilis vel potens, quia eo tunc citatio omitti potest. Ita Abb. & Fel. in d. c. in nomine domini. num. 13. vers. sextò limita: de testib.

Fallit similiter quando dicto testis de necessitate standum est, vt si testator in testamento dixit, volo, ordino, & mando, quòd stetur dicto Titij, quia tunc pars nullo modo citari potest. Ita Barto. in l. Theopompus. ff. de dote prælegata.

Fallit etiam quando testes reproducuntur ad declarandum dictum suum, quia tunc testes nullo modo citantur, neque pars citari debet. Ita Felin. in dicto cap. in nomine domini. nume. 15. vers. x. limita. & ibi Abb. & Barbat. & Abb. & Fel. in c. per tuas, in prin. de testib.

Fallit quoque quandò mulier examinatur in domo propria, tunc citari non debet ad videndum eam iurare. Ita Gulielm. & Barto. in l. ad egregias. ff. de iureiuran.

Fallit etiam in causa hæreticæ prauitatis, quia tunc nullo modo pars citari debet. Feli. in d. c. in nomine domini. num. 17. vers. xiiij. maximè quãdo potentia aduersarij timetur. I. Nouel. reg. 215.

¶ Testis examinatus in vno iudicio non nocet alteri. c. inter dilectos, de fid. inst. Inno. c. causam quę. de testib. Abb. c. quamuis. nume. 4. & nu. 25. de sent. & re iud. ideò produci nõ possunt nisi parte cit. l. si quando. C. de testib. l. iudices. C. de fid. instr. l. generaliter. §. his. C. de rebus cred. Bald. l. publicati. colum. 2. C. de testib. Alexand. consi. 173. volum. 3. item no. quòd sententia lata contra eum, qui falsos testes produxit, non nocet testibus, ita Bar. per hanc reg. l. denunciasse. §. quæritur. ff. de adulter. Alexand. in termi. huius reg. l. sæpe. nu. 39. ff. de re iud. Med. re. 8.

¶ Testis examinatus in vno iudicio facit in alio fidem in his in quibus sententia lata cõtra vnum nocet alteri. Alexan. l. sæpe. nume. 125. ff. de re iud. item probat in alio iudicio inter easdem personas, Ias. l. 2. num. 22. C. de edendo. capit. causam. il 3. de testib. l. Iubemus. C. de liber. causa. Bar. l. 2. ff. iud. solui. l. 2. §. 1. ff. vi bon. rapt. fallit quinque modis, vt per Ias. d. l. 2. nu. 22. C. de edend. item testes examinati inter alios quando mortui sunt semiplenam probationem faciũt: addentes ad Bart. rub. C. res inter alios acta. item no. citationem non requiri vbicunque testes omni exceptione maiores examinantur. Alex. consi. 13. num. 5. volum. 2. Mars. rubr. de probat. nu. 220. l. de vno. num. 66. ff. de re iud. Maranta tract. de ordin. iudic. p. 6. §. proposui. numer. 25. hoc idem si mulier examinanda est, Barto. l. ad personas. num. 3. ff. de iur. iur. Mar. l. de vno. nu. 25. ff. de re iud. Abb. c. si qui. nu. 2. de testib. doct. com. d. l. personas, hoc idem quando testes in causa inquisitionis recipiuntur, Ioan. Andr. c. qualiter, & quando. il 2. de accus. item non requiritur citatio, quando iudex super notorium ad suam informat. examinat. Rom. sin. 469. ver. 6. in c. bonæ. de elec. Barb. c. cum inter. colum. 15. de consuet. Mars. l. de vno. nu. 64. ff. de re iud. Ber. c. quoniam contra. num. 107. de prob. idem in causa naufragij. Bart. l. 2. C. de nauf. lib. 11. Mar. d. l. de vno. num. 66. idem vbi in contumacia citati vlt. die termini recipiuntur. Augu. d. c. quoniam contra. num. 105. & vbi iudex parte præsente & non contradicente interlocutus sit. Cuman. cons. 6. num. 2. nec minus quando eius dicto ex dispo. testa. standum est. Mars. d. l. de vno. nu. 91. Alex. cons. 130. vol. 1. idem vbi recipiuntur ad cognoscendum quem idoneum esse. Augu. Ber. c. quoniam contra. nume. 102. de prob. & quando dictum suum declarare volunt. Mars. l. 1. §. fin. num. 34. ff. de quæst. d. l. de vno. nu. 76. similiter quãdo examinatur ad perpetuam rei memoriam. Roma. sing. 369. Deci. Tholos. 475. numer. secundo. Mars. d. l. de vno. numero 63. & idem hoc idem cum testes super filiatione examinantur, Alciat. consilio 786. num. 8. doc. com. leg. fi. vbi Bar. & alij. C. de edicto diu. Adr. tol. Medic. reg. 8.

¶ Testis falsum deponens, vt possit puniri de falsa, oportet quòd falsum deponat super facto principali, in quo consistit substantia negotij, propter quod principaliter examinatur: secùs, si super aliis: quia tunc licet mentiatur, non tamen committit falsum nec potest de falso puniri, sed tantùm arbitrio iudicis. Regula est per suprà dicta verba à Iasone descripta in l. fi. C. de bonor. possessio. secundum tabulas. in fin. referendo Iacobum Butrigat. in l. Lucius. ff. de iis, qui no. infam. vbi illud summè commendat Angelus, & refert etiam eundem Angel. in consilio cxciij. incipien. visis processibus. Iason in leg. si quis nec causam. ff. si certũ petatur. & in l. j. ff. de officio eius cui mand. est iurisdictio. & Segura in repetit. l. j. §. si vir. ff. de acquiren. possessio. Exemplum huius regulæ est, vt si testis dicat falsum, interrogatus an sit consanguineus alicuius partis, & neget cum sit eius consanguineus, quo casu loquuntur Iacob. & Angelus vbi suprà: vel si interrogatus de loco suo, vel de parochia, vel de ætate, vel simili dicat falsum, vt tenet Anton. in capite. cum causam. in fine de testibus: & dicit etiam not. supradictam conclusionem idem Iason in l. si falsis. C. de transactionibus. Albericus in tractatu de testib.

Limita supradictam regulam, & intellige quando illud esset omnino impertinens ad causam, sed si aliqualiter tangeret, est secùs. Ita Aret. in consilio septuagesimoprimo. incipien. diligenter, & maturè prospectis. quod refert, & sequitur pro limitatione huius regulæ Iason in dicta l. fin. C. de bonor. possessione secundum tabulas, & vide in matteria huius regulæ quæ ponit Francisc. Curti. in tractat. de testib. vers. quinta conclusio. B. Dias reg. 746.

¶ Testis falsum testimonium deponens, nõ solum eius dictum non valet, sed etiam coram eodem iudice, coram quo falsum testimonium dixit, puniri potest: vt est textus in l. nullum. C. de test. & ibi glo. quam sequitur Bald. etiam si ille iudex esset alterius fori: vt etiam tenet Petr. de Anchar. in c. ea quidem, de regular. lib. vj. in xxiiij. q. & Fede. de Sen. in cons. lxxxiij. licet in hoc vlti. communis opinio sit in cõtrarium: vt tenet Ioan. And. in c. verum. de foro cõpetenti. & ibi Abb. Sicu. & omnes doctores cano. & etiam pro cõstanti tenet Pau. de Cast. & Raph. Fulg. in d. l. testium. & Ang. in l. si vacãtia. C. de bon. vacã. in xv. q. in rep. & Lu. Ro. in l. ij. ff. de iurisdictone omnium iudicum.

Primò fallit, vbicunque testis diceret falsum circa ea, quæ non concernunt substantiam negotij, sed super aliquo incidenti. Exemplum testis productus inter-

Interrogatus est an sit pauper vel coniunctus,& ipse ad vallandum eius testimonium dixit quòd non, & in veritate erat eius consanguineus vel pauper, & probatur tamen propter hoc non dicitur falsatius,nec debebit puniri de falso, imò probat,vt singulariter patet per Ang.in l.Lucius.ff.de his qui no. infa. quia ista calliditas non debet nocere alicui.& etiam tenet Baldus in c.si quis.extrà,de testib. non obstat si dicatur quòd quia est mendax,non est sibi credendum:quia respondet ipse,quod mendacium non tangit illud,super quo debet testificari, nec eius qualitatem : quia tunc bene vitiaretur eius testimonium vt in capitulo , veniens. extrà, de testibus. Sed illud concernit extrinseca ab illo , supra quod debet testificari, &c. Subdit tamen ipse Baldus quòd talis testis debet puniri, quia callidè locutus est, & sic propter dolosum mendacium poterit puniri.Et istud scilicet quòd testimonium eius non vitietur,sequitur But.in capitulo, cum causam, super glo.fin.de testibus,& Innocentius in c.fraternitatis,de hæreti.vbi expressè dicit, quòd hoc est verum etiam in instrumento continente falsum circa ea , quæ non pertinent ad substantiam negotij : de quo est confectum instrumentum. B.Soc.reg.520.

¶ Testis falsus in vno,in omnibus dicitur falsus:qui enim in vno deliquit, factus est omniũ reus.c.si ad sacras.9.distin.Docto.l.1.§.si quis simpliciter.ff.de verbo.obliga.cap.defleat,de regu.iur. cap.1.cap.fi. de pœn.dist.5.item not.quòd vni tantũ testimonio non creditur etiam in minimo, quia vox vnius vox nullius.l.iurisiurandi.C.de testib.cap.veniens.extrà eod.c. cum esses.de testam.amp.vt nec statui possit vt vni testimonio credatur.cap.iudicas.3.q.9.& nedum in sua,sed nec etiam in aliena.l.nullus.ff.de testib.tot.ti. C.vt nemo in sua causa. Barbat.l.si dari. colum.pen.ff.de verbo.obliga.Fel.cap.constitutus. de rescr.cap.fi.colum.3.de maior.& obed.Ias.l.iusiurandum.columu.2.ff.de iur.iur.l. admonendi.colum.20.ff.eod.fallit hoc nisi extaret causa necessitatis,vel publicæ vtilitatis Ant.c.2.de proba.Iaso.colum.1.in fine.ff.de verb.oblig.not.l.si quando.C.vnde vi.c.fi.quod met.causa.glo.l.vbi.C.de iur.dot.& est com.opin. Med.reg.5.

¶ Testis infamis infamia facti à testimonio regulariter nõ repellitur,imo ei fides adhibetur:vt not.in * l.cunctos*.C.de summa Trin.& in l.j.§.in causæ.ff. de ædil.edict.& est text.not.in cap.licet causam. de prob.ibi,malæ famę.& est glo.in l.ij.§.lege Iulia.ff. de testibus.& in c.licet.extrà,eo.ti. B.Soc.reg.513.

Additio.

* In l.cunctos.Vbi latè Ias. B.Vad.

Primò fallit in criminalibus,in quibus probationes debent esse clariores luce meridiana. l.sciant cuncti. C.de probat.l.ij. C.de requir.reis.l. sententiam.C. de prob.& c.testimonium.de testibus , & ideo talis testis non debet admitti. ita not.tenet Barto.in d.l. cũctos populos.C.de sum.Trin.& fide cat.pro quo facit tex.in l.qui vltimo.ff.de pœnis.

Secundò fallit, nisi à lege vel statuto requirerentur testes omni exceptione maiores:quia tunc testis etiã infamis infamia facti repellitur à testimonio. ita no.voluit Bal.in l.optimam.eo.titu.

Tertiò fallit in probatione ingratitudinis feudatarij, vel donatarij:quia tunc ad probandum ipsam ingratitudinem indistinctè repellerentur testes infames infamia facti: vt est casus singu.in c.j.quo tempore miles,in vsib.feu.ibi,integrę opinionis,quem ibi ad hoc no.Bal.& illum tex.reputat singu.Lud.Ro.singu.nume.334. incipien.dubitatio.& dictum,quod in criminali testis infamis infamia facti non admittitur , procedit non solùm quando causa est merè criminalis,sed etiam si causa esset mixta.& pro hoc alleg.tex.in c.ex parte.de testib. nam ibi ad emptionẽ agebatur,& sic non erat criminalis , & tamen testis infamis admittitur,& de materia vltra prædicta,habetur per glos.Dyn.& doct.in l.ij.ff.de sena.& in d. l.3.de Carb.edic.& per gl.Bart.& Imo.in l.cum lege Iulia.ff.de testib.& habetur per glo.in auth.de testibus,§.si verò dicat.& per gl.Io.And.& doct.in c.testimoniũ.de testibus,per Bar.in l.liberta.ff.de quęst. per Cyn. in si quis ad declinandam. C. de episcop. & cler. per Bal.no.in l. si quis ex argentariis.§.j.ff.de eden. vbi no.dicit quòd vnus testis infamis infamia facti,& alter valdè dignus plenam fidem faciunt. & idem tenet in l.j. C. de testibus.Salic.in l.j.C.si cer. pet.& habetur in Spec.in ti.de teste.§.j.versic. item excipitur quòd est infamis,& per Bal. in l.pen. C.de sent.quæ sine cert.quan.versi.quid si iudex dicat in sententia condemno talem , si est probatum etiam per testes infames,habetur etiã per gl.in l.quoniam multi.C.de hæretic.vbi ponit an infamis possit esse testis in contractibus,& per doct.in l.mulier. C. de testibus,& plenissimè per Pau.de Elea.in c.testium, & in c.forus. de verb.sign.& no.vj.q.j.B.Soc.re.513.

¶ Testis interrogatus de iis, quæ detegunt eius turpitudinem,respondere nõ tenetur:vt dicit gl.Host. & Ioan.And.& Cano.in cap.cùm causam. extrà, de testibus.

Primò fallit , quando interrogaretur de crimine , de quo principaliter agitur,si de illo dicatur particeps ille testis, vt vult.Inno.in c.testimonium. extrà , de testibus.& Ioã.And.in dicto capitulo,cum causam, post Innocen.

Fallit ij. si interrogatur de paupertate sua:cùm tũc teneatur respondere , licet eodem modo detegat turpitudinem suam:vt l.iiij.ff.de testibus,& hoc voluit Ioan. And. in addit. Specu.in titu.dę tęst.§. iam de interrogatoriis.ad fi. versicu.porro. vbi plenius per eum. B.Soc.reg.512.

¶ Testis non interrogatus causam dicti sui dicere non tenetur.vt est gl.in l.j.ff.de no.oper.nun.& in l. solam. C.de testi. & in cap. cum causam.extrà,eod. ti. & iij.quæst. iij.ca.solam.& est glo. optima in capitulo,cùm nobis,de re iudica. cum si.

Primò fallit,vbicunque testis deponeret super his quę non possunt sensu corporeo percipi,quia tunc tenetur assignare causam sui dicti, etiam si non sit interrogatus.Bald.in l.j. C.de senten. quæ sine cer.quãt. dicit quòd testis deponens super interesse tenetur assignare causam dicti sui. & hanc limitationem ponit Inno.in capit. cum causam.de prob.& idem tenet Bartol.Bald.& docto.in d.regula.C.si ex fal.instru.& in l.conuenticula.C.de epi.& cler.Bal.in l.j. C.de rei vendic.& in d.leg.penul.C.de sen.quę sine cer.quan.ad.fi.

Secundò fallit in teste probante negatiuam , vt tenet Bald.in l.cum ij.§.si integrè.ff.de transact. vbi alle. glos.in l.j.in prin.in verbo interdictum.de iti. actũque pri.adde Bald.idem tenentem in l. actor. C.de prob.& colligitur ex not.per glo.in §.quando verò absens.in verbo vidisse.in authen.de hę.& Fal.& ibi etiam tenet Bal.in repet l.ij. C. de resci.vend.& Barto.in consi.inci. clarissime domine.Cy.in d.l.actor. Ange.in §.hinc inde.circa vltimã regulam.in auth.

de here.& Fal.doct. in l.Pantonius.§.rei perduellionis.ff.de acqui.hære.cano.in ca.bonæ. el j.de elect. Bart.in consi. incip.commune.

Tertiò fallit in teste deponente super infamia alicuius:idem tenet Innoc.in cap. cum oportet. de accu. quod reassumit Ang.in repe.l.& quidem.C.de acc. Bal.in l.quid ergo.ff.de his,qui not.infa.Bart.refert in d.l.quid ergo.

Quartò fallit vbicunque esset testis productus ad reprobandum aliquod positum ab aduersario: quia tunc tenetur reddere causam sui dicti. ita not.tenet Bald. in l.presbyteri. C.de epis.& cleri.

Quintò fallit, vbicunque testis asserat de contentis in capitulo se tantum scire quòd Titius occidit Seium: nam tunc non probat licet per iudicem de causa scientiæ non fuit interrogatus, nisi reddat rationem dicti sui: quia dicendo se scire potest intelligi: scilicet per vehementem opi. & non per sensum corporeum:ita sing.decidit Bald.in c.fi.in fi.de iur. cal.alle.not.per gloss.in l.Pantonius.§.rei perduellionis.& gloss.not.in vers.quærere.ff.de acquirend. hæred. sed si testis dixisset,verè Titius occidit Seium,probabit, quia verè non dixisset, nisi res visu percepta fuisset, & retenta in memoria:ita not.in l.ij.in princ.ff.de aqua plu. arcen.& hoc modo dicit se militare glo.in d.l.solam,C.de testi.& dicit Bal. hoc esse suum nouum dictum. Ad idem facit, quoniam vicinus potest diuersimodè super factis vicini per varios sensus corporis probare, putà per visum, siue per auditum, vel per famam,vt de se patet: & tamen si testis interrogetur de causa scientiæ respondeat se scire: quia percepit sensu corporeo, non probat, vt sing. voluit Barto.in l. testium. C.de testib.in iiij. quæstio. quia esset presumere in teste rem distractiuam. Item quia dicta causa rationegeneralitatis est obscura. vt l. prætor, in prin. ff.de iniu.& l.item exigit. ff. de do.& probatio. obscura non releuat.in capit.in præsentia.de proba. & idem sentit ipse in leg.j.in fi.ff.de bo.pos.secũdum tab.sed his non obstan. Contrarium videtur veritas,quoniam illud, quod quis vehementer opinatur,non est propriè scire,vt est glos.hic valde not. in l.ij.§.pen.in verbo, sciũt.ff.de aqua plu.arcen. argu.glos.in l.si duo.§.pen.in verb.si rem. ff.vti possi. sentit glo.in l.libera.ff.de pecu.& est gl.not.in l. paterfa.in verbo,fit.ff.de hære.instit.& illam dicit ibi Bald.& Imol.esse singula. not.ad hoc, scilicet quod scire propriè,est tantum eorum quæ vera sunt secũdum eos,facit tex.cum gl.quòd si testis dicat de cõtentis in capitulo,se scire quòd sic fuit,videtur dicere quòd ita verum se habebat,licet Bal.ibi de directo contradicat his quę ipsemet tenuit in dicto ca. fin.de iuramen.calum.

Adde quòd ad hoc etiam facit, quia scire, est rem per causam cognoscere,sicut inquit Philosophus, & refert Archi. de pœni.distin.iij.in cap.in domo.confirmatur per not.per Barto.in l.qui bona. §.alieno. ff.de dam infec. dum dicit quòd in teste verum scire nõ intelligitur per vehementem opinionem, sed per veritatem.alle. not per Inno.& Ioan. And.in d. c.j.de iura.cal.in antiquis.in versi.in dubio propriè accipere debẽt.& in leg.j.§.is qui nauem. ff. de leg. iij. Item pro hoc etiam facit, quia videmus, quod si testis interrogatus, quomodo scit, dicat se scire, quia manibus tetigit, prout si non esset res tangibilis & materia corporea.l.ij.in verbo minus tetigi.& ibi ad hoc not.Bart.per illũ tex. C.de præd. min.libro xj.& not.Bald.in l.non omni.ff.de leg.& idem sentit Barto.in rubr.C.si ex fal.instru.Bald.in d.l. solam. C. de testibus.& maximè cum dictum non est calumniandum, sed iuuandum: ita inquit Bald.in l.de quibus. ff.de legib. vbi ipse alleg. not. per Barto.in leg.j. ff.si cert. peta.Bald.in leg.ij.C.de temp.appel. vbi inquit, quòd ratio reddita per testem non est calumnianda, sed adaptanda,si id per testes liceret alleg.not.per Barto.in l.de ætate.de interrog.ac. & ita etiam dicit Bald.in rubr.de re diui. not.alleg.per glo.in l.stipulatio ista.§.hoc quoque. in versic.stipulatur.ff. de verb.signif. & ideo non videtur verum illud, quod dicit Bald.in d.l.testium. quòd videtur quòd testis, qui interrogatur de causa sciẽtiæ,si dicit se scire eò quia percepit sensu corporis probet, quia dicendo se scire intelligitur pro veritate, non ex vehementi opin. vt suprà dictum fuit. & ideo dum assignat rationem quod percipit sensu corporis, intelligitur de sensu illo, per quem percipi potest veritas: hoc probo etiam per d.l.testium.in verbo, præsentia. vbi probatur sufficere quòd testis interrogatus de causa scientiæ dicat, scio quia fui præsens, & est optimus tex. in authent. de fide instrument.§.si quis igitur. versicu.præsentibus.& ibi alleg. illum tex.not. Ange.& est tex.in §. oportet. el ij.in ver.præsentibus.eodem titu.& not. Bartol.in l.j.§.fin. de autoritate tu.& in suo tractat. de teste.Bal.in d.l.j.ff. de bon.posses.secundum tab. ad fin.& in l.non speciali.iuxta prin. C.de testam.& in capi.j.de contro.inue. inter do.& vassal.& in d.l. testium.& ibi etiam Sali. & not.Ioan. de Imo.in l. hæredes palam. in prin.ff. de testam.& in l.ij.§.fi.ff. solut.matr.Ioan.de Imo. & Abb.in c.peruenit.el 2. de test. cog. tamen costat quòd præsentia in genere potest se habere ad visum tantùm,& ad auditum tantùm,& sic de aliis sensibus. ergo cum testis probet dicens se scire, quia fuit præsens,sequitur quòd intelligitur deponere per illũ sensum corporis, per quem veritas illius actus percipitur,licet ipse specificè sensum corporis non exprimat. Et ex prædictis videtur quòd decisio Bald.in d.ca.fi.de iur.cal. non videtur vera,& similiter alia decisio Bald.in patrefa.l.testium.C.de testib.& hãc opinionem tenet etiam præceptor meus Alex.de Imo.in l.j. ff.si cert. petat.

Sextò limitatur dicta regula procedere, vbicunque testis non fuit interrogatus per negligentiam partis: vt quia non petiit in interrogatoriis suis. Secùs autem,si per negligentiam,seu per ignorantiam iudicis,ita voluit elegãter Ioan. And.in d.cap.cum causam.de testib.

Octauò fallit, quãdo instantia variatur: quia fit trãsitus de casu ciuili ad criminalẽ: vt per Bar. in l. 2. §. 1. ff. de quorum appel. & in l. nil. de condi. inde.

Nonò fallit, si veteres attestationes neglexerit, d. l. veluti. & d.c. fraternitatis. vbi per Io. And. & per Doc. in d. authen. at qui semel.

Decimò fallit, quando primi obscurè deposuerunt, vt c. cum clamor. de testib. & producitur instrumentũ aduocans testes: nam tunc cessat timor subornationis: vt per Anto. in c. series. de testib. facit quod not. Bar. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cer. petat. & Io. de Imo. in d.c. series. hoc tenet Ludo. de Ro. in d. rub. de arbitr. in sing. 80.

Vndecimò fallit in processu, in causa hæresis, vt tenet Archid. in c. per hoc. de hære. in 6. & Iacob. de Alua. in c. 1. §. 1. quæ sit inuestitura.

Duodecimò fallit, quando esset consuetudo & statutũ aliter, vt not. Io. And. in addit. Spec. in tit. de excep. vers. sed nunquid.

Tertiodecimò fallit, quãdo allegatur falsitas cum corruptione testium. vt habetur in c. series. de prob. & Doct. in d.c. fraternitatis. & hoc tenet Ang. in auth. de testi. §. quia verò. in fi. qui alleg. rationem secundum Ant. de But. quia sicut sententia vænalis est ipso iure nulla, ita dictum testis vænale. sed non est dubium quòd si dictum testis non valet etiam in probationibus facti, item nec testium productio. vt in d.c. de testi. & in l. fi. C. de testib. ergo, &c.

Quartodecimò fallit, quando vult simul & semel dicta testium per eos reprobare, secundum Bar. in auth. at qui semel. & in d.c. fraternitatis.

Quintodecimò fallit*, in causa matrimoniali, secundum Io. And. in c. series. & Doc. in d.c. fraternitatis. & in d.c. iurauit. de probat. B. Soc. reg. 498.

Additio.

* Fallit. vide Fel. in c. lator. vers. secũda declaratio. de re iud. & in d.c. series. vers. in gl. fi. in fi. de testib.

Sextodecimò fallit, quando quis didicisset testificata trãsitoriè, & nõ plenè & perfectè: vt plenè per Doc. in d.c. fraternitatis. & in d. authen. at qui semel. & in c. vlti. de testib.

Decimoseptimò fallit, quando in compromisso esset dictum, quòd procedi possit aliis solennitatibus nõ obstantibus. Lud. de Ro. in d. rub. de arb. quod nota pro compromissis.

Decimoctauò fallit, si testis productus est excommunicatus, vel aliàs inhabilis: quia tunc restituitur ad eosdem vel alios, secundum Lud. in d. rub. de arbit.

Decimononò fallit, si per euidentiam facti constat cõtrarium, secundũ Bal. in d. auth. at qui semel. & Lud. de Ro. in d.c. arbitris. & Flor. in l. qui seruum. in fin. prin. ff. de inter. actio. & Bald. in di. l. vnic. C. vt quæ desunt aduocat.

Vigesimò fallit, vbi licet non variatur articulus in substantia, variatur tamen modus facti ad idem concludendus: vt in c. attestationibus. de desponsa. impub. & ibi per Ant. de But.

Vigesimoprimò fallit, quando ille, qui didicit testificata obliuioni tradidit, secundum Ang. in auth. de testib. §. qui arbiter.

Vigesimosecundò fallit, si in illa instantia primò agebat ex contractu, posteà ex delicto: vt per Ang. in l. quædam tabularum. ad fin. ff. de fur. vbi dicit de hoc esse casum apertum.

Vigesimotertiò fallit, quādo testes fuerunt publicati, sed non venerunt in notitiam parti: vt habetur in clem. de testib, & per Docto. in c. fraternitatis. in d. authen. atqui semel.

Vigesimoquartò fallit, quando pars vidisset solū exemplum testium, vt not. Bald. in leg. fina. per illum textum. ff. quemadmodum testa. aperi. sed non confirmaret.

Vigesimoquintò fallit, si audiuit à testib. sed non legit dicta sua, doct. d. c. fraternitatis.

Vigesimosextò fallit, quando audiuit à testibus, qui testes deposuerunt super eo, quod non fuit articulatum vel deductum, secundum Innoc. in d. capitulo, fraternitatis. & in cap. ex tenore. de test. & clem. de testib. Bartol. in authen. atqui semel. & Ange. in d. §. quia verò multi. in princip. in authen. de testib. vbi etiam si iurasset super tota causa de consensu producentis, &c.

Vigesimoseptimò fallit in minore, qui in integrum restituitur. l. minor xxv. annis. ff. de mino. & Doct. in l. vbi. ff. de eden. & vbi vide per Ang. qui ponit etiam in muliere vel rustico. in d. §. quia verò. in authent. de testibus.

Vigesimooctauò fallit, quando vult producere nouos testes ad reprobandum antiquos de corruptione vel de periurio. gl. est ordi. 4. quæst. 3. canone, aliàs. §. pater. vers. sunt aliqui testes. & Ang. in d. §. quia verò multi, &c.

Vigesimononò fallit, vbi datur consilium & cautela, quòd semper possint testes produci, etiam post didicita testificata, & det nomina testium iudici si est absens: quia tunc iudex, in quo non est subornatio recipere debet. ita dicit singu. Bal. in l. fi. C. de appel. & per Paul. de Cast. in consi. 361. quod refertur in tit. de test. quod not. singu.

Trigesimò fallit, quando testes noui non veniunt ad coadiuuandos veteres testes, vt si probaui per duos testes intentionem meam, tu probasti contrarium, iterum potero producere: quia non est quod mihi imputetur, si plures cōtra te produxi & cessat timor subornationis. ita not. sing. Inn. in c. cum clamor. de testib. & sentit. gl. in c. ex tenore. eod. tit. & hoc etiā not. Abb. in d. c. fraternitatis.

Trigesimoprimò fallit, quando primò facta esset probatio per instrumentum: quia tunc potest fieri per testes, per gloss. & Doct. in l. officium. de rei vēdi. & glo. 4. q. 3. §. item criminalis. vers. item si quis. & in d. c. fraternitatis. & l. si quidem. C. de except. & Flor. in c. l. cùm de indebito. de prob. in prin.

Trigesimosecundò fallit, quando princeps expressè per rescriptum hoc concederet: vt not. in Specu. de resti. in inte. §. vlt. ver. in causa. & vers. 18. quod intelligitur quando dominus facit ex certa scientia.

Trigesimotertiò fallit, quando testes priùs sunt publicati ad æternam rei memoriam, secundum formam c. significauit. de testi. vt in d. c. fraternitatis.

Trigesimoquartò fallit, quando nulli sunt testes producti licet sint data capitula: quia tex. in auth. de teste. §. quia verò. multum ponderat dictum testium, secundum Ant. in d. c. fraternitatis.

Trigesimoquintò fallit, quādo subest aliqua iusta causa: quia tunc subuenitur per restitutionem in integ. & clausula generali. per l. 1. ff. ex quib. caus. ma. secundum Inno. in c. intimauit. de test. & Ant de Butr. in d. c. fraternitatis,

Trigesimosextò fallit, quando articulus fit super notorio, licet contineat antiquam causam, vt probatur in c. dudum. el. 1. de elect. cessat enim pręsumptio simulationis. arg. c. dilectus. de pur. ca. secundū Abb. & Bal. in l. vnic. C. vt quæ desunt aduo. partium iudex suppleat.

Trigesimoseptimò fallit in omnibus casibus, in quibus sententia nunquam transit in rem iud. vt in matrimoniali. & per Imol. & Docto. in c. series. Ange. in §. quia verò. in auth. de testib. ver. opponitur vlt. & per Albert. Malletam in suo tractatu de testib. quæ nota ad casus, in quibus fertur sententia per peritos, quia talis sententia nunquam transit in rē iudicatam, secundū Spec. in rub. de postulando. & Anto. de Butr. in capi. proposuisti. de probationibus, & Nic. in l. quod si nolit. §. si mancipium. ff. de ædil. edic. & Bar. in l. ab hostibus. §. si vir vxorem. ff. solut. matrimonio.

Trigesimooctauò fallit, vbi non ob. excep. rei iudi. secundum Abb. in c. fraternitatis.

Trigesimononò fallit, vbi perimitur instantia, secundum Abb. & Zaba. in c. fraternitatis. & Zaba. dicit quòd Stephanus tenuit contrariū in clem. de testi. & dicit esse verius, quòd perempta instantia non perimuntur dicta testium, vt habetur in c. causam. extrà, de testi. & sic subest idem timor subornationis. & hoc tenet Bar. in l. 2. ff. iudi. sol. & in l. 2. §. 1. vi. bo. rap. & Abb. & Zaba. in d. clem. de testib.

Quadragesimò fallit, quando est inter alias personas: vt in c. consti. de testib.

Fallit 41. quando iuuatur modus agendi: vt est text. in c. veniens. de testib.

Quadragesimosecundò fallit, quando testes fuerunt examinati super valore rei, & publicati, nam iterum possunt examinari testes super articulo concludente maiorem summam in causa appe. Bar. & Ang. ponunt in l. cum furti. ff. de in litem iu Bal. in capi. cum causam. el 2. de testib.

Quadragesimotertiò, fallit, quando primi testes fuerūt examinati in iudicio summario, & petitur quòd examinentur in plenario inter eadē partes: vt in cap. veniens. & in c. tua. de testib. saluo tamen, nisi testes in prima causa summaria fuissent examinati plenariè: vt not. sing. Iacob. But. in l. ab hostibus. §. quod si simpliciter. ff. ex quib. caus. maio. Ant. Zab. in c. fraternitatis. quod not.

Quadragesimoquartò fallit, quando iudex ex suo officio vult testes repetere: nam repetere testes est iteratò examinare pro inuestiganda veritate. nam tunc potest. gl. in c. per tuas. de testib. Ang. in §. quia verò. Specul. in titu. de disput. & alleg. in §. 1. versic. sed pone iudex. & Bald. in leg. 1. C. sentent. rescind. non posse.

Quadragesimoquintò fallit, quando conclusio causæ esset tacitè vel expressè per iudicem reuocata. ita sentit Anto. in capitulo, auditis. de procur. & confirmant Domini de Rota, conclusione 221. & 226. & in omnibus istis vide Specul. in titu. de testib. §. satis vtiliter. vbi enumerat casus, vbi non obstante publicatione possunt testes produci. de hoc vide gloss. ordin. 4. quæstion. 1. §. item in criminali. & per Cyn. & latius per Salic. in l. si quis testibus. in 3. quæsti. C. de te-

de testib.& per Bar.in l.qui per salutem.ff.de iureiur.& per Salic.in l.si quis à se fundũ.C.ad Velleia.& Bal.in l.fi.C.de appellationib.

Quadragesimosextò fallit in causa matrimoniali,quãdo tractatur de matrimonio separando: quo casu admittuntur testes,etiã publicatis attestationibus, super eisdem capitulis,vel omnino cõtrariis.tex.est in c.series,de testib.

Quadragesimoseptimò fallit,quia etiam post publicationem testium possunt admitti testes super eisdem capitulis,vel omnino contrariis,quando simul cum eis produceretur instrumentum coadiuuans illos testes.istud est dictum Ant.in c.series.quod placet Imol.& probatur in d.c.series.

Quadragesimooctauò fallit. quando iudex ex officio suo potest repetere testes,non autem ad instantiam partis.gl.est in authen.quia vero.

Quadragesimononò fallit,quãdo iudex ex officio suo fecit testes nõ bene examinatos iterum exanimare. Alber.de Rosa.in l.solam.C.de testib.

Quinquagesimò fallit,quando inquisitus post didicita testificata potest producere testes in quacũque causa.ita Bald.in l.eos.§.si quis autem. de appellationibus.C.

Quinquagesimoprimò fallit, quia, publicatis attestationibus,possunt produci testes super cõtrariis capitulis,quando quis simul & semel dixit, & probat Bal.in d.auth.atqui semel.C.de probat.

Quinquagesimosecundò fallit, quia licet clementina de testib.seruaretur in foro ecclesiastico, tamen remedium est quòd ille,qui non potest producere testes super didicitis testificatis, nomina testium debet Iudici dare, & se absente, in quo iudice non timetur subornatio,& tunc recipiat dictos testes, & iuramenta & depositiones, vt patebit eorum testimonio, quod est mirabile.ita Bald.in leg.ampliorem.prope finem.C.de appellationibus. B.Soc.regula 498.

¶Testes,publicatis attestationibus nullam contra ipsos exceptionem regulariter habent.c. præsentiũ, de testib.vbi Doctor.

Fallit,quando purgat hanc præsumptionem proprio iuramento,Doct.in c.significasti.de homicid.

Fallit,quando præcessisset protestatio: quia dolũ præsumptum excludit. Bar.in l.non solum.§.morte.in primo,articulo,de no.oper.nunc.vide Innoc.in d.c.præsentium.

Fallit,quando probaretur quòd de nouo didici, quæ nunc oppono post publicationem, & in hoc statur iuramento,glo.in d.c.præsentium.

Fallit,quando volens opponere probaret per iudicem fuisse impeditum,vt non opponeret, facit tex.secũdum vnum intellectum in capitul.I.& A.de re iudica.Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de no.oper.nun. Ianu.reg.286.

¶Testes non publicati, non faciunt fidem: notat Bar.in l.is apud quem,C.de edend.facit l.gesta.vbi gl.& doctor.C.de re iudic.gloss.in l.3.verbo, patiatur.ff.quæ in fraud.credit.vide gl.& Bar.in l.solam.C.de testib.vide latè per Felin.in c.cum I.& A.2.de re iudic.

Limita tripliciter,vt per Iaso.in d.l.is apud.vide latius per Felin.in c.causam quæ.el I.de testib.versic.fallit tertiò. B.Dias reg.758.

¶Testes.Quando testes debent iurare se affuisse & vidisse,nec alicuius malignitatis conscios esse.

In Aut.de hær.& fal.§.huic nobis,

Quando debent dicere,quòd nouerint.

In Aut.de fid.instrum.§.si quis.

In Aut.de sanct.Epis.in prin.tit.§.nulli.

Quando soli tabulario non creditur.

In Aut.de hær.& falc.§.huic.

Redire dicitur,quod non exiuit:sicut rescindi dicitur,quod non tenuit.

In Aut.de nõ alie.aut permu.§.si quis autem.

In Aut.de alie.emphy.§.si verò conti.§.si quis verò. Azo,rub.104.

¶Testes quando loquuntur vno & eodẽ sermone præmeditato,dicuntur suspecti: vt in l.3.§.ideóque diuus.ff.de testib.& ibi doct.Hinc est,quòd si testes interrogati de tempore,dicunt omnes non recordari,redduntur suspecti: not. Host. in c.ex tenore.de testib.vbi vide Fel. eundem in c.cum causam quæ inter archiepisopum.versi.secundò limita.eodem tit.vbi bene declarat dictam conclus.Hostiens.

Limita,si testes sunt bonæ famæ,quia tunc per tales testes probabitur.ita tenet Bald.in titu.de pace constan.super versi.fi.qui allegat Ioan. Andræ. in c.nihil.de ver.signific.refert ad hoc eundem Bal.Franc.Cur.in tract.de testib.versi.decimaquarta cõclusio.& dicit quòd ita etiam limitat idem Bald.in leg.testium.C.de testib.vbi plus dicit secundũ eum,quòd hoc committitur arbitrio iudicis,an censeantur suspecti ratione subornationis: quod dicit perpetuo not.quamuis Angel.indistinctè tenuerit non valere dictum testium loquentium eodem sermone,in l.si quis ex argentariis.§.1.ff.de edendo.secundum eundem Franc.vbi suprà,quem vide, quia se remittit. Et adde pro huius fallen.confirmatione, quæ posui suprà,in regula, testis domesticus.vij.fallentia. B.Dias reg.761.

¶Lite non contest.testes regulariter recipiẽdi non sunt:vt in toto titu.legis vnicæ.& in c.quoniam frequenter.& ibi per doctor.extrà, vt lit.non contest.& in c.veritatis.extrà,de dolo,& contu.

Primò fallit,hæc regula in pluribus casibus enumeratis per gl.in d.c.1.vt lit.non conte.& per.gl.3.q.ix.in summa.

Sunt & vltra gl.singulares alij casus,in quibus similiter recipi possunt lite non contestata, quandoque vnus est etiam notarius,qui recipit testes ad cautelam,extra.de elect.c.bonæ.el 1.

Secundus est in vniuersalibus actionibus post sententiam definitiuam.

Tertius est quando agitur de re iud.vel transacta à defuncto.vt lit.pen.c.1.in 6.

Quartus casus est in his,quæ lit.nõ cont.sunt mota.extrà,de consti.c.cum M.de consti.

Quintus casus est in bonis ecclesiæ alienatis,& suspensis,vel excommunicatis post inhibitionem.extrà,de dolo & contu.c.veritatis.in fi.

Sextus casus est,quando agitur contra clericum,qui de maleficiis suis publicè gloriatur,extrà,de exces.prała.quàm sit.

Septimus casus est,quando curant admittere iuramẽtum.extrà,de testi.veniens.

Octauus casus est in incidentibus, vel emergentibus quæstionibus:vt not.per gl.sing.in d.c.extrà, vt lit.non conte.imo & in omnibus casibus.in quibus nõ est necessarius libellus.extrà de libel.ob.c.1.secundum Paul.qui has post gl.enumerat in d.c.extrà, vt lite non contest.

Et de his omnibus in Specu.in titu.de leg.vbi enumerat xxxvj.

tat xxxvj. in quibus testes recipi possunt lite nõ contest. quibus adde alium casum in c. quamuis. de offi. ord. in 6. alium casum in c. pro humani. de homi. eo. libr. & alios in clement. dispendiosam. de iudi. & ibi dom. Nicol.

Nonò fallit, quando procederetur per viam inquisitionis, vt plenè per canonistas in dict. cap. veritatis. de dolo.

Decimò fallit, quando procederetur super crimine dilapidationis. ibidem per Canon. & habetur per Cano. 3. quæst. 2.

Vndecimò fallit, quando procederetur ex mandato personæ, vt patet in gl. in d. c. veritatis. & ibi, etiam per doctor.

Duodecimò fallit, in crimine hæresis, in quo etiã post mortem ferri potest sententia. 24. quęst. 2. sanè. & vt no. in c. insinuatione.

Decimotertiò fallit, quando infamato de crimine inducta fuisset purgatio, cum tunc si non veniat intra terminum pro confesso habeatur & conuicto eo elapso: adeo quòd possit contra eum ferri sententia & lis contest. per id quod voluit glos. in c. 1. de simo. ad hoc etiam de purp. Canon. cap. cùm P. quod voluit gl. in c. decernimus. prout refert Anto. in d. c. veritatis. B. Soc. reg. 299.

¶ Testes in testamento regulariter rogati* esse debent: vt l. hæredes palam. §. in testamentis. ff. de testib. & in authen. de testib. facit l. inuiti. C. de testib. cum simil. B. Socin.

Additio.

* Rogati. Vide Lanfr. in c. quoniam contra. de proba. vers. quæro vlterius. & seq. B. Vad.

Primò fallit hæc regula in codicillis, vt est casus in l. fi. C. de codic. & Bal. in auth. quod sine. de test.

Secundò fallit in testamento ad pias causas, vt per Pau. de Cast. in cons. 1. & per Can. in c. relato. extrà, de testib. & est communis opin. licet Lap. in allegat. 31. tenuit contrarium.

Tertiò fallit in testamento inter dilectos, vt est gloss. singu. in d. l. fin. C. de codicil. & per Bald. in d. auth. quod sine. Sed quid in dubio, ex quo quis reperitur in testem scriptus, an præsumatur rogatus vel inuitus? dic quòd rogatus. ita tenuit singu. Bald. in l. 1. versi. aut quæro. C. de fid. instrum. facit quod no. Barto. in l. Fulcinius. §. quod autem. ff. in quib. caus. in poss. eat. licet dicatur quòd in dubio præsumitur testis inuitus: vt dicit Barto. in l. id, quod pauperibus. C. de episcop. & cler. quia ex quo reperiuntur scripti, præsumitur quòd præsentes erant, vt in præalleg. locis. Item dubitatur an sicut in testamento, ita etiam in matrimonio testes debeant esse rogati. & glos. not. in 2. q. 8. capitu. testis. tenuit contrarium, quod an sit verum not. per glos. & tex. xxx. q. v. iurantis. & Anton. de Butri. in c. ex parte. extrà, de spon. & huic contraria est communis opi. licet in quibusdã casibus, de consuetudine seruetur contrarium: vt in matrimoniis testes debeant esse rogati. B. Soc. reg. 505.

¶ Testes in scriptura publica requiritur quòd saltẽ per notarium describantur, secundum Cano. in c. 1. extrà, de fide instru.

Primò fallit, quando consuetudo esset in contrarium: vt voluit Imo. in c. 1. extrà, de his quæ fiunt à præla. per id quod habetur extrà, de fide instrumen. c. cùm dilectus.

Secundò fallit in actis iudicialibus iu quibus non est necesse vt testes describantur: vt C. de don. l. in dona. & no. extrà, de probat. c. quoniam contra. vbi de hoc, &c. Albericus. extrà, de testibus.

Tertiò fallit, quando instrumentum fieret coram populo publicè: vt no. Speculator in titulo de fide instrumen. versic. post leue. dicens hoc fuisse dictum Lamberti de Leodio. B. Soc. reg. 510.

¶ Testes, quia aliàs non sunt idonei, in subsidium reputantur idonei, quando aliæ personæ haberi non possunt: probat text. in cap. veniens. el 2. de testib. & in c. fin. quem ibi no. Abb. in 2. not. de testib. cogen. facit tex. in l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. quod voluit per eum Bart. in l. in illa. in fi. ver. ff. de verbor. obligat. probat glos. in verb. & si tres. in cap. cum dilecti. de election. alia in c. 2. in gl. pen. & ibi hoc not. Abb. de arbit. faciunt dicta per Iaso. in l. cum ea. C. de transact.

Limita, & intellige quando ex natura illius actus qui venit probandus, alij testes non possunt haberi habitu, nec actu: in coniuratione, vel in conspiratione, in hæresi, & similibus, quorum delictorum est mos, vt semper soleant clam & in abscondito perpetrari, sed quando potentia potuissent plures testes interuenire, vt in homicidio, violentia, iniuria, & similibus, licet actu non interuenerunt, nisi tales minus idonei, tunc non procedit dicta regula. Ita limitat Anton. in cap. tertio loco de probationibus. vbi hoc dicit bene not. Felinus in quarto notabili. quod sequitur Francisc. Curt. in repetitio. l. admonendi. ff. de iureiurand. Iaso. l. final. C. de his qui. vt indig. idem Ias. in l. cunctos populos. in lectura prima, in fine. C. de summa Trinitate, & fide catholica. Abb. in dicto capit. final. in dict. secundo notabili. Et prædictam doctrinam Anton. dicit singul. Felin. in c. de cæterò. de testib. vbi dicit, quòd non valet simpliciter ista consequentia: res non potest aliter probari, ergo testis inhabilis efficitur habilis, quia hoc debet intelligi cum distinctione, de qua suprà: pro quo dicit quòd est melior tex. de iure in cap. in literis. de testib. & istam limitationem ad prędictam regulam descripsit Hippo. licet prædicta non referat in singul. lxxiij. inci. plures sunt qui allegant. vbi eam bene declarat, & refert Alex. idem Hippolit. in l. infans. ff. ad legem Cornel. de sicariis. B. Dias reg. 759.

¶ Testium citatio. Quando testis examinatur, debet pars citari ad videndum eum examinari, aliàs dictum eius non valet. c. in nomine domini. de testib. l. si quando. C. eo.

Fallit in 20. casib. vt per Campeg. in tract. de testibus, conclusio. 164.

Testis citari debet ad hoc vt eius dictum valeat, l. si quando, C. de testib.

Fallit in 8. casib. vt per Campeg. in dicto trac. conclu. reg. 167.

Fallit in multis casib. vt per Fel. in c. in nomine, de testib. num. 22.

Quando testes examinari debent pars aduersa debet citari ad videndum eos iurare, l. si quando, C. de testibus.

Fallit vt per Viuium in ver. testes non possunt. fallit in 3. casib. vt per Campeg. in d. trac. concl. 379. Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 14. per Fel. in cap. in nomine, de testibus. nu. 28. fallit in 9. casib. vt per Soc. reg. 406. fallit in 15 casib. vt per Lancillo. in trac. de prætore, in tit. de testib. in prin. nu. 9.

Testium attestationes quando recipiantur, pars citari debet, c.2. extra, de testib.

Fallit in 9. casib. vt per Soc. reg. 406. Don. Fina, lib. 4.

¶ TESTIVM compulsio. Qualiter compellantur, & quibus pœnis testes ad testificãdum, declarat Campe. in d. tract. concl. 41.

Testis à principio non debet compelli ad testificandum, vel imponi sibi pœna, sed moneri prius, c.1. de testib. cog.

Fallit in 2. casibus, vt per Campeg. conclu. 143. & conclu. 144. ponit regulam, quòd potest compelli, sed limitat in 4. casib.

Fallit in 12. casib. vt per eundem concl. 145.

Qui coacti dixerunt testimonium, reprobantur. Doc. in l. parentes. C. de testib.

Fallit in 4. casibus, vt per Campeg. in dicto tracta. conclus. 146.

Si quis compellitur inducere testes contra se, vel eos exhibere, & deponant, non valet eorum dictum l. nimis graue. C. de testib. l. qui accusare. C. de eden.

Fallit in 2. casib. vt per Campeg. in d. tracta. concl. 238. Don. Fina, lib. 4.

¶ TESTIVM contrarietas. Dictum testis contrarij nõ valet, Bar. in l. eos, de falsis. l. ob carmen, de testibus. fallit in 8. casib. vt per Lanci. in tracta. de prætor. in tit. de testib. c. dicta testium, num. 10.

Fallit in 2. casibus, vt per Felin. in c. cùm in tua, de testibus, nu. 6.

Fallit in 31. casibus, vt per Campeg. in d. tract. conclus. 190. & 147.

Si testis deposuit primò dictum suum, & iteratò vult deponere corrigendo primum dictum, debet audiri, & dictum secundum valet, Bar. in l. si postulauerit. §. sed si negauerit. ff. de adul.

Fallit in 7. casib. vt per Campeg. in d. tract. concl. 200.

Reprobantur testes si sunt discordes seu contrarij de loco, not. in l. optimam, C. de contrah. & commit. stipulat.

Fallit in quinque casibus, vt per Campeg. in d. tracta. conclu. 229.

Reprobantur testes si vnus dicit de vno tempore, alius de alio, c. nihil, 3. q. 9.

Fallit in 15. casibus, vt per Campeg. in d. tracta. conclusio. 230.

Si testis primò deposuit extra iudicium, postea contrarium deponat in iudicio cum iuramento, statur secundo dicto. no. in c. cùm causam, de testibus, Bal. in c. nullus. de testib.

Fallit in sex casibus, vt per Campeg. in dict. tracta. conclus. 276.

Testes contrarij si reducantur ad concordiam probãt. doct. in l. 2. ff. si cer. pet.

Fallit in 4. casibus, vt per Campeg. in dict. tracta. conclusio. 331.

Quando testes deponunt super actu vel facto multiplicabili seu reiterabili, & discrepent in dicto, actu, vel facto, nihilominus possunt reduci ad concordiam vt non videantur contrarij, cap. nihilominus, 3. quæstio. 8.

Fallit in quatuor casibus, vt per Campeg. in d. trac. conclusio 382.

Testes contrarij qui dicantur, qui vero incompatibiles, declarat Campeg. in d. trac. concl. 410.

Testes contrarij reducuntur ad concordiam, Fel. in c. cùm tu, de testibus.

Ampliatur & limitatur per Ioan. Bolog. in l. 2. §. creditum. ff. si certum petatur, numero 14. vbi latissimè vi deas.

Testis si in vno iudicio vnum dixit, in alio aliud, non valet secundum. fallit in 2. casibus, vt per Fel. in cap. cùm in tua. de testib. nu. 7. Don. Fina, lib. 4.

¶ TESTIVM corruptio si post sententiam opposita non fuerit, de ea in causa appellationis opponi non poterit: vt dicit Inno. & Ioan. Andr. Imo. in capitu. * licet *. de proba. & Barto. in l. diuus. ff. de re iudica. B. Socin. reg. 522.

ADDITIO.

* In c. licet. Vbi vide latissimè Felin. B. Vad.

Primò fallit, quando sententia non transit in rem iudicatam, vt quia ab ea fuisset appellatum: cum tunc sine dubio possit opponi de ea. vt l. per hanc. C. de tempo. appellatio. item si esset lata in tali causa, in qua non transit in rem iudi. vt in causa matrimoniali: cum tunc similiter de ea opponi possit & probari.

Secundò fallit, quãdo opponeretur de ipsa corruptione aliter facta, videlicet quando testes receperunt pecuniam pro dicendo falso testimonio, quod dicere promiserunt: & tunc possit opponi, vt per gl. in d. c. licet, & Bar. in d. l. diuus.

Tertiò fallit, quando opponitur falsitas cum corruptione: nam de eo opponi, deduci, & probari potest, non solùm ante, quàm attestationes sint publicatæ, sed etiam post publicatas attestationes, imo & etiam post sententiam si ipsa sententia transit in rem iudi. vt patet in text. in dicto capitulo. licet, de proba. & in glo. tunc enim poterit ipsa falsitas directè probari: cùm testes deponentes super ipsa falsitate cum corruptione, videantur deponere super nouis articulis: vt in cap. fraternitatis. B. Socin. ibid.

¶ TESTIVM depositiones quando recipiuntur pars * citari debet. vt in c. 2. * extra de testi. & l. si quando. eo. tit. cum similibus. B. Soc. reg. 523.

ADDITIO.

*. In c. 2. Limita etiã vt ibi per Fel. vers. modo, aduerte, vbi ponit 14. no. limitationes ad hoc. B. Vad.

Fallit in casibus, de quibus per cano. in cap. In nomine domini. extrà, de testi. primò fallit, quando factum, super quo producũtur testes esset notorium: cum tunc iudex possit testes recipere ad sui instructionem parte absente, & non citata: vt voluit Inn. in c. bonæ. el 1. extrà, de elect. secundum dom. Anto. in d. c. in nomine domini, quod tamen intellige, vt ibi per eum, & per Innoc. in c. tua. de spon. & refert Bald. in l. qui testamento. §. per contrarium. de test. secundum not. per Inno. extra de coha. cler. & mulie. c. tua. & secundum quod not. per glos. extrà, de elect. c. ad nostram. el tertio.

Secundò fallit, quando iudex vellet recipere testes pro informatione personæ ad dignitatem, secundum ipsum dom. Anton. in cap. in nomine domini. & ad hoc adducuntur quæ not. per Inno. in dicto cap. bonæ. ad hoc quod no. Inn. in c. si. extrà, de translatione prælato.

Tertiò fallit, quando iudex procederet per viam inquisitionis, secundum ipsum Anto. in c. in nomine domini, qui ad hoc adducit not. extrà, de accusa. in c. qualiter, & quando. §. debet. vbi Ioan. And. hoc tenuit. Host. & Ant. de But. sed Lu. Roma. in sing. suo cclxv. tenet contrarium, per rationem ibi per eum assignatam: licet dicat practicam esse in contrarium,

rium, videlicet vt citatio sit faciẽda de absente, quod tenuit Bar. in l.fi.ff.de quæstio.

Quartò fallit in casu c.fin.de hæret. in 6. vbi casus not. continetur de impotentia ipsius inquisiti de hæresi, cum taceantur nomina ipsorum testium: vt ibi est expressum, secundum d.Nic.in d.c.in nomine domini.extrà, de testi.

Quintò fallit, quando quis non auderet in ciuilibus alicui mouere quæstionem propter ipsius potentiam: quia tunc, ne testes moriantur, potest petere à iudice quod testes clandestinè recipiantur ad futuram rei memoriam: vt voluit no.Host.in c.quoniam frequenter, circa prin. extrà, vt lite non contesta.

Sextò fallit, quando periculum esset in mora, vt quando debitor esset suspectus de fuga: cum tunc, ad hoc vt capi possit, inducuntur testes contra eum, etiam eo non citato: vt voluit Bar. in l.ait prætor. §.si debitorem.ff.quæ in frau.credi. per ea quæ ibi not.

Septimò fallit, quando testator mandasset super aliquibus stari dicto alicuius, quem dicit esse informatum de sua intentione: cum talis possit deponere de tali intentione absque eo quod quis citetur, cum persona sua iam approbata sit à testatore: vt voluit Bar. in l.Pomponius.ff.de do.prælega.

Octauò fallit, in muliere, quæ examinatur in eius domo, cum possit recipi parte absente. iuxta not.in c. mulieres, de iudic. in 6. circa quæ dic vt ibi no.plenè, quo casu valet eius dictum sine citatione. istud est singu.dictum Barto.post Gulielm.de Cu.in l.ad egregias. ff.de iureiur.quasi sit inhonestum partem ire ad domum mulieris, sed Lud. de Roma. in quodam suo singu.quod habeo in nume.365.incip. fuit vnus Rex.dicit quòd licet istud dictum videatur pulchrum, tamen non videtur verum: quia sicut mittitur notarius seu delegatus ad eius domum, vt in c.2.de iudi.in 6.ita debet esse licitum parti de cuius præiudicio agitur, & in contrarium allegat ipse causam sing.& vnicam secundum eum in l. 2. §. sui autem dignitas. C.de iur. cal. & pro opin. ista allego gloss.in c.2. in verbo, idoneam. de ver.sig. quod expressè tenet partem esse citandam ad domum mulieris vt videat eam iurare. & mouetur per c. 2. extrà eo. vbi generaliter dicitur partem esse citandam ad videndum iurare testes.& Ab.transit cum illa glos.

Nono fallit, vbi statutum vel lex non exigit plenã probationem, sed contentionem solius argumenti: quoniam tunc possunt recipi testes sine partis citatione. ita not.voluit Domi.de sancto Gemi. ex mente doct.in c.fi.§.fi.in fi.de homi.lib.6. Soc.reg.523.

¶ Testium examinatio, quando sunt in longinquis partibus absentes, alteri committi potest: vt c. cum causam.* extra de testi.l. 4.§.fi.de test.& l.si quis ex litigatoribus.ff.quemadmodum testa.aperi.

Additio.

* c.cum causam. Vbi vide limitationes per Feli. vers. extra gl.

Primò fallit, quando consuetudo aliud disponeret, vt d.§.fi.& d.l.si quis.per gl.3.q.9.testes.

Secundò fallit, quando esset causa criminalis: cum tunc examinatio testium committi non debeat, etiam si sint in longinquis partibus, sed sunt ipsi testes examinãdi in præsentia ipsius iudicis.C. de fide instrumentorum.auth.apud eloquentissimum. & auth.de test.§.& quoniam.& vide gl.in clem.vnica. de offic. deleg.& extra de iudi. cap.at si clerici. & hoc etiam tenet Cyn. in d.auth. apud eloquentissimum. & Io. Andr. in c.2.de iudi.in 6.& Ant.in d.c.cum causam. circa fin. Soc.reg.744.

¶ Testium examinationem non potest iudex alteri committere, in causa criminali: no. Bald.Ang.& Salicet. per illum tex.in authen.apud eloquentissimũ. C.de fid.instrum.not.gloss.in c.at si clerici.de iudic. in gl.probatione.& in cap.1.de testib.& in c.constitutus.de fideiussor. probat tex. in l.3. §. diuus. ff. de testib.

Amplia vno modo, & limita aliis quinque, vt per Fel. in c.cum causam.de testib. B.Dias re. 757.

¶ Testium non legitimè examinatorum attestationes possunt communi consensu partium comprobari. Ita not. Bartol. in l.prima.ff.de fer.vide text. in l.final. versicul. confirmari. C. de testibus. quem ad hoc not. Bald. ibi, tenent Innocent.& Hostiens. in capitulo cum causam, quæ inter archiepisc. & ibi Bald.de testib.idem Bald.in cap. veniens. lo secundo, eod. tit.

Amplia hoc procedere, etiam interueniente tacito consensu partium. Ita tenet Spec.in tit. de teste. §. nunc tractandum. vers. debet quoque iudex.

Limita tripliciter, vt per Ias.in d.l.1.ff.de fer.vbi etiam sequitur dictam ampliationem, & comprobat suprascriptam regulam simili decisione, & vide Felin. in dicto capitul.cum causam.vbi primas duas limitationes ex prædictis posuit, & latius quàm ipse Iaso. B.Dias reg.754.

¶ Testium numero. Nulla causa vnius testimonio terminatur.l.iusiurandum.C.de test. l.vbi numerus. C.de testibus. fallit in 59.casibus, vt per Lancil. in tract.de offi. præto.in titu.de testibus, cap.dicta testium, nu.4.

Fallit in 28.casibus, vt per Speculato.in titul.de testib. §.restat.Felin.in capit.veniens, de testib. fallit in 23. casib.vt per Campeg.in d.tract.conclu.197. & vnus testis facit indicium, vt per eundem reg.277.

Quinque testes requiruntur ad probandum debitum contractum in scriptis.l.testium, C.de testibus. Ampliatur in tribus casibus, vt per eundem conclusio. 371.& 372.

Testis valde dignus, & alius testis infamis plenè probant, not.Bald.Ang.in l.si quis ex argentariis, §.1.ff. de edendo.

Fallit in tribus casibus, vt per Felin. in cap.tertio loco, de probat.

Fallit in 2.per Dias reg.752.

Vnus testis facit semiplenam probationem. doct.in l. admonendi, ff.de iureiurando.

Fallit in 8.casibus, vt per Iason in d.l.nume.92.fallit vt per Dias reg.747.contrariam regulam, quòd testis non faciat semiplenam probationem, facit Iacob. Rub.Pet.Ptolo.in d.l.num.208. vbi Fran. de Curte limitat in 13.casibus, num.208.fallit regula affirmatoria, vt per Pet.Ptol.in d.l.nu.208.vbi Fran.de Curte limitat in 6.casibus, num.152.fallit in multis casibus, vt per Port. lib.1.reg.5.

Duo testes in omni causa sufficiunt. fallit vt per Carc. in praxi.nu.162.

Testibus duobus affirmantibus magis creditur, quàm mille negantibus, gl.in diem proferre.§.si plures, ff. de arbitr.

Fallit in septem casibus, vt per Port.lib.2.reg.14. fallit in quatuor casibus, secundum Socin.regu.426.fallit in 3. casibus, vt per Felin.in cap.in nostra, de testib. num.6.

Testibus duobus affirmantibus de metu magis cre-

ditur, quàm aliis, licet pluribus affirmantibus de libera voluntate. Imol. in capitul. super hoc, de renunciat.

Fallit in 2. casibus, vt per Port. lib. 2. concl. 15.

Fallit vt per Dias. concl. 750.

Duo testes plenam inducunt probationem, glo. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. & l. 3. §. eiusdem. ff. de testib. fallit in 24. casib. in quibus plures testes requiruntur, vt per Lancil. in tracta. de offi. præt. in tit. de testibus, c. dicta testium, nu. 3.

Fallit in Pontifice, cuius solius dicto statur. multi tenent oppositum, & vtranque opinionem limitat Port. lib. 1. reg. 27. fallit etiam in delegato à latere, cuius dicto statur. Ampliatur & limitatur per Port. lib. 1. reg. 2. fallit in 2. casib. vt per Soc. reg. 422. fallit vt per Carerium in praxi. l. obseruare, nu. 163. fallit in 2. casib. vt per Baptist. à Villa. concl. 91. in litera T. fallit in 32. casib. vt per Mars. in l. 1. §. idem Cornelia. ff. de quæst. nu. 4. Don. Fina, lib. 4.

¶ Testium productio. Produci & examinari testes ante litis contestationem non posse.

Pro.

Ext. vt lite non contest. c. ad hoc Deus. & c. accedens. & cap. quoniam frequenter, in princip.
3. q. 9. c. decernimus.
C. de execut. rei iud. l. 1.
C. de iureiur. c. propter calum. l. 2.
C. de bon. auth. iu. poss. Auth. & qui iurat.
Ext. de dolo & cont. c. prout.

Contra.

C. quomo. & quand. iud. Auth. qui semel.
Ext. vt lite non contest. capitu. quoniam. frequenter.
Ext. de testib. c. significauit.
Ext. de testam. c. Albericus.
Ext. de dolo & cont. c. causam.
C. de præscr. 30. ann. l. cum notissimi. §. vlt.
Ext. de procur. c. in nostra. ad fi.
Ext. de iureiur. c. ad nostram.
D. de lib. agnos. l. si quis. §. si vel parens.
2. q. 6. c. ei qui appellat. §. appellatore.
Ext. de appel. c. interposita. §. sanè.

Solutio.

Videtur in iudiciis ordinariis iuris ordo seruandus, si enim non admittuntur allegationes, nisi præstito iuramento calumniæ, C. de iureiur. propter cal. l. 2. ergo nec ante litem contestatam, & cùm leges publicæ nec facto iudicis, nec consensu litigatorũ con uellantur, D. de pœn. l. 1. & D. de pact. l. ius publicum: ideo prohibito eo quòd testes ante litem contestatam non producantur, consequenter cõcessum non videtur, vt examinentur. D. de off. eius cui mãd. est iurisd. l. 1. & D. de postul. l. quos. Contraria quæ adducuntur, sunt exceptiones à regula, in quibus officium suum perdit. Vide super hoc Tancred. de ord. iud. lib. 3. tit. 8. quando & quomodo. & lib. 4. ti. 1. §. 3. Damas. reg. 135.

¶ Testium productio officio iudicis. Testis nõ productus à parte, si examinetur per iudicem, non valet eius dictum. Bal. in authen. presbyteri, C. de episcop. & cler.

Fallit in 2. casibus, vt per Campeg. in dicto tracta. regul. 172.

Testis examinatus à iudice post renunciationem productionis testium, non probat. Inno. in cap. constitutus, el 2. de testib.

Fallit in 6. casibus vt per Campeg. in tract. de testibus, conclusio. 175. & 271.

In causa appellationis iudex non debet recipere testes super eisdem capitulis, vel directo contrariis, c. fraternitatis, de testib.

Fallit in 7. casibus, vt per Campeg. concl. 177.

Iudex de quibus debeat testes interrogare declarat Cãpeg. in d. tract. concl. 212.

Testis reprobatur si à iudice non recipitur vel ab alio eius mandato, not. in authen. sed iudex, C. de epis. & cleric.

Fallit in 3. casibus, per Feli. in cap. cum causam, de testibus, colum. penul.

Quando iudex committit, seu delegat examinationem testium alicui, valet talis delegatio & examinatio, no. in l. hac consultissima, §. si quis autẽ, C. de testib.

Fallit in 11. casibus, vt per Campeg. in dicto tracta. conclusio. 286.

Regulariter tamen non potest in criminalibus examinationem alteri committere. Bal. Ang. & Sali. in Authen. apud eloquentissimum, de fide instrumentor. Ampliatur in vno casu, & limitatur in 5. à Felin. in c. cùm causam, de testibus. fallit in 2. casibus, vt per Alexand. in l. si quis autem. C. de testibus, numer. 12. fallit in 4. casibus, vt per Viuium in suis conclusio. in ver. testium examinationem in causa criminali. fallit in 5. casibus, secundum Felin. in c. causam, no. 52. de testib. & in quibus casibus possit fieri talis delegatio examinationis testium declarat Campeg. conclu. 288. fallit vt per Socin. reg. 410.

Iudex mittere debet ad testem qui ad eum venire non potest examinandum. fallit in 2. casibus, secundum Fel. in c. si quis, de testib. nu. 1.

Per iudicem non debet examinari ille, qui est in articulo mortis, Bald. in l. hac consultissima. C. qui test. facere poss.

Fallit in 3. casibus, vt per Campeg. concl. 306.

Testis examinatus coram vno iudice, facit idem corã alio. Ampliatur & limitatur per Campeg. concl. 335. & 336. Don. Fina, lib. 4.

¶ Testium publicatio. Testes non publicati non probant. l. solam. C. de testib. Aret. in c. per tuas. de testibus.

Fallit in tribus casibus, vt per Iason. in l. is apud. C. de edendo.

Fallit in 4. casibus, vt per Felin. in c. causam quæ, el 1. de testibus, sed ad partis instantiam etiam post publicationem examinari possunt, tamen super eodem articulo repetendi non sunt.

Fallit in 5. casibus, vt per Socin. regul. 414. contrariam regulam ponit Mars. in l. 1. §. si quis vltro, ff. de quæstio. vbi limitat in multis casibus, numer. 30. fallit in multis casibus, vt per Lancil. in trac. de off. præto. in titul. de testib. cap. dicta testium, numero 51. fallit in 6. casibus, vt per Lancil. in tract. de prætore, c. dicta testium, num. 52.

Publicatis attestationibus non possunt testes produci, nec eorum dicta valent. Specul. in titul. de testib. §. satis.

Fallit in 18. casibus, vt per Paris. in cap. fraternitatis. de testibus, numer. 25. fallit in 4. casibus, vt per Campe. conclusio. 176. fallit in 15. vt per eundem concl. 369. fallit in 3. casib. vt per Purp. in l. is apud, C. de edendo. nu. 76.

Fallit in 47. casibus, vt per Lancillot. in tract. de præto. in titu. de testib. c. dicta testium, nu. 47. ver. aliam parum dissimilem.

Publicatis attestationibus non licet producere testes eosdem, vel alios super eisdem articulis, vel directo contrariis, tam in causa appellationis, quàm principali, auth.& qui semel, C.de probat.

Fallit in 52.casib.vt per Soc. reg.403. fallit in 73 casib. vt per Campeg.conclu.278. Ampliatur & limitatur in 70.per Port.lib.1.suarum concl.reg.39.

Post didicita & testificata quis potest producere testes ad reprobandos alios testes contra se productos, gl. & Doct.in l.si quis testibus.C.de testib.

Fallit in 9.casibus, vt per Campeg.concl.368.

Testis obscurè deponens potest repeti post publicatas attestationes, vt declaret dictum suum. c.cùm clamor, de testib.

Fallit in 3.casibus, vt per Campeg.concl.390.

Iudex ex officio suo potest testes publicatis attestationibus examinare, habet hoc locum in 4. casib.vt per Campeg.concl.391.

Publicatis testibus opponi in personam eorum qui testificati fuerunt.fallit in 6.casib.vt per Fel.in c.præsentium, de testib.nu.1.

Examinati, & publicati testes in vno iudicio, faciunt fidem in alio inter easdem personas, c.causam, vbi Fel.de testib. Don.Fina, lib.4.

¶ Testium productio ante litis contestationem. Testes ante litem contestatam non possunt produci, Docto.in c.veritatis, de dolo & contum. Barto. in l.de ætate. ff.de mino.fallit in 51.casib.vt per Lanci. in tract.de off.præt.in tit.de testib.c.dicta testium, nu.48.

Fallit in 13.casibus, vt per Socin.regu. 242.fallit in 4.vt per Campeg.in tract.de testib. reg.17.fallit in 2.casibus, vt per Sebast.Sapiam in l.de ætate, ff.de mino. nu.23.

Fallit vt per Fel.in c.significasti.de testib. fallit vt per Damas.reg.145. Don.Fina, ibid.

¶ Testium repetitio. Testis secundo inductus potest dicere, dico prout dixi in prima depositione. Abb.in c. cum in tua, de testib.

Fallit in 2.secundum Fel.in d.cap. cum in tua, nume.2. fallit in 2.casibus, vt per Dias reg.749.& si testis repetitur, vt iterum examinetur ne incurrat in periurium, vel falsum: declarat Campeg. conclusio. 279. Don.Fina, ibid.

¶ Testis singularis. Testes singulares non probãt, l.qui sententiam, C. de pœnis, l.iureiurando, C.de testib. c.causam.de testib.fallit in 12.casib.vt per Lancil.in tract.de off.prçto.in tit.de testi.c.dicta testiũ, nu.23.

Fallit in 2.casibus, vt per Campeg. in d.tract. conclusio.195. Ampliatur in 2.casibus, & limitatur in 10.à Port. lib.1.regul. 34 & singularitas versatur circa decem, vt per Campeg.dicta concl.195.

¶ Testium productionis terminus. Si statutus est terminus parti ad probandum, si testis iurat infra terminum, potest post terminum examinari, & valet eius dictum.l.damni.§.Sabinus. ff. de damno infecto.

Fallit in 8.casib.vt per Campeg.concl.260.

Testis post terminum non potest recipi. fallit vt per Viuium in ver. testes post omnes terminos.fallit in 23.casib.vt per Lancil.in tracta.de offi.præto. in titu.de testib.cap.dicta testium, nu.47.Idem ibid.

¶ Testium variatio. Testis qui variat, non probat. l.qui falsa, vel varia.ff.de testib. c.licet, de probatio. Fallit in 3.casibus, vt per Campeg.in dicto tracta.conclusio.178.

Fallit in 3.casib.vt per Felin.in c.cùm tua.de testi. Ampliatur idem procedere in vacillante, fallit tamen hæc ampliatio in 2.casib.vt per Campeg.conclusio. 180. vbi declarat quis dicatur vacillans.

Si testis deponit primò per verbum nescio, posteà per verbum scio, statur secũdo dicto.Aret.in l.2.§.quod obseruari, C. de iura.calum.

Fallit in 4.casib.vt per Campeg.concl.203.

Testis deponens prima vice per verbum nõ recordor, & secunda vice per verbum recordor, vel scio, probat, vel statur secundo dicto. Bar.& doct.in l.qui bona, §.sicut stipulatur, ff.de dam.infec.

Fallit vt per eundem concl.204. Don.Fina, lib.4.

¶ Testium regulæ communes. Testibus deponentibus pro reo, magis creditur, quàm pro actore, glo. in c.nostra, de testib.Bald.in l.qui accusare, C. de edendo.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 2. per Port.lib.2. conclu.reg.25.

Testes digniores præferuntur, c.in nostra.de testi. Ampliatur & limitatur per Port.lib.2.concl.24.

Testes plures paucioribus præferuntur, l.ob carmen. §.si testes, vbi gl.de testib.fallit in 8.casib.vt per Por. lib.2.reg.26. & quibus testibus magis credendũ sit, videas Port.per multas conclusiones in d.lib.2.conclu.25.vsque ad conclu.38.

Testes debent esse contestes, & concordes, docto.in c. 1.de testib.declarat in quibus casibus dicantur contestes Campeg.concl.196.

Testes possunt petere expensas. fallit vt per Campeg. concl.264.& 265.

Testis non præsumitur rogatus.Bar.in l.sciendum, vol. 2.ff.de verb.obl.

Fallit in 4.casib.vt per Alex.in d.l. sciendum.col.5.vbi Ias.facit contrariam regulam, & eam limitat in 4.casib.nu.36.Dias reg.751.fallit vt per Bapt.Villa.cõcl. 101.in litera T.

Testes examinati, & publicati faciunt fidem in alio iudicio inter eas personas, c.causam quæ, de testib.fallit in 5.casib.vt per Ias.in l.is apud quem.C.de edendo.Ampliatur in 4.casib.& limitatur in 3. à Fel. in c.causam quæ, de testib.

Testis communi opinione reputatus habilis non vitiat actum, neque testamentum.l.testes.C.de testib.

Ampliatur in 4.casib.& limitatur in 3. per Ias.in d.l.numero 2.

Testes debent esse rogati, Auth.rogati. C.de testi.

Fallit in 4.vt per Bartolo.Romul.in d.l.sciendum, nu. 182.fallit in 3.casib.vt per Soc.reg.240.

Subscriptio testium super factis, scripturáque in iudicio non requiritur.Bart.in l. donatio.ff.de donatio.

Fallit in 6.casib.vt per Soc.reg.384.

Testes examinari, & ad æternam rei memoriam recipi quis petere non potest, quando statim agere potest. Io.And.post Innoc.in c.significauit, de testib.

Fallit in 2.casib.vt per Soc.reg.413.fallit vt per Fel.in c.significauit, de testib. nu. 6. & quot requirantur, declarat Campeg.concl.361.

Testis in scriptura publica requiritur, quòd per notarium describatur.c.1.extrà, de fid.instr.

Fallit in 2.casib.vt per Soc.reg.418.

Testes in criminalibus debent esse omni exceptione maiores. fallit vt per Carerium in praxi crim. numero 165.

Monumentorum appellatione veniunt testes. fallit in 2.casib.vt per Felin.in c.peruenit, de testib.cogend. num.2.

Testis qui non est notus parti, & iudici non admittitur, c. causam, de testib. & ibi Abb. fallit in 3. casib. vt per Lancil. in tract. de prætore, in ti. de testi. c. dicta testium, num. 45.

Fallit in 4. casib. vt per Camp. concl. 128.

Nomina testium quis vti intendit, non tenetur edere aduersario. Bald. in l. non ex omnibus, in princi. de arbitr.

fallit in 5. casib. vt per Campeg. concl. 300. fallit vt per eundem conclu. 378. Don. Fina, lib. 4.

¶ TESTIVM reprobatio admittitur tam circa personas quàm circa res, quæ proferuntur, hoc vniuersaliter intelligas procedere, Doct. com. ca. licet il 2. de testibus. Host. ca. ex tenore. eod. ti. videlicet. excommunicati, consanguinei, familiares, & similes, de quibus vide Bal. in l. si quis col. 2. C. de testib. Felin. c. postulasti. num. 5. de foro Compe. Dec. cōs. 448. nu. 6. c. sanè. 15. q. 1. Guid. Dec. 400. Bar. in tract. de reprobat. testium. nu. 55. Alex. cons. 189. nu. 4. vol. 2. Dec. cons. 133. num. 4. Med. reg. 2.

¶ TESTIBVS duobus affirmantibus quàm mille negantibus plus creditur. c. in nostra, de test. glos. sing. in l. diem præferre. §. si plures. ff. de arbitr. cap. proposuisti, de probat. Cors. sing. in vers. testis. num. 15. Afflict. decis. 324. nu. 9. Fel. in d. c. nostra. & Alexan. in l. 1. ff. si quis iusd. non obtemp.

Fallit hæc regula, quando negatiua est coarctata loco & tempore, vt dicit Fel. in d. c. in nostra ratio, quia ista negatiua coarctata loco & tempore, præfertur probationi affirmatiuæ, secundum Abb. in c. bonæ, de elect. & elec. & Afflic. decis. 324. num. 10.

Fallit etiam quando testes deponunt super affirmatiua, deponunt etiam super negatiua, vt Bald. in c. si quis per triginta. si de feu. fue. controuer. Abb. in c. cum ecclesia Sutrina, de causa poss. & propriet. & Fel. in d. c. in nostra.

Fallit in testibus deponentibus de sanitate mentis, quibus plus creditur, quàm mille de insania. vt Abb. in cap. dilectus, de succes. ab intest. ratio, quia semper plus creditur in homine de sanitate, quàm de infirmitate. Innocen. in cap. 1. de frigid. & malef. vbi plus creditur duobus testibus deponentibus de virilitate ad coeundum, quàm pluribus aliis de impotentia.

Transactio generalis restringitur ad res, de quibus erat lis, l.si de certa, C.de transact.

Fallit in 3.casibus, vt per Io.Bolog.in d.l.nu.11.

Transactio generalis, vel vniuersalis ad omne illas res, quæ continētur sub generalitate, vel vniuersitate etiam incognitas à transigentibus no.in d. l. si de certa.

Fallit in 6.casib.quos not.Ioan.Bolog.in d.l.si de certa, num.13.& seq.

Transactio generalis quæ non potest restringi salua ratione recti sermonis, trahitur ad incogitata, dum modo in genere fuerit cogitatum, d.l.si de certa.

Fallit in 4.casibus, quos not.Ioan.Bolog.in d.leg.si de certa.

Iudex non potest compellere partes ad transactionē. Fallit in 3.casibus quos not.Alex.in l.1.§.& post operis, ff.de no.op.nunciat.nu.7.

Licitum est transigere in spiritualibus. Fallit, vt per Damas.re.28. Don.Fin.lib.1.

¶ TRANSACTIO facta per venditorē sciente, & non contradicente emptore, sibi emptori non præiudicabit.Inn.c.auditis.de præscr.vbi Ant.& Abb.n.2. idē Ant.& Abb.c.pe.nu.31. de sen.& re iud.l. sicut. §.nō videtur.ff.quib.mod.pig.vel hypo.sol.Paul.de Leaz.clem.1.de rescr.Innoc.c.dudum. il 2.de elect. Alc.l.sæpe.nu.129.ff.de re iud. nam quemadmod. non nocet sententia, ita nec etiam transactio. not.l. si dictū.§.si cōpromisero. ff.de euic.Abb.c.pe.n.30. de sen.& re iud.tenet hoc in ter.huius reg. M.re.8.

¶ TRANSACTIO facta ab vno ex correlatiuis nō nocet alteri, nisi habeat speciale mandatum.l. 1. C. de transactio. Med.re.9.

¶ TRANSACTIO generalis non procedit in his, quæ pendent ex testamento, nisi visis cognitísque verbis testamenti.l. de his.ff.de transact. Imol.c.1.eod. tit.Cæpol.cautel.218.Alex.cons.11.vol.2.Alba.l.qui Romæ.§. duo fratres.num.73. vbi Bart.Alex.Ias.& com.omnes.de verb.oblig. Med.re.1.

¶ TRANSACTIO generalis restringitur tantùm ad nominatim expressa.C.de trāsact.l.age.l.si de certa.

Causas & lites transactionibus legitimè finitas imperiali rescripto suscitari nō oportet. C.de trans.l.causas.Verba sunt Imperatoris.

De quibus non est cogitatum, transactum non accipitur.De transa.l.qui cum tutoribus.l.cū Aquiliana.

Interpositas metu transactiones ratas nō haberi.Dioc. & Max.l.14.C.de trans.

Impe-

Imperfecta est transactio, si dolus in transigendo adhibeatur. De con. in d.l. in summa.

Non debet torqueri transactio ad inæqualitatem. De arb. l. litigatores. §. fi.

Qui transigit, quasi de re dubia, & lite controuersa, neque finita transigit. De transf. l. 1.

Qui per fallaciam aduersarij ad transactionem inducitur, is non paci sci quàm decipi videtur. De transf. l. qui cum tutorib. §. qui per.

In transactionibus non debet locum pœnitentia. De transf. l. quamuis.

Sub prætextu instrumenti pôst reperti, transactionem bona fide finitam rescindi iura nō patiuntur. Dioc. & Max. C. de transf. l. 19. Riisvvich.

¶ Transire. Quædam transeunt succedendo, velut vniuersitates, quæ aliàs transire non possunt. In Auth. de litig. §. 1. Azo, rub. 104.

¶ Transitio. l. n. id quod nostrum. 157. Priuileg.

Transmissio tractatur in l. si infanti. C. de iu. de.

Tristes euentus non facilè sunt considerandi. De verbor. oblig. l. inter. §. sacram. Riisvvich.

¶ Transmissio. Filius in potestate patris, & suus hæreditatem patris non aditam, ex potentia suitatis transmittit ad quoscunque hæredes: hanc esse communem opinionem attestatur Ias. in l. si infanti. C. de iu. delib.

Fallit in 4. casib. quos not. Ias. in d. l. si infanti, nu. 10.

Fallit in 3. casibus, vt per Soc. reg. 168. Ampliatur & limitatur in 2. casibus à Baptist. à Villa. conclus. 31. in litera H.

Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 4. à Ioan. Bolog. in l. emancipata, C. qui admitti. num. 23. Fallit in 7. casib. vt per Socin. reg. 173. Fallit vt per Sebast. Sap. in l. qui se patris, C. vnde lib. num. 63.

Hæreditas non adita, non transmittitur, not. in l. emā-cipata, C. qui admitti.

Fallit in multis casib. quos not. Io. Bolog. in d. leg. numero 12.

Furiosi nomine per curatorem suum successio agnita non transmittitur ad eius hæredes, eo in furore defuncto, l. fin. §. sin autem in furore defuncto, C. de curato. furio. l. fin. ff. de succes. edicto.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in l. infantis, C. qui admitti.

Legatū conditionale non transmittitur ad hæredem legatarij decedentis ante euentum conditionis. fallit vt per Franc. Turza. conclusio. 178.

Hæreditas ascendentis non adita per descendentem non transmittitur ad alios ascendentes ipsius descendentis. Fallit in 2. casibus, quos not. Matth. in ver. transmissio.

Bonorum possessio non agnita non transmittitur, l. 3. §. acquirere. ff. qui admitti.

Fallit in 8. casib. vt per Io. Bolog. in l. emancipata, C. qui admitti. num. 41. Don. Fina, lib. 2.

¶ Trebellianica. Filius grauatus restituere hæreditatem potest detrahere duas quartas: hanc esse communem opinionem testatur Fab. de Giochis in authen. nouissima, de inoffi. test.

Fallit in 4. casibus, vt per Fab. de Giochis, in d. Auth. numero 195.

Fallit in 3. casibus, vt per Auth. res quæ, C. commu. de lega. Fallit in multis casibus, per Baptist. à Villa. cōclu. 20. in litera E. Fallit vt per Viuium in ver. legitimas duas.

Filij testatoris detrahunt Trebellianicam ex corporibus hæreditariis nulla facta imputatione fructuum, etiamsi pater iusserit, l. iubemus, C. de Treb.

Fallit in 10. casib. quos not. Rip. in l. in fideicommissariam, ff. ad Trebel. col. 1.

In Trebellianicam imputantur res alienatæ per hæredem, l. in quartam, ff. ad l. Falcid.

Fallit in multis casib. quos not. Marian. Soc. iun. in d. l. nu. 92. fallit in 8. casib. vt per Ripam ibi. nu. 97.

Trebellianica debetur singulis rebus pro indiuiso, l. Tinea, & l. Platius, ff. ad l. Falcid. l. 2. C. eo. l. si peculium, ff. de peculio legato.

Fallit in 5. casib. quos not. Benedict. Capr. in suo tract. reg. 109. nu. 23. & ideo non potest detrahi in vna re. Fallit in 4. casi. quos not. Rip. in d. l. in quartam.

Trebellianica hodie per testatorem prohiberi potest, gl. in Auth. de hær. & falc. gl. in §. fi. Inst. ad Trebel.

Fallit vt per Soc. re. 432. fallit vt no. Fran. Turz. concl. 51. Fallit vt per Baptist. à Villalo. conclus. 77. in litera. f. fallit vt per Matth. in ver. Trebellianica.

Trebellianica per hæredem de relictis vniuersalibus retineri potest, toto ti. ff. & C. ad Trebel.

Fallit vt no. Soc. re. 433.

In trebellianicam imputatur quodcunque ex testamēto capitur, d. l. in quartam.

Fallit in 4. casib. quos not. Ripa in d. l. nu. 82.

Fideicommissarius non detrahit Trebellianicam à secundo fideicommissario, l. ex licito, §. denique, ff. ad Trebell.

Fallit in 3. casib. vt per Ripam in d. §. denique, nu. 7. vbi Alex. limitat in 3. casib.

Hæres regulariter imputat fructus in quartam. l. in fideicommissariam, ff. ad Trebell.

Fallit in 10. casib. quos not. Rip. in d. l. nu. 25.

Legatum imputatur in quartam. fallit in 6. casib. vt per Dec. in auth. præterea, C. vnde vir. nu. 10.

Hæres qui contractus adiuit, detrahit Trebellianicam. fallit in 3. casib. vt per Alex. in l. omnibus, §. qui suspectum, ff. ad Trebel. nu. 3. Don. Fina, lib. 2.

¶ Trebellianica hodie per testatorem detrahi prohiberi potest: vt tenet gloss. in authent. de hære. & fal. vnde sumitur authent. sed cum testator, idem tenet glo. insti. ad Treb. §. fin. Azo in summa d. authent. licet contrarium teneat gloss. in d. authē. sed cum testator. C. ad l. fal. & gl. in l. cum allegas. C. eod. titul. & Iac. de Bel. disputando. prima tamen est magis communis, quam tenet Cyn. in d. authen. sed cum testator. doct. in l. Marcellus. in princ. ff. ad Trebellia.

Fallit in Trebellianica filiorum: quia illā testator non potest prohibere: vt dicit sing. Bal. in l. iubemus. C. ad Trebel. quod perpetuo tene mēti. Soc. re. 527.

¶ Trebellianica per hæredem de relictis vniuersalibus regulariter retineri potest, vt per totum tit. ff. & C. ad Trebellia.

Fallit nisi hæres institutus esset contemplatione fidei commissarij: quia tunc omnia restituere debet cum fructibus eo nomine non retenta quarta: vt est gl. singularis secundum Lud. de Ro. in l. fideicommissaria. §. fi. ff. ad Trebel. vbi dicit illam à nemine fuisse ponderatam. sed do. Ioan. de Imo. ante eum eam allegauit pro singulari, in l. cum filiæ. ff. de leg. j. & Bald. in l. fideicommissaria. & in l. cum Polybius. ff. de vsur. B. Soc. re. 528.

¶ Tributum non debetur amplius, perempta re cui debebatur, vel cuius causa soluebatur. l. 2. C. de alluuion. l. 1. vbi doct. com. C. de iur. emphyt. l. 2. ff. de vsufruct. dixi super ampl. 79. Gemin. c. licet. col. 3. de elect. Bartol. l. pater. §. Tusculanus. ff. de leg. 2. l. si seruitus. §. sublatū. ff. de seru. vrb. præd. M. re. 6

¶TRIPLICATVS actus plus operatur. quàm binus, cùm videatur adesse minor deliberatio. §. hoc de Deo. Auth. quomodo oport. Episcop. vbi Angel. inquit, quòd si testator relinquerit vxori legatum donec castè vixerit, & honestè debebitur legatum si ad secunda vota mulier ierit, sed non debebitur si ad tertia vota transierit, quia non videtur honestè viuere per illũ textum, idem Angel. l. mulie. §. cùm pponeretur. ff. ad Trebel. Barbat. consi. 16. vol. 2. M. re. 2.

¶TVRPITVDINEM allegans suam, non auditur. tex. in l. si creditoribus. in fi. C. de ser. pign. dat. manu. & in l. transactione finita. C. de transact. & in leg. aliàs. ff. de iure iur. cum aliis. Vide Felin. c. lator. de re iud. vbi ponit plures casus fallentiæ.

Amplia, quòd sicut non licet allegare propriam turpitudinem, ita nec illius cuius aliquis est hæres, putà patris: vt in l. filios. & ibi Bart. C. de reuoc. quæ in fraud. cred. refert Ias. in l. iusiurandum, quod ex cõuentione. §. fi. ff. de iureiur.

Primò fallit, quando quis allegat turpitudinem, cõtra eum qui fuit particeps criminis: vt in l. de tutela. C. de inte. restit. mi. & ibi doct. per Bart. in d. l. iusiurãdum quod ex conuentione. §. si cũ l. seq. ff. de iureiu. ita in specie limitat Cæpola consi. lviij.

Secundò fallit, si allegat eam excipiendo, vel replicando, seu se defendendo, licet non possit agendo, vel petendo: & hoc quando allegat contra participem criminis. Ita Cæpol. vbi suprà, per nota. per Bartol. in leg. alias. ff. de iureiur. sed salua pace Cæpol. ista fallentia, seu declaratio superflua est, stante præcedenti restrictione seu limita. ad regulam, vt facilè iudicabis.

Tertiò fallit, quando illa turpitudo constat per confessionem patris aduersæ. Ita limitat Cæpol. vbi suprà, versi. tertio modo.

Quartò fallit vbi turpitudo est detecta ab alio, quàm à committente per confessionem, probationes, vel per sententiam: quia tunc potest allegari etiam contra non participem criminis, maximè ad sui defensionem, excipiendo vel replicando. Ita limitat idem Cæpol. per notata per Bart. in d. §. fi. cum leg. seq. vbi vide Alexand. Iaso. in vj. qui in hoc quando fuit detecta per sententiam idem tenet: & vide melius per eundem Ias. vbi cum Bar. concludit, quòd quando est ab alio detecta licitè, possit indistinctè allegari: in cuius corroborationem tria notanda describit, quorum vltimò singulariter sublimitatur ista concusio, videlicet, ne ex tali allegatione turpitudinis ab alio detectæ allegans sentiret lucrum: ad quod allegat Bald. in cap. intelleximus. de iudi. quod dicit alibi non legisse.

Quintò fallit, vbi vertitur periculum animæ, vt in cap. lator. & in c. cõsanguinei. de re iud. Ita restringit gl. in c. inter dilectos. in verbo, turpitudinem. de dona. quam ibi sequitur Abb. & dicit istũ casum esse notãdum tanquam generalem & comprehendentẽ sub se multos alios casus. Sequitur etiam idem Abb. in c. cùm super. de conces. præben.

Sextò fallit fauore ecclesiæ, vt probat tex. in cap. quod quis commisit. xxxv. q. ix. & in c. quis presbyterorum. de reb. eccl. alie. vel non. Ita limitat gl. in d. c. inter dilectos, quam ibi sequitur, & no. Abb. qui respondet ad tex. ibi, qui contrarium videtur vrgere. Tenet, & idem Abb. in d. c. cùm super.

Septimò fallit fauore libertatis, vt probat text. in l. interrogatam. C. de lib. caus. per quem ita restringit gl. in dicto c. inter dilectos. quam ibi sequitur Abb.

Octauò fallit in casu. l. quisquis. C. ad leg. Iuliam maiest. vbi auditur quis allegando quòd coniurauerit contra principem, ad effectum, vt alij puniantut.

Nonò fallit in casu authent. sed nouo iure. C. de pœn. iudi. qui malè iudi. secundum Abb. in d. c. cùm super. prope fin. qui hanc limitationem cum præcedenti describit.

Decimò fallit, quando quis allegat eam contra se, & ad sui præiudicium. Ita tenet Bar. in d. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. fi. per l. inde Neratius. §. fi. cum l. seq. ff. ad l. Aquil. & per alia de quibus ibi, vbi vide Ias. singul.

Vndecimò limita, nisi reus allegando turpitudinem suam ostendat actorem carere actione, quia tunc auditur. Ita limitat Ioan. And. in d. c. inter dilectos. quẽ ibi reprehendit Anchar. vide Alex. d. l. iusiurandum in d. §. fi. qui post aliqua in proposito relata, dicit, quòd opinio Anchar. est æquior, & fortasse verior: quia opinio Ioan. And. non videtur iure probari. & Iaso. ibi nihil in hoc firmat, sed se remittit ad Alex. ibi.

Duodecimò limita, vbi actus est gestus contra legem, quia tunc licet allegare eam. Ita limitat Bald. in l. nõ dubium. C. de legi. & in aliis locis per Ias. relatis in d. §. fina. l. iusiurandum. qui hanc limitationem sequitur, motus aliis fundamentis quàm ipse Bald. I.B. Dias. reg. 24.

¶TVRPITVDINEM suam allegans non auditur. l. si creditoribus. C. de seru. pigno. dato. l. transactione finita. C. de transact. l. aliàs. ff. de iureiurand.

Fallit in multis casibus, quos not. Felin. in c. lator. de re iudic.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 12. per Diaz. regu. 24.

Fallit in 6. casibus, secundum Benedict. Capram, in suo tract. reg. 23.

Fallit in 5. casibus, quos notat Felin. in c. tertio loco. de præsump. numero 8. fallit vt per Damas. reg. 121. videas pulchram Barto. distinctionem in l. iusiurandum. §. procurator, numero 5. ff. de iureiurando. Don. Fin. lib. 5.

¶TVRPITVDO, Allegantem turpitudinem suam nõ esse audiendum.

PRO.

14. q. 5. c. fortè.
16. q. 1. c. legi.
27. q. 2. c. non sanè.
29. q. 1. c. perlatum. & q. 2. c. dictum.
Ext. de testibus. c. veniens.
Ext. de concess. præbend. c. super quæstionem.
Ext. de eo qui dux. in matrim. c. propositum.
Ext. de donat. c. inter dilectos.
C. de his quæ in frau. cred. l. filios.
C. de transact. l. transactione.
C. de seruo pig. dat. manum. l. si creditoribus.

CONTRA.

Ext. de sent. & re iud. c. lator.
Ext. de conces. præbend. c. ex tenore.
Ext. de præbend. & dign. c. cum non ignor.
Ext. de testib. c. quoniam.
14. dict. c. verum.
15. q. 3. c. nemini.
35. q. 3. c. extraordinaria.
80. dist. c. si quis putauerit.
C. de libera. cau. l. si filium.
D. ad municipal. l. Titio.
D. solu. matri. l. viro.

SOLV-

SOLVTIO.

Allegans turpitudinem suam in agendo non auditur, nisi in crimine læsæ maiestatis,& simoniæ.d.capitu. verum.Ad testimonium tamen in simonia non admittuntur, qui sunt eadem turpitudine maculati,d. c.veniens. In excipiendo autẽ turpitudinẽ suam allegans auditur.ext.de conces.præben.d. c. vlt. & hoc propter regulam,quæ dicit,In pari causa turpitudinis potior est conditio rei. D.de reg.iur. l. cùm par delictum. nisi actor iuuetur cõmodo possessionis: tunc enim potiores erunt partes actoris propter aliam regulam,quæ dicit, In pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis.D.de cõdic.siue causa.l.auunculo. nisi actor staret pro matrimonio, re scilicet fauorabili.ext.de diuor.c.significasti.Si autẽ actor tantum esset in turpitudine, & allegaret eam indistinctè,est repellendus : nisi alleget in causa, in qua vertatur periculũ animæ.d.c.lator. Dam.re.111.

¶TVERI ius suum quis debet,non iniuriam committere.Quod vi.l.1.§.1. Riisvvich.

TVTOR esse poterit pupilli, licet sit debitor, vel creditor in modica quãtitate. glo. auth.minoris. C.qui dari tut.poss.Marsil.in praxi iudic.§. & quia. not.8. conc.in term.Thom.Gram.§.tutor autem nume.7. inst.de auct.tutor.Bar.l.si quis in pignore. §. fi.ff.de pig. item tutor modicam pecuniam deponere non tenetur.l.ita.ff.de adm.tutor.tertiò parua tutela nõ excusat ab onere tutelæ. l.non tantum.ff.de exc.tutor. quartò pusillum patrim.pupilli non cogit matrem petere ipsi tutelam.l.2.§.quod si.ff.ad Tertul. conc.simil.Brun.in tract.de stat.super fœmin. artic. 9.nu.97.quia parũ,& nihil æquiparantur.Bald.auth. præterea.C.vnde vir & vxor.Corn.consilio 63. vol. 1. Socin.consi.108.capit.de quarta.de præscr. capitulo coram.de offi.deleg.cap.licet.de probat.l.2.ff. quod eum eo.§. sed quia insti.de fide instr. ad leg. Falcid.in prin. Medic.reg.5.

¶TVTOR mortuo pupillo desinit esse tutor,& administrator,nisi etiam intuitu rerum detur:secùs si moriatur tutor, quia adhuc pupillus alio eget tutore. doct. com. instit. quibus mod. tutela finiatur. vbi Ang.& alij. Medic.reg.9.

¶TVTOREM non petens mulier filiis impuberib.nõ punitur cùm de re modica tractatur. Rom.leg.si verò.§.de viro.col.5.ff.sol.mat.l.2.§.quod si.ff.ad Tertull.conc.simile.l.oleum,in fine.vbi Doc. ff. de dolo.l.scio.ff.de in integ.rest. Med.re.5.

¶TVTOR omnia verba formæ ad amusim iurando complecti debet, alioquin tutor non erit.Plot.leg. si quando.num.372.C.vnde vi.Felin.capit.cum dilecta.columna 8.de rescr.Socin.sen.consilio 24. numero 20.volumine 1.Bald.consilio 110.colum.2.volumine 1.Marsi.sing.415. Doct.com.capitulo penultimo.de iur.iur.& capitulo 2.de consuet. Nellus in tract.Bannitor.3.parte q.9.Alexand.consil.50. nu.5. vol.5.Ang.consilio 186.num.2. Med.reg.7.

¶TVTOR.Potest quis esse tutor sui priuigni. ff.de emancip.l.nam. Azo,rub.104.

¶TVTOR.In rem suam auctor fieri non potest. Vlp. de aut.tu.l.1.

Tutor qui sciens calumniosam litem instituit,ipse cõdemnatur in expensis.de admi.tu.l.non est.

Legati Proconsulum tutores dare possunt.Licin.lib.3. Reg.De off.proconsl.l.pen.

Fœminæ tutores dari non possunt,id munus masculorum est:nisi à Principe filior. tutelam specialiter postulent.Ner.3.lib.Reg.de tu.l.fi.Eodem lib.

Mulier liberis non rectè testamento tutorem dat, sed si dederit decreto Prætoris vel Proconsulis exquisitione confirmabitur.Rempub.sal.fo.l. nec satisdabit.De confirman.tut.l.2.

Bona pupilli tutor vendere non potest sine iudicis inquisitione & decreto.C.de admi.tu.leg.non solum. C. de præd. & al. reb. mi. l.minorum. vide Procurator.

Curatorem habenti, quo minus alius tutor detur, regula iuris non est impedimento. Mod.de tu.& cur. l.20. Riisvvich.

¶TVTOR subrogari potest contutori non citatis partibus neque eius adiuncto. Angel.consil.325.num.3. Asin.in praxi iudic.§.7.limi.141.numero 1.& seq. Med.re.8.

¶TVTOR, vel curator,licet habeat ius exigendi vel recipiendi solutionem,non potest debitori minoris facere pactum de non petendo. Tex.est in l. pactum curatoris.C.de pactis.

Limita tripliciter,vt per Ias.ibi, circa princip.& vide ibi Alexan.qui ante eum posuit tres limitationes, quarũ secũda differt à positis per Ias.B.Dias re.767.

¶TVTORIS datio non valet si in eius petitione modicum erratum fuerit. Bar.l.matri, & auiæ, quando mili.tut.est quia modicus error donationem tutoris vitiat. Med.re.5.

¶TVTORI, vel curatori si testator relinquat liberationem pro administratione præterita,non videtur remissus dolus,nec reliqua. Text.est in l.Aurelio.§. Gaius.ff.de liber.legata.

Limita tripliciter,vt per Ioan.Crotum. in l.nemo potest.ff.de leg.j. B.Dias.re.768.

¶TVTORI potest testator remittere confectionem inuẽtarij.Text.in l.fina.§.illo.C.arbitr.tut.vbi Bar. & alij.Notat Bal.in l.cum tale.§. Titius.ff. de condit.& demonst.facit l.quidam decedens.ff.de administrat.tut.& tenet Iaso.in l.cum necessitatem.C.de fideicommiss.de quo singularius per Seguram in repetit.l.si ex legati. ff. de verb.oblig.vbi referendo Ioan.Andræ. ponit duas vtilitates, quæ possunt ex tali remissione succedere.

Limita hoc,quia non obstante tali remissione testatoris,si iudex videt talem tutorem aliqua ratione suspectum,potest eum cogere inuentarium conficere. Ita limitat Iason vbi suprà, referendo solùm ad hoc Ange.in consilio cxliiij.tu vide Bar.in l. nemo potest.ff.de legatis j.vbi tenet,ꝙ si apparet,quòd talis remissio est contra vtilitatem pupilli,iudex non debet sequi voluntatem testatoris: & sequitur Segura B.Dias re.769.

¶TVTOR. Habenti tutorem,tutor dari non potest. ff.de tut.l.quæsitum. Azo,ru.69.

¶TVTORES, vel curatores non possunt vendere res minorum,nisi cum causæ cognitione, & interpositione decreti.

Fallit in 3.casib.quos not.Ias.in l.mandatá,ff.de offi.eius,num.3.& seq.

Tutor tenetur si aliquod damnum habeat pupillus eius culpa,l.2.C.arb.tut. leg.chirographis, ff.de admin tutor.

Fallit in 4.casib.quos not.Plot.in repe.l.si quando,C. vnde vi,num.217.

Tutor vel curator habent ius exigendi, vel recipiendi solutionem,sed non possunt debitori minoris facere pactum de non petendo.l.pactum curatoris, C. de pact.

Fallit in 4.casibus,vt per Ias. Dec.& Alexan.in dict.l.

Fallit in 3.casib.vt per Franc. Curt.in l.præses prouinciæ,num.3.ff.de transact.

Tutori, vel curatori,si testator relinquat liberationem pro administratione præterita, non videtur remissus dolus, nec reliqua, leg. Aurelia. §.Gaius, ff. de lib.leg.

Fallit in 2.casib.quos not.Crot.in l.nemo potest,ff.de l.1.col.20.

Tutori potest testator remittere confectionem inuẽtarij,l.fi.§.illo.C.arb.tute.

Fallit vt not.Ias.in l.cùm necessitatem,C.de fideicom.

Mulier tutelam gerere non potest,l.1.ff.de tutel.l.1.C. quando mulier.

Fallit in 2.casib.quos not. Dec.in l.fœminæ, ff. de reg. iu.num.18.

Tutela defertur secundum ordinem successionis,l.quo tutela,ff.de reg.iur.vbi Doct.limitant in 2.casib.

Tutoris delictum,an & quando noceat pupillo. declarat Bar.distinguendo in l.omnibus,§.si procurator, ff.si quis ius dicenti. Don.Fina,lib.2.

¶Tvtela eodem modo quo finitur per casum contingentem in personam minoris, eodẽ modo finitur in personam tutoris. inst.quib.mod.tutel.fin.in princ.Bapt.in termin.huius reg.tract.de correl.numero 96. Brun. in tract.stat. artic. 14. numero 12. Abb.in proœm.Greg.numero 20.Paris consilio 82. numero 33.volumine3.consilio secundo.numer.16. eod. volumine August. Ber.consil. 140. nmero 17. volumine primo. capitulo ad nostram. numero 5. de empt. & vend. Cephal. consilio 109. numero 17. Natta consilio 201.numero 4. volumine primo.Socin.consilio 56.numero 3.volum.1.Ruin.consi.174. num.9.vol.1. Med.reg.9.

¶Tvtela finitur aliter in masculis, & aliter in fœminis.not inst.quib.mod.tut.fin. item masculus cõdit testamentum 14.anno: fœmina autem duodecimo.l.qua ætate.de testam. Med.reg.9.

¶Tvtela. Quint. † Mutius Scæuola lib. singulari Oron. †al. Paulus.

Lex lxxiij. lex lxxiiij.

Quò tutela redit, eò [a] & hæreditas peruenit, nisi cùm fœminæ hæredes intercedunt. Nemo potest tutorẽ cuiquam dare,nisi ei quem in suis hæredibus, cùm moritur,habuit,habiturúsque esse,si vixisset. Vi factum videtur id esse,quòd quis,cùm prohibetur,fecit.Clàm,quisque cùm controuersiam haberet, habiturúmve se [b] speraret,fecit.Quæ in testamento ita scripta sunt,vt intelligi non possint,perinde sunt ac si scripta nõ essent. Nec paciscendo,nec stipulando quisquam alteri cauere potest.

Addit. sic in P. flo. aliàs incipit, Quin Mutius Sempronio:Quò tutela,&c. a desit hæc copupula in P.floren. b putaret.

Vbi enim est onus tutelæ,vt in agnatis,ibi est commodum successionis. Viuiennus.

¶Tvtela soluitur morte,§.simili modo.Instit.quibus mod. tut.fin. vbi gloss. dicit, ampl.hoc dictum in morte ciuili, in versiculo morte. §. item finitur. Institut. eod. Tertio modo finitur, cùm puberes esse cœperint pupilli, pupillæve. Inst.eod.in prin. Quartò finitur per arrogationem, leg.nec ei.§.eorum. ff. de adopt. & hoc cum consensu omnium. leg. fin.C.de authen.præst.§. item. cum gloss.versicul.adhuc.Instit. quib. mod. tut.fin. Quinto modo finitur finita conditione, ad quam fuit tutor datus. §.sed etsi.Instit.eod. Sextò, capitis diminutione.§. & capitis. Institut. eod. Septimò, finito tempore, ad quod fuerunt dati.§. præterea. Inst. eod.titu. Octauò finitur tutela, vel quia suspecti sunt, vel quia iusta de causa excusantur.§.fin. Instit. eod. tit. not. tit.de hære.tut.Med.tract.2.part.



REGVLARVM IVRIS CIVILIS ET PONTIFICII,

Lib. Decimus nonus.

V



Vacationi modus omnis cõprehenditur, quãdo nullus exprimitur,& ideò non oportet facere mentionem de modo vacationis. Lap.alleg.vj. docto. in cap.susceptum. de rescript. lib.vj.Felin.in capit.in nostra.de rescript.

Limita quinque modis,vt per eum ibi. B.Dias re.770.

¶Vagabvndi illis locis vbi delinquunt puniri debẽt doc.in l.j.C.vbi de cri.agi opor.& doct.in l.hęres absens.§.proinde.ff. de iudi.& ibi Cur. Iun. nu. 10.vbi tenet quòd isti vagabundi & sine domicilio ibi puniri debent,vbi grassati sunt, & hoc idẽ Cal. in c.j.de rapt.& l.j.§.prætor.ibi habitationem non habeant,& ibi glo.& Barto.

Amplia,hoc idẽ de raptoribus & assassinis,prout Ioan. de Anna.in d.c.j.nu.2.de rap.text. in l. vnica.C. de rapt.ibi sine fori præscr.& ibi Bald.nu.8. & Sali.nu. 15.Marsi.consi.cv.& Gemin.in c.pro humani.de homi.in vj.

Fallit in vagabundo qui habet habitationem in aliquo loco,quia tunc remitti debet. Abb.in c.fin.de rap. num.13.Melch.reling.in d.c.fin.num.9. & 19. de fo. comp.& ita sentit Annania,in d.c.j.de rap.vbi dicit quòd non est sublata remissio, ad locum delicti, & ita sentit Barto.in l.iiij.§.prætor.ff. de damno infe. & gl.& Bar.in l.eius qui.in §.fi.ff.ad municip.vbi tenet quòd propriè ille dicitur vagabundus qui non habet domicilium certum.Cępol.consi.lviij.nu.24. in consi.C.quam glo.Panor.affirmatiui,in d.c.fi. de foro compe.nu.13.& Bal.in l. dies cautioni. §. prætor ait.nu.3.ff.de dam.infect.

Fallit etiam in furto,quia si fur reperitur cum re furata in quocunque loco fuerit deprehensus,ibi suspendi & puniri debet,& hoc propter frequentiam d.criminis.Ita Bart.in l.si dominium rei,num.2.ff.de furtis. & ibi Dyn.& Cast.consil.cccclviij.nu.2. volumi.ij. Ang.in tracta.malef.in ver.& vestem cælestem. nu. 15.vbi multa accumulat.

Fallit etiam in hæretico quia de tali flagitio potest vbicunque puniri omni sublata remissione: vt l. Arriani. C. de hæreti.& Paul.de Eleaz. in clemen.pastoralis.de re iudic.& Imo.in d.clemen.numero 64. & Ægid.Boss.in suo tract.de hæret.numero 13.ratio quia grauius est offendere diuinam maiestatem, quàm humanam, vt authentic. Gazaros. C. de hæret.

Fallit etiam in omni vagabundo delinquente, qui potest

test vbique conueniri, secũdum Anch.in cõs.cxcij. nu.4.alleg.tex.in l.hæres absens.§.si quis tutelam ff.de iudi.cum infinitis. I.Nouel.reg.220.

¶VALET: Quod non valet vt ago, valet vt valere potest.de testi.c.nos quidem, de verb.sig.c.Abbate.de despon.imp.c.tuæ.de seruit.l.si tam angusti.De vsu.& ha.l.diuus.De pac.l.28.§.pe.de mil.test.l.si miles qui destinauerat.Contrà. C.de cod.l.fin.§.fin.C.de lati.l.ib.tol.l.1.de const.pri.l.1.§.cum.de test.l.ex ea scriptura.de accept.l.an inutilis.Burch.Damasi.78.

De valore & augmento monetæ tractant in l. Paulus. de sol. Riisvvic.

¶VALERE. Quod ab initio valet, si peruenerit in eum casum à quo incipere non possit, desinit conualescere.

In Aut.eo.§.de eo qui ita.
In Aut.de nup.§.si verò decretum.
In Aut.de non elig.seruo nub.§.hoc autem.

CONTRA.

In Aut.de nup.sed capiti.
In Aut.vt factæ nouellæ constit. Azo, rub.104.

¶VALERE. Quod ab initio non valuit, ex pòst facto conualescit.

PRO.

Ext.de donat.c.Apostolicæ.
Ext.de conuers.coniug.c.placet.
Ext.de eo qui dux.in mat.c.1.
16.q.4.c.si sacerdotes.
Ext.de his quæ fi.à prælat.c.cùm nos.

CONTRA.

16.q.3.c. post quingentos.
10.dist.c.vides.
Ext.de elect.c.auditis.
D.de verb.obl.l.inter stipulantem.§.sacram.
D.de act.& obl.l.obligationes.
D.de reg.iur.l.quod ab initio.

SOLVTIO.

Si initium alicuius rei sit vitiosum, quia nõ interuenit consensus eorũ, qui consentire debebant, & postea adhibeatur eorum consensus, quorum desiderabatur, accedente consensu cõfirmabitur id, quod actũ est prius, d.c.cùm nos. Sed si rei initiũ bonum erat, solus dissensus non reddet vitiosum: quamuis alius consensus dissentientium posset remouere initium, d.c.auditis. Si autem ideo sit vitiosum, quia res de qua agitur, contra ius facta est, tunc res non conualescit tractu temporis, l.quod ab initio, & d. l.vides. exceptis casibus nõnullis, in quibus contrarium exprimitur in iure. Damas.reg.74.

¶VALOR. Quod ab initio non valet, tractu temporis non valescit.

In Inst.de cura.§.1.
Inst.de emphy.Rubr.præstitit à tempore.
In Inst.quib.nõ est permis.fac.test.§.pe.& vl.
In Inst.de exhære.lib.in prin.
In Inst.de leg.§.sed an serui.
In Inst.de inutil.stip.circa prin.
In Inst.de nox.act.§.si seruus.
C.de contract.iudi.l. quodcunque.§.prouinciis.
ff.de ser.expor.l.si mensor.
C.de post.l.vxoris.
C.de lega.l.seruus.
C.mandati.l.cum in fraudem.
ff.de pact.l.si tibi.§.si pactus sim.
ff.de iud.l.si à me.
ff.de his qui deiece.l.1.§.1.

Ratihabitione conualescit: vt ff.qui satisd.cog. l.Iul.
ff.commod.l.1.§.impub.
ff.quod iussu.l.si tutoris.§.vlt.
ff. de in rem vers.l.si pro parte.§.pen.
ff.de leg.3.l.certum.in prin.
ff.de actio.empt.l.si venditor.
ff.qui à quibus manu.l.si seruo.
ff.de pericul.& com.rei vend.l.serui.
ff.de re militari.l.desertorem.§.in bello.
ff.de re iud.l.quòd initio.§.penult.

¶VALOR. Quod ab initio non valet, tractu temporis non conualescit: & econtrà.

Ista duo generalia, si quis sciat bene defendere, vno verbo soluũtur: vt dicas, solo tractu tẽporis vel lapsu factũ, inutiliter postea nõ conualescere, sicut enim tẽpus nõ est modus tollendæ obligationis, in ff.de act.& obl.l.obl.§.si placet, ita nec recuperandæ, nec inducendi effectũ ei qui inutiliter processit, vt Inst.de leg.§.an seruo, & ff.de seru.expo.l.si minor. Idem in decimis, & certis præstationibus. Io.solo. ideo apposui, quia cum alio prodest tẽpus in quęrendo dominio, vt in pręscriptione 10.vel 20.vel 30.an. Est enim ibi possessio titulus, quãdo & bona fides, licet enim solo tẽpore non conualescat, tamen propter tẽpus præsumitur alicuius voluntas interuenire, quasi ratũ habeat quod factum est, hoc ipso ꝙ non contra factũ pridẽ venit, vt C.si maior factus ratũ habuerit.l.si quando, & de tẽp.rest.superuacua. Sic etiam dico in præscriptione seruitutũ & annuarũ præstationũ, quia si solũ tẽpus prætẽ datur in præscriptione seruitutũ, auxiliũ nil patrocinatur, verùm si præcedens allegatur causa, quæ probari à petente nequit. Inducit autẽ ad adiuuandã intentionem suã temporis lapsu, vt præsumatur ex causa allegata debere prodesse. vt ff.de vsuris.l.cum de in rẽ.& ita duo ista generalia, prout signata sunt, soluũtur. leges tamẽ hinc inde assignatę, cõtrarię nihilominus videtur.& ideo est, quia malè fuit signatũ. debuit enim signari quod ab initio non valuit, postea nõ cõualescit: & ecõtrà. Circa quod ita distingui potest. Aut enim tractatur de obligatione, quæ ex maleficio vel quasi, sit nascitura.& tunc si à principio nõ nascitur, postea nõ nascetur. vt ff.de furt.l.serui.& ff.de his qui deiec.l.1.§. summa.& Instit.de nox.act.§.si seruus li.nisi in casu, vt ff.si quis test.lib.esse ius.l.1.& hoc ideo, quia maleficia sunt odiosa. Aut tractatur de obligatione, quæ nascitur ex cõtractu vel quasi. si ex quasi cõtractu nascũtur, licet à principio nõ nascatur, nascitur tamẽ dudũ postea: vt in act.tut.neg.gest.act.ex test. vt ff.de tut.& rat.dist.l.si tutor.in fine.& l.sed non dãtur. Si verò ex cõtractu nascatur, siquidẽ contractus inutiliter celebretur, id est, inutilis ipso iure est aut propter personam contrahentis, siue propter rei qualitatem: aut quia is cuius consensus erat necessarius, nõ cõsenserit. In primo casu non cõfirmatur, vt ff.cõmo.l.1.in fi.& l.2.circa prin.& ff.de pact.l.si tibi.§.si pact⁹.nisi in casu, fauore matrimonij. vt C.de nup.l.si cõtra. ff.de ritu nup.l.si quis in senato.& l. qui in prouincia. In secundo casu idem, ff.de verb. obl.l.inter stip.§.sacrã rem. licet quis propter suum factum quandoq; infringere, ex superueniente causa, quod fecit, non possit. vt ff.de fund.dot.l.fund. dot. vt ff.de verb.oblig.l.inter stip.§.sacrã rem.& in Instit.de inutil.stip.circa prin. In tertio casu confirmari potest. vt ff.de pig.act.l.aliena.& de pignor.l. si Titio. nec obstat quod legitur ff.de statu hom.l.

Paulus.quia ibi non prohibet matrimonij consummationem,sed ne sint filij legitimi,antea suscepti.

ADIECTIO.

Hoc ex his omnibus ostenditur, quòd sufficit si tempore tanto fuit capax,contra ff.de leg.3.l.1.§.1.si deporta.ff.de dona.causa mort.ff.de iure fisci.l.non intelligitur.§.quãdo.Nec obstat Rubrica,quòd illa intelligitur cum legatum deficit ex persona relinquẽtis, vel propter rem relictam:aliud si ex persona legatarij. Nec obstat quod dicitur in Inst.de leg.quia ibi propter personam legantis & legatarij,mixta consideratione habita,dicitur nullum.Huic solutioni videtur obuiare,C.de leg.l.seruus.

CAVSA.

In relictis verò,siquidem propter personam testantem sit inutile,cõfirmatur,vt Inst.quib.nõ est perm.fac. testam.§.pe.& vlt.& C.de leg.l.seruus,& àquib.manu.l.in fraudẽ.Si verò sit inutile propter personam eius cui relinquitur hæreditas:quia certa tẽpora spectantur,vt Inst.de hæred.qualitate & differentia.§. in extraneis.In legatariis aliud est, vt ff.de leg.præstan.l.interuenit.Si verò sit inutile propter personã tertij,confirmatur,vt ff.de iniust.rup.l.posthumus, & de testa.tute.l.si hæreditas.§.quod filium , nisi in casu,vt Inst.de exhæredat.lib.in prin. Azo,rub.1.

¶ VALERE. Quædam à se non valent, nisi à iudice fuerint confirmata.

In Aut.quib.mod.nat.effic.leg.§.2. si quis igitur. Azo,rub.104.

¶ VALETVDINARIVS.vide Inuitus.

¶ VALIDVM reddit actum Geminatio, qui alias validus non esset.l.fi.C.de non.nu.pec.l.fin.C.de don. causa mort.l. cum maritus.§.fi.ff.de pac.dot. Euer. in loco à vi Gemin.nu.2.Anto.Corſ.in tract.de ver. Gemi.num.8.Bar.l.cum scimus.vbi Alex.num.7.C. de Agricol.& Censi.libr.11.Fel.c.si cautio.nu.3.de fide instr.l.balista.ff.ad Trebell.c.cum contingat.vbi gl.& Doc.Com.de Iur.iur. dixi suprà in prin.huius reg.num.1.& nu.seq.not.c.1.de treug.& pace. Port. consil.107.num.46.Dec.cons.138. Soc.cons.40.nu. 5.vol.3. Med.reg.2.

¶ VALOR beneficij si nõ fuerit expressus integer, sed tacitus in vno nummo vitiat impetrationem : ita in terminis dixi suprà in limit.5.Rebuffus in praxi beneficiorum in tertia parte signaturæ.num.9.amplia tur hoc etiam procedere in vnionibus.idem super Reg.Canc.de vnionibus:in gl.5.ibi teneãtur ex primere verum annuum valorem. Med.reg.5.

¶ VALOR beneficij est exprimendus in gratia obtinenda,& aliter gratia erit nulla.Card.in c.j.de præbend.Abb.& Fel.in c.fi.de præsump. Rota in antiq. decis.cclxxvj.& deci.cccxxv.in antiquis. Car.consi. xxxj.incip.1382.Fel.in d.c.fi.nu.4.Deci.cons.cclxij. & in c.ad aures.num.27.& 28.de rescr.

Amplia,vt regula locum habeat in beneficio impetrato,vt in eo exprimatur verus valor beneficij: vt deci.Rot. ccxcij. Anchara. consilio ccxxxvij.incip.de natura.

Fallit nisi Papa cõferret beneficium motu proprio,vt in regula cancellariæ.numer.61.inci. Item voluit,& Rot.deci.ccxcij incip.licet impetrãs, ex quo expressio falsi valoris nõ nocet,secundũ deci.Rotæ ccxcj. & est regula cancellariæ. numer.61.incip.Item voluit quòd in gratiis.Ancha.cons.cxxxvij.incip.natura.& cons.cccxcvj.incipien. remitto pro clariori, nu.4.& cons.ccxcviij.in prin.& Rom.cõs.cccxlviij. in casu cum allegatis.

Fallit etiam quando de valore fieret mentio, sub iis verbis vt asseritur,& de hoc vide Bald.in cap.studuisti.de offic.legat. Abb.& Fel.in c. dudum.numer. 9.de præsump.Rota decis.dxcvj.incipien. Papa confert.c. postulasti.de rescript. & c.si motu proprio. de præben.in vj.

Fallit etiam quando valor falsus esset expressus à Cardinale impetrante,quia ipse non ligatur regulis cancellariæ,secũdum Anch.cons.ccxvj.quia sicut non ligatur Papa ex dispositione illarum,nec etiam Cardinalis cum sit corporis summi pontificis.

Fallit itidem quando ex diuersis clausulis insertis in gratia manifestè apparet , quòd si beneficium esset multo maioris valoris,illud omnino Papa contulisset,secundũ deci.Rot.ccccxij.incip.Papæ.gloss.not. in capitu.quamuis.in versi. vsque.de præben.in vj. Card.in clem.j.quæstio.vij.de concess.præben.Fel. ibi.numer.9.

Fallit etiam quando in gratia diceretur per pontificẽ, cuius fructus valor nõ excedit taxationem decimæ. quia tunc inspicitur taxa beneficij , & ita veniret in gratia,secundum deci.Rotæ xxvij.inci.ibi Papa , & de ista taxa decimæ,vide gl.not.in clemen.si benef. in ver.taxa. I.Nouel.reg.222.

¶ VARIARE an liceat, qui semel elegit , quòd sic secundum text.in l.si sterilis.§.fin.ff.de act.emp.& ita Neap.iudicatum fuit, vbi quidam Anto.maritauit filiam,& vltra dotem promisit eam tenere in domo sua.contendentes in simul decisum fuit quòd dando habitationem extra domum,tacita remaneat, & sic licuit variare,per text.d.§.fi.quod not.Afflict.decis.cxlvj.

Amplia,vt filius qui tacuit per annos xxx.& non petiit hæreditatem paternam , & per consequens exclusus à dicta hæreditate ex capite,vnde liberi , potest etiam adhuc eam petere intra alios xxx.annos ex capite,vnde legitimi,vt communiter Bald. Cor. Cast.& Iaso.in l.licet. C.de iu.deli.Alexan.consilio xc.volum.ij.Gui.pa.sing.lxxxix.cum sequ.& sic variare licet.

Amplia,etiam in contractibus citro,vltróque obligatoriis,& in personis contrahentium . qui ambabus ipsis contentantibus possunt resoluere contractum & sic variare,re tamen integra,secundum tex.in l.sicut.C.de act.& obl.& l.quamuis.C.de transac.

Amplia, similiter in aditione hæreditatis, quæ non affert,nec lucrum,nec damnum hæredi non conficiẽti inuentarium, secundum Afflc.decis.ij.numer.17. quia adita hæreditate,potest postea se abstinere , si considerat illico illam magis damnosam,quàm vtilem,petita restitutione,quia hæreditas adita repudiari non potest.l.sicut.C.de repud.hæredi.nisi petita restit.vt l.j.C.si vt se ab hæred.abst. Corn.consi.lxj.volu.iiij.

Fallit in sententia diffinitiua quæ per proferentem non reuocatur. l. postquam iudex. ff. de re iudica. Bart.in l.j.in princ.ff.ad Turpil. doc.in l.actorum. ff.de re iudic.Alexand.consi.cxviij.numero 12.volumine iij.

Fallit in voto religionis, vt si quis iurauit ingredi votum religionis S.Francisci , & postea ingrediatur aliam,tenet ingressus, secundum capit.qui post votum.extrà de regul.

Fallit in testibus deponentibus in causa falsi, qui si deponunt in eo vbi consistit substantia principalis negotij,actum est de eis,secus in accessoriis, quia ex hoc non censentur variare , & se remouere possunt, nec repro

nec reprobari possunt, secundum Gramm.decisio. xl. numer.2.alleg.capit.dudum.versi. substantia. extrà de conuer. coniug. & Bartol. Cyn.& Ange. in l. qui sentētiam.C.de pœn.Bald.in l.j.in fin.C. si plur. vna sententia.

Fallit in filio ratione suitatis, qui adit hæreditatem potest infra triennium mutare voluntatem, & hoc si ipse viuit,secùs si moriatur, quia hanc libertatem & hoc eius non transmittit ad hæredem. Ita not.dicit,immo Ange.& Rom.in l.ventre.ff. de acquiren. hæred.Iaso.in l.si quis.C.de repud.& abst.hæred.numero 4.& 5.

Fallit in legato secundum Ro. sing.lxix. vbi fuit legatus vsus magni palatij cuidam pauperi.Is elegit certam partem pro suo vsu,quærit an possit variare, & totum palatium habere, dic quòd sic, text.est in l. diuus.§.licet,ff.de vsu,& habita. Nouel.reg.219.

¶Variare nō potest qui semel elegit vtiliter. Do. com.capit.quod semel de reg.iur.6.l.cùm indebitū. ff.de cond.ind.gloss.fi.capit.gratia.de resc.glo. ç. si compromissarius.§.si verò.de elect.6.Bald.auth.habita. C.ne filius pro patre. Doct.ca.mutare.de reg. iur. Medic.reg.3.

¶Variatio criminum varietatem inducit pœnarum.De pœn.dist.1.c.pœn.

Variatio reprobatur. No.regu. 76. nemo potest.mu. De hac Dd. in l.de rebus.Rerum amo.l.serui.elect. De leg.1. Riisvvich.

¶Varietas. Varietatem & inconstantiam repellendam esse.

In Aut.de hær.& fal.§.non autem.

Contra.

In Auth. de non elig.sec.nub. §.hæc autem. Azo,rub.104.

¶Vasallus, seu emphyteuta feudum seu emphyteusim alienare non potest: vt per doct. in c. quæ in eccles.de constit.& in l.fin. C.de iure emphyt. & in cap.potuit.de loca.

Primò fallit, nisi is cui fit alienatio, vellet supportare omne grauamen, dictum est singulare Bartol. in l. nulli legali,de murile.lib.xj.pro quo facit l.ij.ff. solu.matrim. sed Ludo.de Ro.in suo sing. in numero 43.incipien.in iure sunt regulæ,&c.tenet contrariū, quia dicit esse contra casum in capitu.j. de duobus fra.de nouo inuest.in vsibus feu. vbi non potest vasallus seruire per substitutum,neque alium subrogare.Sed si diceretur quòd non apparet ibi quod voluerit supportare onera, respondit ipse,quòd subrogatus debet esse æquè idoneus, vt l. aggeres. C. de ag.iur.lib.xj.ergo secundum eum debet intelligi ꝙ ea, quæ promisit, sicut principalis promisit, aliàs non haberet dubium.

Secundò fallit, vbicunque vasallus,vel emphyteuta vēdit vel alienat saluo iure domini, vel ecclesiæ, & in instrumento dicatur, saluo iure domini, vel ecclesiæ: nam tunc vasallus vel emphyteuta non cadit iure suo,ita in effectu vult Bald.in ca.j.in §.donare. in tit.qualiter olim feudum alien.pot. & vide Bald. in titu.de pace Constan.in §. libellus. & in l.fin. C. de iure emphyt. & vide d.Iac. de Alua.in capit.j.in princ.in titu.de prohi. alie. per Fel.& ibi Bald.in §. fin.in prin.in versic.sed pone pater. & Iac. in cap.j. in prin.in tit.quæ fuit prima causa beneficij, dicunt quòd licet sit dictum saluo iure domini, si tamen processum sit propter traditionem sub illa prima, quòd illa verba nihil releuant:quia cùm non sit denuntiatum domino,clàm fieri videtur:& per consequens dominus videtur contemni.Item in præiudicialibus non iuuat aliqua protestatio si adiiciantur ista verba,nec aliter,nec alio modo:quare tunc nihil videtur actum, & fortè non prodesset feudum, vel emphyteusis:nam constat quòd non intendit alienare,nec possit cum hoc saluo,& non aliter,& c. iuxta not.per eum similiter in l.siquidem. C.de except.& in l.item Labeo.ff.fam.ercis.& arg.l. si quis locuples.ff.de ma. te. Et licet ista cautela verbotenus videatur bona,tamen Bal.in l.vnica.in xvj.q.C. de his quæ pœnæ nomi.videtur contrarium dicere: vbi dicit quòd licet vasallus dicat vendo & trado reseruato consensu domini,& non aliter protestando, non releuat,quare in primo facto requiritur licētia: quia traditio est facti, & sic factum est contrarium protestationi.C.de sacros.eccle.per to. Vnde nō valet alienatio,& quāuis Bald.in d. l. vnica. non dicat saluo iure domini,sed,reseruato cōsensu domini,tamen in effectu ita vltima in idem reincidūt, & vide de hoc Car.Zab.in capit.ij.extrà, de feu.& Iaco.de Alua.in cap.j.in titu.quæ fuerit prima causa beneficij amit.Vnde ex prædictis patet,quòd dictæ limitationes nō vidētur esse tutæ,imo dico,quòd videtur verum:quare ista verba,saluo iure, vel saluo honore domini,nō releuant,quin per istā alienationem vasallus nō priuetur feudo : vt sing. determinat Host. & refert Ioan.And.in capit.te.de iureiur.& idē etiā tenet Lud.de Ro.in quodam sing.cccliiij. quod incipit, tu habes quòd si vasallus, qui dicit, & c.ratio est quia protestatio contraria facto non releuat protestantem:vt est casus in capit.solicitudinē.de app. & in cap.cum M.Ferra.de constitutio. & in l. cū in plures.in §.locator.ff.loca.& plenè per Bart.in l.nō solum.in §.morte.ff.de no.ope.nū.Requiritur enim consensus domini in alienatione,feudi primò quod recognoscat superiorem.Item ne sibi præiudicetur: vt in c.j.de alie.feud.

Tertiò fallit nisi in instrumento dicatur hoc modo,vēdo vel alieno tibi,si non reuocauerit dominus:aliàs res sit inempta.ita dicit Bar.in l.si quis locuples, in fine.ff.de ma.testam.

Quartò fallit quando alienatio, vel venditio fieret sub ista conditione,vendo,vel alieno tibi sic,& in quātum de iure possum,& non aliter:quo casu, licet sequatur traditio, tamen vasallus alienans non cadit feudo, ita tenet Iaco.de Broilo de Verona, in sua summa,in ti.quibus mod.feud.amit.sub rubricella, si vēdidit sub cōditione.argum.l.si motu.post prin. de acquiren.pos.& l.qui absente.in §.j.& l.cum fundus.ff.de vi,& vi ar.& l.fi.§.sinautem.C.communia de leg.& pro hoc vide Bald.in c.j.in §.hoc quoque. in tit.de successione feu.nisi quando captio domini posset difficulter interuenire,per corporalem traditionem,puta castri:quia vix dominus posset recuperare,quare dolus est in traditione,qui debet purgari per amissionem feudi:vt in l.& eleganter.ff.de dolo ma.& ita dixit se consuluisse, & ita etiam tenet Iac.de Aluaro.in c.j.in prin.ver. sed quæro, quid, si vassallus vēdat,&c.in tit.de prohi.feud.alie.per Fede.in vsibus feudorum.

Quintò fallit, si vasallus, vel emphyteuta vendat sub conditione si domino placuerit.per leg.si quis locuples.in fin.ff.de manu.testa.& per leg.v. in princ. ff. qui & à quib.& ita dixit præfatus d.Iac.de Broilo in sua Summa, in d. titulo quibus modis feu.amittatur,in rubricella si vendidit sub conditione, quem sequitur Bald.in ti.j.§.hoc quoque.in titulo de succes.feu.

cef.feu.& d.Iac.de Alua.in c.j.in prin.in tit.de prohibita feud.aliena.per Federic.in vsib.feud.

Sextò fallit, quando emphyteuta vel vasallus vendit perceptionem fructuum per se & suos hæredes:quo casu non videtur quòd cadat à iure suo: quia conce dir,vel vendit ipsam perceptionẽ,quę est quid facti, non autem ius suum vendidit, scilicet, vtile vel aliud:vt probatur in l.necessario, in §.fin.coniuncta gloss.in verbo,tantum.ff.de peric.& commodo rei vend.per tex.cum glo.in l.arboribus.§.vsusfructus. ff.de vsuc.& per id quod notat Bald.in l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de publican.& in l. Aquilius Regulus.ff.de don.& notat Archidiaco.lxxx.distin. iudicatum,in princip.vbi dicit quòd potest concedi libertas laico ad locandum fructus ad tempus, vel aliter,per dictum capitu.iudicatum.& istud videtur tenere Bart.in l.codicillis.§.instituto.de leg.ij.vbi dicit quòd vendens fructus per cẽtum annos, non videtur alienari:de quo vide ibi omnino. Sed aduerte,quòd istud consilium non videtur bonum: quia verum est quòd quando venduntur ad modicum tempus:non est alienatio:vt in casu d.l.necessario,sed cùm venderentur fructus pro longo tempore,sic videtur alienatio,secundum Bald.in l.voluntatis.vers.sed quid si vasallus.C.de fideicommiss. B. Soc.reg.292.

¶Vasallus inuito domino,renuntiare potest feudo.Tex.est in c.j.de vasal.qui contra constit. Loth. in vsi.feu.tenet Archid.in c.de forma.xxij.q.v.Bal. in l.j.xij.quæst.ff.de rer.diui.& in l.cum Archimedoram,in fi.C.vt in pos.legat.

Limita quinque casibus, vt per Fel.in c.quæ in ecclesiarum. B.Dias,reg.772.

¶Vasallus non est citandus, quãdo propter eius potentiam periculum esset in mora,tunc enim feudum occupari potest si vasallus in commissum ceciderit.Anch.cons.277.& cons.408.Fel.capitulo quoniam.columna 7.vt lit.non cõtest.Ant.Capic.deci. 69.nu.27.& Dec.Thol.475.item not.quòd vasallus potest cum litigante transigere,& præiudicat domino ita in terminis huius reg.per Alex.l.sæpe,num. 121.ff.de re iud. Med.reg.8.

¶Vasallus potest alienare feudum,diuidendo ipsum inter se:& alium conuasallum eiusdem feudi. Tex.est in c.j.§.præterea ducatus,de prohi.feud.al. per Feder.bonus tex.in c.j.in prin.ibi non est libellus,&c.de alien.feu.paterni.Notat Bal.in l.si plures. C.de condi.inser.confirmat Fel.in c.quæ in ecclesiarum.de constit.

Limita tripliciter vt per Fel.ibi. B.Dias,reg.772.

¶Vasallus potest sibi acquirere nouum vasallum infeudando ei feudum,etiam sine licentia superioris domini.Gl.est in verbo,feudum, in c.quæ in ecclesiarum,de consti.& videtur expressum in capi.j. §.similiter,in titu.de lege Corradi.in vsib.feud.no. Abb.in c.transmissa,per illum text.in iiij.not.de foro compe.Bald.in cap.j.in fine princ.qui feud.dare possunt.in vsib.feud.

Limita & declara hanc regulam sex modis, vt per Fel. in d.c.quæ in ecclesiarum. B.Dias,reg.771.

¶Vasallus regulariter potest sine consensu domini feudum alienando diuidere:probatur,in c.j.§.pręterea.de prohi.alie.per Federic.

Fallit in feudo dignitatis, gloss.vbi Abb.in c.licet.de voto.in gl.fi.

Fallit quando non concurrent omnes vasalli in diuisione ipsa,quia vno contradicente, diuisio est nulla. Abb.in consi.lxxxij.

Fallit,quando concessio esset facta duobus,à principe, quia non est locus iuri accrescendi. Bar.in l.si mihi & Titio.ff.de verbo.oblig.

¶ VNIVESITAS non dicitur delinquere, nisi quando communicato consilio, & habita prius deliberatione delinquit: not. Doct. vbi maximè Abb. in c. dilectus. lo ij. de simo. not. glo. in l. aliud. in §. refertur. ff. de re. iu. verbo, refertur. & not. Ang. quem ipsi non referunt in consi. clxv. incip. cum multitudo. & Barto. latè in l. aut facta. §. fi. ff. de pœn. vnde dicit singulariter Ang. consi. ccxliij. incip. in nomine Domini & suæ matris, quod absolui debet capitulum: quia libellans de delicto canonicorum, non dixit collegialiter, quod dicit singulare Felin. in c. dilectus.

Limita primò, vt procedat regula in delicto faciendo, secùs in omittendo, secundum Sal. in l. j. C. de sedit. quem vide in materia. Ita limitat Fel. eum referendo in d. c. dilectus.

Secundò limita regulam procedere, in delicto quod consistit in faciendo, & non habet tractum successiuum, vt est homicidium & similia: secùs si est delictum continuatum. Ita consuluit Anch. cons. clviij. incip. ex narratis in facto. & in clem. j. de pœn. & sequitur ibi Cardin. in versicu. ciuitas. iiij. quæstio. quod sequitur Felin. ita limitando hanc regulam, vltra quem adde Socin. l. j. §. final. ff. de acquirend. possess. vbi dictam conclusionem Anchar. dicit notan. qui ponit exemplum pro delicto continuato, vt in guerra, & rebellione quæ durasset aliquo tempore, propter quod tacitus populi consensus argueretur. Commendat etiam Fel. in c. cum omnes. de constit. versicu. vj. declaratio. & sequitur etiam Rauen. in suo alphab. aureo, in litera C. in parte, collegium. in fine, & Ioan. Lupus, in repetit. capit. per vestras versi. ex quibus, de donatio. inter vir. & vxorem. confirmatur ista decisio pluribus similibus, in quibus multum differt actus successiuus & continuus, ab actu momentaneo, & primò facit notabilis conclusio Abb. in capit. constitutus. lo. j. & in capit. causam quæ. de testib. vbi tenet quòd licet delictum familiaris non imputetur domino, tamen si delictum habet causam successiuam, & dominus non prohibet, præsumitur de eius consensu factum, quod commendat Rauen. vbi suprà.

Secundò, quia licet actus vnus momentaneus factus contra consuetudinem non tollat eam, tamen secùs est in actu continuo: vt notat & declarat Felin. in

capitulo cum accessissent.de constitut.versiculo secundo casus.

Tertiò fallit,quia licet actus primus iudicialis post dilatoriam superuenienté sequutus excludat eam, vt non possit opponi, istud non procedit in dilatoria habente causam continuam & successiuam,vt notat Fel.in cap.cum M.de constit.referendo Bald.post Iac. Butrigar

Quartò, quia à grauamine habente causam successiuã semper etiam vltra decem dies potest appellari: de quo vide per Philip.in capitulo ex parte.lo j.de appellat.de quo latius per Fel.in ca.accedens.el ij.vt lit.non contest.

Quintò facit quod suprà posui in litera R.in regula incip. restitutio. vij.fallen.

Sextò facit,quia priuilegium quod habet causam successiuam reuocatur,si posteà cessat causa priuilegij: secùs in eo quod habuit suam perfectionem nec cõtinet actum successiuum:notat Abb.in capitul.fug gestum,de deci.

Septimò facit,quia licet regulariter in libello accusationis debet poni locus & mensis commissi delicti, fallit in delictis successiuis:notat Purpuratus in leg. edita.C.de edendo.

Octauò facit quod not. Abb.in c.à nobis.el j.de sent. excom.in fi.in materia,an duret sententia vltra tẽpus proferẽtis:quod sequitur & refert Rosel.in verbo,excommunicatio.lo vij.in §.ix.

Nonò facit quod habes suprà,in regula,priuilegium si habet.

Tertiò limita singulariter,nisi per cõiecturas, & actus sequentes detegatur voluntas pupilli: putà quia nõ puniunt,nec in exilium ponũt delinquentes.Ita colligitur ex verbis Cardin.vbi suprà,& ita limitat Fel. B.Dias reg.791.

¶Vniversitas habens rectorem in quem transtulit iurisdictionem,nõ protest sine eo statuere: secùs si non habet rectorem.Ita concludunt Host.Ant.Imol.& doctor.contra Inn.in c.cum omnes.de constitut.argum.text.in l.si curatorem.C.de in integrũ restitut.argum.tex.in l.si curatorẽ.C.de in integrũ restitut.min.idem Angel.in l.j.in prin.ff.si quis ius dic.non obtemp.

Limita dupliciter vt per Fel.d.c.cum omnes. B.Dias re.792.

¶Vniversitas quibus casibus potest statuere,potest etiam pœnam statuto adiicere: tenet Hostien. Ant.Imol.& scribentes in capitulo cum omnes.de consti.argu.tex.in l.j.ff.si quis ius dicen.nõ obtemper.quam conclusionem intelligunt,quãdo vniuersitas habet iurisdictionem , secùs si solam administrationem.quia imponere pœnam,est iurisdictionis.Textus est cum ibi notat.in lege final.ff.de iurisdictione omnium iudicum.

Limita duplici modo,vt per Fel.in dicto capitulo, cũ omnes. B.Dias re.793.

Regulam tradit Alexand. consf. cxxxiiij.videtur.vol.j. quæ trita est,quòd vltima voluntas defuncti, & non prima valet,& seruari debet,quia ambulatoria est.l. iiij.ff.de adim.leg.l.cum is,c.status.ff.de donatione inter virum & vxor.cum Marthæ.extrà,de cele.miss. xiij.quæst.ij.capitulo vltimo,voluntas. Turz.

¶Vniversitate destructa perit obligatio, si ante moram fuerit destructa.Bart.& doct.leg.pater.§. Tusculanus.ff.de leg.2. Gemin.ca.licet.colum.3.de elect.quod intelligitur in vniuersitate iuridicè destructa,non autem casu,vel impetu. Bar,leg.sicut.§. fi.ff.quod cuiusque vniu.nom. Innoc.& doc.c.2.de nou.oper.nunc.Abb.c.recolentes.de.stat. Monach. doct.com.l.seruitutes.§.si sublatum.ff.de seruit.vrban.prædio. Angel.l.proponebatur. ff.de iudiciis. leg.si grege.vbi Doc.ff.de leg.2. Med.re.6.

¶Vnita iuuant quæ singula nõ prosunt,c.præterea, extra de testib.l.Spadonem , §. qui iura,ff.de excuto.l.sancimus,in fi.C.de testa.

Fallit in 2.casibus,quos not.Thomas Grãma.in consi. 3.num.18. Don.Fina,lib.5.

¶Vnvm:Offendens in vno, factus est omnium reus. August.c.defleat.De reg.iu.

Cùm prætor vnum ex pluribus vetat,cæteris committere videtur. De iud.l.cùm Prætor.12.Cõtrà de adu. l.1.in fi.vide vox.

Quod cum vno gestum est,cæteris non prodest. C.de transf.l.neque pactio.

Vnus vicem duorum subire non debet. De pac.l.si plures.Contra De adop.l.si consultus. Riisvvic.

¶Vnvm tantũ cum extat id quod refertur, ad ipsum quidem relatio haberi debet,ac si expressè ad illud quis se retulisset: ita Barto.& Doct.com.l.2.ff.de liber.& posthu.August.Ber.consf.129.numero 11.volumine 2.in terminis huius reg.quæ ita se habet vt tandem illam expediam,relatum est in referente,d. l.asse toto. ff.de hæred.inst. auth.si quis aliquo.vbi Doct.com.C.de edendo.l.5.§.1.ff.de re iud.l.in summa.ff.eodem.l.institutio.ff. de cond.insti.l.si ita.ff. de condi.& dem.l.si filio.§.pater.ff.de ali.& cib.le. l.si prior.ff.solu.mat.l.certũ.ff.si cer.pet. vnde talis est quantitas in termino relato qualis est ipsa in termino reerfente.l.vbi autem.§.illud.ff.de verborum ob.l.hæc vnditio. §. huiusmodi.ff. de contrahend.emptio.l. quem hæredi.ff.de reb.dub.& quæ sunt in termino relato specificata dicuntur in termino referente. l. si defensor. §. qui interrogatur. ff.de interrog.acti.l.pen. C.de sentẽ.quæ sine certa quant.capitu.inter dilectos.de fid.instrumen.capit. cũ venerabilis de except.capitu.veniens. de præscr. capitu. cum venerabilis. de relig.dom.not.capit.si quis homicidium.50.distin.August. Ber.cõsf.20.nu. 9.volum.3.consf.93.numero 51. volumine 2.cõsf.110. numero 22. volumine 2.Paris consi.2.num.50.volumine 3.consi.5.numero 17.volumine 4.consf.97.numero 94.volum.1.consf.7.numero 13.vo.2.ampl.re. hæc procedere in cõtract.in iudi.& in vlt.vo.primò in cõtractibus.Pau.l.admonendi.n.13.co.5.ff.de iur. iur.vbi etiam Iasf.nu.40.Oldr.consf.121. Paul.consi. 322.Ioan.Andr.in add.ad Specul.tit.de feu.§.1.Alexan.consf.145.vol.2.vt in inuestitura. Doc.d.locis, secundò in emph.Paul.l.1.C.de inst.& subst.Bar.l.1. C.de iur.emph.l.si merces.ff.loc.Bal.l.cõtract⁹. C. de fid.inst.l.1.C.de episc.& cleri. Rom.l.admonẽdi. col.2.vbi Iasf.col.7.numero 39.1.lectura.ff.de iur.iur. Tertiò,idem in priuileg.glosf.c.si Romanorum.19. di.gl.c.Abbate.de verb.sign.Aret.c.presentiũ.7.q.1. Ant.c.ex insinuatione.de rescr.c.1.colu.3.de rescr.6. Card.consf.119.Iasf.d.loco.num.30.quartò in venditione.Doc.com.l.si quis legauerit.ff.de leg.1.Ang.l. si in venditione.ff.com.præd.gl.l.fi. C.de tempor. appell.Barto.& alij l.si sic.§.1.ff.de leg.1.l.legaui.ff. de liber.leg.Oldrad.consf.164.Spec.in tit.de loc.§. nunc aliqua.versf.59.Bal.l.qui in vẽditione.C.de hæred.vel act.vẽd.An.l.locus.ff.de acq. posf.l.si quis fũ dũ.ff.de cõtr.emp.secũdò principaliter procedit in Iudiciis.primò in libello. glosf.leg. admonendi.vbi Iasf.1.lect.num.33.ff.de iur.iur.Roma.consi.21.secundò hoc

dò hoc idem in accusatione.gloss. Bald.& Doct.l.3. C.de nupt.Tertiò in positionibus. Bal.l.c.2. C.de er ror.adu.Rom.cons.293.quartò in commissionibus. gloss.fin.capitulo primo, de fid.instrum. not.capitu lo cum dilecta,de confirm. vtili, vel inut.quintò in mandatis.Bald.cons.13.numero 2.& sequent.volumine 5.& cõsilio 181.eodem volumine.sextò in pro rogatione termini: Bald.& com.doct. leg.1.§.post operis.ff.de operis nou. Bald.l. acceptam. quæst. 7.C. de vsur.leg.1. quæstio.10. C.de his, quæ pœn. nom.septimò in sententia,Barto.leg.1. C.de errore calc.Imo.& Abb.cap.cum Bertoldus.de re iud.doc. com.cap. quoniam contra.de probat.Imo.l.diuus. ff. de re iud. Abb.capitulo inter cæteras.de re iud. Alexand.consilio 123.columna 4. volumine 1.Aret. consilio 75.octauò hoc idem est in compromisso, Aret.consi.68. Ias.d.l.admonendi.numero 36.ff.de iur.iurand.vbi plura cumulat ad hæc. tertiò, & vlti. ampl.reg.in vlt.vol.& primò in testamentis,not.le. si donatio.C.de donat.leg.Lucius.§. quisquis.il 2.ff. de leg.2.leg. qui plures.ff.de vsufru. leg.leg.si quis ita,ff.de hæred.inst. Alexand.leg.cum antiquitas. C.de testament.Balb.in tracta.de dote,par.6.priuileg.10.Ias.d.leg.admonendi.numero 42.secundò in codicillis.Doct.com.leg.asse toto.ff. de hæredi.inst. tertiò & vlti. procedit in legatis, vt dixi super ampl ia.facit tex.& ibi com.doc.leg.si fund.ff.de fund. instr.& ex his apparet reg.hanc locũ habere in qua libet dispositione hominis,sed quid in dispositione legis? respond.hoc idem procedere tam in lege cõmuni,quàm municipali: de lege com. vt apparet leg.4.§. Cato.ff.de ver.obl.leg.Labeo.ff.de suppell. leg.de lege municipali habetur per gl.c.Abbate,de verb.sign.Paul.consilio 319.in antiquis. Bar.extrau. ad reprim.versi.prout. Bald.leg.si donatio.C.de do nat.leg.1.C.de episc.& cleric.l.in ciuile.ff. de legib. l.vnica.versi.omnibus.C.de cad.toll.capitulo 1.§.fi. qualiter olim feud.alien. pot.ampl. etiã procedere tã in fauorabilib. quàm etiã in pœnalib.& odiosis. Bal.cons.13.volumine 5.consilio 181.eod.volumine. Tiraquell.in tract. de leg.connubial.glos.7.numero 186.declaratur tamen & limitatur reg.ista pluribus modis, primò quando fit relatio ad id quod non est,leg.si quis fundum.ff.de contr.empt.Rolandus à Valle consi.80.numero 2.volumine 3.gloss.capit. si Romanorum.19.distinct. capitulo veterum.9.distinct.leg.in testamento.ff.de cond.& demon.secũdò quando fit ad incerta, quæ probari non possunt. Ias.leg.admonendi.numero 40.ff.de iur.iurand.Paris consilio 35.numero sexto,volumine 1.Tertiò nõ fit ad ea ex quibus resultaret iniquitas.capitul.cum ecclesia.de elect. Oldr.consilio 152.Ias.leg.1.C.de liber.præter.Ripa responso 13.numero 3.tit. de diuers. rescri. quartò declara vt licet huiusmodi expressio relatiui dicatur specialis, non tamen singularis est, Ruin.consilio 165.numero 8.libro 2.Bar. leg.Titius.ff.de liber.& posthu.l.Turpia.§.fin.ff.de leg.1.leg.1.ff.de vulg.quintò declaratur,vt licet relatio sit in referente,propriè tamen nominata, atque specificata in relato non dicuntur nominata in referente.Ripa l.ait prætor.§.si iudex.nume.2.ff.de re iud.est enim ficta & impropria expressio non vera,& propria.leg.Titia.§.fin.versiculo perinde, vbi Doct.com. ff. de verborum obligatio.dictio enim perinde,improprietatem denotat.leg.sed si §.perin de ff.de pet.hæred.doc.leg.qui à patre.ff.de confir. vtili, vel inutili. gloss.& Barto.leg.sacrilegij.§.1.ff. ad leg.iul.pecu. Bart.l.1.ff.de recept.l.si is qui pro emptore. columna 5.ff. de vsucapi. Alexand.cum gloss.l.si quis vi.ff.de acquirend. possessione. conc. simil.l.5.§.1.ff.de re iud. ibi,quasi, quæ dictio etiam improprietatem denotat.not.l.item ait.§.item cum gloss.& Doct.ff.ex quib. caus.maior.l.in factum.ff. de cond.& dem.sextò relatio nõ fit ad ea,in quibus ratio diuersitatis consistit.Curt.Iun.consi.7.nume. 12.Dec.consi.213.nu.6.Boer.decis.146.nu.2.Cepha. cons.23.num.102.septimò non fit relatio cũ implica tur contradictio.Bart.& alij l.5.§.1.ff.de re iudic. l.1. ff. de recept. Dec.consil.47.cons.182. Soc. cons.139. numero 14.vol.1.cons.133.nume.2.eod.vol.Cepha. cons.149.nume.7.octauò fallit quando ratio recti sermonis non patitur.l.Plautius.ff.de aur.& arg.le. Soc.cons.139.n.15.vol.1. Ruin. cons.182.n.17.vo.1. Ceph.consi. 149.nu.7. Nonò relatio nũquam fit ad id, quod redderet dispositionem inutilem. l.cum vulgari.ff.de dot.præleg. l.fi.ff.de fideic. liber.Bar.l. 1.§.hoc edicto.ff.de postu.l.cum seruus.ff.de cõd. inst.l.talis scriptura.§. fin.ff.de leg.1.Rom.cons.56. nu.2.Gozad.cõs.87.nu.16.Paris cõs.41.nu.63.vo.2. Ceph.consi.137.nu.28. Ber.cons.64.num.32.vo.2. Decimò fallit vt relatio non dicatur facta, quando dispositio fit ab eo,qui potest liberè disponere. Alb. cons.67.nu.74.Oldr.cons.121. Dec.auth.si quis in alioquo.nu.34.C.de edendo.cons.184.col.fi.ver.2. Vndecimò cũ expressio alicuius rei pro forma est, non sufficit per relationem fieri.gl. clem.1.ver.quin etiam, de concessi. præb.doc.com.l.1.ff.de liber.& posth.Aret.l.is ad quem.ff.de acquir.hæred. Ias.l. Gallus.§.idem credendum.ff. de liber.& posth.Ripa l.1.num.64.ff.de vulg.Grat.consi.28.co.1.vo.1. Bertr.cons.181.col.2.vol. 1. Duodecimò iuramentum non potest interponi per relationem ad aliud, doct.cõ.c.pen.de iur.iur.Ias.l.scire. col.3.ff.de verb. obl.Tiraq.in tract.de leg. connub.gl.7.n.189.Decimotertiò grauaminis expressio non sufficit fieri per relationẽ,cum pro forma ipsa introducta est.Ange. & Alexan.l.1.ff.de libe.& posthum.Ant.capitulo vt debitus. columna 2. de appel. Felin. capitu.cum dilecta.col.18. de rescr.clem. appellanti. de appel. Decimoquintò fallit, quando aliquid requiritur esse simul certum,& simul expressum: tunc enim satis non est fieri per relationem ad aliud.gl.c.si episcopus.vers. certas. de præb.6.Ias.& Dec.l.certũ.ff. si cert.pet.Dec.consi.573.n.9.Ange.l.1.ff.de libe.& posth.clem.appellanti.de appell.Bald.l.minoribus. ff.de his, quibus vt indignis. Decimosextò fallit, quando nominatim aliquid exprimi debet.c.per tuas.de sent.exc.c.2.eo.ti.6.Are.l.si is.ff.de acq.her. ca.quoniam cõtra,de proba.Decimoseptimò fallit, quãdo verba interposita esse debẽt,vt in stipulatione,& in iuram.& similib. doct.c.pen.de iur.iur.Soc. cons.99. col. 2.vo.2. Bart.l.item.§.qui impleto.ff. loc.Tiraq.in tract.de leg.connub.glo.7.nume.199. Decimooctauò fallit, quando fit ad instrumentum inefficax.Dec.cons.463.num.14.Bal.l.2. C.de error. aduoc.Decimononò fallit, quando destrueretur actus.Dec.cõsi.11.n.14.l.cum vulgari.ff.de dot.præ leg.l. talis.ff.de leg.1.Card.cons.68.Rom.cons.94. Vigesimò fallit,quando contrarietatem induceret, Dec.cons.163.nu.21. Bar. l.talis.ff.de leg.1.Abb.c. ecclesia.de ele.Vigesimoprimò fallit, vt relatio nõ fiat ad alias dispositiones in testibus,quando agitur causa crim. Crau.cõs.115.nu.8.Bal.l.1. C.de epis.& cleri.Soc.cõs.40.col. 1.vo.3. Corne.cons.56. col.fi. vol.1.

vol.1.Doct.leg.solam. C.de testib.Bald.consil.219. volumine 4.consi.385.vol.5. Bald.leg.edita.col.32. C.de edendo.Dec.consi.37.colu.4. Vigesimosecundò fallit quando resultat absonus intellectus. Abb. cōsi.78.col.3.vo.2.clem.ne in agro.§.ceterū.de sta. regular.Batt.& Doct.leg.talis scriptura. ff. de leg.1. Bald.cons.357.vol.4.cons.299.eod.vol.Ias.d.leg.talis scriptura.num.38.Dec.consi.190.col.pen.Goza. cons.6.nu.3.Crau.cons.70.nu.3.consi.296.col.3. August.Ber.cons.198. num.22.vol.2.cons.30.num.24. volu.3. Vigesimotertiò fallit vt non procedat vltra intentionem agentis.not.leg.nō omnis.ff.si cer.pe. Oldr.cons.121.colum.2.Abb.cons.75.vol.2.Alex.cō si.48.volum.1.Vigesimosextò fallit vt nō procedat quando relatio sit ad diuersa.l.fi. de cal.l.neque natales.C.de probat.leg.naturaliter.§.nihil cōmune. ff.de acq.poss.leg.Papinianus.ff.de minor. Vigesimo septimò fallit,vt non fiat relatio ad ea,quæ sunt specialiter nominata, atque determinata, Bar.leg. talis.ff.de leg.1.Dec.consi.213.col.2.leg.cohæredi.§. qui patrem.ff.de vulg. Bar.l.prætor.§.erit.ff.vi bon. rapt.Rom.cons.152.col.1.ne videatur partes statim se corrigere.Natta consi.401.nume. 7.vol.2.l.nā ad ea.ff.decond.& dem. Bar.leg.fi.§.iidem.ff.de cond. indeb.Ber.cons.121.num.3.vol.2. Paris cons.39,nu. 18.vol.1.cons.87.num.33.vol.3. Vigesimooctauò fallit vt ratio non sit facienda, ex qua induceretur correctio voluntatis.gloss.leg.si idem.9.fi.ff.de iurisd. omn.iud.Bal.cons.557.volum. 4.Ale.consi.48.col. 4.vol.1.cons.213,vol.2.Natta consilio 278.nu.5.vol. 2.gl.& doct.d.leg.si idem. Abb.c.ecclesiæ.de elect. Roman.consilio 363.Aret. consilio 121.columna 2. Vigesimononò non fit relatio ad id, cui non congruit.Cephal.cōs.153.numero 58.Ias.leg.1.columna secunda.C.de liber.præter. Trigesimò non fit relatio ad id, quod incidenter dictum fuit. Barto. leg.fina.§.Titiæ.ff.de liber.leg.Aret.§.Apium.inst. de rerum diu. Ruin. consilio 181.numero tertio. volumine secundo. Dec.capitulo secundo.de app. Cephal.consilio 143.numero 17.consilio 107.numero sexto. Trigesimoprimò fallit,vt nisi fiat eo modo quo possit specificè sciri id quod in relato continetur,releuatoria non dicitur. Paul.consilio 139. numero 5.Craue.in trac.de ant.temp.2.part.numero 4.Decis.Pedem.39.numero 4. Trigesimosecundò non fit ad ea, quæ conditionaliter ponuntur sed ad ea tantum, quæ dispositiuè habentur. Paris. consilio 86.numero tertio.volumine secundo. Trigesimotertiò fallit, vt non fiat relatio ad id quod verisimiliter non comprehenditur. Socin.consilio 86.columna 4.lib.1.Barba.consilio 32.columna prima.libr.1.cons. 43.columna 2.volumine 2. Burgos capitulo ad nostram. columna 16. de emptio. & vend.Bald.leg.1.columna 3.C.de seru.fug.Rim.cōsilio 198.numero tertio.Curt.consilio 17.numer.6. Grammat.decis. 28.nu.primo. Crauet. consilio 28. numer.primo.Baldus consilio180.volumine tertio. Crau.consilio 134.numero 36. Socin.Iunior consilio 41.numero 7.libro 1. Cephal.consilio 237.numero 21. Trigesimoquartò non procedit quando sit nimis à remotis, nam ad proxima semper relatio est facienda, quemadmodum dixi super amplia.97. Trigesimoquintò non procedit quando ordo scripturæ id nō patitur.not.leg. quoties.ff.de vsufr.dixi ego in meo trac.de defin.par.1.quæstio.3. numero 15. versiculo decimò fit pro solutione & concordia omnium prædictorum distinguendo dicas triplicem esse expressiuam relationem quarum prima dicitur generalis, altera specialis, tertia singularis. Generalis relatio est, quæ refertur ad generale quippiam, quæ non satisfacit formæ,quia est impropria.Ruin.l. Gallus.§.& quid si tantum.ff.de liber. & posthum. gloss. capitulo vt circa.de electio. 6. specialis autem relatio dicitur vera, & propria expressio.not.l.2.§. Titius.ff.de liber.& posthum. l. turpia.§. penultimo. ff.de leg. præst.l.penultima.ff.de duobus reis. Angel.l.pluribus. ff.de verborum obligationibus, vbi inquit, quòd si statutum dicat quòd scriptura facta manu propria habeat executionem paratam, procedet etiam in scriptura aliena manu facta, subscripta tamen manu debitoris. Nam cum subscriptio se referat ad scripturam præcedentem, non secus habendum est,ac si totum propria manu scripsisset.Doct.com.l.si ita.§. Chrisogonus.ff.de verborum oblig.Aret. l.si per epistolam. ff.de acquiren. hæred. & per consequens subscribens propriè dicitur scribere per rationem istam, cum verba in statutis propriè sint accipienda.l.3. §. hæc verba. ff.de nego.gest.conc.simil. cum super dicto, quia subscriptio reciproca dicitur expressa: specialiter tamen vulgarem tantum continet. Aret.& Barto, l.1.ff.de vulgar.per l.2.ff.de liber.& posth. Tertiò fideiussor verè, & propriè promittit eandem summam, quam reus principalis promisit, licet non specificè promittat in instrumento fideiussionis, sed relatiuè ad instrumentum rei principalis, natura enim relationis est natura veritatis, ex coniectione scripturarum patentis, & omne, quod ex natura dicitur propriè dicitur.l.legaui. ff.de liber. leg. l. qui sic.ff. de verborum obligatio.l. Theopompus.ff.de dot. præl. quicquid enim continetur in termino,ad quem fit relatio, continetur in termino referente saltim implicitè, & qui explicat nihil noui facit,sed detegit.l.adeo.§.cum quis.ff.de acquirend.rerum dom.& verè, & propriè dicitur etiā illud,quod implicitè,& generaliter dicitur.Ias. l.vbi autem.§.illud. col.1. ff.de verbo.obliga.quod autem quicquid est in termino,ad quem fit relatio, contineatur intermino referente.Dec.Pedem.23.n. 41.Paris consi.19.nu.68.volu.2.Crau.consi.88.nu.3. Socin.cons.170.nu.33.vol.2.Ruin.cōsi.183.nu.1.vol. 2.Ias.l.Marcellus.nu.14.ff.ad Treb.l.placet.nu.22.ff. de liber.& posth.Ale.l.ait prætor.§.si iudex.nu.2.ff. de re iud.Al.cons.23.n.9.vol.7.Paris cōs.2.n.50.cōs. 18.n.24.cōs.51.n.17.vo.3.Aug.Ber. cōs.20.n.9.vo.3. cōs.93.n.51.vo.3.cōs.110.n.2.vo.2.cōs.29.n.11.co. vo. quod dictum declaratur hoc modo, videlicet, aut quærimus an in referēte dicantur omnia expressè,atque specificè enumerata,quę in relato sunt:aut verò inesse tantum per relationem, primo casu dicendū est verè in referente enumerata non esse, secundo autem casu bene inesse dicuntur, Paris cōs.25.nu.51. cons.47.nu.40.cōs.7.nu.13.volu.2.cons.26.num.30. vol.3.cōs.5.nu.17.cons.21. n.32.vol.4.cōs.97.nu.94. vol.1.cōs.39.n.5.vol.3.Beneu.stracha in trac.de mercat.in tit.Man.nu.13. Ripa l.5.§.1.nu.1.ff.de re iud.si verò quærimus an disposita in relato habent locum in referente, tunc demum ita distinguendo dicas, aut de relato constat,aut non: primo casu aut relatum est validum,aut non,si est validum, aut potest congruere referenti,aut nō,si referentis dispositioni poterit accōmodari,tunc disposita in relato, & iure ferente locum habebunt.l.5.§.1.vbi doct. Com.ff. de re

de re iud.l.in summa.ff.eod.l.institutio.ff.de cond. inst.doct.com.leg.si ita.ff.de cond.& dem.l. asse toto.ff.de hæred.inst.l.si prior.ff.sol.matr.leg.vbi autem.§.illud.ff.sol.matr.leg.hæc vēditio.§.huiusmodi.ff.de contr.empt.leg.quem hæredi.ff.de reb. dub. l.si defensor.§.qui interrogatur. ff. de interrog.act. l.pen. C.de sent.quæ sine circa quant. si autem non adaptatur ad dispositionem, tunc minimè procedit. Ias.l.talis scriptura.nu.38. ff.de leg.1. Gozad.cōs.6. nu.3.Cra.cōs.70.nu.3.Ber.cons.198.nu.22.vol.2.cōs. 30.numer.24.vol.3. sicuti non fit ad ea, quæ si fieret inutilis redderetur dispositio. Cephal.cons.137.numero 28.gl.l.fi.ff.de fideic.libert.Bart.l.1.§.hoc edicto.ff.de postul.leg.cum seruus.ff.de cond.inst.Paris cons.41.nu.65.vol.2. Ber.cōs.64.nu.32.vol.2.Cephal.consi.153.nu.58.Ias.leg.1.col.2.C.de liber.præter.si verò de relato non constiterit, aut sit dispositio per principalem, aut per priuatam personam, primo casu dispositio eius valebit, per ea, quæ super.dixi amp.71. Pau. l.admonendi.nu.14. vbi Ias. num.35.ff.de iur.iur.si verò sit per priuatam personā, aut constat de eius voluntate, vt quia expresserit quicquid intellexit in referente, seruata forma, aut non, primo casu non procedit reg.ista, quia tunc dictio relatiua non stat per modum cōditionis, sed per modum causæ.Iaso. leg.admonendi. lectura secunda.numero trigesimo. ff.de iur. iurand. dixi super.ampl. 8. si verò mens aliter haberi non potest, procedit reg.ista, ita Roland.à Valle.cons.8.numer. 20.volumine 3.leg.in testamento.ff.de cō.i.& dem. glossa capitulo si Romanorum.19.distin.Paris.consilio 35.numero sexto, volumine primo, ita doctores omnes distinguentes concludunt, leg.1.§.1.ff.si fam.furt.fec.dicatur. leg.si quis seruum. §.fin. ff.de leg.2.leg.sanctio legū.ff.de pœn. Iaso.l. Marcellus. numero 14.fi.ad Trebell.Paris consilio 19.numero 78.volumine secundo. Dec.Pedem.23. numero 41. Alex.l.5.§.1.numero secundo. vbi Ripa nume.5. ff. de re iud.Ruin.consi.24.num.4.volum.1. Dec.Ped. 110.num.3.Alex.cons.23.num.9.vol.7. Beneuen.stracha in trac.de Merc.tit.mand.num.3. Dec.consi.63. num.6.Ias.l.admonendi nu 35.lect.1.& nu.30.lect.2. ff.de iur.iur. August.Ber.consilio 20.numero 9.vol. 3.Doct. com. vbi Dec.& Cagn. numero 70. auth.si quis in aliquo. C. de edendo. Barto. & omnes, leg. asse toto.ff.de hæredib. instit. in quo loco fundatur reg.ista, quæ vltima est huius nostri tractatus de regul.iuris. Medices, reg.10.

¶ Vna determinatio respiciens plura determinabilia debet æqualiter ea determinare.leg. quamuis.C.de imp.& l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.cum simil.

Primò fallit nisi maior fauor esset in vno ex determinabilibus, quàm in alio: quia tunc non determinat æqualiter: vt probatur in l.si ita scriptum.ff. de ma. test.& per Alex.in l.in testamēto.C.de testam.mil. & in consi.xcvij.incip.viso instrumento.

Secundò fallit, quando est diuersa ratio in vno determinabilium magis quàm in alio: per l.Gaius.ff.sol. matr.& per l.iuncta gloss.ff.de officio proconsul.vt per Angel.§.hinc nobis authent. de hær.& Falc. de quo tamen vide per Alex.in l.Gallus. §.quidam recte.ff.de lib.& posthum.

Tertiò fallit, & procedit prædicta regula in dispositione voluntaria: secus in necessaria: vt si testator institueret filium & nepotem ex eo, quia non intelligitur pariformiter instituere: vt primo filius sit hæres: sed si contingeret quòd filius moreretur nepos esset hæres: vt probatur in l. Gallus.§.j. & ibi Alex. ff.de lib.& posthum. B.Soc.re.543.

¶ Vna & eadem res diuerso iure censeri non debet.l. eum, qui ædes.& ibi Bar.ff.de vsucapio.can.cog.xij. q.ij.contra hæc vide tamen Bal.in l.j.C.de ser.fug.

Primò fallit prædicta regula, quando interueniunt diuersæ personæ: quia tunc vna res diuerso iure censetur.l.si quis præferendum.in fi.ff.de furt.

Secundò fallit propter necessitatem diuersorum tēporum: vt probatur in l.iij.§.fideicōmissariā.ff.de hær. inst.pro quo facit, quia consideratis diuersis respectibus & contraria procedere possunt, vt plenè per Rochum de Curt.in rub.de consuet.in princi.

Tertiò fallit, quando fictio & veritas concurrunt: vt in casu l.ij.ff.ad Maced.

Fallit quartò, quando plures sunt dispositiones & diuersi effectus, vt probatur in lege, si seruo. ff. de hæredibus instituendis.

Fallit quintò, quando effectus esset nullus: vt in casu legis, pater Seuerinam.§.conditionum.ff.de conditionibus & demonstrationibus.

Fallit vj.quando esset diuersitas iuris: vt no.per Aret. in l.ij.in prin.ff.si cert.pet. B.Soc.re.542.

¶ Vocabula. Natura rerum inductū est, vt plura sint negocia, quàm vocabula.De præscrip.ver.l.4.

Nomina significandorum hominum gratia reperta sunt.Inst.de leg.§.si quidem in nomine. vide Voluntas. Riisvvich.

¶ Vocabula.vide Verba, Nomina, Vsus.

¶ Voluntas ambulatoria est vltima voluntas.
ff.de adim.leg.l.quòd si.§.stipulatio.
ff.de vsufr.l.sed etsi.§.si opera.Azo,ru.104.

¶ Voluntas coacta, voluntas est.l.si mulier.§.pen. ff.quod met.causa.c.merito, vbi gl.15.q.1.

Fallit in l.velle.ff.de reg.iur. vbi Deci.limitat in 4.casibus.num.7

Quando aliquid committitur voluntati alicuius, ille non est subiectus regulis iuris, secundum Bal.in l. si cum ea, C.de dot.promis.l.cum antea, C.de arbi.l. 1.in prin.ff.de testa.milit.

Fallit in 3.casibus, vt per Iaso.in l.si sic legatum, ff.de leg.1.num.28.

Voluntas ex facto declaratur, l.Paulus respondet, ff.rē ratam haberi, l.si auia, C.de iur.delib.Declarat in 2. casibus, vt per Dec.in l.non vult hæres, ff.de reg.iu. num.10. Don.Fin.lib.5.

¶ Voluntas defuncti pro lege seruatur. Voluntas defunctorum, &c.) Hæc est nota, cum multis sequētibus.

Dum locus est testamentariæ successioni, cessat ab intestato.
C.com.de success.l.antequam.
ff.de hæred.instit.cum in testa.in prin.

Dictum testatoris non præiudicat creditoribus.
In Aut.de iur.iur.à mo.§.sed hæc
C.de probatio.l.rationes.
ff.ad Syll.l.si quis.§.1.
C.debitor pig.ven.in pen.l.1.

Si præiudicat.
ff.de leg.3.l.cum quis.§.grege.
In Aut.de iur.iur.à mo.§.1.
ff.de donat.l.ex hoc.

Nihil peti potest ex voluntate, maximè extranei: quoniam habet minus quinque testibus.
C.de testamentis.l.hoc edict.& l.pen.

C.de cad.toll.§.vlt.
C.de confir.tut.l.neque per.
In Inst.de fideicom.hære.pe.§.vlt.

CONTRA.

C.de necess.hær.inst.l.quidam.
C.de fideicom.lib.l.vlt.

Nihil peti potest ex voluntate,&c.) Verbum maximè, in Rubrica positum, superabundat. liberi enim capiunt, etiamsi duo tantũ interfuerũt testes, masculi vel fœminæ,secundum V.& B.& I.licet alij dicãt & dixerint contrà. Plus dico, quocunque iudicio probetur voluntas,seruabitur. C.fam. herc.inter alios autem non valet,nisi in testamento septem,in codicillis quinque interueniant.vt C.de codicil.l.vlt. leges autem pro contrariis positæ,nihil obstant:vt patet lippis & tonsoribus.In mortis causa capione,locum habet Falcidia.

C.ad l.Falcid.l.pen.
ff.ad l.Falcid.l.1.§.item si.

Nemo in re aliena testari potest.

ff.de codicill.l.conficiunt.§.codicillis.
ff.de iniust.rupt.tes.l.si quis fi.§.quoties.
C.de sacros.eccles.Aut.si qua.
Inst.de pup.sub.§. non. Azo,ru.24.

Si quid mihi in fundo legatur,hoc ipso mihi ius instituitur.

ff.de vsufr.l.hactenus.
ff.de contrah.empt.l.vlt.

Voluntas patris testamentaria semper est seruanda.

C.de sacros.eccles.l.1.
C.de arbit.tut.l.vlt.
C.quando decre.vt.est.l.prædium.
C.de interdic.l.si pater.
C.de vsu.pro empt.l.2.

Non semper est seruanda.

ff.de testa.tu.l.pater.
ff.de confir.tut.l.vtili.
ff.de admin.tut.l.ita autem.§. Pap.educare vel mor.
ff.vbi pupill.l.1.& 2.
ff.de ann.leg.l.quintus.
C.de pœnis.Aut.licet.
C.si seruo nup.mu.Aut.hæc.
C.ad Trebell.l.iubemus.
ff.de relig.l.si quis.§.vlt.
ff.de cond.inst.l.quidam autem.

Voluntas patris,&c.) Hæc Rubrica intelligenda, nisi aliqua iusta ratione vel occasione improbetur: vt in sequentibus Rubricis,& casibus notatis. Azo,ru.24.

Dominium puri legati,recta via transit.

ff.quem.seru.amitt.l.si partem.§.si per.
ff.de furt.act.in fi.
ff.de bon.cor.qui sub tu.sunt.l. ma.§.si idem.
C.quando dies leg.ce.l.si depositi.
ff.de pecul.l.sed si damnum.§.sed cuncta.
ff.de leg.3.cum pa.§.tu.
C.de cura fur.l.vlt.§.antepen.
ff.de furt.l.Papinianus.
ff.de cond.inst.l.si quis ita hæredi.
ff.de his quæ in fraud.cre.l.quod autem.

Item ignoranti acquiritur.

ff.de leg.2.l.cum pater.§.surdo. Azo,rub.2.

¶TESTAMENTVM. Vt per codicillum testamento confirmatum,aliquid possit addi vel detrahi testamento circa legata.

ff.de confirman.tut.l.vtili.
ff.de leg.3.l.si vend.
C.fam.herc.l.in ipsius.
ff.de testam.mil.l.milites.§.vetere.
ff.de adim.leg.l.3.§.vlt.

Vt per codicillum,&c.)In codicillis hæreditas dari vel adimi directè non potest.aliud, si per fideicommissum adimatur.item,legata in eis dari vel adimi possunt.vt ff.de opt.leg.& Inst.de adimen.leg.& de codicill.§.vlt.

Minus perfecta voluntas, quæ inter liberos seruatur, iure testamenti non valet.

C.fam.herc.l.filium.
C.de testam.l.hac consult.§.vlt.

Patrem posse grauare filium vsque ad pubertatem.

ff.de vulg.& pup.sub.§.si plures.
C.de inoff.test.l.& cum.§.sed.
C.de instit.& sub.si testa.§.vlt.
ff.de inoff.testa.l.si pater.contr.

Patrem posse,&c.) Malè ponitur in Rubrica, grauare: magis enim consulit ei, quàm grauet eum. vt C.de inoff.test.l.filius.

Ex dignitate,scientia,affectione,voluntatem testatoris interpretari.

ff.de iud.l.sed & si.§.1.
Infrà,de quibus reb.vel per.Rubri.rationes.
Infrà,de voluntat.magnitudine.
ff.de hæred.instit.l. præterea.§.si bo.
ff.de leg.3.l.fideicommissa.si asserto.
C.de leg.1.l.cum rem alienam.

Ex dignitate,&c.)Item ex aliis sumuntur coniecturæ. vt ff.de leg.1.l.si seruus plurium.§.primo.& §.vlt.

Respectu alicuius,aliquid dicitur magnum vel modicum.C.de libertis,& eorum lib.l.3. Azo,ru.24.

Oportet testatorem ex integro omnia ordinare,si velit quid mutare vel addere.

C.de testamentis.l.an scimus.
ff.de testamentis.l.hæredes.
ff.de hæred.instit.l.si inæqualibus.
ff.de leg.1.l.si ita.
ff.de codicill.l.diuus.
ff.de testam.milit.l.eius.
ff.de leg.3.l.si iure.

Oportet testatorem,&c.) Istã Rub.q̃dã intelligunt,& precipuè ext.vt si relictũ fuerit legatũ in testamẽto adimi non possit,nisi in testamento,vel codicillis testamento confirmatis.arg.eius quod legitur ff.de testa.l.hær.§.si qui hæredes.Ego contrà puto,arg.eius quod legitur in Aut.de resti.l.fideicom.col.8.§.manifestum igitur facio.& arg.ff.de mun.& no.leg.§.libertis.& de adim. leg.3.§.vlt.& de his quibus vt indig.l.hæreditas. & Instit.de adim.leg.& ff.de vulg. & pupil.l.si quis eum. Quòd autem dicitur,ex integro sunt omnia facienda:verum est,si placuerit mutari in eo de testament. Tunc enim ex integro vocãdi sunt testes,& omnibus de nouo commodare voluntatẽ suã,quẽ prius statuit,si velit ea rata habere

Quem pro parte testatum, pro parte intestatum decedere posse,etsi non sit miles.

ff.de leg.2.l.si tunc.§.si eo.
ff.de adop.l.si chirogra.

Per secundum legitimè factum, testamẽtum primum infirmari, licet testator dixerit in vltima voluntate coram testibus septem : Primum testamentum firmo,& valere volo.nec corrigitur ad causam facti

C.de

C.de testamentis.l.hac per.

CONTRA.

ff.de hær.instit.l.ad se.

Secundum testamentum, &c.) Hoc est ideo: quia nemo potest decedere, duobus testamẽtis tenentibus. rumpitur enim primum semper, nisi testator sit miles. vt ff.de iniust.rup.testam.l.1.& de militar.testam. l.quærebatur.nec est contrà, quod legitur ff. de hæred.instit.l.asse. potest enim esse, vt ex testamento sumat vires institutio. In codicillis autẽ declaratur nomen hæredis quia tantum potest valere testamẽtum,& codicilli: nec vnum rumpitur per aliud. secus verò in testamentis.

ADIECTIO.

Primum testamentum non infirmatur: quia secundum nullum ab eo tantum hæreditas infertur, quia summam volũtatem non habuit. vt C.quibus vt indig. l.cùm quidam.Sed credo fore distinguendum, quare non teneat vel ratione personæ, solenniter tamẽ factum:& tunc quasi ab indigno aufertur hæreditas priori, vel deficit solennitas: & tunc quasi ab indigno hæreditas non aufertur. Azo,rub.24.

¶ VOLVNTAS disponentis magis redditur clara ex geminatione actus.l.balist.ff.ad Trebell.l. cùm scimus.vbi Bart.& Alexan.in add.numer.7. C.de agricol.& cens.lib.11. Euer.in loco à vi Gemina. num. 3.Anton. Cors.in tractat.de verb. Gemina.numero 50.Felin.in capitulo,si cautio.numero 9.de fide instrument.gloss.& Doct.c.cùm cõtingat. de iur.iur. Dec.consilio 282.numero 4.consilio 316. numer.5. Corn. consilio 70.numero 6.volumine 3.Boer.quæstio.33.numero 5.Ias.l.Gallus.nume.27.ff.de liber. & posthu.Cremens.sing.136.Roman.l.si verò.§.de viro.in 31.fal.ff.soluto matrimonio. Med.re.2.

¶ VOLVNTAS extinguitur morte.Ias.non solùm. §.morte.numero 2.ff. de oper.noui nunc. vbi Doct. Commu.l.4.ff.loc.c.si gratiosè. de rescr. 6. Gozad. consilio 22.nu.6.no.l.& quia.ff.de iurisd.om.iudic. Angel.consilio 217.Mais.fin.nume.42.ff.de quæst. Curt.consi. 235. Domi. c.si delegatus.de off.deleg. 6.l.mandatum.C.mandati.l.si defunctus. ff.de procur.Guid.decis.119.Alex.cons.128.lib.6.l.si quis.§. alicui.ff.mand.Fulg.l.more.nu.25.ff.de iurisd.omn. iudic.Decius cons.108.dixi super.concl.65.& conclu.70. Medic.tra.2.par.

¶ VOLVNTAS. L.6.Vlpianus libro 7.ad Sabinum.

Non vult hæres esse, qui ad alium voluit a trãsferri hæreditatem.

ADDIT. a al.transferre.

Hoc capitu.non esse regulam iuris, sed simplex quoddam pronunciatum, vt & multa huius titu. cap. asserit Massa libro primo de exercit. Iurisc. Sed vide quę ad leg.6.scripsimus.NON VVLT.Id est,nõ vult ab intestato omissa causa testamenti hæreditatem possidere, qui scriptus est.Et cum effectu intelligendum est, ne sit contra Institut.de fid.hæ.§. restituta, de min.l.Prætor.§. sed quod,de hæredib. instit.l. ei qui soluẽdo. AD ALIVM.Siue substitutum, siue legitimum hæredem ab intestato exiturũ. Petr.Fab. ESSE.Ita, vt mutata voluntate, ad eam redire possit.arg. l.nonnunquam, l. in causæ, de proc.l.nemo potest,leg.qui nõ potest,infr. vt Francus intelligit. TRANSFERRI. De donation. inter virum & vxorem,l.si sponsus,§.si maritus,de iure do. l. profectitia,§.si pater repudiauerit. Transmittere dixit le.1. C.si omissa caus.testam. VOLVIT.Id est,transtulit. arg.de rerum diuis.l.si.cum gloss.soluto matrimo.l. secunda,Sim.Com.leg.si vt certò.circa fi.5. de stip. seru.leg.quod seruus, Institut.de rerum diuis.§.hoc amplius.Pro derelicto. leg.prima,l.quinta, de mor. caus.do.l.34.§.prim.Exc.De hæredibus instituend. l.si quis ita hæres,de acquirenda hæred.l.fuit.si quis omissa caus.leg.Iulianus.secundum Albe.& Pyrrhi sententiam. Riisvvich.parat.

¶ VOLVNTAS. L.41.Pompon.lib.34.ad Sabinum.

Furiosi, vel eius, cui bonis a interdictũ sit, nulla voluntas est.

ADIECT.a al.interdicitur.

Iunge l.20.de aqua pluu.arcen.sup.l.5.Ratio, inf.l.167. §.fin.Loc.l.4.de cur.fu.leg.1.Latiùs Instit.de inutil. stip.§.furi.de acquirenda possess.l.1.§.adipiscimur.l. qui seruum,de proc.l.2.§.2. C.de contrahen. empt. l.2.de ritu nupt.l.oratione,§.final. C.qui testam.fac. poss.l.furiosus,de regu.capit.sicut,de testa.l.qui testamento,§.nec furio.de iniur.l.tertia.§.fina. de off. Præt.l.Diuus. FVRIOSI.De iure co.l.2.§.furiosus, de test.leg.filiusfamilias,iunct.prin.Instit. de testa. Idem de demente asserit Faber per l.2.§.in aduersa, de testa.Et quod à Caligula irritũ Tyberij tanquam dementis testamentũ effectum fuerit, vt post Dionem Xiphilinus scribit. BONIS. De cur.fu.leg.1. in princip.l.Iulianus, de verborum obligation.l.1.§.& 2.respon.de fideiuss.l. Marcellus. Ad fin.scilicet, in alienãdo, non obstet.l.5.de acqui.hæ.l.certi cõditio, §.sed etsi, si certum petatur.Exc.C.de cu.fu.l.secun. Excipe & eos casus, in quibus sufficit non contradicere, soluto matrimon.leg.2.§.final. si certũ petat. l.cui bo.ex quibus caus.in possess.eat.1.Fulcinius,§. adeò, de verborum obligati.l.is cui bonis,C.de cu. fu.l.1.Auth.vt hi qui ob.§.& hæc dicim⁹.de iureiur. l.tutor,§.prodigus, de cast.pec.l.ex cast.ver.sed nec, Insti.de testa.§.itẽ prodigus,§.testes. Riisvv.parat.

¶ VOLVNTAS. Vlpian.lib.6.ad Sabinum. Lex 4.

Velle non creditur, qui obsequitur imperio a patris vel domini.

ADDIT. a partis, in aliis.

Ex l.6.de acq.hæreditat. Viuiennus.

¶ VOLVNTAS delinquendi. In maleficiis voluntas spectatur, non exitus.

ff.de sicar.l.diuus.
ff.de furt.l.qui iniur.
C.ad leg.Corn.de sicar.l.1.

Delinquenti ignoscitur, si socios delicti demonstret.

C.ad leg.Iul.maiest.l.5.
ff.de re milit.l.non omnes.§.vlt.

Imò ad hoc debent torqueri.

C.de feriis.l.prouinciarum.

Plus est persuadere, quàm aliquem ad delinquendum cogere.

ff.de seruo corrupto.l.1.§.persuadere.

Plus delinquit qui per alium facit, quàm si ipse delinquat in se, vel per se.

In Auth.vt iud.sine quoquo suffr.§.eos.
ff.de his, qui not.infam.l.ad.l.§. Pomponius.1. penul.

In maleficiis,&c.
Delinquenti ignosc.&c. (Hæ notæ sunt.
Plus delinquit qui,&c.

Maleficia esse impunita.

ff.de dolo.l.si præses.
ff.de nox.l.electio.§.4.
ff.quod met.caus.l.sicut in fin.
ff.si mens.fals.mod.dixer.l.4.

ff.ad leg.Iul.l.item Mela.§.iure com.

CONTRA.

ff.de eo per quem fact.est.l.1. §.æquissimum.
ff.ad leg.Aquil.l.ita vulneratus.

Maleficia esse impunita,&c.& cōtrà.] Omne delictum est puniendum,vt in contraria R.dicitur,per plures leges. pluribus enim committentibus maleficium, licet vno soluente alij liberētur à pœna pecuniaria: non tamen criminali. Vel non ideo est impunitum: quia actor,quem velit,ad pœnam conuenire potest.

Fur dando rem furtiuam,dominium transfert.

ff.si cert.pet.l.nam etsi fur.§.1.
ff.de sol.l.Quinto so.

CONTRA.

ff.si cert.pet.l.nam etsi fur.

Fur dando, &c.] Sola datione nunquam transfertur dominium, sed consumptio reconciliat. vt ff.si cert. pet.l.nam etsi fur.

Conditio furtiua est perpetua.

ff.de cond.fur.l.si pro fu.§.vlt.

CONTRA.

ff.rerum amot.l.si mulier.§.vlt. Azo,rub.89.

¶VOLVNTAS posterior,& nouissima præualet,& priori derogat in legatis.text.est in l.si mihi & tibi. §.in legatis.ff. de legibus. idē est in institutione, & substitutione,& in qualibet alia voluntate, per tex. in l.tutor datus.ff.de testament.tute. & in l.translatio.ff.de admin.leg.& in l.quod traditum.cum seq. ff.de cond.& demonst.& ita iura hæc ampliat Vinc. in d.§.in legatis.& etiam Ias.qui vltra dicta iura allegat tex.in l.si quis eum,in prin.ff.de vulg.& pupi. & in l.hac consultissima.§.si autem.& in l.sancimus. C.de testam.& glo.notabilis in l.quoties vtriusque. ff.de reg.iur.

Limita primò, nisi præcedens dispositio habeat clausulam derogatoriam ad sequentem.Ita dicit text. in d.§.in legatis.

Secundò limita, quando vltima dispositio ex aliquo interuallo subiecta est,secùs si incontinenti: iuxta l. non ad ea.ff. de conditionibus & demonstrationibus, & ita est de mente Imol.in d.§.in legatis.super gloss.in verbo,nouissima, quem sequitur ibi Vinc. in princip.

Tertiò limita,quādo vltima dispositio esset priuatiua vnius hæreditatis,propter factū alterius: vt in l. paterfamiliàs testamento.& ibi not. ff.de hæred.insti. & ita vult.Paul.in d.§.in legatis, quem sequēdo refert ibi Vincent. B.Dias,reg.789.

¶VOLVNTAS sensibus dominatur, & in actibus humanis: primum locum obtinet, De con. & de.l.in condit.in prin.vbi Dd.

Sublata de medio voluntate, omnis actus est indifferens.C.de adult.l.fœdissimum.vbi Bald.

Ambulatoria est voluntas defuncti vsque ad vitæ supremum exitum. Vlpian. de adi.leg. l. quarta. sup. Testator.

Tacita voluntas valet. De his qui sunt sui.l.patre fur. circa fi.Sol.mat.l.2.§.voluntatem.

Morte finitur voluntas.Loc.4.De do.inter vir. & vx.l. 33.§.fi.De rescript.in vi.c.si gratiose.De vul.l.Centurio.C.de sacr.Eccl.l.1.

Moriendo quis velle videtur. De leg.3.leg.vxorem. §. Scæuola.

Ostenditur voluntas non minùs re, quàm verbis. De acq.hæ.l.recusari.94.de ap.c.dilecti.

Paria sunt aliquid per me fieri, vel per alium mea voluntate.C.de iure de.l.filiusfa.

Ea quæ voluntariè gerimus nō extēduntur vltrà quàm geruntur.C.ne vx.pro ma.l.cum te.

Quæ voluntate nostra nō procedūt actiuè,nec in præiudicium nostrum passiuè à lege interpretantur. C. de lib.cau.l.si ministerium.vbi Bal.

Quod à sola vnius voluntate dependet,quasi impossibile reputatur.l.apud.§.constat.

Voluntatis defuncti quæstio in æstimatione iudicis est.C.de fideicom.l.

Vltima voluntas non potest stare in suspenso. Com. præ.l.fi.

Posterior voluntas attendi debet. De aqua plu.ar.l.si autem.C.de fideicom.l.clari.

Plenior voluntas seruanda est. De hæredib.instituend. l.si ita scriptum.

Coacta voluntas,volūtas est,& operatur effectum voluntatis. De eo quod me. cau.l.si mulier.§.si metu. Ad Treb. l.qui ita.in prin.

Habetur voluntas hominis pro lege. Auth.de nupt.§. disponat.

Nihil magis hominibus debetur,quàm vt supremæ voluntatis liber sit stilus.Constantinus.C.de sacrosan. Eccle.l.1.

Vltima voluntas fauorabilior est cōtractibus. Reg.In testamentis.12.

Variæ sunt hominum voluntates.Ad Trebel.leg.quia poterat.

Necessitati voluntariæ minimè succurritur. Qui satisda.cog.l. si fideiussor.§.qui necessariam.

Velle nemo videtur,quod nō potest. Ad mu.l.Lucius. §.Impp. De op.leg.l. si tibi. §.vnius. De sen.ex.capit.cùm à nobis.

Velle suum quinque est,nec voto viuitur vno. De cō. præben.c.quia diuersitatem,& ibi gloss.in prin.De cons.dist.4.c.sicut in sacramentis.

Non dicitur nolle, qui velle non potest. De acq.hæ.l. 4. De con.& de l.pater.in prin.

Vnum qui vult,censetur velle omne aliud,sine quo illud esse nō potest.De acquir.hæred.l.illud.de proc. l.ad rem.l.ad legatum.De pec.leg.l.denique.§.interdum.Exceptio, vbi antecedēs tacitè induci nequit. De hær.inst.l.hęreditas adStatium.Gribal.lib.2.De ratione studij.

Pro facto reputatur bona voluntas.De con.inst.leg.si quis intest.l.vter.in fi.

Paria sunt, voluntatem verbis vel facto declarare. De acquir.hær. l.recusari. vbi gloss. De legibus. leg. de quibus.Rem.ra.ha.leg.Paulus.De ædil.ed.leg.si tamen.§.ei.

In maleficiis voluntas spectatur, non exitus. De sic.l. diuus.§.1.

In maleficiis si factum excedit voluntatem,attenditur factum,non voluntas. Ad l. Aqu.l.si seruus seruum. §.si quis insulam.

Voluntas & propositū distinguunt maleficia.De furt. leg.qui iniuriæ.leg. verùm. C.ad leg. Corne.de sic. leg.prima.

Quicquid agunt homines,Intentio iudicat omnes.C. ad l.Cor.de sic.l.& ibi gloss.

Eadem seueritate voluntatem sceleris, qua effectum iura puniri voluerunt. Hon.& Ar.C.ad leg.Iuliam ma.l.5.

Cum effectu intelligitur voluntas.fi.reg.l.si cōstiterit. vbi gloss.

Coactum voluntarium reprobatur.Reg.iu.4.

Bonum voluntarium est magis præmio dignum,quàm necessarium.

necessarium. De op.lib.1.3.l.mater. Contrà, Qui satisd.cog.l.fideiussor.§.si necessaria.

Sublata voluntate omnis actus par est. C.de adul.l.fœdissimam.

Effectus contingens præter intentionem agentis non consideratur. Ad leg. Aqu.l.qui foueas, l.si putator. De con.& de.l.2.in fi.

A persona non separantur ea, quæ sunt volũtatis. Loc. l.4. De rescript.in vi.c.si gratiosè. Angel. in l.in illa institutio. De hæ.inst.

Quæ initio voluntatis sunt, ex post facto sunt necessitatis. C.de ac.& ob.l.sicut.

Præsumitur voluntas libera, nisi metus probetur. C.de his qui vi.me.

Contrahentium voluntatem magis quàm verborum conceptionem inspicere iustum est. C.quæ res pig. ob.l.si quis.

Voluntas seu conatus non punitur, cum iniuria nullũ habet effectum. Quod quisq.iu.l.1.§.hæc autem verba. Vide Euentus, Obedientia, Libertas, Maleficia, Alienatio, Testamentum.

Mutari voluntas non potest in præiudicium tertij. De ser.ex.l.quæsitum.

Propter nimiam verborum sublimitatem latitudo voluntatis impediri non debet. C.vt ac.ab.hæ.l.1.in fi.

Et eo modo relictum: exigo desidero vti des, fideicommissum valet; sed & ita. Volo hæreditatem meã Titij esse.

Scio hæreditatem meam restituturam te Titio. Nera. 10.Reg.lib. De leg.1.l.118.

Conditio voluntaria non extẽditur, sed formaliter est adimplenda. De con.& de.l.Mæuius. l. qui hæredi. Bar.& Dd.in l.Gallus.§.etsi tantùm. De lib.& post.

Volenti dolus non infertur. Dioc.& Max. C.de transf. l.cùm donationis.

Verbum volo est fons & radix omnium actuum & dispositionum. Alex.cõs.109. Plura narrata.vol.6.doc. in l.C.de summa Trinitate.

Volo verbum ab omni necessitate abstractum est, & regulis iuris non submissum. de pecu.l.ante litem.

¶ VSVSFRVCTVS transit in monasterium, vsufructuario in illud ingresso: & durat, quandiu talis monachus naturaliter viuit. gloss. in auth. ingressi. C. de bon. quæ liberis. & in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccl. Spec. in tit. de statu monac. versi. xlvij. Imo. in d. l. cum filio. ff. de leg. j.

Limita istam conclusionem dupliciter, vt per Ias. in d. auth. ingressi. Dias, re. 794.

¶ VSVRA non committitur in minimis sicuti nec etiã simonia. dixi super amp. 180. sed in isto casu vide quę dicam inferius suo loco in limitat. cõc. simil. cũ isto dict. quæ scripsit Curt. consi. 182. n. 15. & seq. Abb. c. de appellationibus. de appellationibus. c. cum olim. de censibus. Doct. l. scio. ff. de in integ. rest. l. si oleũ. ff. de dol. c. de quarta. de præscr. Ias. & Dec. aut. præterea. C. de san. eccle. addẽtes ad Alex. ff. sol. matr. n. 3. Din. & Boe. c. in obscuris. de reg. iur. 6. Tiraq. in trac. de iud. in reb. exig. nõ fer. per totum. Ant. Cor. in trac. de mini. nu. 1. & seq. Alber. Brun. in tract. stat. super fœmin. artic. 9. nu. 96. Asin. in praxi iudiciorũ. §. 7. fall. 59. nu. 8. Thom. Gram. §. tutor autem. nu. 8. inst. de auctor. tutorum, quia parum, & nihil æquiparantur. Corn. consi. 63. lib. 1. Doct. c. coram. de offi. deleg. c. licet. de probat. Med. re. 5.

¶ VSVRA nulla est sorte non existenti. dixi ego in tra. de defin. p. 2. Defi. 59. nu. 1. Med. re. 6.

¶ VSVRA est quicquid accedit pacto, etiam minimum. c. putant. 14. q. 3. glo. ca. plerique. & cap. nauiganti. vbi Doct. de vsur. amplia, vt nec etiam per consuetudinem induci possit vt permittatur vsura etiã in minimo. Bal. auth. ad hæc. col. 2. C. de vsuris. Ias. §. fuerat. col. 4. & seq. inst. de act. Roch. c. fi. col. 9. de consuetu.

Sed vt ad concordiam hæc omnia reducantur, distinguendo dico aut est eadem ratio in minimis, quæ est etiam in maioribus, aut non: primo casu de minimis curatur, secundo verò minimè. Abb. c. de appellationibus. extra de appellat. Aret. l. si seruum. §. prætor ait. colum. 2. ff. de acquir. hæred. secundo dico aut sumus in remediis ordinariis, aut in extraordinariis, primo casu de minimis curatur, secundo autem secus. Abb. d. loco, seu tertio loco dicas, aut exprimitur in iure quod modicum non curetur, aut non: primo casu non attenditur, secundo autem bene quidem est in consideratione. Card. in proœm. clem. in princ. quarto loco aut agitur de iure communi, aut de iure speciali, primo casu de minimis curatur, secundo autem non. Bar. l. si proprietarius. ff. de damno infecto, & in l. scio. C. de in integ. rest. Bald. cap. cum adeo. de rescri. quinto dicendum est aut loquimur de mendacio, & veritate. aut verò loquimur de iuris remediis primo casu de modico curamus, præsertim in lucro captando, secundo autem casu non curamus de modico. Sexto distinguitur ita, aut modicum pro forma traditum est, aut non, primo casu modicum attenditur, secundo autem secus. Dec. dict. cap. de appellationibus. hoc idem dicendum est si circa substantialia versaretur. septimo distinguendo dico aut nos sumus in dispositione legis, aut vero in dispositione hominis: primo casu aut sumus seu loquimur in dispositione legis communis, aut legis specialis, primo casu aut in his, in quibus modicum considerare fauorabile est, vel saltem non odiosum, & tũc de modico nõ curatur secus: in odiosum esset si sumus in speciali iure, tunc aut tendit ad impediendum dispositionem iuris specialis pro conseruando iure communi, tunc de modico curatur, si tendit ad conseruandam dispositionem iuris specialis contra ius commune, & de modico non curatur, item aut sumus in materia iuris communis, aut iuris municipalis: de prima satis dictum est superius, si loquimur de iure municipali de minimis curatur, quando nos verò sumus in dispositione hominis, aut loquimur de dispositione inter viuos, aut vltim. volunta. primo casu, aut in materia iudicij aut in contractibus, si sumus in materia iudicij minimum attenditur etiã quando pro forma esset introductũ alias secus, item hoc idẽ in contractibus qui præsertim quando iurati sunt debent ad vnguem seruari, & quando culpa præcessit modicum curatur, alias secus, vt in mora, si verò sumus in vltim. volun. aut constat de præuia mente testatoris, aut non: primo casu etiam minimum curatur, secundo autem secus, hæc omnia latè dicitur ex ampliat. & limit. super. relatis, & notantur per Ant. Cors. in tract. de minimis. numero 124. Tiraquell. in tract. de iudic. in reb. exig. non fer. fall. 57. Brunus in trac. stat. super fœm. Artic. 9. numero 98. Asinius in prax. Iud. §. 7. fall. 56. numero octauo. Grammaticus §. tutor autem. numero sexto. instit. de auctor. tutor. Dec. aut. qui rem. numero 19. vbi Ias. numero 25. C. de sacr. sanct. Eccle. Doct. com. capitulo de appellationibus. de appellat. Bar. l. scio. ff. de rest. in integ. l. si. oleum in fi. ff. de dolo. l. senatus. §. Marcellus. ff. de leg. 1. Med. reg. 5.

¶ VSVRARIVS dicitur, vendens rem carius propter dilationem. probat tex. in c. fi. in c. in ciuitate. de vsur. not. Abb. in c. ad nostram. de empt. & vendit.

Limita quatuor modis, vt per Anton. de Burgos in dicto capitulo, ad nostram, quas optimè examinat: & duæ earum fuerunt Barbat. ibi, aliæ Salic. in auth. ad hæc. C. de vsuris. B. Dias, re. 795.

¶ VSVRARIVS dicitur vendens rem carius propter dilationem, c. fi. & c. in ciuitate, de vsur.

Fallit in 5. casib. quos not. Ant. de Burg. in c. ad nostrã, de emp. & vend. Sali. in Auth. ad hæc. de vsur.

Accipere aliquid vltra sortem quis regulariter non debet.

Fallit in 37. casib. quos not. Soc. reg. 3.

Vsuræ non possunt simul peti cum sorte, c. significantibus, de libel. oblat.

Fallit in 3. casib. vt per Fel. in d. c. nu. 46. Fallit in 4. casib. vt per Alex. in l. iudicio cœpto. C. de iud. num. 2. Don. Fina, lib. 1.

¶ VSVRARIVS magis punitur, quàm ille, qui accipit pecuniam sub vsuris, item debitor iurans soluere vsuras, tenetur soluere, licet creditor licitè tenere nõ possit. c. debitores. de iur. iur. Med. re. 9.

¶ VSVS communis loquendi proprio significatui derogat. tex. in c. ex literis. de spons. in l. cum delanionis. §. asinam molendinariam. ff. de fund. instr. vulgata l. Labeo. ff. de supel. leg.

Fallit tripliciter, vt per Euerard. in Topicis iuris Ciuilis, loco ab opinione vulgi. prope finẽ. Dias re. 796.

¶ VSVS Communis loquendi propio significatui derogat, cap. ex nostris, despõsal. l. Labeo, ff. de supel. legat.

Fallit in 3. casib. quos no. Euand. in sua topica iuris, in parte, locus ab opinione vulgi. prope finem.

Vincens

Vincens vincentem te, vincit te. l. de accessio. de diuer. & tempo. præs.

Fallit in 6. casib. quos no. Port. lib. 3. reg. 27.

Fallit vt not. Maria. Soc. Iun. in l. 1. ff. solut. matrim. numer. 39. & 112. Don. Fina, lib. 5.

¶ Vsvs morte soluitur, §. finitur. Inst. de vsufruct. §. 1. Inst. de vsu. & hab. gl. §. deinceps. versic. similiter. Auth. de nupt. l. habitatio. C. de vsu. & hab. dixi super. concl. 50. Med, trac. 2. par.

¶ Vsvs Vsu retinetur seruitus, cùm ipse cui debetur vtitur, quíve in possessione eius est, aut mercenarius aut hospes, aut medicus, quíve ad visitandum dominum venit, vel colonus, aut fructuarius, &c. Scæuol. lib. 1. Reg. Quemad. ser. a. l. 15.

Communis vsus loquendi derogat proprietati vocabuli. Bar. in l. Labeo. de sup. le. Felin. in proœm. vide Opinio. Riisvvic.

¶ Vtile & inutile. Bonifac. Reg. xxxvij.

Vtile non debet per inutile vitiari.

L. si duobus. §. hæres. ff. de leg. j. sed in indiuiduis vtile per inutile vitiatur. vt l. j. §. item quæritur. & §. idem Trebatius. ff. de aqua quotid. & æstiua. l. Græcè. §. illud. ff. de fideiussoribus. Viuiennus.

¶ Vtile. c. 52. non præstat imped. 86. §. 1.

Vtile non vitiatur per inutile. c. fi. de reg. iur. in vi. de verb. obl. l. 1. §. sed etsi mihi. De iti. l. 2. De cõst. pec. l. Sed etsi decem. C. de lati. li. tol. leg. 1. §. illo. in glo. De arb. leg. Pedius. Contrà sup. reg. Actus. Vide Publicum. Riisvvic.

¶ Vtile per inutile non vitiatur. c. vtile non debet, de reg. iur.

Ampliatur in 10. casib. & limitatur in 10. à Bal. in l. certi conditio. ff. si certum petatur. fallit in 6. casib. secundum Alciat. in l. 1. §. sed si mihi. ff. de verb. obli. num. 23. & seq. Don. Fina, lib. 5.

¶ Vtilitas. Vtilitas communis priuatæ præponenda est.

C. de caduc. tol. §. pen.
ff. pro soc. l. actione. §. 1. Azo, rubr. 75.

Maiorem diligentiam in rebus aliorum, quàm in propriis debere præstari.

In Inst. quib. mod. re contrah. obl. §. sed his.
C. mau. l. in rem meam.
ff. de cond. ob. caus. l. si pec. in fi.
ff. solut. mat. l. si constante.
ff. de rit. nupt. l. illud.
ff. de cond. inst. l. 2.
ff. de leg. 1. l. 1. & 5.
ff. de dam. infec. l. si ædibus.
ff. de verb. sig. l. pupillus. in fi. Azo, rub. 75.

Idem debet esse in propria, quod in communi.
ff. de leg. 3. l. si quis seruos.
ff. de acquir. hær. l. si seruus communis.
ff. de cond. inst. l. 2.

Vtilitas communis, &c. Maiorem diligentiam, &c. Idem debet esse in, &c.) Hæ omnes sunt notæ, nec recipiunt contrarietatem. Azo, rub. 75.

¶ Vtilitas publica, præfertur priuatæ. Fel. c. causam quę. de rescr. doc. com. l. iubemus. C. de sacr. san. eccl. l. nullus. C. de summa Trinit. & fide Cat. M. r. 9.

¶ Vvlgo quæsitus matrẽ sequitur. De statu ho. l. 19. l. 24. Riisvvic.

¶ Vvlgaris substitutio sub expressa pupillari cõprehensa, dicitur omnino tacita. Ita tenet Barto. & omnes docto. prout ibi refert Iaso. in l. precibus. C. de impub. & aliis.

Limita singulariter, secundum eundem Iasonem ibi post Baldum & Paulũ, nisi testator diceret: si filius meus morietur in pupillari ætate, talem substituo, quia tunc vulgaris sub tali pupillari comprehensa, dicitur expressa, de cuius veritate se remittit: & vide eundem Iasonem in l. quominus columna prima, numero tertio. C. de impu. B. Dias reg. 797.

¶ Vvlneraverit si quis hominem lætaliter, alius verò in totum peremit, primus de vulnere tantùm, posterior de occisione tenetur. l. item Mela. §. Celsus. l. huic. §. huic. ad l. Aqui. Roma. in consi. ducentesimoquinquagesimosexto, quidam fuit vulneratus. Fel. in capitulo significasti. l. secunda, de homicidiis. M. Cherianus.

¶ Vvlnerans hominem mortuum non punitur, quia homo mortuus non est homo. Bar. l. 1. colum. vij. C. qui accusar. non poss. l. soror. C. de his quib. vt indig. hinc est quòd clericus percutiens mortuũ nõ incidit in irregu. dixi suprà ampl. 54. & ampl. 45. & ampl. 69. sit igitur reg. quòd qualitas nõ potest esse sine subiecto, ampl. vt suprà fallit tamen pluribus modis: & Primò in hæreditate perempta, quæ cum fuerit adita adhuc remanet hæres, & per consequẽs ad onera tenetur. Docto. l. cum hæreditatem. & leg. sequent. ff. de hæred. inst. Secundò, fallit nisi res pereat culpa debitoris, quia per hoc debitum non extinguitur. l. apud Iulianum. §. si post. ff. de leg. 1. Tertiò, fallit in re perempta in genere, quo casu adhuc debitum remanet, quia Genus perire non potest. l. incendium. C. si cert. pet. Quartò, fallit in contractibus vltro, citróque obligatoriis leg. Lucius. ff. de euic. vt apparet in venditione perfecta, nam licet pereat res vendita, durat nihilominus actio, quam habet venditor ad pretium nondum solutum. leg. cum conuenit. C. de peric. & com. rei vend. nisi venditor in mora, aut in culpa fuerit, Paul. leg. si mortuo. ff. de leg. 2. Quintò fallit iuribus realibus, quæ permanent habitu, licet in actu non sint. Doct. leg. seruitutes. §. si sublatum. ff. de seruit. Vrb. Præd. Sextò fallit in legato relicto vniuersitati, quod ei debetur licet vniuersitas destruatur, nisi auctoritate propria destruatur. Doctor. leg. si grex. ff. de leg. 1. Septimò fallit post ius quæsitum. Octauò fallit in furto, cuius odio licet res pereat conditio furti durabit. leg. in re. §. 1. ff. de cond. furt. Nonò fallit nisi aliquid loco principalis fuerit subrogatum. leg. Peculium. ff. de leg. 2. leg. grege. ff. de leg. 1. Decimò fallit in mutuo, nam licet res mutuata pereat, nihilominus adhuc actio durat, sufficit enim vt reddatur idẽ in genere. Doct. Commu. leg. 2. ff. si cert. pet. Vndecimò fallit in impensis factis in re, quæ periit, nam administrator eas petere poterit. leg. si hæreditaria. ff. de neg. gest. leg. etiam. C. mand. Duodecimò fallit, quando transfertur dominium alicuius rei, cuius gratia debetur aliquid, nam perempta durat adhuc nihilominus actio: exempl. est, monasterium accepit domum ab aliquo cum conditione, vt ei teneatur præstare alimenta: combusta, seu diruta domo nihilominus debentur alimenta. Doctor. commu. l. 1. vbi Iaso. C. de iur. Emph. l. Pignus. C. de Pignor. act. quia periculum spectat ad eum, in quem dominium fuerit translatum. Decimotertiò fallit in debitore quantitatis. Doctor. Commu. leg. quod te. ff. si cert. pet. nam quantitate perempta adhuc debitum permanet. Decimoquartò fallit in debitore recipiente periculum in se. leg. si quis. §. penul. ff. de Pet. & Com. rei vend. not. Doctor. l. 1. C. cõmod. Decimoquintò fallit, quando præcessit mora, siue dantis

ue dantis, siue etiam recipientis. l. apud Iulianū. §. si post. ff. de leg. 1. Decimosextò fallit in Ecclesia, quę si casu destruatur non amittit priuilegia. Brun. in tract. de inter. & perempt. conclu. 5. nu. 20. Decimo octauò fallit in Excōmunicatione, quę etiā hominē mortuum sequitur. gl. c. ad hæc. de Priuil. c. sacris. de sepult. Decimononò fallit, in Priuilegiis dignitatū quæ durāt etiā finita dignitate. Ioan. de Plat. l. eos. C. de Excus. muner. lib. x. gl. & Doc. Com. l. maxima rū. C. eod. Vigesimò fallit, quando qualitas penderet à pluribus subiectis: tunc enim vno sublato non per hoc tollitur qualitas: sicuti quando sunt duæ, seu plures causæ, vna sublata nō cessat effectus. l. si non lex. ff. de hæred. inst. not. l. tutor. ff. de Exc. tut. l. 1. §. si quis à pat. man. fuer. l. 2. §. corporis. ff. de vac. muner. l. quod ait. §. exercitium. ff. de his, qui not. infam. l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. §. affinitatis. instit. de nup. cap. 1. §. maximè. de renun. c. tātū. 32. q. 7. tu verò rectius distinguendo dicas, aut est qualitas adiecta personæ, aut rei. primo casu, aut est electa industria personæ, aut non, si est electa, aut competere potest etiā suis hæred. qui sint eiusdē artis periti, aut non, primo casu obligatio transit ad hæredes. Alber. l. inter artifices. ff. de sol. secundo autē casu extinguitur cū persona. l. nemo. ff. de duob. reis. Felin. c. quoniā. §. is autē. nu. 5. ff. de offi. deleg. si nō electa industria personæ, tunc qualitas eius ei adiecta transmittitur ad hæredes siue sit commodū siue incommodū, nisi sit ius competens merè personale. c. priuilegium. de reg. iur. 6. si verò secundo loco rei cohæret qualitas distinguēdo dicas, aut ei cohæret vt generi, aut nō, primo casu re perempta nō extinguitur, quia genus perire non potest, idē est si in quantitate fuerit. l. incēdiū. C. de reb. cred. l. 2. leg. quod te. vbi Doc. com. ff. si cert. pet. secundo verò casu extincta re, perit qualitas eius. l. 2. ff. de vsufr. Doct. com. l. 1. C. de iur. emphy. Ias. l. eius. §. quod si. nu. 3. ff. si cer. pet. l. si ita. nu. 5. ff. de verb. obl. Alex. consi. 133. nu. 8. libr. 6. Paul. l. si seruus. §. si modus. nu. 3. ff. de act. emp. c. fi. de resc. c. ad dissoluendū. cum gl. vers. accusari. de despons. impub. Ægid. Bos. in ti. de remiss. merced. num. 61. Brun. in tract. de interitu. cōcl. 3. nu. 4. & seq. M. re. 6.

¶Vulnerans punitur iure communi, & statuario. Ang. in l. is qui cum telo. C. ad l. Corn. de sica.

Fallit in 18. casib. vt per Campeg. in tract. de testi. conclusio. 435.

Si plures percusserunt vnū, & apparet vulnus mortale, & nescitur quis intulerit, omnes de occiso tenētur. Fallit in 4. cas. vt per Careriū in praxi crim. l. obseruare, in trac. de homici. d. §. 2. nu. 75. Don. Fina, lib. 4.

¶Vulneratus si moritur in continenti præsumitur ex tali vulnere mortuus, etiam si moriatur infra tres dies. gl. l. 1. C. de emend. seru. quia illud modicū tempus nō curatur: cū ea quæ in cōtinēti fiunt censeātur inesse. Ias. & com. Doct. l. lecta. nu. 20. ff. si cer. pet. conc. simil. gl. 3. §. cùm igitur. ff. de vi, & vi armata. leg. fin. C. de errore aduocat. Med. reg. 5.

¶Vulnus non curatur cùm minimum videtur, Marsil. in praxi criminal. §. & quia. numero 7. Grammaticus §. tutor autem. numero 10. inst. de auct. tutor. leg. qui clauum. §. fi. ff. de ædil. edicto. Ange. l. extat. ff. quod met. caus. l. quæsitum. ff. de re iudi. leg. item. §. quæstionis. ff. de iniuriis. Alexand. cons. 114. lib. 1. Com. cons. 77. vol. 2. Cepolla l. seruum. nu. 36. ff. de pigno. Doct. leg. senatus. §. Marcellus. ff. de leg. & in his satis sit ampliata regula ista, fallit tamen in multis. Med. reg. 5.

¶Vulnus geminatū habet aliquid excessiuū. Barto. & Bald. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de Publi. Dec. auth. Cassa. num. 16. C. de sacr. sanct. Eccles. Marsil. singul. 538. Grammat. Decisio. 17. numero 89. vnde geminatio vulnerum in corpore interempto arguit omnimodam voluntatē delinquentis. Duen. in reg. Geminatio. nume. 3. fallit reg. ista pluribus modis, & primò in promissione: nā quibus idē promittit, nihil vltra primā promissionē agit. l. qui bis idē. ff. de ver. obl. præsertim quādo in eodē cōtractu eodē tēpore, idē promittitur. Ias. l. si certis annis. C. de pac. secūdò non procedit in geminatione delicti eodē loco, & tēpore, vt si quis sæpius cū eadē vno loco, & die adulteret, ludat, vel quid aliud simile delictū cōmittat, pro vno tātū reputatur à iudice. Bal. l. quicunq; in 2. no. C. de seru. fugit. l. qui de crimine. C. de accus. Bal. l. quoties. §. si quis. ff. de hære. inst. Abb. c. sicut. §. illud. de homic. c. sicut. de ref. itē si simul factū fuerit furtū diuersum censebitur vnum, & idē gl. & Bar. l. cū qui. §. idē. ff. de furt. Bar. l. vulgaris. l. inficiādo. §. quāuis. ff. eo. l. nunquā plura. ff. de priuat. del. l. illud. ff. ad l. Aquil. & hoc procedit in foro iudiciali, secus autē in foro pœnitētiali. glo. 2. c. imitare. 6. q. 1. Dominic. c. ad apostolicæ. de re iud. 6. itē fallit hoc secundum dictū habita ratione diuersorū temporum, Bar. d. l. illud. ff. ad l. Aquil. Tertiò fallit vt idē verbū prolatū non plus operetur, quàm simplex. l. si quis in conscribendo. versi. sese. C. de pac. l. si quis. C. de episc. & cler. l. si mulier. in fine. C. ad vell. Bald. ca. 1. §. fin. de prohib. feud. alié. vbi licet vasallus iuret fidelitatē cōtra omnes excepto sese, licet sit geminata nihil operabitur, quia expressio eorū, quę tacitè insunt nihil operatur, Doct. com. l. cū quid. ff. si cer. pet. quartò fallit in geminatione mandati, quæ nihil operatur. Bal. Rubr. C. de procur. col. 5. per l. cū procurator. §. si dominus. ff. de nou. oper. nunc. Quintò fallit in Responsione positionis, vt si quis dixerit non nō, per hoc non dicetur affirmare, & sic geminatio eiusdē negatiuæ ibi nihil facit, quāuis alias soleāt affirmare. l. duobus. ff. de reg. iur. Cyn. & Bal. l. qui se patris. C. vnde liberi. l. col. 2. C. de seru. fugit. non obstat l. balista. ff. ad Trebell, quia ibi idē verbū non est Geminatum, sed cōpositū, vnde plus operatur, quā simplex. Bar. l. 1. col. 4. C. de sacr. sanct. Eccle. sextò fallit in confessione, vt quis idē pluries eodem tēpore fuisset confessus: isto enim in casu vnica tantum cōfessio dicetur. Bal. in 1. consti. C. col. 4. Septimò licet binus actus faciat consuetudinem, hoc dictum procedit quādo interuallū interuenit, secus si eodē tēpore, quo casus vnicus dicitur actus. Butr. c. fin. de cōsuet. Bar. cons. 108. incipiēs in quæstione. Doct. Com. l. de quibus. ff. de legib. Angel. §. ex nō scripto. inst. de iur. nat. Gē. & ciuili. l. si triennio. ff. de stat. liber. gl. c. Lotharius. 31. q. 2. ver. appellauit. Abb. c. dilecto. de appellat. Octauò fallit in appellatione pluries facta, quæ dicitur vna, Abb. c. fin. de appel. Nonò fallit in citatione: nā plures citationes, nisi fuerint separatę diuersis tēporib. reputātur vt vna, Bal. c. ex literis. de cōst. Decimò fallit in geminatione act⁹ prohibiti, quę nihil operatur. Auth. si qua mulier. vbi Bal. C. ad vell. quia quod nullū est confirmari non potest, etiā tractu tēporis, quia nullius entis nullæ sunt qualitates. c. ad dissoluendū. de spons. impub. c. nō firmatur. de reg. iur. 6. c. 1. de desponsat. impub. 6. c. si eo. de rescr. 6. l. si expressim. de appel. l. si filius. ff. de testā. l. sicut. C. de fals. l. 2. ff. de leg. 1. l. inter stipulantē. §. sacram. ff. de verbo. oblig. vndeci-

vndecimò fallit vt geminatio restringatur ad habilitatem personæ.Ias.in præl.feud. col.19.leg.vt gradatim.ff.de mun.& honor.Euer.in loco à vi Ge.numero 4.Duodecimò fallit vt quantumcumque lex loquatur generaliter,etiam cum geminatione verborum,restringitur quando esset contra ius naturale.Ias.l.1.§.nuntiatio.ff.de nou. oper.nunc.l.fi.C.de test.mil.quia ius naturale non potest tolli.§.sed naturalia.inst.de iur.nat.gent.& ciuil. Decimotertiò fallit,quãdo ex geminatione sequeretur absurdum. Euer.in loco à vi Gemin.nu.5.l.nam absurdum.C. de bon.libert.& est vulg.atque Com.dictum. Decimoquartò fallit,vt si quis vna, eadémque die soluit pro triennio præterito,non præsumitur tunc retro solutũ esse ex isto vnico actu licet geminatus appareat.Bal.l.2.C.de do.promis.Ias.l.1. C.de fideic.l.si certis annis.C.de pactis.Decimoquintò fallit vt geminatio etiã ex interuallo facta in fraudẽ alicuiusnõ operatur effectus,etiam si scripta esset. Doc.com.c. grauis.de deposito.Bal.auth.hoc ius.C.de sacr.sanc. Eccl.Mars.l.1.nu.38.C.ad l. Cor.de sic.l.1.§.quæstionis.nu.2.ff.de quæst.Euer.in loco à vi Gem.n.16.sed quid si geminatio actus esset penè in eodem instãti? hoc in casu distinguendum est,aut est geminatus viua voce, aut in scripto, primo casu talis geminatio nihil operatur,imò dicitur actus vnicus,seu simultaneus.glo.l.4.ff.de pig.act.glo.c.ab eo.de appell.6.si verò verba geminata scribantur, tunc procedit effectus geminationis,quia seriosè,& cũ ministerio repetita censetur,nõ ex lubrico linguæ.hinc est quod quando pluries verbum repetitum est,tunc de mente canonis exorbitantis est, vt non fiat extensio ad aliud quàm ad nominatum,licet materia de sui natura esset proportionabilis aliis.gloss.clem.1.versicul. diœcesanis.de iur.patr.Dom.c.duobus.de rescri.6. Decimosextò fallit fauore dotis.in terminis gloss.3. l.cum pater.ff.de pac. Doct. Decimoseptimò fallit quando duo de per se nihil vnquã operãtur, vt quia non sint ad inuicem compatibilia,quia tunc nec simul iũcta aliquid operantur.l.spadonem.§.qui iura. ff.de except.tutor.Ias.l.quæ dotis.nu.36.soluto matrim.Decimooctauò fallit in casibus relatis per Ias. l.qui bis idem.nu.3.ff.de verb.oblig. Decimononò fallit in demõstrationibus falsis.Ias.l.quod si.nu.17. ff.de liber.& posth.l.fi.C.qui admitti.l. verba.C.de donat.Vigesimò non procedit nisi in casibus à iure expressis.Socin.Iun.in rub.de verbo.obliga.nu.287. vbi Doct.Com.Ripa nu.30.& Alba.nu.7.Vigesimo primò fallit in casu relato per Soc. Iun.l.cum filio. nu.17.ff.de leg.1.in prin.& nu.10.in 4.parte.Vigesimosecundò geminatio taxatiua similes casus nõ excludit. Deci.consi.281.nu.9.Alexand.cons.230.vol. 4.Vigesimotertiò fallit.vbi subest dolus.tunc enim nõ est considerandus sensus duplicatus,Rom.consi. 54.& l.1.C.si maior factus,quo casu non tollitur remedium l.2.C.de restind.vendit.Dec.cõsil.60.in fine.Soci.consil.85.nu.6.volum.1.Corne.cons.11.vol. 3.Vigesimoquartò fallit quãdo adesset notabilis error,vnde confessio geminata quãdo est erronea potest reuocari,Rom.consi.391.ampliat etiãsi esset iurata.Dec.l.1.n.7.C.de errore Calc.Ias.l.error. C.de iur.& fact.ign.erroris tamẽ causa probari debet, Socin.cõs.238.col.1.vol.2.Ceph.cõsi.142.nu.56. Vigesimoquintò fallit vt geminatio non augeat potestatem.Cephal.consi.157.numer.7. Vigesimosextò,& vlti.geminatio ad specificata refertur.leg.qui cum tutoribus.§.fin.ff.de transact.l.si de certa.vbi doct. cõ.C.eo.l.licet. C.de iu.l.empt.§.Lucius.ff. de pac. Ang.cõsi.248.nu.3. Dec.cõsi.502.nu.8. Doct.cap. sedes.de rescr.Alex.cõs.117.vol.1.& cõs.11. vo.2.Cephal.cõsi.186.nu.51.addo quæ dixi suprà in 1.Re.vbi claræ fallẽtiæ ad istã notãtur,vide Ant.Cors.in trac. de verbo Gem.nu.80.& sequ.& Euer.in loco à vi Gem.nu.9.Doct.l.balista.ff.ad Trebell. gl.& doct. c.cũ contingat.de iur.iur. Fel.cap.si cautio.de fide instr.Bar.& Alexan.l.cum scimus.nu.7.C.de agric. & cens.lib.11.Doct. Com.c.1.de treuga,& pace.Seb. Med.reg.3.

¶Vxor concordiã maritalem lucro præferre debet. C.de inst.& sub.l.reprehendenda.

In mariti officio vxor esse debet.de ope.lib.l.sicut patronus.

Bona vxoris in dubio ex bonis mariti acquisita præsumũtur.De do.inter vi.& vx.l.Quintus.C.Loc.l.etiã.

Defendi vxores à viris,non viros ab vxore æquum est. Paulus l.quod si viro. De iniu.§.patitur.Inst.eo.l.2. Ad Vel.l.2.De reg.iu. Riisvvic.

¶Vxor,Liberi.Celsus lib.xvj.digestorum. lex clxxxvij. al.cxlviij.

Si quis[a] prægnantem vxorem reliquit,non videtur sine liberis decessisse.

ADDIT.a pregnantem,in P.Florent.

Felin.in c.sicut.de homici. col.1.Ang.l.illud.si pars hæred.pet. Viuiennus.

¶Vxor non potest esse testis pro marito regulariter sicut & quælibet persona domestica, habes glo.in l. sed & si quis.ff.si quis caut.& in l.sed & si filius,de testamen.& in l.quicunque,de re milit.C.lib.xij.

Fallit,quando veritas haberi non potest aliter nisi per personas domesticas, quia sicut tali casu domestici admittuntur, ita etiam & vxor,secundum Bald.in l. parentes.C.de testam.& in l.cõsensu.§.j.per illum tex.C.de repudi.

Fallit in causis criminalibus ad probandum quem innocentem,in quibus testes domestici admittuntur, meritò & vxor admittetur, secundum Spe.in tit.de inquisitio.§.j.in vers.sed nunquid singulariter, &c.

Fallit,quando pro delicto ageretur ad vindictam publicam,vel pro fisci vtilitate.Fulg.in cons.xlviij.super eo, quod quæritur, &c.vide bo.tex.in c.super prudentia.§.potest.xiiij.q.ij. S.Ian.re.300.

¶Vxor relationẽ habet ad maritũ,vnde lex corrigẽs in vxorẽ,& in maritũ etiã locũ habebit.Doc.cõ.l.fi. C.de ind.vid.toll.auth.quas actiones.C.de sacr.san. eccle.vnde quemadmodũ matrimoniũ liberũ esse debet ex parte viri,ita etiã ex parte mulieris.Euer.d. loco.nu.7.per hanc reg.de qua per Alex.l.generaliter.§.cũ autẽ.nu.4.C.de inst.& subst. Alex.cõsi.131. nu.2.volu.5.Ruin.consili.33.nu.11.volu.1.consi.174. nu.9.volu.1.Soc.consi.56.nu.3.volu.1. Natta consi. 201.nu.4.volu.1.Ceph.consi.109.nu.17. Duen.trac. fall.reg.158.Ias.auth.sacramenta pube. C.si aduer. vend.Bal.l. C.de cõ.seru.manũ. Marsi.l.si quis viduã.colu.5.ff.de quæst.Aug.Ber.cõsi.140.nu.17.vol. 1.c.ad nostram.nu.5.de empt.& vend. Paris cosil. 82.nu.33.vol.3.consi.2.nu.16.eo.vol.Abb.in prœm. decretal.nu.20. Med.re.9.

¶Vxor relicta domina massaria,& vsufructuaria extantibus filiis,alimẽta tantũ cõsequitur, vt Franciscus Cremẽ.singul.octauo,incip.quid si maritus.nu. secũdo,authentic.quòd locũ.C.de secundis nupt.& l.Titia cũ testamẽto.§.fina.ff.de legat.secũdo, & in statuto nostro Veneto,c.decimoquinto, libro 4.& hoc idem Oldra.consi.ducẽtesimoduodecimo,quidam

in suo testamento, versi. 7. Alexand. consilio 29. nu. 1. volumine 4.

Fallit, quando testator specialiter eidem reliquisset alimenta & posteà dominium & vsumfructum, quia eo casu haberet vltra victum vsumfructum bonorũ mariti, secundum Cast. in conss. 387. inci. quòd vxo. volum. 2. Bald. in l. fi. vers. idem dico si legitur concubinæ. C. de indict. vid. tollen. num. 5. 6. & 9. & aut. hoc locum. num. 3. C. de secund. nup. Cor. consi. 257. F. ibi ex hoc videtur, volu. 1. idem cons. 5. per totum. eod. volum. 1.

Fallit etiam, quãdo per testatorem vxor est relicta domina domus, quòd intelligitur, nõ quod habeat dominium, sed quandam præeminẽtiam in domo mariti sicut habebat viuente viro, vt Corn. consili. 273. vbi capitu. volum. 3. Bar. consilio ix. & super eo, & consilio 56. & l. Titia cum testamento. §. Titia. ff. de legat. 2. & Dec. in cap. causam quæ. num. 10. de offic. delegat.

Fallit etiam in certis aliis casibus annotatis per Imol. & Albe. in l. Titia. l. 1. §. fi. ff. de legat. 2. & per glos. in l. si mulie. C. de iure do. & l. liberis. vers. oppono fortiter hîc. ff. de alim. & cib. legat. & c. I. Noue. re. 244.

¶ Vxor sequitur forum viri, sed non vir forum vxoris. l. cum quædam. ff. de iurisd. omn. iud. c. de sponsalibus. tit. de concubin. item maritus potest accusare vxorem suam de adulterio, non autem vxor maritum. leg. Iulian. ff. de adulter. dixi super limit. 48. Med. reg. 9.

¶ Vxor tenetur sequi virum suum, c. 1. de coniunct. lepro. c. vnaquæque. 13. quæsti. 2. Abb. in c. de illis, de sponsa.

Fallit in 3. casib. quos no. Diaz. reg. 800.

Vxori vestes traditæ à viro, vel ante matrimonium, vel durante eo, non præsumuntur donatæ, sed in vsum tantum concessæ. Pet. de Ancha. cons. 181. dicit hanc esse communẽ opinionem. fallit vt per Bapist. à Villa. in conclu. 31. in litera V. Don. Fina, libro 5.

¶ Vxor tenetur sequi virum suum: notat gloss. in capitulo primo, de coniug. leprof. & est tex. in capitulo vnaquæque, xiij. quæstio. secunda. & notat Abb. in c. de illis. de sponsal. & matrim.

Limita primò, nisi esset appositum pactum, vt vxor nõ teneatur virum sequi: sed quòd ipse moretur cum illa in certo loco. Ita notat Abbas in capitulo primo, qui matrimon. accusa. possunt. quod tamen intellige, nisi oriatur noua causa, propter quam oporteat maritum abesse: & ita tenet Syluester in sua summa, in verbo, vxor, in quæstione octaua, licet nõ referat Abba. qui ponit exẽplum, putà, si aliqua infirmitas, vel capitalis inimicitia superueniat post pactum, & pactum supradictum apponere debent cauti ac prudentes patres, quoties filias suas forensibus nuptui tradũt, si generos suos ad hoc valeant inducere: quia longè felicius ac securius filiæ suæ vitam agunt, si parentibus suis astantibus, viris cohabitant, ac minori incommodo viduitatis casum incurrunt. Nec laudo non modò auarum, quinimo & crudele parentum quoddã genus, qui malunt quòd filiæ suæ pecuniosis nuptæ viris exulent, quàm vt cum illis, à quibus necessaria vitæ, & sine dedecore congruè percipiant, matrimonio copulatæ viuant, ipsis, ac eorũ consanguineis assiduè fauentibus.

[illegible]ò fallit, nisi vir esset vagabundus. Ita limitat [illegible] in dicto capitulo primo, & notat etiam glossa in capitulo vnaquæque. decimatertia quæstione secunda. Et sequitur Abbas in dicto capitulo, de illis, quod intelligit, nisi mulier sciuisset illum vagabundum, tempore quo contraxit cum eo, allegando gloss. in dicto capitulo, vnaquæque, quam glossam dicit ad hoc notabilem Ioann. Lupus in repetit. rubricæ, de donationibus inter virum & vxorem, & allegat etiam ad hoc Imol. in rubric. soluto matrimonio. & vide etiam Corset. in singu. incipien. si beneficiatum. in verbo, vagabundus. vbi etiam hoc tenet, & plura similia iungit, quæ procedunt in vagabundo, inter quæ aliqua notanda videbis: & sequitur etiam suprà dictam limitationem cum sublimitatione Sylue. in sua summa, in verbo, vxor. suprà alleg. in viij. quæstione. qui etiam hanc limitationem sublimitat, nisi maritus ex honesta causa fieret vagabundus. B. Dias reg. 800.

¶ Vxoris renuntiatio facta de hypotheca, quam habet in bonis, seu rebus mariti, vt valeat, & sibi præiudicet, ne possit agere contra res mariti ab eo alienatas, oportet quòd tam tempore quo mulier agit, sint bona mariti, vel eius fideiussoris, ex quibus dos sibi soluatur: alioquin in defectum, ad res ipsas alienatas recursum habebit. Ita firmat Ioann. Lupus in repetitione rubricæ, de donationibus inter virum & vxorem. licet Paulus & Andræas Sicul. teneant cõtrà, & respondet ad tex. in capitulo peruenit. de emptio. & venditio. qui est eorum fundamentum.

Limita tribus modis, vt per eundem Ioann. Lup. in dicta rubrica.

Primò, nisi concurrant illa tria, quæ colliguntur ex d. ca. peruenit. quæ mulier emptrix ibi allegabat in sui fauorem.

Secundò fallit, nisi in alienatione seu renuntiatione hypothecæ interuenisset iuramentum: pro quo allegat Ioannem de Imol. capitul. cùm contingat. de iureiurand. in principio: versiculo, & prædicta intellige. & Alexand. in l. Mæuia. §. fundus. ff. soluto matrimonio.

Tertiò fallit, nisi maritus propter famem subleuãdam suæ vxoris & filiorũ alienasset dictas res, tacitè pro dote hypothecatas. B. Dias re. 799.

¶ Vxori an noceat sententia lata contra virum, & econtra. not. Bald. l. doce Ancillam. C. de rei vend. Aret. l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verborum obligatio. Alexand. l. de die. §. qui mulierem. ff. qui satis. cog. Abb. per hanc reg. capitul. penulti. numero 12. & numero trigesimosexto. extrà, de sent. & re iud. fallit hæc reg. pluribus modis, ex mente doctorum. Med. reg. 8.

¶ Vxori licitum est prouocare virum blãdis verbis, vt eam instituat, & econtra: tex. est in l. fin. C. si quis aliq. test. proh.

Limita primò, quando talibus blãditiis minæ, vel verbera immiscerentur. Ita Bartol. in leg. fina. in fin. ff. eod. dicit hoc singulariter Ias. ad limitationem huius regulæ in dicta l. 1. vbi refert Paul. & Salic. idem firmantes.

Secundò limita, nisi testator prius fecisset testamentum, & ibi alium fecerat hæredem: quia tũc si blandis verbis, vel adulationibus induceret testatorem vt eum institueret, licet testamentum valeat, tamen prius institutus reuocabitur à secundo, per actionem de dolo, aut in factum. not. est decisio Ange. in leg. prim. C. de his, quibus vt indignis. & in leg. non enim. per illum tex. ff. de inofficio. testamento. Sequitur Cæpola in cautela lxij. dicit nobilem & vtilẽ hanc decisionem Ias. in dicta leg. prima. idem melius & latius prosequitur, & commendat eam in l. dedi,

leg.dedi.§.quanquam.ff.de condit.ob cauſ.& dicit Ang.in dictis locis ſic fuiſſe practicatum Peruſij.Et prædictam deciſionem commẽdat Segura in repetit.§.ſi vir.l.1.ff.de acq.poſſe.& vide Ioã.Lup.in repet.rubr.de donat.inter vir.& vxo.ver.ſecus dicerẽ.

Tertiò limita,quando maritus non blandis verbis,ſed aſſidua petitione vxoris ſibi aliquid relinquit: quia tunc non procedit d.l.ſi.Ita limitat Segura, motus tribus ſingularibus doctrinis,quas prius deſcripſit. B.Dias reg.798.

¶ VXOREM vir ſuã modicè caſtigare poteſt.§.ſi quis autem,auth.vt liceat matri,& auiæ.l.conſenſu.C.de repud.not.c.quemadmodum.de iur.iur.c.ſicut.7.q.1.item pater filium,dominus ſeruum.Abbas monachum modicè caſtigare poteſt. Doc.com.l.1.ff.de his,qui ſunt ſui. Med.re.5.

¶ VXOREM qui adulteram cognoſcit antequã pœniteat,tribus annis pœniteat.xxj.quæſtion.1.ſi quis ſecundo.Qui verò cognoſcit eam pœnitentem ante pœnitentiam peractam,pœniteat duobus annis.Eadem quæſt.ſi quis primo.Quomodo verò pœnitentia iniungenda ſit mulieri partum altereius ſupponenti,vel etiam de non ſuo viro concipiẽti, habetur extra de pœnitent.& re. officij.

Conſiderandum eſt igitur de canonibus pœnitẽtialibus,ad quorum pœnitẽtiam ſpectat, quòd ſicut eſt in ſciẽtiis practicis,quæ verſantur circa opera,quod ſermo in vniuerſali eſt incertus.& dubius: ſed cùm applicatur ad ſingularia,incipit quodammodo habere certitudinẽ:vt qui non conſiderat circunſtantias particulares potius deuiet quàm ſe rectificet: vt patet in medicina & ſcientia morali. Sic eſt intelligendum in propoſito, quod canones inſtruunt in generali,quomodo eſt pœnitentia imponenda, ſed deſcenſum ad ſingularia presbyteris diſcretis relinquunt,qui conſiderant circunſtantias perſonarum, attendentes ad canones ſicut ad regulas directiuas: quia ſi contra canones imponant,non rectè imponunt.Nulli ergo presbytero licet facere aliquid qđ poſſit patrũ regulis obuiare.diſtinct.38.nulli.In canonibus autem maximè determinatur pœnitentia quò ad tempus:& magis quã quò ad modũ:quia illa determinatio eſt certior & communior.Hęc Bonauentura. Vt ergo ſcias qualiter debeat procedere arbitrium presbyteri nota regulariter, ſicut dictum eſt ſuprà,ſeptennis eſt pro peccato mortali pœnitentia imponenda:& hoc non tantùm propter temporis diuturnitatẽ, ſed magis propter ſignificationẽ.In veteri enim lege Maria ſoror Moyſi lepra percuſſa ſeparata fuit extra caſtra ſeptẽ diebus. Numeri 12.Maria ſignificat pœnitẽtẽ.Interpretatur enim amarũ mare. Hæc pœnituit ſeptẽ diebus.ſed nunc pœnitet ſeptẽ annis.quod ſignificatũ eſt Ezech.iiij. Diem pro anno dedi tibi. Si quæratur,quare pœnitentia ſit aggrauata:cùm lex noua ſit lex miſericordiæ?Reſpõdendũ.ꝙ hic eſt maior ingratitudo propter maiorẽ gratiã.& maior cõtẽptus propter maiorem dignitatẽ nouæ legis, in qua Chriſti ſanguis eſt effuſus.& grauius peccatũ propter ſtatũ peccantis qui debet eſſe perfectior. Et vlterius ſatisfactio in lege noua debet eſſe perfecta:vt in priſtinum ſtatum reducat.Et quia Sol in vna die non redit in idẽ punctũ,ſed in anno,ideo dies cõuerſus eſt in annũ. Rurſum:Quia perfectũ remedium eſt in lege noua, ideo annus multiplicari debet per ſeptem, propter ſeptẽ dona ſpiritus ſancti recuperanda,& propter ſeptẽ dotes,ſcilicet tres animæ,& quatuor corporis obtinendas.Huiuſmodi autẽ pœnitẽtia nõ eſt omnibus imponenda,tamẽ eſt infirmanda: ſed eſt inſinuãda,vt cognoſcatur quam grauis ſit culpa. Hæc Bonauentura.Licet autem pro ſingulis peccatis criminalibus ſit ſtatuta talis pœnitentia, debet tamen imponi magis vel minus aſpera prout maioritas vel minoritas criminis cum cæteris circunſtantiis hoc expoſcit:vt in ſequentibus patet. A prædicta nãque regula excipiũtur plurimi caſus, in quibus propter dignitatẽ peccantis,vel criminis enormitatẽ imponitur pœnitẽtia maior,aliquãdo etiã ex variis cauſis minor.Ad hoc ergo ꝙ presbyter circa pœnitentias diſponendo,cautius arbitretur: notãdi ſunt caſus,in quibus per canones certæ pœnitẽtiæ imponũtur:quos tenetur presbyter ſcire.Ad quos etiã prædictos inſpiciendo poteſt ſtudioſus indagator procedere ad pœnitẽtias pro diuerſis criminibus ſecũdum canones imponendas:& ex cauſa conſideratis circũſtãtiis,vt dictũ eſt ſuprà,moderari poterit eas. Et licet ab ipſo omnes circunſtantiæ ſint diligẽter attendendæ,principaliter tamen qualitas perſonæ, & præcipuè vtrum ſit perſona obnoxia alicui aliquo vinculo ſeruitutis. Nam circa tales perſonas cauere debet pro poſſe presbyter,nec talẽ pœnitentiam eis imponat:per quã illis quibus ſunt adſtrictæ præiudiciũ fiat:maximè circa coniugatos.vnde ſi ſeruus ſit, & timore peccauerit,obediẽs domino ſuo in atrocioribus,& mitius puniendus. 22.q.5.qui cõpulſus. obedire tamen nõ tenebatur in talibus.11.q.3.ſi dominus.Si autem volũtariè peccauerit, corpore punietur etiã acrius quã alius.24.q.1.qui cõtra pacem. Nec eſt ſeruo coniungenda peregrinatio,per quam dominus eius qui non eſt in culpa:alius ſeruitio defraudetur.extra de ſentent.excommun.relatum. Si verò liber ſit tota pœnitentia canonis,ſi poteſt facere,debet imponi.16.q.1.ſacerdotes.pœnitẽtiam ſed ex cauſa poterit eam presbyter moderari. Conſiderãdum etiã erit vtrùm ſit perſona noua in fide: quia nouis in fide minor etiã debet pœnitentia imponi. extr.de pœnit.& remiſſ.deus qui. Et ſimiliter conſiderandæ erunt aliæ perſonarũ circunſtãtiæ ,de quibus ad præſens ſuperſedeo gratia breuitatis. Sciendum autem quòd in foro pœnitentiali dicuntur legitimæ feriæ.2.4. & 6.diſtin.81.presbyter. de conſecrat.diſtinct.3.ieiuna.Aliqui tamen,vt dicit Roma. pro 2.feria ponunt ſabbatum. Inſuper notandũ eſt quòd ſi pœnitentia in pane & aqua imponatur non habẽti panem poteſt loco panis leguminibus & piſcibus veſci, & etiã aliis ſi neceſſitas illud requirat. ext.de pœni. & remiſſ.licet in tex.& glo.aliàs non licet. Notandum etiã ſecundũ Ioan. ſi pœnitentia ſit impoſita à canone: liberatur quis à ieiunio dando denarium vel legendo Pſalterium propria authoritate.Inn.verò dicit,quòd ieiunia neceſſaria, vt quatuor temporũ, & huiuſmodi nõ poſſint redimi niſi ſubſit rationabilis cauſa: volũtaria verò redimi poſſint:ẽtiã ſine autho.ſuperioris.Ad hoc etiã not.ꝙ vbi imponatur pœnitentia aliquot annorũ ſiue quadrageſimarum, nec additur quomodo quis debet pœnitere:hoc relinquitur arbitrio presbyteri, cùm pœnitentiæ ſint arbitrariæ. vt d. eſt ſup. ipſe enim presbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciẽdã ſecũdũ canones.l.diſtinct.de his clericis.extr. de homicid.c.2.& in multis aliis iurib.Et ſic intelligitur illud extra de'accu.c.accuſaſti.& de ſponſalib. c.dilectus.& ſimilia alia. Viuiennus re.47.dir.

Finis Secundi Tomi.



INDEX LOCVPLETISSIMVS OMNIVM QVÆ HIS REGVLARVM IVRIS voluminibus continentur, ordine Alphabetico digestus.

Numerus prior Tomum designat, secundus Paginam: litera verò a, & b, eiusdem Paginæ columnam denotant.

A

Actor


BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SEVILLA

Alimentorum

Appellans

Index.

Appella-

Arbor

C

Clausula

Consen-

D


SEVILLA

Dotis

E

Excommu-

F

Factum,

H

Hæres

Honores

Introductum

Iudex non po-

Iudex con-

Iusiuran

L

Inter

N.

O

Pater

priuile-

Processus

Q

Raptoris

R

Renun-

Reo per

Scholasti-

Sententia lata

Seruus

statu-

extra

Successio

Teneri

Testis


voluntas

FINIS INDICIS.

Series chartarum.

* a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV. aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt vv xx yy zz. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz. aA bB cC dD eE fF gG hH iI kK lL mM nN oO pP qQ rR.

Omnes ternæ, excepta c G quaterna.



colorchecker CLASSIC



























calibrite

mm